SANCTIO PRAGMATICA CUM GLOSSIS D. COSMAE GUISMIER PARISINI, IN SUPREMO...

Francia, Charles re di Francia; 7, Denise Bouthillier, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 H
55

26
C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 — 19. f. 43.

28
B
53

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTIO
PRAGMATICA
CVM GLOSSIS D. COSMAE
GVISMIER PARISINI, IN SVPREMO
Pariſienſi Senatu Inqueſtarum Præſidis.

QVIBVS ACCESSERVNT AD CVIVSLIBET DECRETI
Paragraphos Summaria, ſuiſque in locis Concordatorum concordia,
& illorum diſſonantia: Necnon Gloſſæ, ac Additiones,
his ſignis (* †) & P. introcluſæ.

OPERA D. PHILIPPI PROBI OFFICIALIS AMBIAN.
& D. noſtri Papæ Capellani.

QVID IN HAC EDITIONE NOVA PRÆSTITVM
ſit, pagina VIII. indicabit.

EX BIBLIOTHECA
C. V. DIONYSII BVTILLERII I. C.
Et Antiqui in Senatu Aduocati.

Adiecti ſunt Indices generales Capitulorum & Materiarum, quæ tam in Gloſſis Sanctionis Pragmaticæ, quàm alijs Tractatibus nunc primùm additis continentur.



PARISIIS,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM, in monte Diui
Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.

M. DC. XIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI, DOMINO
RENATO POTIER, EPISCOPO COMITI

Bellouacẽſi, Vicedomino de Gerboredo, Franciæ Pari, Regij Conſiſtorij Conſiliario.

SOLENT *hi ſæpenumerò qui principibus viris aut ſua aut aliorum ſcripta nuncupant, Antiſtes reuerendiſſime, ſtatim ab initio cumulatiore laudum commemoratione teſtari, quàm propenſo & deuoto erga illos ſint animo. Verùm longè alia mihi mens & cogitatio. Nominis quippe tui ſplendor & dignitas ita omnibus penè innotuit, adeóque tam multis eſt in ore, vt me, hoc eſt exilem laudatorem, minimè deſideret. Erit igitur huiuſce ad te meæ Epiſtolæ perbreuis ratio. Pragmaticam Sanctionem Caroli 7. regis glorioſiſſimi in frequenti conſeſſu Patrum Eccleſiæ Gallicanæ Biturigibus congregatorum anno 1438. editam cum gloſis Jacobi Mareſchal ſi Carolo Molineo credimus, quas plerique Coſmæ Guymiero tribuunt, & additionibus Philippi Probi Biturici officialis Ambianenſis denuò in lucem emittimus in ſtudioſorum gratiam, ex*

Digitized by Google

Dionyſij Buthillerij percelebris in Senatu Aduocati Bibliotheca. Hanc conſtitutionem Gulielmus Budæus vir doctrinæ incomparabilis, rectè Palladium Franciæ nominat. Nam ea florente præfecti ſunt Paſtores Eccleſijs viri ſanctitate vitæ conſpicui, qui fato functi miraculis claruerunt, inter quos præcipuè effulſere Beati Patres Ioannes Michaelis natus Bellouaci, Epiſcopus Andegauenſis quondam vtriuſque Siciliæ Regi & Andegauorum Duci Ludouico 2. à Secretis & conſilijs, Ludouicus Alamanni Arelatenſis Archiepiſcopus, Olim Cardinalis S. Cæciliæ, qui ſolus ex purpuratis Patribus, poſt diſceſſum Eugenij Papæ quarti, ſacroſancto Eccleſiæ vniuerſalis Concilio Baſileæ præſens interfuit, & complures alij, de quibus honorifica fit mētio in Actis curiæ Parlamēti ſub rege Ludouico, xi. qui fruſtrà eam Sanctionem abrogare tentauit hortatu Pij 2. Pontificis maximi, apud Guidonem Papæ eorum coætaneum in Deciſionibus, [illegible]æſtione 84. & apud Genebrardum in libello inſcripto de iure ſacrarum Electionum & earum neceſſitate ad Eccleſiæ Gallicanæ redintegrationem, quem publicauit Lutetiæ anno 1593. Illam Sanctionē ſuſtulere permagno Eccleſiæ noſtræ damno Leo x. Papa, & Franciſcus 1. Galliarum Rex, eique ſubſtituerunt Concordata Bononienſia anno 1516. cui abrogationi interceſſere Senatus Pariſienſis & Academia. Huic operi adijci curauimus Commentum perutile in eandem ſanctionem Gulielmi de Montſerrat Tarraconenſis Hiſpani ex Muſæo Gabrielis Michaelis Andegaui in eodem Senatu Aduocati, quod excuſum olim fuerat anno 1501. & alia complura opuſcula quæ ſequentes paginæ indicabunt, ita vt in iuſtum volumen nunc excreuerit. Hoc opus tibi maximè dicatum eſſe volui, Præſul venerande, tum quia ſacrarum Eccleſiæ Gallicanæ libertatum, quæ his gloſis Pragmaticæ magna ex parte cōtinen-

Digitized by Google

tur, aſſertor es præcipuus & vindex acerrimus, tum vt aliquatenus me liberem eo nexu, quo me ob plurima tua in me benemerita tibi deuinctum eſſe palàm profiteor. Accipe igitur æquo animo hoc munus quod libens tibi offero, & librum hunc ab inuidorum iniuria ſartumtectum fauore tuo conſerua, qui tutiſſimus prodit in publicum eximio præcellentis tuæ dignitatis ſplendore decoratus. Bene vale, Lutetiæ Pariſiorum Calendis Martijs anno Domini M. D. C.XIII.

Reuerentiæ tuæ addictiſſimus

BARTHOLOMÆVS
MACE' Bibliopola
Pariſienſis.

Digitized by Google

CAROLVS MOLINEVS IN COMMENTARIO IN REGVLAS CANCELLARIAE, AD REGVLAM DE

Veriſimili notitia numero 53. hoc ſcribit de vero authore gloſæ Pragmaticæ Sanctionis.

CÆTERVM vt obiter (velut ab inferis) & memoriam & honorem veri authoris glo. dictæ Pragmaticæ vindicē, nō fuit (vt vulgò putant) Coſmas Guymier, ſed præſtantior alius cognomine Mareſchal, doctiſſimus & experiētiſſim⁹ antiquus aduocatus in hoc Senatu tēpore Carol. VII. Ludo. XI. & Caroli VIII. qui ob breues quaſdā, ſed eruditas rationes iuris, quas ſaluationes vocant, cū imperitus clientulus impar ſalarium offerret, honeſtè renuit, dicens ſe tantùm id acceptu- rum quod ob id in caſum victoriæ taxaretur. Cùm autem clientulus victoriam obtinuiſset, & in taxandis expenſis litis de hoc articulo ad Senatum referretur, taxatæ ſunt ei ſexaginta libræ Pariſienſes habita ratione non ad breuem, ſed ad doctam & reſolutoriam ſcripturam, modúmque litis, & eminentem ſcientiam aduocati. Et fuit ſplendidum & pro cōſuetudine illius temporis vt ampliſſimum, ita rariſſimum honorarium. Is autem do. Mareſchal hæredem reliquit dictum Coſmam generum vel affinem ſuum, qui dictum commentarium inter chartas affinis inuentum, tanquam ſuum euulgauit. Non tamen auſus eſt nomen ſuum adſcribere, nec in titulo, nec in principio, nec in calce, nec in alia parte ipſius commentarij: ſed tantùm poſt finē cōmentarij ſeorſum teſtatur typographus gloſsatam eſſe pragmaticam per dictum Coſmam: vt patet in omnibus libris antiquis, quorum vnum habeo

Digitized by Google

impreſſum anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto. Eo tamen errore Coſmas ille tanto honori habitus eſt, vt non ſolùm Senator fieret, ſed in vna claſsium eius Curiæ Præſidens, quamuis re vera modicæ doctrinæ iudiciíque eſſet. Ego verò nec ficta nec ab infidis accepta narro, ſed quæ ab antiquis & probatiſſimæ fidei viris accepi: quorum adhuc hodie hoc anno M.D.LI. vnus ſupereſt antiquiſſimus & probatiſſimus Senator. Cæterùm ante triginta annos audiebam à pluribus antiquis ſpectatæque fidei aduocatis qui dictum Coſmam nouerant, eum tardi ingenij iudiciíque fuiſſe, longéque inferiorem doctrina & iudicio dicti commentarij, quem non exiſtimabant ab illo compoſitum fuiſſe.

AVCTORES APVD QVOS MENTIO fit Guillelmi de Montſerrat, I.C. Hiſpani.

IOannes de Selua Senator Pariſienſis in ſuo tractatu de beneficio. in 2. parte tractatus quæſt. 1. num. 24. 36. &37. & quæſt. 23. num. 25. citat Guillelmũ de Monteſerrato, aliâs de Monteferrato.

Item Nicolaus Boerius, in Deciſionib. deciſ. 1. & 2. plurib. in locis, vbi de dignitatibus electiuis ſcribit.

Philippus Probus in additionibus ad gloſas pragmaticæ allegat Guillelmum de Montſerrat multis in locis.

Videlicet ad Tit. de auctoritate generalis cõcilij. cap. Sacro ſancta. §. cui quilibet. ad verbum, obedire, num. 8. p. 99. huius Editionis in 4.

Item ad tit. de Election. cap. ſicut. ad verbũ ſuſtentent p. 106. cap. licet. ad verbum, canonicas, num. 7. p. 193. eod. cap. licet. ad verbũ, & euidenti. p. 203. Item d. cap. licet §. ſtatuit ad verb. omnino. p. 208. & ad verbum, confirmentur. p. 210. & ad §. Item nec credit ad verbum, vtantur. num. 1. p. 227.

Geſnerus in Bibliotheca.

Guillelmus de Monteſerrato, I. C. ſcripſit de ſucceſſionibus regum & de pragmatica Sanctione.

Digitized by Google

HVIC EDITIONI POSTREMÆ NVNC primum addita ſunt quæ ſequuntur.

GVillelmi de Montſerrat in decretis Licentiati perutile Commentum ſuper Pragmatica Sanctione. p.837
Priuilegiorum quæ Exemptiones Eccleſiaſticæ dicuntur, Tractatus, Ioannis Lomedé in Senatu Pariſienſi Patroni. 935
Compendioſa Benefic. expoſitio, authore Adriano Jaqueſlot I.C. Andeg. & in ſupremo Armor. Senatu conſiliario. 963
Summa ſuaſionum Curiæ Parlam. ſuper Public. Concord. inter Leonem x. Pontif. Rom. & Franciſcum 1. Reg. Franc. 1015
Appellatio Vniuerſitatis Pariſ. pro ſacrarum elect. & iuris communis defenſione, aduerſus Concordata Bonon. 1026
Approbatio & confirmatio Concilij Baſileenſis. 1032
Abrogatio Pragmaticæ Conſtitutionis in Regno Franciæ 1039
Numerus & Tituli Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Chriſtianorum. Item Taxa & valor Beneficiorum regni Galliæ; cum Taxis Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non ſacræ Pœnitentiariæ itidem Apoſtolicæ. 1046. & ſeqq.

Summa Priuilegij.

REgiæ Maieſtatis Ludouici XIII. Galliæ & Nauarræ Regis diplomate cautũ eſt, ne quis alius in ſuo Regno, alijſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximum decennium, ab impreſſione *Pragmaticæ Sanctionis cum Gloſſis Coſmæ Guimier & Additionibus Philippi Probi, Quibus nunc primum acceſſerunt, Commentum Guillelmi de Mõſerrat ſuper eandem Pragmaticam, Priuilegia ſeu Exemptiones Eccleſiaſticorum, Compendioſa Beneficiorum expoſitio, Numerus & Tituli Cardinalium, Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Chriſtiani orbis, Taxa Cancellariæ Apoſtolicæ, & alij Tractatus aliquot, omnia ex Bibliotheca C.V.* DIONISII BVTHILLERII *Antiqui in Curia Aduocati*, Eam, vel eorum aliquot ſiue coniunctim, ſeu ſeparatim typis excudat, néue vendat, præter Bartholomæum Macæum Bibliopolam in Pariſienſi Academia. Secus qui faxit, Librorum ipſorum, & quadringentorum aureorum multa pœnas pendet, Vt latius ex Reſcripto patet, Dato Pariſiis, Nonis Februarij, Anno 1613.

Sic Subſignato

De mandato Regis LE LIEVRE.

Hæc Editio fuit abſoluta Anno 1613. Aprilis 1.

INDEX

LIBRORVM, TRACTATVVM, TITVLORVM, CAPITVM ET Paragraphorum huius Operis.

PRAGMATICA SANCTIO CVM gloſſis Coſmæ Guimier, & Philippi Probi.

PRoœminū, *Karolus.* p.1.

§§. *Proœmij.*

Inſcrutabilis pag.8
Cum itaque 13
Quæ quidem 19
Quibus attentè 22
In qua quidem 24
Quibus ad plenum 32
Qualiter præterea 36
Sed proh dolor 40
Nam Eccleſiarum 45
Cæterum huiuſmodi 57
Quæ omnia & ſingula 53

TITVLVS I.

De authoritate & poteſtate ſacrorum generalium Conciliorum, temporibuſque & modis eadem conuocandi.

Cap. Frequens. 66.

§§. *d. Cap.*

Quapropter hoc edicto 78
Quem terminum 80
Sed ſi fortè 82
Ad quem Prælati 86

Cap. Sacroſancta 89

§§. *d. Cap.*

Et primò 91
Et ne de eiuſdem 91
Et primò declarat 93
Cui quilibet 95
Item declarat 99
Acceptauit 103

TITVLVS II.

De Electionibus.

Cap. Sicut in conſtruenda 104.

§§. *d. Cap.*

Quanta autem 107
Quibus hæc eadem 112
Non derogando 112
Declarauitque 118
Et quoniam tales 121

Digitized by Google

Et cum humanæ	123	Reſeruationes	280
Ego.N.juro	132.133	Non tamen	285
Idemque juramentum	139	Neque etiam	292
Quod ſi prædicta	143	Vt verò cæteri	297
Deinde eligant	144	Quòd ſi quis	301
Quod ſi aliter	148	Primò, cum	312
Ad tollendum autem	156	Inſuper	333
Similiter in virtute	165	Videlicet	335
Facta autem electione	168	Qui de prædictis	342
Comparentibus autem	171	Exhortamur	344
Et vt omnia mundè	157	Indignitatibus	345
Notarijs autem	178	Quod ſi quis	347
Si verò confirmatores	181	In Eccleſijs	353
Summum vero	185	Statuit autem	363
Pro oneribus	187	Si autem	378
		Illi verò	380
Cap. Licet	189	Placuit tamen	384
§§.d.Cap.		Item viſum	386
Statuit vt	207	Item circa	388
Veruntamen ſi	210	Item placuit	401
Cenſuit tamen	215	Ita quod parochialis	407
Et nihilominus	220	Item quod ad dictas	412
Quod ſi quis	221	Ita tamen quod ipſe	417
Item nec credit	223	Item quod Vniuerſitates	424
TITVLVS III.		Item quod omnia prædicta	435
De Reſeruationibus.		Item vt de cætero	442
Cap. Et quia	229	Item voluit j.	447
§§.d.Cap.		Item Inſuper	464
Ipſas omnes	230	Item voluit ij	472
TITVLVS. IIII.		Item cenſuit	473
De Collationibus.		TITVLVS V.	
Cap. Placuit	136	*De cauſis.*	
§§.d.Cap.		Cap Eccleſiaſticæ	481
Dum autem	243	*§§.d.Cap.*	
Cui rei	244		
Volens itaque	272	Inoleuerunt	485
Fruſtra enim	275	Statuit & decreuit	489

Digitized by Google

Et ne ſub vmbra 497
Statuit eadem 505
Nec ad quemcumque 511
Si vero quiſquam 522
Romanæ vero 528
Nec tamen 531
Viſum fuit 533
Item quod monaſteria 533
Item placet j. 535
Item placet ij. 537
Item placet iij. 538
Item fuit concluſum. 541

TITVLVS VI.

De friuolis appellationibus.

Cap. Vt lites 543

§§.d.Cap.

Quódque ante 549

TITVLVS VII.

De Pacificis Poſſeſſoribus.

Cap. quicunque 559

§§.d.Cap.

Lis autem 585
Ordinarij 589
Quod ſi talem 605

TITVLVS VIII.

De numero & qualitate Cardinaliũ.

Cap. Cum ſummo 610

§§.d.Cap.

Statuit igitur 615
Sint viri 617
Inter eos 620
Non fiant 621
Non fiat 626
Saluo quòd 629

TITVLVS IX.

De Annatis.

Cap. Statuit. 630

§§.d.Cap.

Et ſi quod 640
Voluit tamen 642
Item quod dicta 650
Item fuit 652
Item quod ratione 653
Item quod ſi 656
Item quòd ex nunc 659

TITVLVS X.

Quomodo Diuinum officium ſit celebrandum

Cap. Si quis Principium 661

§§.d.Cap.

Statuit igitur 664
Super his 674

TITVLVS XI.

Quo tẽpore quiſq; debeat eſſe in choro

Cap. Qui in matutinis 675

§§.d.Cap.

Idem in his 678
Iubet etiam 679
Tollens prorſus 680

TITVLVS XII.

Qualiter horæ Canonicæ ſint dicendæ extra Chorum.

Cap. Quoſcumque 684

TITVLVS XIII.

De his qui tempore diuinorum officiorum vagantur per Eccleſiam.

Cap. Quicumque 694

TITVLVS XIV.

De pignorantibus cultum diuinum.

Cap. Abuſum 697

TITVLVS XV.

De tabula pendente in choro.

Digitized by Google

Cap. Vt cuncta 704

TITVLVS XVI.

De his qui in Miſſa non complent Credo, &c.

Cap. Abuſum 707

TITVLVS XVII.

De tenentibus Capitula tempore Miſſæ.

Cap. Prohibet 710

TITVLVS XVIII.

De ſpectaculis in Eccleſia non faciendis.

Cap. Turpem 713

TITVLVS XIX.

De concubinariis.

Cap. Quicunque 724

§§. d. Cap.

Necnon 732

Et nihilominus 737

Quod ſi poſt 746

Quod ſi hi 746

In concilijs 752

Pœnis alijs 755

Publici autem 756

Quia verò 662

Ipſas autem 767

Qui etiam 769

Iubet inſuper 772

Et cum omne 774

TITVLVS XX.

De excommunicatis non vitandis.

Cap. Ad vitandum 781

§. d. Cap.

Statuit 782

TITVLVS XXI.

De interdictis indifferenter non ponendis.

Cap. Quoniam 793

§. d. Cap.

Statuit 795

TITVLVS XXII.

De ſublatione Clemen. Literis, quæ eſt in titulo de probationibus.

Cap. Licet 801

TITVLVS XXIII.

De Concluſione Eccleſiæ Gallicanæ

Cap. Demum 815

§§ d. Cap.

Et poſtremo 816

Eapropter 818

Quocirca 824

GVILLELMI DE Monſerrat in decretis licẽtiati perutile Commentum ſuper pragmatica Sãctione:

DE Poteſtate generalis Cõcilij etiam Baſilienſis, & qualiter Epiſcopatuum Electiones & prouiſiones, originem habuerũt Pars I. pag. 837

Qualiter intelligenda ſit regula Baſilienſis Cõcilij, qua cauetur, vt Electiones ſine impedimento aut obſtaculo omnino fiant, Pars ij. 860.

Quæ ſunt reſeruationes corpore iuris clauſæ, & qualiter

Digitized by Google

differunt jus cõmune, & priuilegium corpore juris clauſum Pars iij. 874.
Quando dicatur reſeruatio per Papam ex magna, rationabili, & euidenti cauſa facta, & in litteris Apoſtolicis nominatim expreſſa. Et quis erit modus remittendi harum qualitatum liquidationem, & declarationem ad ſedem Apoſtolicam, vel quando ſit locus appellationi ad eandem ſedem, Pars iiij. 889
Quæ & qualis ſit Regis prærogatiua, in electiuis dignitatibus etiam Pontificalibus. Et quando dicantur benignæ atque beniuolæ Regis preces Etquę ſunt benemeritæ perſonę zelantes bonum reip. regni, & delphinatus. Pars v. 902.

PRIVILEGIORVM quæ Exemptiones Eccleſiaſticæ dicuntur Tractatus, Ioannis Lomedé, in Senatu Pariſienſi patroni.

De origine & cauſis exemptionum. Cap. I. pag. 935
Quotuplex ſit exemptio, cap. II f 638.
Quid propriè ſit exemptio. cap. III. 939.
Quòd exemptiones ſint vtiles Eccleſiæ, Cap. IV. 941
Quomodo acquiratur, & quib. verbis probetur exemptio, Cap. V. 948
Quid comprehendatur nomine exemptionis loci, vel perſonę, Cap. VI. f. 949.
Quid poſſint vel non poſſint exempti. Cap. VII. 950
An exempti citati, coram ordinarijs teneantur comparere, & poſſint eos corrigere & punire Cap. VIII. 951
An priuilegiati requiſiti fidem facere teneantur de priuilegijs Cap. IX. 953
An exempti exemptione vtantur contra æque exemptos, Cap. X. 954
Quomodo, & exquibus cauſis amittitur, & extinguitur exẽptio, Cap. XI. 955
An Papa poſſit priuare exemptione, Cap. XII. 957

COMPENDIOSA

Beneficiorum expoſitio, authore Adriano Iaqueſlot I C. Andegau.

Beneficij ſignificatio &c. 963.

Digitized by Google

Forma ſignaturæ
Beatiſſ. Pater 1004
Explicatio clauſularum ſignaturæ.
Beatiſſime ſic incipit 1007

Summa Suaſionũ Curiæ Parlam. ſuper Public. Concordat.
Cum Rex 1015
Appellatio Vniuerſitatis Pariſ. pro ſacrar. elect. & iuris communis defenſione, aduerſus Concordata Bononienſia
Vniuerſis præſentes, 1026
Approbatio & confirmatio Concilij Baſileenſis
Nicolaus Epiſcopus 1032
Abrogatio Conſtitutionis in Regno Franciæ Pragmaticæ nuncupatæ
Leo Epiſcopus. 1039

NVMERVS ET TITVLI Cardinalium, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Chriſtianorum: & Valor Beneficiorum regni Galliæ cum
Taxis Cancellariæ Apoſtolicæ nec non ſacræ pœnientiariæ itidem Apoſtolicæ.

Numerus & tituli Cardinalium, Preſbyterorum, & Diaconorum pag. 1046
Nomina Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum 1048
Electores Romani Imperij 1065.
Coronæ Romani Imperatoris 1066.
Regnorum paganorũ nomina 1066.
Nomina Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, & abbatiarũ in regno Franciæ exiſtentium 1066.1067.& ſeqq.
Taxæ Cancellariæ Apoſtolicæ. 1081.
Notabilia quædam Cancellariæ Apoſtolicæ 1102
Abſolutiones 1121
Bulla Pauli 1137
Pecuniæ Cancellariæ Apoſtolicæ expoſitio. 1137

FINIS.

Digitized by Google

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET Domino, Domino Nicolao de Pelleué Epiſcopo Ambianen. requeſtarúmque hoſpitij Chriſtianiſſimi Francorum Regis magiſtro, Philip. Probus. S.

ET quia in librorum editionibus, ſi aliquid diligentiæ adhibeatur, vt hi in manus hominum emendatiſsimi perueniant, nihil lectori gratius, aut vtilius, prout nec autorib. laudabilius cõtingere poteſt, R. P. Verũ quia, etiam ſi doctiſſimi ſummique ſint, ſuos tamen aliquando & ſæpius habent errores, etiam impreſſoribus fidem præſtare quam debent, perdifficile eſt: idcirco ego verbis veſtris commonitus, via qua cœpi pergo Iuris Canonici opes ac diuitias illuſtrare. Hunc librum (quem noſtri Pragmaticam ſanctionem appellant) ab ipſorum calcographorum erroribus, prælo vltimo factis, purgare etiam, & noua additamenta & gloſas (licet multis alijs præpeditus negotijs) addere pro debito ſummopere ſtudui, laboréſque voluntarios ſumpſi, quos E. V. R. P. tanquam ad longè maiora deuinctus dicare digniſsimè curaui, E. V. R. P. humilimè deprecans, vt illos clementer ſuſcipere illa dignetur & velit. Ex Palatio veſtro epiſcopali Ambianen. Nonis Iulij. M. D. LIIII.

Digitized by Google

COSMÆ GVIMIER PRÆFATIO IN *Pragmaticæ Sanctionis Commentarios per eum editos.*

DOctorum patrum decreta ſemper ſunt ſtudijs admittenda.xxv. cum pie. quia nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quàm iurium auctoritas, quæ & diuinas, & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. C. de veter.iur. enu.l.ij. in prin. párúmque eſt iura condere, niſi tueantur. ff. de orig.iur.l.ij.§. poſt originem, infra in proœm in prin. ibi. ilhbaieque ſeruari, & licet nonnunquam nouitas male negligat, quod bene ſtatuit vetuſtas veneranda.ij.q.vi.anteriorum.ver.illud.quod paulatim labitur conuenit renouari. in authen.de quæſtor. in prin.col.vi. Dicit enim Imperator, vetuſtatem renouamus in authen. vt ord. præf.vrb.in prin.col.v.& de adminiſtrat. circa prin.coll.vij.vt per hoc ad melius per eruditionem accedat. in authen. de mona.§.fi.ver.oportet.col.i.

Ideo excogitans Baſilienſium & Bituricenſium decretorum ſalubritatem, quam non eſt opus verbis exprimere, cum ſatis abundéque in prœmio illorum, aliíſque locis manifeſtetur: quinimo linguis tacentibus ipſa rei veritas exhibet. ff. de in integr. reſti.l.i. æquitas & ſanctitas explorate, quas præ ſe ferunt, adeò cunctis patent: vt nequeant non eſſe notoriæ, nec indigent commendari. de coha.cle. & mul. tua. Fides nempe veritatis verborum adminicula non deſiderat. C.ſi vt ab hære. ſe abſti.l.i. & plenitudo nulla requirit commendationis augmenta. vi.q.i.ſi omnia.in fi.ad honorem Dei omnipotentis, infrà de auct.concil.cap.ij.in prin. in cuius nomine ad omnia concilia, omnéſque actus ſemper progredior.l.ij.C.de offic.præto. af. in prin.& ſtudentium vtilitatem. C. de no.codi com.l.i.in prin. ibi omnibus. in prœm. decreta.§.ſane infra, de cau.cap.i.§.i.ibi ad ſalutem. Nam nobis ſolis nati nõ ſumus.l.leges.C.de le.hære.ſed ortus noſtri partem amici, partem patria vẽdicant: vt dicit Tullius ad hoc.viij.q.i.in ſcripturis, quanuis me imparem tãto operi non dubitem, confidens de ſolita pietate ſaluatoris, infra de col.cap. i.in princ.quæ vnumquemque ſua diſciplina, & gratia glorificat.de conſe.diſ. v.de ſpiritu commentario huiuſmodi decretorum, ſuper quibus nec adhuc à quoquam elaboratum eſt, vacare decreui, non laudis auiditate, ſed charitate, pro viribus ingenioli ſeminandæ veritatis. xxxij. q.iiij. obiiciuntur, vt viris ſtudioſis ad maiorem elucidationẽ eorundem tribuam ſcribendi materiam, & ne qua iuris prudentiæ particula noſtro tempore remaneat indiſcuſſa.C.de veter.iur.enuc.l.i.§.prius. &.l.ij.§. omnia. Quæſo igitur ſcholaſtici Pariſiẽſes, fauete æquo animo, hoc opus ſuſcipite, in proœm.inſtit. in fi.C. de vete. iur.enu.l.ij.§ has ſanc.itẽ, ipſumque, veſtrum approbando facite. C. de vete.iur.enu. l.i.§.ſed neque cap.ſi apoſtolicæ.de præbend.lib.vi.dignum memoria diuinæ ſapientiæ adſcribentes, à quo omne bonum fluit infra, de elect. cap.i.§.& cum humanæ, cum cõcord.& quæ correctione inueneritis indigere corrigentes. Illud enim ſanctæ matris Eccleſię, veſtręque vniuerſitatis iudicio ſubmitto, profitens, quod vel ipſa approbat, vel vos approbatis, me tenere, quod vel reprobat, vel reprobatis, non tenere: vt per hoc neminem lateat me culpari non poſſe. xxiiij. q. i.hæc eſt fides.de ſumma Trinit. damnamus, in fine.

Digitized by Google

PRAGMATICA SANCTIO, CVM GLOSSIS EGREGII, EMINENTÍSQVE SCIENTIÆ VIRI, DOMINI Coſmæ Guimier Pariſini, in ſupremo Pariſienſi ſenatu Inqueſtarum Præſidis.

PROOEMIVM.

KAROLVS. (*) Hoc procœmium potes diuidere in ſex partes. Primò, ſalutat Karolus vniuerſos. Secundò, exordiendo profitetur ſe fore obligatum ad Eccleſiam Dei: miniſtros eius, & ſancta decreta conſeruanda. Tertiò, narrat decreta concilij Baſilien. per eiuſdem concilij nuncios ſibi, & Eccleſiæ Gallicanæ fuiſſe præſentata. Quartò, ipſos nuncios auditos fuiſſe ſuper prædictis in congregatione Bituris celebrata. Quintò, ſibi ex parte Eccleſiæ Gallicanæ fuiſſe propoſita bona quæ procedunt ex obſeruatione decretorum ſanctorum Patrum, ſuper electionibus & prouiſionibus miniſtrorum eccleſiaſticorum editorum, & ediuerſo. xxiiij. diſcrimina, quæ ex contemptu illorum, & præſertim ex reſeruationibus & gratiis expectatiuis proueniunt. Sextò, ponit acceptationem factam per dictam eccleſiam de huiuſmodi decretis Baſilien. Secunda, ibi: Inſcrutabilis. Tertia, Cum itaque. Quarta, Quibus attente. Quinta, Quibus ad plenum. Sexta, Cognoſcentes.

(*) Non ab re gloſ. procem. diuidit, cum diuiſio in omnibus ſcientiis commendetur: nam, inquit Seneca, Facilius per partes in cognitionem totius adducimur, text. eſt in §. igitur, in procem. Inſti. facit dictum Philo. 2. Ethico. dicentis, Circa vniuerſalia ſermones ſunt faciliores, & circa particularia ſunt veriores. hinc Præpo. in procem. decreti. co. j. inquit, quòd ex ordine ſcribendi, aut docendi, facilius doctrina percipitur, & retinetur. §. ſed cum nos in procem. fforum. Ad *Diuiſio multū operatur.*

Digitized by Google

idem Io. Andr. in procœ. Greg. col. iij. ait, quòd partitio animum incitat, mentem præparat, & memoriam reformat. Succedit dictum Bald. in conſil. cccxlvij. colum. ij. Ecce firmata, parte iij. quòd nihil ritè vel rectè fit ſine ordinis compoſitione: quia qui bene diuidit, proximus eſt veritati: & vbi non eſt ordo, non poteſt eſſe ſubſtantia, ſiue dicamus, quòd ordo dicatur ſubſtantiuum vel adiectiuum, quod eſt de eſſe rei. Hinc idem Bal. in conſil. ſchiſma. adducit vulgatum. Scire quid facias, & neſcire quo ordine, non eſt perfectæ cognitionis. Equidem legimus; quòd ordo eſt modus entium. vnde memorialis cellula ex ordine vel ſpiritu colligitur, affirmatur, redditur, & nexu quodam fauente difficile ſoluitur. Alium diuiſionis effectum ponit do. Petr. Rebuffi, in gloſ. Concorda. in tit. de reg. ad prælat. no. fac. in verbo conſanguineis. col. iij. ver. nec refragatur. quem videto. Probus.

[a] Karolus[b] Dei †[c]

[a] ¶ Karolus. (*1) Hoc nomen ſuper cætera nomina Regum Francorum (dempto nomine Ludouici) viguit. Septimus enim eſt ipſe qui loquitur, & Rex modernus Karolus octauus eſt: reliqua Regum Francorum nomina ſextum non tranſcendunt (nomine Ludouici omnia tranſcendente) cum pater Regis moderni Ludouicus vndecimus fuerit. (*2).

(*1) Attende lector ſtudioſe ad hanc Pragm. gloſ. quia non minoris eſt authoritatis, quàm glo. iuris communis, quod patet rectè intuenti, à qua ſententia non diſcedit Iacoba. in trac. Concilio. §. ſimiliter. col. xj. ver. & de Cardinalibus. lib. j. dum inquit quòd licet pragmatica ſanctio non ſit per ſedem Apoſtolicam recepta, gloſ. tamen ſuper illa eſt ſatis bona, & magiſtra. merito Gomes in procœ. Regularum Cancel. q. ij. num. 21. dicit noſtrum gloſſatorem inſignem, quod de Gallicis dicere vltramontanis ſæpe non accidit, cum ſolum de ſuis ſoleant gloriari, non de exteris: maximè extramontanis, docet facti notorietas. Etiam Æneas de Falco. in primo præludio trac. reſeruatio. inquit eundem noſtrum gloſſatorem, virum magnæ ſcientiæ. Ex quo infertur, quòd glo. illa eſt anima textus. Inquit Caſſidor. tit. de vſur. deciſ. j. in fi. & quòd ad illam iudex ſe debet tenere, ſicut ad arſonem qui neſcit equitare, ait Alex. in conſil. lxxiiij. nu. 20. viſo puncto. volu. iiij. P.

Auctoritas glo. Prag.

Qui neſcit equitare, ad arſonem debet ſe tenere.

*2) Do. Rebuffi in procœ. Concorda. ſic extollit nomen Franciſci, quod firmo in præfa. procœ. Bonif. apud Ioan. Mo. nu. 49. P.

[b] ¶ Dei) ſic Imperator ſcribit in. l. hac edictali. de pa. iura. fir. & de pa. te. in prin. coll. x. A Deo enim eſt omnis poteſtas (*1) ad Ro. 13. c. infra. de elec. c. j. §. & cum humanę. in extrauag. Bonifa. viij. vnã ſanctã. ſiue iubẽte. ſiue ſinẽte. c. quid culpatur. xxiij. q. 1. & q. iiij. quæſitũ. xxvj. q. v. nec mirum. ver. nec ideo. ca. audacter. viij. q. j. c. ex merito. vj. q. j. c. pro humani. de homicid. lib. vj. vnde Ioan. 19. c. Chriſtus ait Pilato, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi eſſet datum deſuper. quod accipe negatiue. q. d. nullam poteſtatem habes in me: ſed ſi quam haberes, eam haberes à Deo. no.. Archi. in. d. c. pro humani. Et bene dicit Dei, non hominis, cum Rex Franciæ ſuperiorem in temporalibus minime recognoſcat, teſte Papa Innoc. iij. in. c. per venerabilem. §. inſuper. qui fi. ſunt legi. nec de iure, nec de facto. (*2) quia Franci nulli vnquã fuerunt ſubiecti in temporalibus Imperatori: vt pro-

Omnis poteſtas à Deo eſt.

Rex Franciæ non recognoſcit ſuperiorem.

Digitized by Google

batur ex antiquis hiſtoriis, quòd poſt euerſionẽ Troiæ magna copia Troianorũ ad partes Pãnoniæ peruenit vbi ciuitatẽ Sicambriã conſtruentes manſerunt ibi vſque ad tẽpora Valẽtiniani imperatoris ſemper infeſti Romano imperio. Expulſi vero ab imperatore prędicto: ideo quòd tributa Romanis ſoluere recuſarẽt iuxta morẽ aliarum nationũ habitauerunt iuxta Rhenum fluuiũ, in confinio Alamaniæ & Germaniæ. quos cum multis prœliis idem Valentinianus ſibi ſubiugare attentaſſet, nec aliquatenus potuiſſet, appellauit eos Francos, id eſt feroces: & demùm Galliam togatam. de qua not. in cap. Galliarum. xxv. q. ij. habitantes. eámque Franciam appellantes Romanis noluerunt eſſe ſubiecti, & dato quòd imperatori aliquando tributa ſoluiſſent, hoc fuit iniuſtè & per violentiam. Conſtat enim ex hiſtoriis imperium Romanum inſurrexiſſe per potentiam. not. Inno. in ca. quod ſuper his. de vo. Bald. in. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. Panormitanus in ca. venerabilem. de elect. ideo poſſeſſio violenta non deberet ſibi prodeſſe. C. vti poſſi. l. j. C. quod met. cau. l. ſi per impreſſionem. xciii. diſt. illud. ar. l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. act. non dat. & paria ſunt non habere poſſeſſionem, & habere iniuſtam. ff. de itin. actúque priua. l. iij. §. ait prætor. ar. de tranſlat. præla. inter corporalia. §. ſed neque. ideo iniuſtum poſſeſſorem non tuetur prætor. ff. de public. ac. l. cum ſponſus. §. ſi res. fa. quod not. x. quæſt. iij. quia cognouimus. xxviij. q. j. iam nunc. Henr. in cap. peruenit. de cen. ad hoc. c. ad decimas. cum ibi not. de reſti. ſpoliat. in vj. Nec etiam ſola tributi præſtatio plenè probat ſubiectionem, quia cum ſolutio tributi plura ſignificare poſſit: vt in cap. recepimus de priuileg. in cap. quanto. in cap. præterea. de cen. probatio generalis & æquiuoca non releuat probantem ſuper certa ſpecie contenta ſub genere probato cap. in præſentia. de proba. facit cap. conſtitutus. de reli. domi. c. cum venerabilis. de cen. not. Innocen. & doc. in ca. omnis. de cen. Hoſt. in. c. quoniam. de priuileg. fa. quod no. Bart. in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. vbi dicit quòd ex ſola ſolutione cenſus non præſumitur ſoluens vaſſallus. Panor. in. c. fi. de cau. poſſeſ. & proprie. Item illud verſum eſt in conſuetudinem, quòd nullum rex Franciæ recognoſcat in ſuperiorem in temporalibus: quæ conſuetudo eſt approbata, & hactenus obſeruata pacifice: nec à Papa, nec ab imperatore impugnata. ad hoc l. j. §. vlt. ff. de aqua plu. ar. l. fi. C. no. vec. impo. non poſ. c. ſuper quibuſdam. de vero. ſig. & hanc partem tenent Lau. & Archid. in. c. cum deuotiſſimam. xij. q. iij. Guil. de mon. Laur. in cle. j. de iureiur. ſentit gloſ. inſtit. de pat. po. §. ius autem. in. c. j. in prin. de pa. iur. fir. col. x. ſentit contrarium. ſed primum ſentit in rubrica C. de ſtu. li. vrb. Ro. li. xj. vbi dicit quòd hodie imperium ſciſſum eſt. vnde gloſ. in Daniele dicit, quòd ſicut à principio nil fortius imperio Romano, ſic in fine nil debilius inuenietur. & dicit quidam, quòd aquila multas pennas amiſit, ſed in fine forſan denudabitur: & quòd rex Franciæ potuiſſet præſcribere contra imperatorem. no. Hen. in. c. ſi diligenti. de præſcript. Panor. in. c. tua. ij. de decimis. moderni in. d. ca. per venerabilem. fa. quod not. Bart. in. d. l. j. de aqua plu. arc. in. l. infamem. ff. de publi. iudic. in. l. hoſtes. de capti. vbi ſentit, quòd contra imperium Romanum poteſt aliquis princeps vel communitas præſcribere: vt ſit ab illo exemptus vel exempta: & vt ſit in ſuo territorio loco imperatoris. fa. quod not. Innoc. & docto in. c. cum te. de re iudic. licet Barto. in d. l. hoſtes. dicat quòd Francigenæ ſunt de populo Romano. Bart. in extrauag. ad

Romani per potentiã imperiũ induxerunt.

Iniuſtũ poſſeſſorem non tuetur prætor.

Equiuoca probatio nõ releuat.

Imperium forte, poſt debile.

Digitized by Google

reprimendum. Bald. in. d. l. hac edictali. vbi dicit quòd peccant Francigenæ denegando imperatori ſuperioritatem. (* 3) Et in. d. l. hoſtes dicit, quòd dicens imperatorem non habere monarchiam totius mundi, cenſetur hæreticus: quod non eſt verum, ſalua pace tanti doc. per. d. extrauag. vnam ſanctam. vnde dicit Cardi. in. d. c. per venerabilem, quòd imperator tolerando talem conſuetudinem, videtur eam approbare. de quo pulchrè per Petrum Iacobi. tit. de præiud. ac. in rem. Ioan. Fab. In l. j. C. de ſum. tri. latè per Oldra. conſ. lxix. (* 4) Iſtud firmat Egidius de Roma, in diſputatione de poteſt. eccle. quæ incipit, vtrum dignitas pontificalis: vbi dicit, quòd reges Franciæ iuſto titulo, & ſine recognitione cuiuſquam ſuperioris in temporalibus poſſederunt, & poſſident regnum Franciæ. Hoc probat primo vnctio ſacra diuinitus miſſa: qua reges Franciæ ſemper opportunis temporibus inunguntur. Secundo, arma, & lilia Franciæ regi Clodouæo cœlitus demiſſa. Nonne regnum euidenter approbatur à Deo: cuius reges diuino munere conſecrantur, diuinis inſigniis coruſcant? Tertio hoc probant aperta miracula vniuerſo orbi notoriè manifeſta. vnde rex de ſuo iuſto titulo reſpondens dicere poteſt illud Euangelicum, quod reſpondit Dominus contra calumnias Iudæorum. Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. c. quod Dei timorem. de ſta. mona. ca. ex ſtudiis. de præſumpt. & ſicut iure hæreditario ſuccedit filius patri in adeptione regni. c. licet. de vo. vij. q. j. quam periculoſum. ſic quaſi hæreditario iure ſuccedit alter alteri in ſimili poteſtate huiuſmodi miracula faciendi habilitate accedente. Quarto hoc probant claritas famæ, deuotionis feruor, ſinceritas fidei Chriſtianæ: quæ ſemper in regibus noſtris viguit, & in regno Franciæ præ cæteris regnis & regibus huius mundi. Quinto hoc probat regni Francorum ad Hugonem Capet diuinitus reuelante beato Valerico facta tranſlatio: vt habetur in Chronicis. Reſpondeat ergo illis qui dicunt reges Franciæ iniuſtè & cum peccato tenere regnum Franciæ ſine recognitione imperatoris. Beatus Ludouicus ſanctorum catalogo inſcriptus, eius vita ſanctiſſima, & miraculorum euidentia proclamantibus. & licet Bonifa. viij. per ſuam conſtitutionem miſſam regi Philippo Pulchro declarauerit regnum Francorum eidem ſubeſſe in temporalibus: tamen Cle. v. eius ſucceſſor illam reuocauit, declarauítque d. extrauag. eiuſdem Bonifac. vnam ſanctam. non præiudicare regno Franciæ: vt in extrauag. eiuſdem Cle. v. meruit. not. Paul. in Cle. quoniam. de immunit. eccleſ. (* 5)

Regnum Franciæ approbatum à Deo.

Potentia eſt de genere bonorum.

(* 1) Ideo potentia eſt de genere bonorum, nec vnquam refertur ad mala, cum illa facere non ſit poſſe, ſed non poſſe: vt probamus in tracta. diſpen. membro. xij. parte. j. nu. 134. Prob.

(* 2) Quod latiſſimè firmat do. Ioan. Igneus, nunc præſes Rothomagen. in ſua diſput. an rex Franciæ recognoſcat imperatorem. & hæc opin. gloſ. eſt communis quicquid dicant nonnulli Italici. Probus.

Bal. in laudem regis Franciæ.

(* 3) Bald. eſt ſibi in hoc contrarius dum ait in cap. imperialem. §. fi. de prohibit. feudi aliena. quod rex Franciæ quo ad ſubditos ſuos eſt in regno velut quidam corporalis Deus, & ſupra omnes reges eſt tanquã ſtella matutina in medio nebulæ, vtpote in temporalibus ſuperiorem non recognoſcens. & in ca. j. de renuncia. quòd totus mundus regitur quadam vmbra: nam rex Francorum non eſt niſi vbi pedes

Digitized by Google

tenet, & tamen vmbra regit totum regnum. & idem in conſil. 218. Petita. volu. 3. Quod rex Franciæ ſuper omnes reges obtinet coronam libertatis, ac gloriæ. & conſil. præceden. quod contra Franciæ regem nemo præſumat honorem: ideo in regno ſuo dicitur imperator, & ex conſequenti Papa in temporalibus. dicit in ſimili de imperatore. Idem Bald. in tit. qui feud. da. poſ. col. ij. §. marchio. Etenim potius

a gratia † b poteſt dici in temporalibus Papa quàm imperator, cum ille ſit magis ſubditus Papæ quàm rex Franciæ, eo quod confirmationem & coronationem à Papa recipiat, Rex autem neutrum, cum regnum habeat titulo ſucceſſorio, & coronationem & inunctionem à Remenſi archiepiſcopo. Probus.

(* 4) Vbi dicit Hiſpanos legem feciſſe, quod quicunque allegaret leges imperatoris in iudicio, capite puniatur. Ex eadem cauſa creditur quod tempore regis Stephani expulſæ ſunt leges Romanæ à regno: edicto etiam regio prohibitum fuiſſe, ne quis illarum libros retineret, meminit Ioan. Lupus Hiſpanus, in rub. de donat. inter virum & vxo. nume. 19. Probus.

(* 5) De prærogatiuis regis Franciæ latè tradit Guil. Bened. in repeti. ca. Raynutius. de teſta. vbi recurre ad indicem alphabe. in verbo rex. P.

† c ¶ Dei) Cuius nutu ſermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem. hic rex per omnia ſuam poteſtatem debet Deo ſubiicere, quia eius munere & perfectione regnat, ideo non mirum ſi Dei gratia regem Francorum ſe dicat. Defendat igitur contra hæreticos inconcuſſum Eccleſiæ Ieſu Chriſti ſponſæ ſtatum, vt ſuum Chriſti dextera defendatur regnum, quia illa eſt regis cuſtos, & auctrix regni. Nam inquit beatus Leo Papa Epiſt. 14. quod res humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas. P.

a ¶ Gratia (* 1) generali, ſine qua in eſſe noſtro ſubſiſtere nec durare poſſumus xxvj. q. ij. qui ſine. de conſecrat. diſtin. j. omnis Chriſtianus. vnde Paulus 1. ad Corint. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. & ſpeciali gratia: quia regnum Franciæ à Deo ſpecialiter eſt approbatum: vt dictum eſt in glo. proxima. Vel intellige de gratia operante qua adeptus fuit regnum, ſine qua nihil poſſumus facere. de conſecra. diſt. iiij. cap. placuit. &. ij. ca. ſe. & cooperante qua recuperauit regnum longo tempore vix totaliter poſſeſſum ab Anglicis: quod non ſine diuino auxilio Ioanna (* 2) ſubulca puella teſte factum fuiſſe arbitrandum eſt: vnde Deo maximas gratias habiturus erat. l. j. &. ij. C. de offi. præfect. præf. af. l. ij. §. omnipotentis. C. de vete. iur. enu. & de multiplici gratia not. doc. in c. pro humani. de homicid. lib. vj. in clemen. j. de magiſ. glo. in clemen. j. §. verum. de ſum. trini. & ibi Cardi. Flo.

Regnum Franciæ ab Anglicis diu poſſeſſum.

(* 1) Præpo. in cap. gratia. col. j. quæſtio. j. ait quod verbum gratia latè ſumptum comprehendit gratiam ad beneficia, ſiue ad dignitatem Eccleſiaſticam. clemen. gratiæ. de reſcri. & c. gratia. eod. titu. in. vj. P.

(* 2) Per Gallos homines vulgo puella Aurelianen. vocata: cuius effigies reperitur ſupra pontem Aurelianen. poſita, quæ ab Anglicis fuit Rothomagi combuſta, ſi crediderimus hiſtoriographorum ſcriptis. P.

† b ¶ Gratia) Ex qua, vel dono Dei, quis etiam ſine vitæ merito videtur facere miracula, vt patet per verbum Euangelij. Ioan. 11. & 18. c. ibi, Expedit enim vt vnus pro populo moriatur, ne tota gens pereat, quod Prophetauit Caiphas, quia pontifex

Digitized by Google

anni illius erat : quod firmari poteſt, quia multi reges Franciæ viſi fuerunt mali : tamen ratione doni gratię ſpecialis quam habent, ſanitatem aliquibus ægris dederunt, quod nota pro quibuſdam vetulis, quæ ſine vitæ merito miracula facere videntur, & prædicere futura. P.

[a] Francorũ [b] rex† [c]

Franci vnde dicti ſunt. [a] ¶ Francorũ) Qui à Frácione filio Thor, filij Priami regis Troiæ nomẽ ſumpſerũt: vel vt alij dicũt, à Valentiniano imperatore qui eos Frácos appellauit, id eſt feroces & fortes. vnde Iſid. Ety. lib.xi. Roma graues generat, Græcia leues : Africa verſipelles, Gallia natura fortes, ingenióque acres. Aut Franci dicuntur, id eſt liberi: (* 1) quia noluerunt ſubiici imperatori, nec eidem tributa ſoluere. Francum enim idem eſt quod liberum : vnde quoddam caſtrum Frácum. not. in. l. ſiquis à barbaris. C. de re mili. lib. xii. & eſt quoddam *Feudũ dicitur francũ.* feudum francum: quia eſt liberum à ſeruitiis & operis exhibendis. not. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de præſcrip. Bald. in procem. li. feu. Panor. conſil. lxxxiii. & dicit Oldra. conſil. ccxxxiii. quod baro non poteſt exigere aliquod ſeruitium aut ſubſidium pecuniarium à milite: qui tenet ab eo feudum francum: quod ſecũdum vulgarem propter illud verbum francum, interpretationem, idem eſt quod liberum, & indefinitè prolatum intelligitur oĩ libertate, & ab omni ſeruitute abſolutum. ar. l. ſiquis duas. *Vulgaris interpretatio.* in princ. & l. in tradendis. cum ibi nota. ff. cõ. præ. (* 2.) ad vulgarem enim interpretationem recurrẽdum eſt. ff. de verb. ſig. l. auunculus. c. ex literis. de ſpon. idem Bald. in cap. quidam capitaneus. de capi. qui cu. ven. coll. x. aliter interpretatur Franciam. Bartholomæus Anglicus de proprietatibus rerum. lib. xv. & malæ ſuſpicionis ratio patet. & vide quod vocat ſe regem Francorum, non Franciæ in abſtracto. ſi. in. c. in ſynodo. in cap. ego Lodoicus. in fi. lxj. diſt. in c. nouit. de iudi. vocatur aliquando rex Franciæ. in clemen. j. de magiſt. in extrauag. Ioannis xxij. quia in futurum, nec refert per not. per Bartol. in rubr. ff. ſol. mat. do. Ant. in procem. Greg. in cap. j. de ſponſ. ſicut dicitur rex Anglorum: vt in ſubſcriptione. cap. ſi gens Anglorum. lvj. diſtinct. & rex Angliæ: vt in. d. ca. nouit. in cap. ex parte. de foro compet.

(* 1) Iſtud latè firmat Guil. Benedi. in repet. ca. Raynutius. in verbo abſque liber. mor. 2. numer. 43. de teſta. Probus.

(* 2.) Vide Bald. in conſil. ccccvj. in fi. lata ſententia. volu. v. vbi dicit, quod ciuitas franca vicẽ principis obtinet. Et in propoſito feudi ait ille Bald. in titul. qui feud. dare poſſunt. §. Marchio. col. iij. quod olim licebat infeudare ſolum magnis dignitatibus præditis, & quibus antiqua conſuetudo tribuebat: quia indecens videbatur vt vnus ruſticus ſub ſe vaſſallos haberet: cum illos habere ſit quædam dignitas, cui & iuriſdictio ineſt: ſed hodie tam maiores quàm minores infeudant, dummodo legitimam habeant adminiſtrationem. P.

Reges ad quid ſint inſtituti. [b] ¶ Rex] Poteſtas regia inſtituta eſt : vt mali à malo coerceantur, & boni quietè inter malos viuant. xxiij. q. v. non fruſtra. & in cap. qui peccat Deum blaſphemantes puniat. xxiij. q. iiij. non inuenitur. in authent. vt non luxu. ho. colla. vj. vt iudicium & iuſtitiam faciat, & oppreſſos releuet. cap. regum. cap. rex. xxiij. q. v. ſcriptũ eſt enim, *Rex quando perdat nomẽ regis.* cum rex iuſtus ſederit ſupra ſedem, nõ aduerſabitur ei quicquam malignum. in epiſtola, inter claras. C. de ſum. trin. quod ſi à veritate rectæ vitæ recedit, nomen veri regis perdit. ij. qu. j. ſcelus. vnde à bene regẽdo dictus eſt. xxj. diſt. cleros. ver. põtif. [*].

Digitized by Google

[*] Ideo dicitur, quod regnum ſanguini nõ debetur, ſed meritis. ob quod Adrianus imperator, qui inuitus ad imperium venerat, & bene rexerat: cum Senatus eum obſecraſſet, vt filium Cæſarem appellaret, Sufficere, inquit, debet, vt ego inuitus regnauerim, cum non merear. quia regnum ſanguini, &c. quod latè proſequitur Bened. in repetit. ca. Raynutius. in verbo condidit. j. num. 35. & ſeq. de teſtamen. P.

a vniuerſis † c ¶ Rex] Non à regnãdo [vt aliquibus placet] ſed à regẽdo, & ſic ſumendo, quilibet in domo ſua poteſt dici rex, aut imperator. c. duo iſta. xxiij. q. iiij. quod docet fabula per Ioan. And. citata in. c. venerabilem. col. pen. de elec. De ruſtico in domo ſua regem ſe aſſerente. regis enim clementia rigor legum debet temperari, quia legimus quod beatiſſimus eſt rex, qui ſedet ſuper cathedram æquitatis, & proprium eſſe regis ſuper lege rigoroſa diſpenſare, iuxta verbum legis ciuilis dicentis, quod nimia aſperitas dominorum temperanda eſt, non ſequenda. l. ij. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. P.

Ruſticus in domo ſua regem ſe aſfirmat.

a ¶ Vniuerſis) Sibi ſubditis. extra territorium enim, &c. ff. de iuriſdict. om. iud. l. fi. c. nouit. de conſtit. lib. vj. & ſibi obedientibus. Nam princeps non vult imponere legem populis qui non obediunt, nec eſt ſpes quod obediant, ne lex ſua ſit ludibrio, & in vanum poſita: Vt in. l. j. in prin. C. de ſum. trinit. & ibi doct. cap. commiſſa. §. porro. de elect. in. vj. [† 1] Si tamen poſt legem conditam aliqua ciuitas quæ prius erat rebellis, incipit obedire: conſtitutiones regiæ prius factæ ligarent iſtam ciuitatem: quia iſta acquiſitio non eſt noua acquiſitio in vniuerſali Domino: ſed eſt reddere iſtam ciuitatem ſuæ formæ, & ſtatui naturali. vnde merito diſpoſitio ſuperioris adaptatur ſibi. ff. de libe. & poſthum. l. filio quem pater arg. ff. de. pact. l. ſi vnus §. pactus. ver. quod & in ſpecie. xxv. diſt. ab exordio. Et quia ſicut dicimus in Eccleſia curata in habitu, non in actu, quod ſtatim quod ſunt ibi parochiani, recuperat actũ, qui egredietur de potentia habitus ad actum: ſiue de proprio habitu. [* 2] Ita eſt hic, quia licet contra rebelles non ſit dominium in actu: tamen eſt in habitu. Vnde ſi ſubſequitur actus, trahitur ad habitum. ad hoc. l. ſicut in fi. ff. quod cuiuſque vniuerſita. quod not. infra de collat. ca. j. §. in Eccleſiis. Rex enim de facili reuertitur ad ſuum actum. not. Bal. in. d. l. [* 3] Vel dic vniuerſis, id eſt omnibus generaliter, quibus inſinuat ſuam voluntatem ſuper acceptatione decretorum Baſilien. quæ ligant omnes Chriſtianos: licet modificationes Eccleſiæ Gallicanæ, & ordinatio regia inde ſecuta ſolos ſubditos regni ligent.

Lex non eſt fruſtra ponenda.

[† 1] Idem dic de forma legis, cum illa magis attendatur, quàm illius ratio, ait Mantua. in conſil. 143. nume. 4. in præſenti, quod videtur narrabile. Sic legis forma nullo modo poteſt mutari merito. Bald. in. l. j. col. j. ff. de liber. & poſthu. dicit quod ſi antiquæ formæ non eſſent ſublatæ, nihil eſſet de eis mutandum per text. in. l. j. &. ij. C. de formul. & l. omnium. C. de teſta. & l. ſi ſeruus nauem. ff. de furt. P.

Forma attenditur potius quàm ratio legis.

[* 2] Not. doct. poſt glo. cap. licet canon, in verbo parochialis. de elect. in. vj. & Alexand. in conſil. lxxiiii. colum. j. viſo puncto. volu. iiii. vbi. nume. ij. vnum notatu dignum tradit, quod ad hoc vt Eccleſia cenſeatur parochialis, attenditur authoritas ſuperioris eam parochialem conſtituentis. c. nullus omnino. xvi. q. vij. quod & alia ibi per Alexand. adducta nota contra eos qui dicunt capellanos hoſpitalium pauperibus Eccleſiaſtica ſacramenta adminiſtrantes, & alia officia curatorum parochialiũ.

Digitized by Google

facientes eſſe curatos,& eas capellanias fore Eccleſias parochiales,& ex conſequenti beneficia incompatibilia, quia illud eſt falſum, cum ſint ſimplicia beneficia, non curata.ſic huiuſmodi capellaniæ non ſunt naturæ beneficij curati habitu, quod iudicatur eo modo quo curatum actu,dicit Alexan.in.d.conſil.lxxiiii.d. num.ij. P.

Capellæ hoſpitalium nõ ſunt beneficia curata.

[* 3] Et in ſimili eſt vulgatum, quod res de facili ad ſuam reuertitur naturam. c. ab exordio.xxxv. diſtinct.l. ſi vnus.§. pactus. ff. de pactis. cum aliis per nos adductis in tract. penſio. parte. j. q. xiii. num. vii.& ſequen. vbi inter alia citamus verbum Anto. in. c. bonæ. j. in fi. de elec.quod res de facili reuertitur ad alueum antiquũ vnde proceſſit. P.

a ¶ Salutem] Dicit no. quod rex ſalutat illos quibus ſcribit: & per ſalutationem fit indignationis remiſſio.inſtit.de iniur.in fi. lxiij. diſt. cum Adrianus. in fi. [*]

Salutans indignationem remittere videtur.

[*] De ſalutatione Papæ, vide quæ diximus poſt Ioan. Monac. in procœ. Boniſa. nume.xx. vbi etiam de illius benedictione tractatur, & quod illæ ad excommunicatos non extenduntur. Probus.

a ¶ Inſcrutabilis] Secunda pars concord. de pœn. diſt. iiij. ſi ex bono. in princ. in procem. vj. vnde ad Roma. xj. O altitudo,&c. quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia eius. alia litera habet incomprehenſibilia.

† b ¶ Prouidentia] Apud quam nõ eſt mora. ca. multiplex. alias. cap. his autem de pœniten. diſtin. j. quod multipliciter poteſt probari, videlicet Lucę 8. ca.ibi,& tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. & Marci 5. cap.ibi,& confeſtim exſiccatus eſt.Et Lucæ 7.c.ibi,Adoleſcens tibi dico,ſurge,& reſedit qui mortuus erat. & Ioan. 11. cap.ibi,Lazare veni foras, & ſtatim prodiit qui mortuus fuerat. & Matt.20. cap.ibi, tetigit oculos eorum,& confeſtim viderunt.P.

c ¶ Regnant] Prouer.8.Sapien.8. in Epiſtola inter claras.C.de ſum.trinit.Vnde propter iniuſtitias regum aut populorum nonnunquam regnum de gente in gentem transfertur.Eccle.10.Dani.2.c.xxiij.q.iiij. Nabuchodonoſor.

d ¶ Poteſtatem regiam] Quæ & poteſtates ſeculares ſunt intra eccleſiam conſtitutæ, vt eccleſiarum muniant diſciplinam, & quod non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtates hoc imperent per diſciplinæ terrorem, quoniam ſæpe per regnum terrenum cæleſte proficit regnum. cap. principes. xxiij. q. v. Probus.

præſentes literas inſpecturis ſalutem [a].

Poteſtatem regiam in terris diuina prouidentia ordinauit, vt illa eccleſiam eiuſque miniſtros protegeret, patrum antiquorum decreta exequi faceret, & ea illibatè obſeruari: ad quę in ſuſceptione diadematis obligationis vinculo, Chriſtianiſſimus rex ſe aſtrinxiſſe profitetur. P.

INſcrutabilis[a] diuinę altitudinis ꝓuidẽtia † [b], per quã reges regnant [c]: rerũq; publicarum gubernacula poſſidẽt: poteſtatem [d] regiam ad

† a ¶ Ad

Digitized by Google

† a ¶ Ad hoc] Per hunc text. poteris firmare quã iuribus probando facit concluſionem prouincialis. fol.53. col.ſi. ij. quod rex vel imperator non poteſt pacẽ, aut longas inducias facere cum Sarracenis aut Turcis ſine voluntate aut conſenſu sũmi pontificis, cum illi ſint hoſtes Chriſtianorum & fidei, tum etiã quia facilius reliqui Chriſtiani expugnabũtur ab ipſis infidelibus, ſic cõtra poteſtatẽ Ieſu Chriſti, cuius Papa eſt in terris vicarius, & princeps fidei, eiúſque inimicorũ oppugnator, ideo caput & princeps belli, quod contra ipſos infideles fit abſque quo principe pax non poteſt fieri, aut treuga tractari. P.

hoc †[a] inter cætera ordinauit[b] in terris: vt Eccleſiam[c] ſanctam[d] pretioſo Chriſti

b ¶ Ordinauit [* 1] vnde ſcribitur quod Deus imperium propterea de cœlo cõſtituit, vt difficilibus imponat quæ apud eũ ſunt bona, & leges aptet ſecundum naturæ varietatẽ. in authẽt. de ſi. inſtr. §. quia igitur. col.vj. & lex diuino quodã nutu prodita eſt. C. de præſcri. lon. tẽpo. l. ſi. & leges diuinitus ſunt per ora principũ promulgatæ. cap. nemo. xvj. q. iij. c. imperatores. xj. q. iij. c. quo iure. viij. diſtinct. & de lege veteri permiſſa fuerunt regna: vt apparet in Saule, Salomone, & patre eius, & pluribus aliis à Deo approbatis. de ſa. vnc. c. j. §. verum. Quando autem inceperit regnũ, vide fratrem Anto. in. iij. parte ſum. titu. xxij. cap. v. §. xiiij. de materia regum. per Bald. in procem. decreta. ibi rex &c. de approbatione imperij not. Innocẽ. in cap. quod ſuper his. de vo. Bald. in l. j. C. de ſum. trinit. vbi probat imperium à Deo eſſe approbatum [*2] permiſſiue, formaliter, & effectiue. Bald. in cap. j. quis di. dux. co. col. x. *Imperium quare fuit conſtitutũ.* *Imperium incepit.*

[*1] De qua ordinatione habes per Anto. Corſe. in tracta. de poteſta. regia. q. j. P.

b ¶ Primogenito (*1) dicitur primogenitus quem nullus præcedit, etiam ſi nullus ſequatur. l. proximus. & l. proximi. ff. de ver. ſig. ca. Ioſeph. eo. tit. Et primogenito debetur regnum Franciæ per ſucceſſionem iure primogenituræ, quod eſt à iure diuino. Gene. 27. c. vij. q. j. quàm periculoſum. licet enim in rebus priuatis fiat diuiſio æqualiter inter liberos. in authen. in ſucceſſione: C. de ſuis & le. hære. (*2) tam in regno & aliis magnis dignitatibus ſecularibus primogenitus præfertur aliis filiis. c. licet in fi. de vo. & ibi doct. quia talia feuda principatuum non diuiduntur. l. imperialem. §. præterea. de prohi. feud. alien. per Frede. not. in ca. ſi hæredes. de teſta. Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Matth. 12. Luc. 11. xxv. q. ij. ſi ca. & dicit Ariſt. pluralitas principatuum mala. vnus ergo princeps. ideo dicit. l. quod neceſſe eſt reipublicæ per vnum conſuli. l. ij. §. nouiſſime. ff. de orig. iu. ff. de admi. tut. l. iij. §. quod in tutoribus. & olim gentes regni vnum ſibi eligebant. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. vt regna non minuerentur: ſed ingenio augerentur. l. obſeruandum. ff. de offic. præſe. (*3) Et tales primogeniti vſque adeo habent certam ſpem in dignitate patris, puta regis ſi pater ſit rex, quòd in vita patris poſſunt appellari reges. text. & ibi glo. in ca. fin. xxiiij. quæſt. j. lxiij. diſtin. Adrianus j. arg. ff. de fideicommiſ. lib. l. cum vero. §. plerunque. not. Bald. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. in l. quæſitum. §. fi. mihi ff. de leg. j. Et ideo ius primogenituræ videtur tranſmitti ad poſteros etiam viuente patre: vt no. Oldra. conſil. ccxxiij. vbi dicit quòd ſi primogenitus ante adeptionem regni viuente patre deceſſit relicto filio, iſte filius promogeniti debet ſuo auo ſuccedere in regno, & præferendus eſt patruo. (*4) ſicut enim ſpem competentem patri ex contractu conditionali tranſmittit ipſe pater in filium. ff. de ac. & obli. l. is cui. inſti. de verb. obliga. §. ex conditionali. ſic ſpem in regno quam habet primogenitus, tranſmittit in filium: cum cenſeatur filius eadem perſona cum patre. C. de impu. & ali. ſub. l. fi. & vna caro. xl. quæ. iij. hac auctoritate. & perſona patris dicitur per filium repræſentari, & ibi eſſe & ſtare. C. de agri. & cen. l. cum ſcimus. lib. xj. etiam in ſucceſſione rerum priuatarum proles filij præmortui tenet locum patris in ſucceſſione, ita quòd ſuccedat in hæreditate cum patruis per ſtirpem. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. cum

Primogenitus dicitur.

Feuda principatuũ non diuiduntur.

Primogeniti poſſunt reges vocari patre viuente.

Digitized by Google

filius.vbi no.Io.Fa.Panor. in d. cap. licet.de quo Io. And. in addit. ſpec. de feu. per Bald.in d.ex hoc iure.in l. inteſtato.C. de ſuis & le.hæ.Cy.in l.ſi viua. C. de bo. ma. Bal.in l.cum antiquioribus.C.de iu.deli.& videtur caſus in d.c.licet. vbi nepos præfertur patruo in ſucceſſione regni, & licet ibi regnum fuerit radicatum in perſonam primogeniti, cum de illo non poſſit pater diſponere ad libitum: iuxta ea quæ le. & no.maxime per Bald.cap.j.de ſucceſ.feu.& in proœ.illius li.feu.per Inno.in c.grandi.de ſup.ne. præ. in vj. primo tamen ibi diſponitur quòd filius primogeniti repræſentat ipſum primogenitum.& vide latè per Panor. conſil.lxxxvj. & conſil. xij. vbi dicit quòd quia huiuſmodi dignitates regiæ & principatuum ſunt indiuiſibiles, non debent in eis habere legitimam alij liberi: ſed debent relinqui primogenito loco ſuæ legitimæ. ar.ff.fami.hercif.l. quædam de in pa.l.fi. d.c.licet. no. Bar. in auth. ex teſtamento. C. de colla. tamen primogenitus debet ſubuenire ſuis fratribus, attentis facultate & dignitate: aliàs ius eſſet irrationabile.ar.l.maximum. C. de li.præte.in l.j.ff.de tutel.& ra.diſ. no. Io. And. in regula ſine culpa. de regul. iur. lib. vj. in mercu.Bald. in l.j. C. de ſum.tri.ſed in aliis bonis immobilibus debent habere legitimam. iuxta authen.nouiſſima.C.de inoffi. teſta.Io.autem de Imol.in d. ca. grandi. tenet contra, quòd præferendus eſt patruus nepoti in regno: quia aut iſte nepos vult venire virtute conſuetudinis regni, & non poteſt, quia illa diſponit de primogenito: ſed primogenitus eſt patruus reſpectu nepotis.ad hoc d.c.Ioſeph.&.c.nam & ego.de ver. ſig. Aut vult venire de iure communi, & ſimiliter non poteſt per rationem.l.ij.C.de bo.quæ libe.Idem Bar.in auth. poſt fratres. C. de le.hære. nam de iuris rigore præfertur patruus filio fratris:vt inſti. de legi. agna. ſucceſ. in princi. ſed ex æquitate ſtatutum eſt contrarium in ſucceſſione aſcendentium & collateralium in filiis fratrum:vt di.§.cum filius.& in d.authen. poſt fratres.Ideo cum æquitas illa ſolum ſit ſcripta quando agitur vt æqualiter ſuccedant cum patruo, non vt ei præferantur: erit ſecus dicendum vbi alter prædictorum eſt alteri præferendus: quia non viget eadem ęquitas: immo videtur quòd ſi oportet alterum pręferri, & ſic alterum eorum per alterum excludi, potius nepos debet excludi per rationem.d. l.iij. de bon. quę lib.ad hoc bo. tex. in l. legitima.§.ſi duo.ff. de le.tu.in l.ſi libertus. §. ij. ff.de bon.liber.& ibi hoc tenent doc. de hoc vide pulchrè per Franc. de aretio cõſil. clxiiij. Sed an filius genitus ante adeptionem regni debeat in regno præferri genito poſt regnum adeptum gl.Cy.&.Io.Fa.in l. imperialis.§. his illud. C.de nup. dicunt quòd ante natus non ſuccedit, ſed primogenitus de poſt natis: quia non cenſetur filius regis ante regni adeptionem natus. pro.d.§.his illud. l. ſenator. C. de dignitatibus lib.xij.de prin.agen. in re. l. quicunque. eod. lib. fa. quod no. Bar. in l. ij. §. in filiis. ff. de decu. vbi videtur ſentire quòd nobilitas nõ tranſit ad liberos natos ante acquiſitionem dignitatis vel nobilitatis.pro hoc.l. pe.& fi.C.de decu. lib.x. Alij dicunt quòd primogenitus ante regni adeptionem pręferatur, cum vere tempore mortis repetiatur primogenitus.ad hoc. l.ij.§. hęreditas.ff.de ſuis.& le.hę.l.ſenatoris filium.in fi.ff.de ſena.de pe.l.moris. §. ſed vtrum. de decu. l. ij. in fi. ſucceſſio autem competit poſt mortem.ff.de colla.bo.l.j.fa. no. per Geſſe. in extrauag. execrabilis in.g. Sed quid eſſet econtra. quod no. inf. de nu. & quali. card. cap. j. in verb. filij. hoc vult Pet. Iac. tit. de cau. ex qui. vaſſal. Guillel. de Cu. in d. l. ſenator, hoc

Primo genitus ſuis fratribus ſubuenire tenetur.

Filius regis genitus ante adeptionem regni. Liberi ante nobilitatē patris nati.

Digitized by Google

limitat quãdo pater factus eſt rex ſecundũ naturalẽ ordinẽ ſucceſſionis, vt quia erat de illa ſtirpe regia. ſecus ſi factus eſſet rex ex accidenti vel ex electione, vel aliàs cum non ſupereſſet aliquis de illa ſtirpe. primo enim caſu ante natus præfertur: vt primogenitus: quia licet tempore acquiſitionis regni & antea eſſet natus, & ante non poſſet dici filius regis: erat tamen filius regis talis cui erat implicitus ſtatus regis, & ad regnum ſpem habebat à ſuperioribus patris. pro quo.ff. de ſena.l. emancipatum. §.fi.ar. ff.qui po.in pig.ha.l. potior. ſecundo reſponſo. pro quo dicta. l. in ſuis fa.l. iij. ff. de inter. & rele. & quod ibi not. Bar. idem dicendum in filio naturali primogenito per ſubſequens matrimonium legitimato ante natiuitatem legitimi, vt ſuccedat patri in regno.not. Iaco.de bel.vj.in c. naturales.ſi de feu.con.fu.col.x.per.§. dubitatum.in authen.de inceſ.nup. col.ij.l. cum quis. C.de nat.li. vbi lex primo natos & per matrimonium legitimatos aliis natis poſt ex matrimonio æquiparat, & æquales reddit,per c.tanta. qui fi.ſunt le. vbi vis matrimonij omnes maculas & turpitudines purgat, nec ob d. c.naturales: quia loquitur in alia legitimatione etiam ſi fieret per principem. Secundo caſu præfertur natus poſt adeptionem regni, quia filio ante nato non erat ſtatus regis implicitus, nec ad regnum aliquam habebat ſpem cum eius pater non eſſet de illo genere regali:vt di.l.ſenat.ſic intellige opinionem contrariam.not. Io. Raynaudi in trac. nobilitati, & vide Bar. & latè per Saly. in d.l.imperialis.Bar.in l. cum ſatis.C. de agri.& cen. lib.xj. Quid autem de naturali prius genito à rege: poſtea legitimato per matrimoniũ contractum cum concubina poſt natiuitatem filij legitimi de alio matrimonio, an debeat præferri in ſucceſſione regni.vide no.per.Io.And.in c.ſi pro te.de reſ.in vj.in nouella.Io.And.in d.c. grandi. & in d.regula ſine culpa.in mercu. Hen. in d.c. tanta. vbi dicunt quod non: ſed quòd præfertur legitimus per d.c.ſi pro te.c. quamuis. de reſc.in vj.c.ſi apoſtolicæ. de præben. eod. lib. Si enim ſecundum matrimonium eſt collatio legitimitatis, eſt caſus in d.ca.ſi pro te.ſi reſtitutio. ſic caſus in d.cap. quamuis. ſic confirmatio. ſic caſus in d.ca.ſi apoſtolicæ. de quo per Bar. in l. bonorum ff. rem ra. ha. in l.cum decem.ff.de ſolu.Bald.in l. eam quã.C.de fideicom.latè per Antho. Roſelli de aretio. in tracta. legitimationis.primo li.de cauſa finali.circa fi.latius Præpo. in c.per venerabilem.§.quod autem.qui fi.ſunt legiti.xxxiiij.col. & ſeq.& in d. c. tanta. ij. q. Panor. conſi.lxxxv.

Matrimonium omnes purgat maculas.

(*1) De primogenito & primogenita tradidit latiſſimè Tiraquel. ſenator Pariſien. meritiſſimus in tracta.de primogenitura, ideo ad eum recurre poſt do. le Sirier. Et qui dicatur primogenitus, proſequitur latè Guil. Benedicti. in repeti. cap. Raynutius.in verbo in eodem teſtamento.j.nu. 156. & quando duo naſcuntur ſimul, quis dicatur primogenitus, ibidem nu.177. dicit quòd ſi nõ poteſt cognoſci quis ſit primogenitus,tunc ambo erunt reges, votũ. Bal.in proœ. ffforũ. in §.itaq; eſt & in l.ex hoc iure.q.v.ff.de inſtit. & iure.quod fit vt qui ſunt pares in æquitate naſcendi, ſint pares in iure.Iaſ.in l.ſi extraneus.nu.16.ff.de condictio.cau.da.& cauſa nõ ſecuta. P.

Quis dicatur primogenitus.

(*2) Etiam lege Salica probat Guil. Benedicti in repet.c. Raynutius. in verbo in eodem teſtamento. j. nu. 168. Et hoc propter bonum publicum dicit idem nu. 171. Et ideo ait, nu. 149. quòd primogenitus Franciæ non habet regnum à patre, ſed à regni conſuetudine:igitur pater non poteſt eum grauare, ſic patre viuente eſt verus

Digitized by Google

regni dominus ait. idem in verbo mortuo. Itaque. ij. nu. 50. etiam & rex idem in verbo eodem nu. 66. quod probat hæc glo. P.
(* 3) Iſtud diſcutit Guido Papæ dec. 476. vtrum legitimo, quod proſequitur Benedicti in repet. c. Raynutius. in verbo in eodem teſtamento. el. j. nu 169. de teſta. P.
(* 4) Quod proſequitur Benedic. in repet. c. Raynutius in verbo in codẽ teſtamento, le. j. nu. 187. qui nu. 175. dicit, quòd ius primogenituræ nõ obtinet partes in Francia, niſi inter nobiles: quia de conſuetudine nõ habet locum annagiũ, ſeu non debetur, niſi nobili, ſicut hæreditas nõ niſi libero homini, dicit Io. Fabri. in ſti. de actio. in §. præiudiciales. in fine. P.

douico delphino [a] Viennenſi, Carolo duce Borbonij, Carolo de Andegauia Cœnomaniæ, Petro de Britannia nepote, Bernardo comite Marchiæ: necnon Ludouico Vindocinij, & Guilielmo de Tancaruilla comitibus [b]

Delphini piſcis natura.

a ¶ Delphino (*) delphinus piſcis regius eſt, & clemens, humanam naturam diligens. multos enim naufragos ſaluauerunt delphini à periculis marinis: vt de Arione & pluribus aliis legitur. cognoſcunt odore ſi homo mortuus in mari comederit de delphino: quòd ſi comederit, comedunt ipſum: ſi vero non comederit, à morſibus aliorum ipſum liberant: & ad littus pellunt cum roſtris ſuis. ſic & princeps delphinus clementia & benignitate ſplendere debet. in l. fi. C. de donatio. inter vir. & vxor. l. imperialis. C. de nup. & carere aculeo, ſicut princeps apum: vt in pluribus non habet aculeũ.

Princeps apum non habet aculeum.

(*) Delphinus dicitur primogenitus Franciæ regis, qui pro peculiari & præcipuo patrimonio habet delphinatum, qui ipſi primogenito datus fuit à domino Huberto, dicit Guido Papæ deciſio. ccclxj. de manu mortua. Et iſtud patrimonium non poteſt dici apanagium, cum apanagium extrahatur de patrimonio coronæ, quod eſt indiuiſibile, ideo non datur niſi de gratia & iure ſpeciali, ac per modum prouiſionis, & iure conſuetudinis: ſic de facili ad coronam reuertitur. Vendique non poteſt, aut alienari, aliàs regnum de facili diminutionem pateretur, & ad nihilum reduceretur, quia nihil eſt tam magnum quod diuidendo non fiat paruum, vt in authẽt. de trien. & ſemiſſe, in prin. gloſ. in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. in princip. in verbo ſufficere. Merito gloſſ. in primogenito, col. j. ſupra hoc §. dicit, quòd fienda principatuum non diuiduntur, & ea ratione in eis locum non habet collatio, inquit Bald. in l. cunctos populos, col. xj. C. de ſumma trinita. & fide catholica. quod fit, quia collatio præſupponit diuiſionem & ſectionem, vt l. fina. de collatio. ff. & C. Bald. in authen. & quaſi teſtamento, circa finem. C. de collatio. P.

Appanagium.

b ¶ Comitibus) Quis dicatur dux, marchio, comes habetur quis di. dux. col. x. not. in cap. fundamenta de electio. in vj. & iſtæ tres dignitates: ducatus, marchionatus, & comitatus, ſunt regales: vt in dicto titu. & de feu. mar. & ibi Bald. vnde creãtur ab imperatore vel rege in ſuo regno, excepto duce Venetorum qui creatur à ſenatu Veneto de conſuetudine. de quo dicit Bald. in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. quòd magis dicitur habere præeminentiam dignitatis ſuper primores ciuitatis quã dominiũ. Et nota hic conſiderandũ ordinem ſeſſionis (*1) principũ in conſilio regis

Digitized by Google

aſſiſtentium: quòd primogenitus regis debet ſedere à dextris regis. not. in cap. quàm periculoſum. vij. quæſtio. j. Bald. in d. l. decernimus. poſtea duces: deinde comites, magnates, & proceres: ita quòd dignior ſedeat à dextris: & inferior à ſiniſtris. ad hoc cap. ſolitæ. de maio. & obedi. ſecundum ordinem conſuetum, vt in d. l. decernimus. xviij. diſt. §. j. l. fina. ff. de al. ſcri. ca. j. de maio. & obe. quod not. infra de aucto. ſacro. gene. concil. cap. ſacroſancta. (*2) *Ordo ſeſſ. cum rege.*

conſanguineis [a]

(*1) In eo enim ſeſſionis ordine declaratur dignitas. ca. ex ore. §. j. de priuileg. & cap. antiqua. eo d. tit. & cap. ſtatuimus. de maior. & obed. P.

(*2) Ordo autem ſedendi cum papa in conciliis ponitur in cerimo. curiæ Romanæ lib. j. in ſectione xiij. ca. iij. & latius per Iacoba. in tracta. concil. lib. j. §. Secundo eſt videndum. vbi ait quòd primum locum obtinet papa, & in eminentiori loco ſedet tanquam caput concilij, & vicarius Chriſti, ac ſucceſſor Petri. ſecundum locum habet cardinalis epiſcopus. Hoſtien. & hoc ratione priuilegij eccleſiæ Hoſtien. conceſſi, & in conſiſtorio papæ ſi ſuperueniat. Ille enim eſt qui conſecrat papam, & inúgit imperatorem. Tertium (niſi contraria obſtet conſuetudo) patriarcha Conſtantinopolitanus. c. Conſtantinopolitanæ. & c. de Cõſtantinopolitana. xxij. diſt. quod fit, quia eccleſia Conſtantinopolitana gaudet eiſdem priuilegiis quibus eccleſia Romana, not. Domi. in c. renouantes. xxij. diſt. & illa appellatur noua Roma. d. c. Conſtantinopolitanę. Quartum locum tenet patriarcha Alexandrinus. Quintum Antiochenus. Sextum Hieroſolymitanus. d. ca. antiqua. Et iſti præferuntur Cardinalibus in concilio, & in ſubſcriptionibus dicit Domi. in d. ca. renouãtes. Poſt quos patriarchas ſequuntur aliæ quatuor ſedes, ſcilicet, Aquilegien. Bituricen. Granden. Cantuarien. de quibus in cap. conqueſtus. & in cap. nunc vero. ix. quæſt. iij. Archid. in cap. ſi. xxij. diſt. de conſuetudine tamen curiæ cardinales his quatuor vltimis præferuntur. Alia loca proſequere vt per eundem Iacoba. vbi ſupra. & Nicol. Boerij in tracta. de ord. gra. parte j. quia præſentis ſpeculationis non eſt hoc citare, ſed tuum eſt videre, qui vis in concil. ipſo his diebus ſedere Tridentino. P. *Ordo ſedẽdi in concilio.*

a ¶ Conſanguineis) qui liberis non exiſtentibus ſuccederent in regno Franciæ ſecũdum ordinem gradus, videlicet quòd proximior in gradu eſt potior ad obtinẽdum regnum iure hæreditario. & ſi moreretur tota domus regia, & extaret vnus de antiquo ſanguine, & non eſſet alius proximior, eſto quòd eſſet in milleſimo gradu iure ſanguinis & perpetuæ conſuetudinis ſuccederet in regno Franciæ iure hæreditario, non per electionem: Licet in aliis ſucceſſionibus poſt x. gradum admittatur fiſcus, de iure communi tamen in regno non poteſt fiſcus ſuccedere: ſed ipſe ſanguis qui perpetuus eſt: vt not. Bald. de feu. mar. du. & co. col. x. Et eſt iſtud regnum ita nobile & clarum, quòd in eo nunquam ſuccedit fœmina: licet bene in regno Nauarræ. not. Petr. Iaco. tit. de cauſ. ex quib. vaſal. ſicut nec in regno Angliæ: ſed in regno Apuliæ ſuccedit fœmina non extantibus maſculis. Bald. in cap. j. de ſucceſſione feud. de iure autem in regno non debet ſuccedere fœmina, niſi aliud habeat priuilegium vel conſuetudo. not. de Imo. & Domi. in c. grandi. de ſupplenda negligentia prælatorum in vj. ad hoc cap. j. qui feud. dare poſſ. §. hoc autem. ca. dilecti. de arbitris. & huiuſmodi quæſtio orta fuit poſt mortem Philippi Pulchri regis Francorum, qui habuit vnam filiam nomine Yſabellam, & tres filios: dictam Yſabellam duxit in vxorem Edoar- *Regnum Franciæ ad fœminam nunquam tranſit.*

Digitized by Google

Anglici qua de cauſa contendunt regnũ Franciæ ad ſe pertinere.

dus rex Angliæ, ex qua habuit vnum filiũ, qui ſimiliter dictus eſt Edoardus, qui ſucceſſit in regno Angliæ. defuncto Philippo, tres eius filij fuerunt reges Franciæ ſigillatim, qui tandem deceſſerunt ſine liberis: quibus ſucceſſit in regno Franciæ Philippus filius Karoli de Valeſio fratris dicti Philippi, de conſenſu & approbatione xij. parium Franciæ, qui noluerunt dare regnum dictæ Yſabellæ reginæ Angliæ, nec filio eius Edoardo. vnde ortæ ſunt magnæ guerræ inter reges Angliæ & Franciæ, & iniuſtè: quia ſicut filia regis non ſuccedit in regno Fráciæ, ita nec natus ex ea. ad hoc

Filia non ſuccedit in regno Fráciæ: nec natus ex ea.

noſtris † [a], pluribúſque magnatibus [b], proceribus [c], &

dicto §. hoc autem. qui feud. da. poſſ. de gra. ſuc. in feu. c. j. §. ad filias. excluſo enim aſcendente excluduntur deſcendentes ex perſona aſcendentis. C. de natu. li. l. fi. l. ſi viua. C. de bo. ma. (* 1) ideo non potuit D. Edoardus filius dictæ Yſabellæ prætendere aliquod ius in regno Franciæ. dicit Bal. in repet. l. j. C. de ſum. tri. (* 2)

Si pater nõ ſuccedit, ita nec filius.

(* 1) Eſt enim regula quòd excluſo aliquo etiam omnes ab eo deſcendentes cenſentur excluſi. no. Angel. in §. reliquum. in authen. de hæred. ab inteſta. venien. Decius in l. illam. C. de collat. Ideo ſi pater non poteſt ſuccedere, ita nec ab eo deſcẽdentes. Alexan. concil. clxxiiij. ſuper eo. volu. v. Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. prętę. & Crauette con. 184. teſtator. P.

(* 2) Qui autem dicantur conſanguinei regis, & vſque ad quem gradum, ponit latè glo. concor. in tit. de regia ad prelat. no. fac. in verbo conſanguineis. P.

† a ¶ Noſtris) Sic ex parte regis erant conſanguinei, non ex parte ſuę vxoris, id eſt reginę, quia ſtatutum loquens de conſanguineis, non comprehendit cõſanguineos nuptiarum, ait Ang. in l. quod ſeruus ff. de condi. ob cauſ. P.

Magnates qui dicãtur & barones.

b ¶ Magnatibus) Si ver. in c. in ſingulis. de ſtat. mo. qui autem dicantur magnates, not. Geſſe. in extrauag. Io. 22. quia quorundam. & dicit Bald. in c. innotuit. de elect. quod in hoc ſtamus vulgariter pręfationi quę iſtos magnos nobiles barones ſiue magiſtrates appellat. f. quod not. Bart. in repet. l. j. C. de dig. lib. xij. Ioã. Raynaudi in tract. de nobi. q. vlt. & dicit Bald. in c. vno delegatorum. de offic. deleg. quòd barones appellantur potentes habentes iuriſdictionem in ſubditos, qui in Lombardia appellantur magni caſtellani. not. Prępo. in c. per venerabilem §. videbatur. qui fil. ſunt legi. xj. & xij. col. (*)

(*) In ſimili magnati dicuntur, qui propter magnitudinem ſuarum virtutum magni apud Deum habentur. & de his loquitur Eccleſiaſticus. c. 11. ibi. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. & xx. ca. Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudẽs placebit magnatis. & ibidem. Qui placebit magnatis, effugiet iniquitatem. & ca. xxxij. Adoleſcens in medio magnatorum loqui non præſumat. & xxix. cap. In medio magnatorum miniſtrabit ſapiens, & in conſpectu præſidis apparebit. Poſtremo legimus in propoſito, quòd ſi magnates alicui actui conſentiant, totus populus conſentire dicitur, ait Præpo. poſt text. in cap. vota. lxiij. diſtinc. P.

c ¶ Proceribus) Si ver. in fi. huius lib. in authent. habita. C. ne fil. pro pat. in l. imperialem. de prohib. feu. alie. per Freder. lxiij. diſtinct. cum Adrianus. ij. q. vj. anteriorũ. in cap. ex inſinuatione. de appellat.

Digitized by Google

† a ¶ Peritiſſimis) Equidem rex ipſe peritiſſimus in literis debet eſſe, non illis vacuus, ſed imbutus, iuxta illud vulgatum. rex ſine literis natus, eſt nauta ſine remigio, & volucris ſine pennis. Nam rex cui omne iudicium in populo datum eſt, ſi literas nō habeat, quomodo iudicabit populum in lege domini, quam non cognouit? Quantum enim Iulio Cæſari literas didiciſſe contulerit, omnibus notum eſt. nam ea de cauſa *Rex ſit peritus in literis.*

viris peritiſſimis † a Eccleſiaſticis & ſecularibus de magno conſilio noſtro, & aliis b ipſius præfati c ſummi pōtificis, necnō d & ſanctæ ſynodi generalis prædictæ ſolennes oratores ad nos deſtinatos ſuper his & aliis e ſtatum Eccleſiæ Dei plurimum cōcernentibus audiuimus, attentéque audiri fecimus.

A primordio naſcentis Eccleſiæ, in regno Franciæ prioritas regum, procerum, & ipſius regni fidelium, Eccleſias, cœnobia, aliáque religioſa loca erexit, conſtruxit, poſſeſſionibus dotauit, & priuilegiis communiuit, miniſtróſque idoneos inſtituit, qui fidem Catholicam propagarunt, per quorum curam Eccleſia effloruit. P.

principali quaternas ſimul dictabat literas, ſiue epiſtolas, & dictando quintā ſcribebat. Non enim video qualiter rex perſeueret in regno, aut populos iudicet in æquitate, niſi conſilio literalis prudentiæ muniatur. Equidem ſapientia dicit, Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. & ibidem, Rex qui iudicat in æquitate populos, & ſapientia pauperes, thronus eius in æternum manebit. Meritò Dauid à domino ſapientiam & ſcientiam poſtulauit, & ea obtenta dominus ſe in eo virum ſecundum cor ſuum inueniſſe teſtatur, & poſtmodum dixiſſe, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. In quibus eſt verificatum verbum Salomonis dicentis, Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſis, & omne deſiderabile non poteſt ei comparari. Erudimini ergo qui iudicatis terram. Pſal. 2. P.

b ¶ Et aliis) ſcilicet Archiepiſcopo Creten. Epiſcopis Dignenſi, & Granatenſi, ac Abbate de Cernaco in Hiſpania miſſis Bituris. apud regem Karolum ex parte Eugenij quarti Imperatoris Romanorum, & Patriarchæ Conſtantinopolitani tunc Ferrariæ exiſtentiū: vt rex omnes ſubditos ſuos qui ad concilia ire debebant, induceret vt ad concilium Ferrarienſe accederent.

c ¶ Præfati) Euge. iiij.

d ¶ Necnon) id eſt etiam. ſi. ver. in clemēt. j. de offi. delegat. & duæ negationes æquipollent vni affirmationi. L. duobus. ff. de verborum ſignific. quandò referuntur ad diuerſa. in capitulo ſecundo de conſtitutionibus libro ſexto. & ibi Ioannes Monachus. Hen. in cap. & ſi Chriſtus. de iureiurando. (*) *Duæ negatiua æquipollent affirmationi.*

(*) Dixi latiſſime apud eundem Ioan. Mo. in d. ca. ij. nu. 14. & ſequen. P.

e ¶ Et aliis) tangentibus pacem & vnitatem Eccleſię, & ſedationem ſchiſmatis quod

Digitized by Google

poſt depoſitionem Eugen. & electionem Felicis v. per concilium Baſilien. ortum fuerat.

a ¶ Quibus) quinta pars.

b ¶ Luculente) id eſt clariſſime.

c ¶ Doctores) hic appellantur magiſtri in theologia doctores, ſicut iuriſtæ. de quo nota.in cle j. de ſum. tri. in fi.de bap. cap. maiores.Pau.in proœ. clemen. archidiac. xxxvij.diſt.de quibuſdam.Panor.in cap.j. de loc.& conduc. (*)

(*) Vide quę in propoſito late tradidit gl.cõcor.in ti.de collatio §.j.in verbo magiſtro.& in tit.de reg.ad prelat.no.in §.& canonici. in verbo magiſtrum. P.

d ¶ Interuallis) id eſt ſpaciis, multa licent ex interuallo, quę non licent incõtinenti: & econtra.ff.de ſolut.l.Modeſtinus.C.de vſu.per retentionem ff. de priuilegiis creditorum.l.ſi ventri.in fine.

† e ¶ Proprij filij) id eſt Chriſti, cui pater dedit omne iudicium, quod eſt miniſterij, non auctoritatis, quia illud eſt totius trinitatis, non approbationis, quia illud eſt Apoſtolorum. non comparationis, quia illud eſt bonorum, qui iudicabunt malos. probat Præpoſi.in c.vereor.viij.quę.j. P.

Oculi mentis ſint puri. f ¶ Oculos) mentis: vt ſequitur: qui puri debent eſſe.j.q.j. multi. & de triplici oculo not.Io.And.in c.quorundam.de elect. in vj.

(*) Senſus enim qui in oculis eſt, vicinior dicitur animę: vnde animę iudicium, id eſt perturbatio vel hilaritas in oculis dinoſcitur.dicit Archid. in c. nec ſolo xxxij. queſtio.v.Et dicuntur oculi, ſiue quia eos ciliorum tegmina occultent, ne incidentis iniurię offenſione lędantur, ſiue quia occultum lumen habent, id eſt ſecretum vel intus poſitum, qui propter ſenectam nimium caligant: vt 3.Regum ca.14. & Geneſis 48.cap.& cap.27. in principio. Pro his vrget, quòd proſpectiua melius probatur oculata fide, quàm communi verbo intelligentia. §.fina.inſtitut. de gradibus. l. minor ex aſpectu.ff.de minoribus. hinc eſt quòd liber debet oculis ſubiici ſi propter vitium petatur exhiberi.l.ij.§.finali.ff.de fer. Probus.

Quibus [a] ad plenum auditis apertíſque luculenter [b] & diſertè per plures Prælatos ſacræ Theologiæ, & iurium doctores [c] famoſiſſimos, & exinde plurium dierum interuallis [d] diſcuſſis & diligenter pertractatis materiis, pro parte eorundem Prælatorum, & aliorum virorum Eccleſiaſticorum, ipſam noſtrorũ Regni & Delphinatus Eccleſiam repræſentantium, nobis tandem extitit expoſitum, quòd iidẽ zelo domus Dei ſacratiſſimo pignore ſanguinis proprij † [e] filij conſecratæ flagrantes, ad memoriam reducentes: & ante oculos [f] ſuæ conſiderationis reuoluentes, qualiter à primordio naſcentis Eccleſiæ, in noſtris regno & delphinatu prę-

a ¶ Prędе-

Digitized by Google

a ¶ Prædeceſſorum) prædeceſſor immediatus eſt, ſed anteceſſor mediatus, ſed vnum ſæpe ponitur pro alio. notat Zenzeli. in procemio clement. Archia. in cap. fin. de pactis. in vj. Ioannes And. in cap. primo de renunc. eodem libro. Vnde hic appellatione prædeceſſorum veniunt prædeceſſores per multos annos: ſic in procem. vj. §. ſane. & ibi Domi. in clement. dudum. de ſepul. in princ. *Prædeceſſor & anteceſſor differunt.*

deceſſorũ[a] noſtrorum, prælatorum, procerum, atque fidelium † [b] ipſorum regni & delphinatus digne recolenda prioritas ad laudem [c] & gloriã Dei, & ob diuini cultus augmentum [d], Eccleſias, & cœnobia, aliáque loca religioſa erexit, & conſtruxit: ipſáſque amplis dotauit [e]

† b ¶ Fidelium) quorum appellatione catechumeni non comprehenduntur. not. poſt tex. Præpo. in cap. relator. v. quæſtione vj. Probus.

c ¶ Laudem) ſi. in ca. ad honorem. de vſu pal. in cle. dudum. §. nos autem. de ſepul.

d ¶ Augmentum) cultus diuinus non debet diminui, ſed augeri c. ſi. de reſcript. in vj. nec valet ſtatutum in contrarium. cap. ex parte de conſti. (*)

(*) Nota contra multa Eccleſiarum capitula, quæ quotidie ſeruitium attentant diminuere diuinum: prout ſæpe vidi. tales enim qui ſunt cauſa cauſæ, non merentur diſtributiones, & data alia pro his ſic diminutis recipere, ſeruitium tamen renuunt facere, in quo abutuntur, & malitioſè: ideo priuari merentur relictis. Non attendunt equidem quòd ſanguinem mortuum defunctorum bibunt, & animæ illorum in purgatorio ſitiunt, vindictámque clamant ad dominum, dicentes: Miſeremini ſaltem vos amici mei. Contra tales eſt præſumendum, quòd ſuas præbendas non ambierunt propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum viderent. Ioan. 12. cap. quod eſt dictu, non ad ſeruitium venerunt diuinum, ſed ad perceptionem diſtributionum. In hoc cognoſces beneficia & dignitates ambientes, quia per exteriora iudicantur animi interiora ſecreta. Et ſicut aliis fecerunt, fiat eis: iuxta verbum ſapientis, Patere legem quam ipſe tuleris. P. *Cõtra minuentes diuinum ſeruitium.*

e ¶ Dotauit) ante fundationem Eccleſiæ debet ei dos competens aſſignari. c. nemo. de conſe. diſ. j. in authen. vt nul. fa. ora. colum. v. & ſi omiſſum fuerit in fundatione, non debet conſecrari niſi dos aſſignetur. xvj. quæſt. vlti. piæ mentis. & fundans Eccleſiam, vel faciens eam conſecrari, tenetur ad dotem competentem illi dandam. ca. cum ſicut. de conſecr. eccl. vel alta. (*) quemadmodum pater carnalis obligatur ad dotandam filiam. l. ſi. C. de do. pro. *Dotetur Eccleſia.*

(*) Dixi in tracta. de deuolutio. parte j. q. xv. Et dic in ſumma, quòd conſtruens Eccleſiam, tacite ſe obligat ad illam dotandum. nam quemadmodum pater carnalis obligatur ad dandum dotem competentem ſuæ filiæ. d. l. fin. C. de dot. promiſſio. ita & Eccleſiam conſtruens, cum illa quodammodo cenſeatur eſſe pater, quia deduxit Eccleſiam de non eſſe ad ipſam eſſe, ait Panorm. in cap. cum ſicut. de conſecra. Eccleſiæ, vbi glo. dicit quòd hæredes conſtructoris ad eam dotem tenentur, quod proſequitur Rochus in tracta. de iure patro. in verbo conſtruxit. quæſtio. 4. Et ex ea dota-

Digitized by Google

tione.ius patron.acquiri dicitur,etiam & conſtructione,ipſo iure,vel ſecũdum alios ex ſpeciali reſeruatione.probat Paul.de cita.eo.tracta.in 2.cauſa,quæſt.v.&Rochus vbi ſupra in verbo Eccleſiam fundauit.quæſtio.8. Quod vt acquiratur, ſufficit illam dotem dare etiam poſt Eccleſiæ conſecrationem, ita tenet idem Paul. in d. tracta. in d.2.cauſa,quæſtio.xiiij. ſubdens, quòd fauore Eccleſię dotatio retro trahitur, & facta fingitur ante conſecrationem, ſicut in matrimonio dicitur ca. tanta. qui filij ſint legitimi. & quòd non ſufficit ad eam iuris patr.acquiſitionem aliquid dare Eccleſię, ſed nomine dotis debet dari.illa enim dos preſupponit matrimonium,ſine quo dos. ca. eſſe non poteſt. ideo dicitur quòd Eccleſia dotatur eo quia Chriſti ſponſa eſt, quę

poſſeſſionibus[a],& priuilegiis communiuit. Inſtituens in eis miniſtros idoneos, qui ſuis temporibus fidem[b] Catholicam in ſubiectis ſibi lin-

ſacerdoti Chriſti locum repręſentanti in matrimonio coniungitur vxor & ſponſa, quam ſacerdos caſtè cogitur habere,& ſyncere tractare.Et ſicut non poteſt vna mulier duobus eſſe nupta eodem tempore.§. affinitatis.inſtitu. de nupt. ſic nec vna Eccleſia poteſt duobus ſacerdotibus eſſe deſponſata. ideo videmus quòd quęlibet Eccleſia vnicum habet prelatum,non plures,niſi ex magna & iuſta cauſa, quia Eccleſia Chriſti vxor eſſe debet,non ſcortum.cap.propoſuit.de filiis preſbytero.clemen.j.in princip.de ſumma Trini.& fide Catholica. Poſtremo inquantum ſupra diximus ius patron. acquiri poſſe per dotem etiam poſt conſecrationem datam, non placet Panorm. in conci.lix.colum.2. verſic. ſecundo principaliter. Quidam dominus Iacobus,parte ij.Ratio, quia ius ipſum eſt quędam ſeruitus, quam non recipiunt iura ſacra.l.ſeruitutes.§.fina.ff.de ſeruituti. & l. Caueri.ff.crimina prędio. Ex quo infertur quòd ſi quis reficiat Eccleſiam conſecratam non funditus deſtructam, ipſe reficiens non efficitur patronus. quod proſequitur Rochus in d. tract. in verbo conſtruxit. quęſt.8. Melius tamen eſt quòd Eccleſia deſtructa reficiatur, & medio illius reſtitutionis ius patro.acquiratur,quàm ſemper diruta maneat, prout & quòd poſt conſecrationem dotetur, etiam & quòd medio dotis ius illud acquiratur, quia illa conſecrata non dotata non poterit deſeruiri,cum clericus non poſſit cantare, niſi manducet.quid igitur prodeſt procreare Eccleſiam, vel filiam, niſi alatur: Qui enim bona dat,vitam dare dicitur: & qui bona defendit etiã vitam defendere videtur, ait Bart. in l.pe.ff.de condictio.ob turpem cauſam.& Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſactio. Acquiritur igitur modis prędictis ius patro.prout & priuilegio Papę,non Epiſcopi. probat Rochus in d.tracta.in verbo pro eo.q.xvj. P.

a ¶ Poſſeſſionibus) d. beatus Bernard. deuotio peperit diuitias: ſed filia ſuffocauit matrem. (*)

(*) Et dic poſſeſſionibus,id eſt proprietatibus: vt probo infra titu. de pacif. poſſeſ.in verbo inquirant. Probus.

b ¶ Catholicam) id eſt vniuerſalem, vt in ſymbolo, ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam,& Chriſtus pręcepit Euangelium per vniuerſum mundum prędicari.Mar.vlt. (*)

(*) Dicit Catholicam ad differentiam Eccleſię hęreticorum. de quibus per gloſ.

Digitized by Google

in cap.quæ dignior.xxiij.quæſtione prima. Probus.

a ¶ Linguis) in ſtudiis Pariſienſi,Oxonien.Bononien.Roma.curiæ & Salamantino deberent eſſe magiſtri Catholici (*) ex publico ærario ſtipendiati ſcholas tenentes in linguis Hebraica,Arabica,& Chaldæa.Ex eo enim facilius infideles in fide Catholica inſtruerentur,& ſui errores confutarentur: vt in cle.j. de magi. renouata per decretum concilij Baſil. de Iudæis & neophytis, quod incipit. ad perpetuam. aliàs Saluatoris.

(*) Bene dicit Catholici: quia nūc ſunt etiam hic Pariſius, & magiſtri, huiuſmodíque linguarum diſcipuli quam plures, qui diuinas literas peruertunt,& ſuis fucis ex humaniorum literarum fōtibus (quas bonas literas appellant) quærentes Ieſum inſtar Iudæorum cum laternis,quæ pedes ſolum illumināt: prout & illæ literæ multos (vt fertur) ad infinitas hæreſes deducunt, doctoréſq; & ſanctos Patres,etiam diuum Hieronymum, etiam quæ ſunt ſacri Euangelij,dicunt male traduxiſſe, & in multis erraſſe, ſe illis doctiores firmando, & monetam ſuam (vt ita dicam) proclamando, alienam autem reprobando, in quo non deeſt grandis ſuperbia, maximaque vana gloria. P.

guis [a] & populis fœliciter propagarūt: per quorum curam* [b] & ſolicitudinē † [c] virtuoſóſq; progreſſus,ac exempla ſalutaria Chriſti Eccleſia decoratiſſime [d] adulta,odoriferos fructus † [e] ferēs, vſque ad poſtremos occiduæ [f] regionis limites [g] effloruit, ac velut † [h] ſydus luſcidiſſimum irradiauit: pulſiſque procul ignorātiæ & errorū tenebris, doctrinæ ſuæ lumen præclariſſimū circūfulſit [i] vbilibet.

b * ¶ Curam) quid dicatur cura, habes per ea quæ diximus in tra.diſ.v.memb.par.ij. nu.3. eſt multiplex vt ibi nu. 16. & vna differt ab altera,vt etiam ibidem num. 27. in ſumma quæ poſſunt dici de cura, vide ibi. Probus.

† c ¶ Solicitudinem) quam & gregis dominici curam ſuſceperunt Epiſcopi. c.Pontifices vij.quæſtione prima. P.

d ¶ Adulta).i.augmentata & plantata.

† e ¶ Ferens) prout hiſtoriæ Catholicæ docent quas allegare iuribus aliis deficientibus non eſt indecens,probat Præp.poſt tex.in c.fi.xx.diſt. P.

f ¶ Occiduæ) id eſt Occidentalis.

g ¶ Limites) id eſt fines.inſtitut.quibus mod.ius.pa. po. ſo. §. dictum eſt. de verbo. ſignifi. forus. & poſſunt preſcribi iure proprietatis, ſed non iure finium : vt ſ. limes vnius extendatur, & alterius reſtringatur. ne confundantur termini regnorum & prouinciarum.in c.quicunque xvj.queſt.iij.vbi bo.glo.c.pe.de paro.ca.ex literis. de proba.vbi doc.

† h ¶ Velut) ſimilitudinem notat, ait Prepo. in cap. quia iuxta 2. col.v.queſt.vj. Probus.

i ¶ Circunfulſit) doctorum enim & literatorum virorum doctrina totus mundus

Digitized by Google

illuſtratur.in auth.habita. C.ne fi.pro pa.c.cum ex iniuncto.de hęre.c.j.de reli.& ve. ſanc.in vj.vnde dicuntur ſcientifici viri fulgere vt ſplendor firmamenti. in cap.ſuper ſpe.de magiſ.

a ¶ Qualiter) Repet.ſup.reuoluentes qualiter.

† b ¶ Sanctos) Qui etiam poſſunt dici hi qui ſunt in Eccleſia militante puri & ab omni macula mundi: ideo multo magis qui in triumphãte. probat Troilus Maluitius in tractatu de cano.ſancto.in princip. vbi numer.19. ſubdit, quòd hi qui ſunt in triumphante, refulgent in omni munditia, nec poſſunt dici immundi, aliàs eſſent imperfecti, quæ imperfectio non admittitur in cœlo, vbi eſt Deus, qui eſt ſummũ bonum, & ens perfectiſſimum, quo omnes beati fruuntur, cum beatitudo nihil aliud ſit quàm vita ęterna, quod eſt pax & regnum cœlorum. P.

* c ¶ Sacri) Merito canones dico ſacros dici, quia emanarunt cooperante Spiritu ſancto.c.ſi quis.l. diſ. ideo non permittũt aliquem præſcribere cum peccato. cap.fi. de præſcript. quæ in foro cõtentioſo non differt à foro conſcientiæ: quia ſi debet eſſe iuſta in foro poli, etiam in foro fori. glo.in cap. quæ in Eccleſiarum. quàm ibi Bald. commendat de conſtitutio. Ideo quando iura canonica volunt aliud ſeruari in foro contentioſo, & aliud in foro cõſcientiæ, illud dicunt, ait Decius in l.culpa caret.ff.de reg.iur.merito. Frederic.in cõ. xvij. col. ij.inquit, quòd ius canonicum eſt iure diuino fortificatum, ſic aliquando ius diuinum dicitur.cap.nimis. de iureiur. & c.qualiter.ij.de acc.meminit Cardin. in clem.vnica.no.ij.de vſur.alia dixi in tract.diſp. parte j. 12. membri. Eſt enim duplex finis iuris canonici.cap.fin.xvij.qu.iiij.quia vnus eſt fori contentioſi, qui non eſt in totum ad ſalutem animæ directiuus: vt patet in ij.lib.decre.alius autem in totum directiuus ad eam ſalutem: vtpote tit.de pœniten.& re.& alij infiniti, & hoc caſu poteſt dici ſacra ſcriptura, improprie tamen: quia appellatione ſacræ ſcripturæ non eſt aliud quàm biblia.c.quis neſciuit.ix.diſt. no.Domi.in cap.xxxviij.di. Sic patet quod canonica ſcriptura nihil aliud eſt quam quod in diuinis ſcripturis inuenitur: ideo dicimus quod finis vltimus iuris canonici eſt beatitudo æterna, & finis iuris ciuilis eſt ſocietatis humanæ felicitas. P.

Ius canonicum habet duplicẽ finem.

Per ſanctos Patres, decreta & canones, pro felici regimine ſtatus Eccleſiaſtici tam ſuper electionibus quàm modis Eccleſiæ miniſtros aſſumendi, & aliorum Prælatorum directione condita fuerunt, & promulgata, quæ quandiu obſeruata extiterunt, Eccleſia Dei fructus producit, diſciplinæ Eccleſiæ vigor perſtitit, religio, pietas & charitas vbertim effloruerunt, animique hominum in pace pacis auctorem excoluerunt. P.

Qualiter [a] præterea per ſanctos † [b] patres priorum ſeculorum, plures ſacri * [c]

Digitized by Google

a ¶ Canones) Hoc verbum habet multas ſpecies ſub ſe.xxv.q.ij.ſi quis. & vide differentiam inter canones, decreta, decretales & domag.iij.diſtinct.in ſum.

†b ¶ Status) Eccleſiaſtici, cui intendere nemo eſt cuius pro ſua dignitate magis interſit quàm ſummi pontificis, quòd licet in eo ſtatu multi eſſe creduntur, quòd tamen ſint, non ſequitur, inquit Præpo. in §. ſi crimen. c. fi. iij. q. xj. ſubdens quòd tolerantia vere non infert qualitatem in qua quis toleratur. P.

canones[a], & decreta ſaluberrima pro felici regimine ſtatus† [b] eccleſiaſtici, tam ſuper electionibus, modíſq; ipſius eccleſiæ miniſtros aſſumẽdi, & inſtituendi† [c] q̃ eorum cęterorumq; prȩlatorũ ſalutari directione cõditi ſunt etiam & promulgati [d] : qui quandiu [e] obſeruati fuerunt, eccleſia Dei fructus honoris† [f] honeſtatíſq; felici vbertate produxit [g] : diſciplinę eccleſiaſticæ vigor perſtitit [h] : religio [i],

†c ¶ Inſtituendi) Siue conſtituendi, vtpote Epiſcopos. cap. fi. lxviij. diſtinctio. ibi, Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. vbi Præpoſi. poſt illum tex. not. quod Epiſcopi Eccleſię dicuntur filij per regenerationem baptiſmi, & aliorum ſacramentorum exhibitionem, ac per electionem & inſtitutionem, ſubdens quòd etiam illi dicuntur patres ſicut Apoſtoli propter eorum prædicationem & miniſterium, per quæ duo homines conuertuntur, & pullulat & creſcit Eccleſia. P.

d ¶ Promulgati) Canones inſtituuntur cum promulgantur, &c. iiij. diſtinct. §. leges.

e ¶ Qui quandiu) Nota quatuor bona prouenientia ex obſeruantia antiquorum decretorum circa electionem & promotionẽ miniſtrorũ Chriſti prouidentiũ.

†f ¶ Honoris) Qui dicitur præmium virtutis, teſte Philo. 8. Ethico. facit text. in authenti. de mo. §. ordinatione, verſi. abbatum. & in cap. vnico de reliq. & veneratio. ſancto. in vj. Merito gloſ. in cap. contra. c. diſtin. ait, quòd licet qui poſſit ſibi inducere onus ex conſuetudine, non tamen honorem. Et dicit tex. in cap. rationis, ead. diſt. quòd cum honoris augmento, cura quoque ſolicitudinis debet præſtare. vbi glo. ex hoc colligit argu. ad quem pertinet honor, & onus. Et dic quòd duplex eſt honor, verbalis videlicet & realis. de verbali habetur Matthæi octauo capite ibi, Populus iſte labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. realis autem eſt debitus & virtuoſus. Probus.

g ¶ Produxit) Primum bonum: & tunc poterat dicere Eccleſia, ego quaſi vitis fructi. & cæte. Eccle. xxiiij. in clemen. ne in agro. in princip. de ſtatu monacho. (*)

(*) Ideo feciſſe contrarium non fuit bonum, quod patet experientia. legimus enim, non tranſgrediaris terminos antiquos quos patres tui poſuerunt. Equidem nouitas parit diſcordiam, ideo in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas vel vrgens neceſſitas. Probus.

h ¶ Perſtitit) Secundum.

i ¶ Religio) Cape generaliter pro honore & reuentia Deo exhibitis. lib. veluti. ff.

Digitized by Google

de iuſtitia & iur. in Epiſtola inter claras. circa princip. C. de ſumma trinita. Valerius libro primo, tit. de reli. in cap. gaudemus, de diuor.

Religioſus dicitur multiplex.

(*) Dicit enim diuus Iaco. epiſt. 1. in fine, quòd religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt viſitare pupillos & viduas in tributione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſuo ſeculo. & idem, Si quis putat ſeſe religioſum eſſe, non refenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. largiſſimè enim omnis Chriſtian⁹ poteſt dici religioſus, largius autem omnis homo honeſte ſecundum Dei & Eccleſiæ præcepta viuens, non autem quilibet Chriſtianus, cum ſint plerique Chriſtiani nomine tantum, non re. Large vero omnis clericus, ſiue ſecularis ſiue regularis, & ſtricte qui poſuit hominem ſupra ſe, & tria vota in illus manibus emiſit, quæ ſunt paupertas, obedientia & caſtitas. dixi latius in tracta. penſio. parte ij. quæſt. prima. Probus.

pietas[a] & charitas[b] vbertim effloruerunt[c], animi homi-

a ¶ Pietas) Inter patrem & filium. C. de ne. ge. l. j. C. de pa. po. l. ſi filius. Vale. libro 5. tit. de pietate erga parentes, & inter ſanguine coniunctos. C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Vale. de pietate erga fratres, & erga pa. vt in d. l. veluti. Vale. de pietate erga patriam. & de multiplici vinculo quo homines adinuicem ligantur, not. in l. officio. C. de ne. ge. in extrauag. Ioan. xxij. cum ad ſacroſanctæ. (*)

Pietas commendatur.

(*) Pietas ſemper fuit, eſt & erit in magno precio. nam inquit Auguſtinus, non memini mala morte periiſſe exercentem libenter opera pietatis. & alibi, impoſſibile eſt pium ad malum finem deuenire. Hinc Apoſtolus. 1. ad Timoth. capite quarto, Nam corporalis exercitatio admodum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis, promiſſionē habens vitæ quæ nūc eſt & futuræ: ideo 2. Petri 2. legitur, nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos. & 2. Paralipo. capite triceſimo, Pius & clemens eſt Dominus Deus veſter, & non auertet faciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum. Probus.

b ¶ Charitas) amor eſt in Deum & proximum, ſine quo rectè ambulare non poſſumus. de pœ. di. ij. charitas, & quaſi per totum, nec ſaluari. de pœ. diſt. vij. nullus expectet. vnde charitas operit multitudinem peccatorum. ca. maiores. de bap. in prin. & nō in amplitudine graduum, ſed in ſublimitate charitatis acquiritur regnum Dei. ca. ad aures. de tempo. ordi. (*)

Charitas commendatur.

(*) Legimus enim Prouerbiorum decimo, quod vniuerſa delicta operit charitas, & c. 15. quòd melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum, cum odio. & ad Galatas 5. fructus ſpiritus eſt charitas, & illa ædificat, & ſcientia inflat. c. niſi. §. pro defectu, de renunciatio. per quem text. probat quòd imperfectum ſcientiæ poteſt ſuppleri perfectione charitatis, vt in ſimili dicit glo. infr. tit. de collatio. §. item vt de cætero. in verbo promotio, quod pecunia ſupplet defectum ſciētiæ. Et dic quod charitas reſpicit principaliter bonum ſpirituale, id eſt ſalutem animæ, quod bonum debemus velle proximum habere ſicut nos, non autem temporale neceſſario vel ex præcepto, quia hoc non debemus velle niſi in ordine ad ſalutem æternam, ait Præpo. ſumma. j. q. vij. P

c ¶ Effloruerunt) tertium bonum.

Digitized by Google

num in pace auctorẽ pacis [a] excoluerunt. [b]

Radix omnium malorum, id eſt ambitio, & cupiditas contemptum ſacrorum canonum: prout & morum corruptiones, ſtatus Eccleſiaſtici deformationes, ac grauiſſima & importabilia opera, aliáque infinita ſiniſtra vſque ad extremam exinanitionem eſt operata. P.

a ¶ Pacis) pacem meam do vobis (*1) pacem relinquo vobis. ca. niſi bella. xxiij. q. j. & ad eam debet quilibet tendere. ca. noli. & quaſi per totum. xxiij. q. ij. l. vt vin. ff. de iuſti. & iu. de pa. iu. fir. & de pa. te. col. x. in authen. de man. prin. §. deinde col. iij. de treu. & pa. per to. cũ ibi no. per doc. xc. di. per to. Et poteſt iudex compellere ſubditos ad pacem & concordiam. c. ſi quis contriſtatus. xc. di. ca. nouit. de iudi. Hoſt. in ſum. de treu. & pa. §. Bar. in l. congruit. ff. de of. pr. Et cum quis veriſimiliter offenditur per aduerſarium, poteſt implorari iudicis officium, vt ipſum cogat ad præſtandum ſecuritatem de non offendendo. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præ. & ibi Bar. in l. denuntiamus. C. de his qui ad ecc. cõfu. vbi per legiſtas. cum enim vbi timetur damnum rebus inferri, petatur ſecuritas. l. corũ. ff. de dam. infec. (*2) multo fortius ſi in perſona mea timeo offendi ex iuſta cauſa. l. ſancimus. C. de ſacr. ſan. eccle. ad hoc. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pœ. C. de inge. l. diffamari. de tranſac. ſi ſuper poſſeſſione. ibi, vim fieri & cæt. ff. de offi. procu. Cæſa. l. fi. ca. grauem. de ſen. excom. vbi Panor. Hoſtien. in cap. j. de eo qui mit. in poſ. Specu. tit. de pign. §. ſequitur. ver. quid ſi timeo. & ibi. Io. And. in addi. Et licet mihi dederis ſecuritatem, poſſum petere vt ſit mihi licitum portare arma ad defenſionem, quia licet mihi caueris: non ſum tutus, cum ſatiſdatio maliuolum animum & cæt. ff. de ſuſpe. tu. l. quia ſatiſdatio. inſti. eo. tit. §. nouiſſimè.

(*1) Quam nunc homines expectare non habent, cum obſeruantia ſacrorum decretorum (de quibus hic in textu) ſit cum peccatis oblitis inter Chriſtianos, aut partem illorum maiorem poſita: tum etiam quia ipſi aduerſus Chriſtum pacis auctorem, & eius ſponſam, id eſt Eccleſiam, per infinitas hæreſes iniuriis afficiunt, totíſq; conatibus in ſacramenta, (etiam altaris) ſuis fœdatis verbis, ac corporum actibus putidis inuehunt. Quæ niſi ceſſent, inter Deum & mortales expectanda non eſt pax: & ex conſequenti, nec inter homines niſi bonæ voluntatis iſta eſt ſententia domini qui verbum ſuum non facit irritum, Pſal. 88. P. *Arma licet portare ei cui data eſt ſecuritas.*

(*2) De hac ſecuritate, quam nonnulli aſſecuramentum, alij autem ſaluamgardiam vocant, vide per Alexand. in con. xxxvj. col. j. volu. ij. Bald. in tractat. de præſcript. iiij. parte. iiij. partis. nume. 106. & Ioan. Andr. in cap. ij. de ſequeſtra. po. gloſ. in titu. de auctoritate genera. conci, in verb. reformat. infr. P. *Securitas dicitur.*

b ¶ Excoluerunt) quartum, & bene dicitur in pace, quia non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor. in cle. dudum. §. ſcimus. de ſepul. & ſæpius accidit quòd tempore guerræ (*1) iuſtitia non bene colitur: vt innuit gloſ. in prœm. inſti. in verb. gubernari. vnde pſal. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et Romani olim duo

Digitized by Google

Pax ſummopere quærenda eſt.

tépla cõſtruxerunt ſibi: vnũ pacis, alterũ iuſtitiæ, nec erat via ad templum iuſtitię niſi per téplũ pacis, quæ tépla claudebãt tépore belli. Sũmopere igitur pax quærẽda eſt, iuxta verbum Pſal. Inquire pacem & perſequere eam. in d. cap. noli. xxiij. quæſt. j. pacem habere voluntatis: bellum autem debet eſſe neceſſitatis: vt liberet Deus à neceſſitate & conſeruet in pace, non enim pax quæritur vt bellum exerceat: ſed bellum geritur vt pax acquiratur. Sed

Sed proh dolor [a]! damna-

neſcio quid eſt, in circuitu ſempiternæ inſtabilitatis ambulatur. Pax parit diuitias: diuitiæ pariunt animoſitates: animoſitates bella: bella paupertatem: paupertas mediocritatem: mediocritas diuitias, diuitiæ iterum animoſitates &c. hoc eſt quod Pſal. no. in circuitu impij ambulant. & pax conſeruabitur ſi iuſtitia colatur, & blaſphemiæ aliáque crimina publica extirpentur. Romani enim quandiu iuſtitiam coluerunt, monarchiam obtinuerũt. l.j. in prin. C. de iuſti. codi. com. vnde Saluſtius. Imperium facile his artibus retinetur quibus initio partum eſt. verum vbi pro labore deſidia, pro cõtinentia & æquabilitate libido atq; ſuperbia inuaſere, fortuna ſimul imperij cum moribus immutata eſt: & poëta, moribus antiquis res ſtat Romana viriſque, Rob. Frãco. regi filio Hugonis Capet oranti pro pace in ciuitate Aurelia. crucifixus reſpondit, quòd non haberet pacem in regno ſuo, donec blaſphemias & crimina notoria extirparet. (* 2)

Circuitus ponitur.

Iuſtitię cõmendatio.

Regi Francorũ locutus eſt crucifixus.

(* 1) Maximè inter Deum & homines, quia illa eſt vera guerra: vt verbis glo. vtar. nam illa tollit omnem bonorum & virtutum proximam ſpem, vt dixi in præcedenti & proxima gloſ. P.

ibi, nec vellemus ei præficere alienum. ad hoc c. j. de cler. pere. c. Epiſcopum lxj. diſt. Et quamuis indigenæ exteris deberẽt præferri, valeret collatio ordinaria facta, cuique idoneo tamen: vt in d. c. ad decorem. vbi habetur quòd extranei poſſunt præfici dum tamen idonei: ſed ibi reprobatur Patriarcha Conſtantinopolitanus ex hoc quòd ſolum conferebat beneficia hominibus certę nationis: puta Venetis tantum, quaſi illa eſſent eis debita. & hoc eſt cõtra nonnullos Epiſcopos qui fere omnia beneficia ſuæ collationis conferunt ſuis compatriotis, & indigenis ſuarum diœceſum & ciuitatum contemnunt prouidere. ad prædic. facit quod habetur in reg. cancel. ap. quòd ſi contingat Papam alicui perſonæ de parochiali Eccleſia prouidere, vel gratiam expectatiuam concedere, niſi dicta perſona intelligat & intelligibiliter loquatur idioma loci vbi Eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio ſeu mandatum & gratia deſuper nullius eſt roboris & momẽti: & alia regula generalius loquitur quòd nullus expectatiuam gratiã extra ſuam nationem impetret, niſi idioma quòd communiter homines loquuntur ibidem, intelligat & intelligibiliter loqui ſciat. Et vt ferunt, rex Franciæ habet priuilegium quòd exterus & alienigena non poteſt beneficiari in ſuo regno ſine eius permiſſione. (*)

Rex Franciæ non tenetur admittere alienogenas ad beneficia.

(*) Punctum huius glo. latius habes deductum per nos in tracta. penſio. parte ij. q. 4. vbi quærimus, an is qui non eſt regnicola, penſionem obtinere valeat reſeruatam ſuper fructibus beneficij regni. P.

a ¶ Plerunque) .i. multotiens. l. neque leges. ff. de leg. de iu. do. l. plerunque. l. ſi. plures. ff. de vul. & pu. ſub. l. j. de tu. & ra. diſ. cap. plerunque. de reſcri. c. j. de offic. delega. lib. vj.

†. b ¶ Notabiliora) reſpicit dignitatum & beneficiorum excellentiam, circa ea quæ ſunt iuriſdictionis. P.

† c ¶ Opulentiora) reſpicit temporalia, ſine quibus ſpiritualia ſtare diu non poſſunt: & ad hunc finem clerici temporalibus vtuntur. P.

d ¶ Incognitis) concor. infrà. de col. c. j. §. cui rei.

e ¶ Reſident) tertium inconueniens, cum tamen omne beneficium quantumcunq; minimum de iure communi requirat reſidentiam. c. quia nonnulli. ca. quia intãtum. & quaſi per to. de cleri. non reſiden. ca. ex parte de offic. vic. cap. peruenit. de ab. cap. ſanctorum. lxx. diſt. not. doct. in cap. fi. de cleri. non reſiden. Geſ. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis. circa fi. in extrauag. Io. xxij. ſuſcepti. Panor. in repe. ca. extirpandæ. §. qui vero. de præb. (* 1) an autem valeat conſuetudo quòd beneficiatus non tenea-

Beneficium quodlibet requirit reſidentiam.

Digitized by Google

tur ad reſidentiam. Hen. in ca. cum omnes. de conſti. Panor. in d. §. qui vero. vbi concludunt in ſimplicibus beneficiis valere conſuetudinem, dummodo Eccleſiæ graue præiudicium non inferatur. In curatis autem non valere: (* 2) vt per ſubſtitutum poſſit quis deſeruire, & quòd curatus propria auctoritate poſſit in ſua cura ad longum tempus alium ſubſtituere, quia in curatis non deſeruire obtentu conſuetudinis, eſſet periculoſum animabus parochianorum: vt hic (* 3) not. doct. in ca. de multa. de præb. & ipſius rectoris videtur induſtria ad hoc elect. c. fi. de off. deleg. ca. is cui. eo. titu. in vj. c. clericos. cap. fi. de offic. vicar. nec ob tenuitas redditųum, quia tunc debet vnum alteri vniri. arg. ca. vnio. x. q. iij. aut erat à prin. tenue. & eſt ſibi imputandum, quia permiſit ſe in tali beneficio intitulari: & ſi exiguitas ſuperuenit poſt collationẽ, poterit aliud beneficium ſimplex retinere: iuxta no. in c. eam te. de ęta. & qualita. in c. dudum. ij. de elect. In beneficio autem ſimplici non eſt talis cõſuetudo oneroſa, quia potuit induci ex cauſis rationalibus. ad hoc. d. cap. omnes. & poterit deſeruire per vicarium, aut etiam nullo vicario inſtituto ſi conſuetudo habet: cũ limitatione tamen, ſi Eccleſia non indigeret ſeruitore, quia ſunt alij qui adminiſtrant. ad hoc quod le. & notatur in c. quæris, de ætate & qualitate, c. penult. de cleri. non reſidenti. poſſet tamẽ ſe abſentare à cura ad tẽpus (* 4) ex certis iuſtis cauſis quas not. doc. in dicto §. qui vero. Vide Ioan. Andr. in cap. qui contra iura. de regulis iuris. lib. vj. in mercu. Fredericus. conſilio ccxlj.

Sícque [a] vultus [b] ſibi com-

(†) Tales enim ſunt ſimiles his qui tranſeunt ſine memoria, & prouidentia, ſicut viri vagi. reſpicientes præſentia, non attendẽtes futura. Porro omnes in hoc ſunt excæcati tam docti quàm indocti, & tam maiores quàm minores, non cognoſcentes tempus viſitationis ſuæ in quo Deus eos viſitauit maledictione ſua. P.

(* 1) Non tamen intelligas quòd illa reſidentia debet eſſe continua: vt probo in tracta. diſpenſa. membr. v. parte iij. nume. 19. & 22. vbi nume. 51. diſcutimus, an reſidentia operetur incompatibilitatem, id eſt beneficium requirens reſidentiam. P.

Conſuetudo facit vt plura quis obtinere valeat beneficia.

(* 2) Simile habes quòd valet conſuetudo, vt quis plura poſſit obtinere beneficia ſimplicia, non autem curata & duplicia: vt probo in iij. parte v. memb. tract. diſp. P.

(* 3) Nam curatus dicitur animarum medicus: vt infr. glo. ij. Ideo legitur Zachariæ 11. cap. O paſtor & idolum derelinquens gregem. Et 1. Petri 5. c. Paſcite qui in vobis eſt gregem domini &c. & ratione huius dicitur prælatus. probat glo. infra. titul. de elect. in princip. in verbo prælatus. vbi illud firmo. P.

Curatus dicitur animarũ medicus.

(* 4) Etiam ad breue tempus curatus poteſt curam alteri committere. cap. is cui. de elect. in vj. vbi glo. fi. not. Panor. in cap. extirpandæ. §. qui vero. num. 3. de præben. & latius in repeti. dicti §. qui vero. nume. 12. vbi interpretatur modicum tempus ad tres ſeptimanas. Notat etiam Imola in clem. vnica. nu. 8. de offic. vica. & in d. §. qui vero. num. 12. qui allegat Ioan. And. in nouel. in cap. cum ex eo. de electio. in vj. & Rotam in titu. de præb. deci. 21. in antiquo. P.

Curatus committit curam animarum ad tempus.

a ¶ Sícque) id eſt ex eo quòd beneficiati non reſident in ſuis beneficiis, & demonſtratiuè ponitur hæc dictio ſic. not. in l. gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu.

b ¶ Vultus. (* 1) alij textus habent vulnus, id eſt peccatum: peccator enim vulneratus eſt, & curatus medicus animarũ. vnde more medici periti debet adhibere diuerſa expe-

Digitized by Google

ſa experimenta ad peccatorem curandum.cap.omnis.§.ſacerdos.de pœnitent. & remiſſio. & debet eſſe peritus. ſciens diſcernere inter lepram & lepram, peccatum & peccatum c.per venerabilem §.rationibus.qui fi.ſunt legi.& ſi imperitia illius peccator moriatur ſpiritualiter,teneretur ad hoc.inſtitu.ad legẽ Aquil.§.imperitia.ff.loc.ſi quis fundum.§.Celſus. (*1)

miſſi gregis [a] non agnoſcũt [b]. Linguã ali-

(*1) Bene ſtat ſi credamus ſapienti Prouer. c. 27. ibi, Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuóſque greges conſidera. Agnitio enim vultus alicuius plerunque nos in facilem eorum inducit, quæ intus gerit agnitionem.hinc dici ſolet quòd vultus teſtis à iudice eſt inſpiciendus pro veritatis indagine.l.iij.verſic.tu magis.ff.de teſtibus.ideo ſucceſſit vulgare,Vultus talis erit qualia mente gerit.merito occurrit verbum Ouidij. Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.Attendant igitur ad hoc teſtium examinatores. P. *Aſpectus vultus attenditur.*

(*2) Ex quibus percipere potes quòd curatus vt vultum gregis cognoſcat, debet eſſe preſbyter, aliàs non poteſt eum cognoſcere vultum. ideo non refert an ille ſit titularius vel commendatarius, quia non minus ille ad promotionem preſbyteratus tenetur,quàm titularius,licet multi contrarium putent:cõtra quos habes textus formales in cap.licet.Canon ibi,à ſibi commiſſi regiminis.de elect.in vj.& in cap. commiſſa.eod.titu. & lib. ibi, quo ipſius Eccleſiæ regimen commiſſum tibi extitit. & in clem.ne in agro. §. cæterum. ibi. à tempore collationis ſeu commiſſionis ſibi factæ. de ſta.mona. Et per commendam fit regiminis & adminiſtrationis etiam ſpiritualium & temporalium commiſſio plenaria:vt patet ex forma commendæ,& his quæ diximus apud Ioan.mona.in c.nemo.de elect.in vj. Ideo non mireris ſi ad eam promotionem teneatur commendatarius : ita etiam per alia concludo in tracta. diſpen. memb.v.parte iij.num.98.& memb.vj.parte ij.nu.7. P. *Cõmendatarius ad promotionem tenetur ſicut titularius.*

a ¶ Gregis) id eſt plebis & populi. prælatus enim dicitur paſtor. ideo propter negligentiam tenetur reſpondere de peccatis ſubditorum cap.quanuis.de regu. iu. j. q. j. quicquid.ix.q.iij.Epiſcopo.de offic.ordi.irrefragabili. & debet Epiſcopus eos præcellere ingenio, moribus & doctrina:ita quòd eius reſpectu grex dicantur xxv. diſt. §.nomine.prælati enim tanquam arietes ducatum gregi præbere debent.vij.q.j.ſciſcitaris.& ſicut grex ex vna morbida oue polluitur, ſic ex prælato immũdo plures inficiuntur.xlv.diſtinct.ſed illud.in fine.& ſicut cæteros dignitate præcellit,ſic religione debet aliis præeminere.cap.ex multa. de vo. *Epiſcopus in tribus curatis præcellere debet.*

b ¶ Non agnoſcunt) Quartum inconueniens. debet enim agnoſcere vultum pecoris ſui.Prouerbiorum xxvij.Eccleſiaſt.xxxij.in extrauagan.Ioannis.xxij. ſedes Apoſtolica.& ibi Guillelmus in extrauaganti Inno.vj.cum bonus.vbi pulcher textus dicens,cum bonus paſtor oues ſuas agnoſcere,& agnoſci ab eis,ac de ipſis iugem & vigilem curam gerere ex debito teneatur,profecto ex conſequentia manifeſte colligitur eum qui illas cognoſcendas ſuſcepit, & eas cognoſcere vel ab eis cognoſci refugit,aut agnitas pro libito derelinquit,nõ ſolum boni paſtoris nomen mereatur amittere : ſed ex ſententia domini ſe verum non eſſe paſtorem,immo mercenarium oſtẽdit: ex cuius culpa ſimplices oues ſuo commiſſæ ducatui,à cauſa domini faciliter deuiantes,directionis debita virga ceſſante,viſibilium & inuiſibilium luporum morſi-

Digitized by Google

bus exponitur : ideo ibi præcipit omnibus prælatis in Rom. curia exiſtentibus, vt de ipſa curia recedant, & ad Eccleſias & monaſteria ſua ad exercendum eis commiſſum officium proficiſcantur. concord. extrauag. Ioan. xxij. contra Epiſcopos vagabundos ſuas Eccleſias deſerentes, quæ incipiunt : eſt prælatorum. & ſi deceat. (*) vnde ad agnitionem ouium ſtatutum eſt quòd ſaltem ſemel in anno debeant parochiani confiteri proprio ſacerdoti. cap. omnis. de pœ. & re. Vtrum autem confeſſi religioſis habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones : teneantur eadem peccata confiteri ſuo curato in paſcha, no. ibidem doc. & in clem. ſuper cathedram. de ſepul. plene tract. in defenſorio curatorum : & vide extra. Ioan. xxij. vas electionis. & extra. Ber. c. inter cunctas, quæ licet ſit reuocata per d. cle. ſuper cathedran. tamen in ſe multa bona continet non retractata.

quando non † [a] intelligunt: quinimmo [b] animarum cura neglecta [c], velut mercenarij ſolummodo tempora-

(*) Archi. in ca. vnico in fi. vbi Ioan. And. in nouel. col. ij. & Domi. in §. vbi verò. num. 5. ne ſede vac. in vj. ait quòd Epiſcopus non eſt requirendus, niſi apud Eccleſiam ſuam ratione cuius habet in ea intereſſe, quod placet Bellemere deci. 752. col. 8. Suppoſito.

† a ¶ Non intelligunt) .i. moraliter capiendo literas ſacras & iura quibus regitur plebs Chriſtiana, non amplectuntur, ſed ſcientiam terreſtriũ, vias ſyderum, ac mundi mœnia ſcrutando, ſcientiam autem & viam qua ingreditur ad ſalutem, ignorant, ſic non intelligunt linguam quam intelligere habent. Probus.

b ¶ Quinimmo) id eſt etiam, coniunctiue & ampliatiue ponitur. cap. tibi. qui ver. quinimmo. de reſcript. in vj. vbi Archi. aliquando diſiunctiue pro vel. C. de ſa. ſan. eccl. l. iubemus. §. œconomus. aliquando correctiue. in c. prædicator. & ibi. glo. xvj. q. j. ca. innotuit. de elec. vt lit. non cont. accedens. in ca. filij. de hære. in vj. & ibi doct. ff. de pac. l. iuregentium. §. quinimmo. de manu. teſta. l. Stichus. de hęre. inſtit. l. ſi ita ſcriptum. & ibi Bartol. aliquando coniunctiue: vt hic. & in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis vbi Geſ. Bart. & Bald. in l. j. §. quibus. C. de no. C. compo. (*)

(*) Et his caſibus ſunt duæ dictiones: & quando eſt vnica tantum, exponitur pro certe. §. quinimmo. ff. de teſta. mili. P.

c ¶ Neglecta) Quod peius eſt, & amarius dolendum. vt in extra. Ioan. xxij. execrabilis. cum animæ ſint precioſiores (*) corpore. c. præcipimus. xij. q. ij. ideo de earum cura maximè eſt vigilandum. in proœ. ff. in c. cum infirmitas. de pœniten. & remiſſ. ne diabolus eas deuoret: xvj. quæſt. ij. viſis. & ratione ſui officij curati ad animarum cuſtodiam tenentur: ideo præſumitur contra eos ſi pereant. ff. de eden. l. ſi quis ex aromatariis. §. vlt. c. ea quæ. de offi. archi. vbi. g. & negligentia in prælato contra negligentem mortale peccatum inducit. lxxxj. diſt. dictum. no. Geſ. in d. extra. Panor. in c. nihil. de ele. Inno. in c. querelam. e. tit. vbi dicit negligentiam eſſe crimen : quare propter negligentiam veniret deponendus. (*2) ar. ff. de cuſ. re. l. carceris. l. milites. xij. q. ij. ſæpe c. cum ad monaſterium. de ſta. mo. de hære. cum ex iniũcto. & vide Anto. in ſecunda parte ſum. tit. ix. c. v.

(*) Precioſiores quidem dici poſſunt multis modis, primo quia anima habet plus

Digitized by Google

ſimilitudinis cum Deo quàm corpus. glo. in cap. adhuc, in verbo diſſimilis. de pœn. diſt. iij. Secundo, quia anima vna eſt Chriſto carior, quàm totum aurum mundi, & ea ratione Deus animæ ſedem in capite conſtituit, ait glo. in c. accepiſti. de conſecra. diſt. 4. Tertio, quia cauſa operationis corporis ab anima prouenit, tanquam à parte principaliori hominis, cum ipſa ſine corpore poſſit ſtare, non econtra, quia corpus ſine anima dicitur cadauer, id eſt caro data vermibus, non econtra. Item character non in corpore, ſed in anima imprimitur. ideo ſi presbyter reſuſcitatur, de nouo non ordinatur, cum idem homo dicatur quo ad omnia quæ imprimuntur in anima, vtpote ſacramenta baptiſmi & confirmationis, inquit Ioan. And. in cap. fraternitatis, de frigid. & malef. Secus in ſacramentis quæ in ea non imprimuntur, vt eſt matrimo. ſacramentum. ideo reſuſcitatus non recuperat vxorem quam habebat ante mortem. Bald. in ca. nullus. col. ij. de elect. P. *Anima etiam emendatur.*

lia lucra quærunt [a]. Sic

(*2) Ideo concludo in ſcala bona benefic. parte j. in ar. negligens, dicens quòd negligens ſcalam non aſcendit, quia aſcenſus deponitur: per vulgatum, turpius eiicitur quàm non admittitur hoſpes. P.

a ¶ Quærunt) Videlicet mali prælati quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti viij. quæſt. j. ſunt in Eccleſia. ca. cum Apoſtolus. ca. procurationes. de cenſi. ca. vbi periculum. circa finem. de elec. in vj. & contra prælatos indebite exigentes argentum à ſubditis vide bo. tex. in c. prædicator. xvj. q. j. in c. diaconi. xciij. diſt. & de illis dicit B. Bernar. ſuper Can. qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis. vnde vero hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam: veſtium ſplendorem, menſarũ luxuriem, congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi de bonis ſponſæ, id eſt Eccleſię? inde eſt quòd illa pauper inops & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, exanguis, propter hoc non eſt hoc tempore ornare ſponſam: ſed ſpoliare. non eſt cuſtodire, ſed perdere. non eſt inſtituere, ſed proſtituere. non eſt paſcere gregem. ſed mactare & deuorare. & poſtea. & in alio propheta, Peccata mei populi comedunt. q. d. peccatorum precia exigunt, & peccantibus debitam ſolicitudinem non impendunt. plus inuigilant ſubditorum euacuandis marſupiis, quàm vitiis extirpandis. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam animarum, quàm alacres currunt ad cathedram. (*1) Et dicit Guliel. in clemen. j. de magiſ. quòd conſtitutiones burſales optimè memoriæ commendantur à prælatis, ſicut illa de cen. felicis. lib. vj. & ſimiles ſequentes affectionem illius. cap. omnes. xlvij. diſtinct. & vide Hen. in cap. cęterum. de dona. (*2)

(*1) Sic faciunt, prout Iudæi qui venerunt Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, non vt viderent Ieſum, ſed Lazarum. Ioan. 12. Solum enim ſepulturæ Chriſti quærunt linteamina, non autem corpus, licet contrarium fecerit Petrus. Luc. 24. ca. Ideo in die iudicij dicent illi prout ipſi fecerunt Iudæi de eo corpore Chriſti, furati ſunt eum nobis dormientibus. Matth. vlti. quod eſt dictu, dicent Chriſto iudici, & eius Apoſtolis conſedentibus, Diabolus animas ſubditorum noſtrorum nobis dormientibus, id eſt negligentibus eſt furatus. Ideo ſequitur iudicis ſententia. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Probus. *Prælati non corpus Ieſu quærũt, ſed linteamina eius.*

Digitized by Google

(* 2) Equidem commendantur, quia multi ſolum, aut præcipue ad burſale ſubſidium venerunt: cætera autem quæ ſunt prælaturæ onera, inſtar ruſticorum coruatas (vt cum vulgari loquar) facientium, & per cuiuſdam formalitatis modum exercent. Et dum ſunt in extremo hiatu, optant quòd pauperiores ſtatus Eccleſiaſtici fuiſſent. Sed tunc non eſt locus magnæ pœnitentiæ. quòd ſi illi ſit, non fecit Deus taliter omni nationi, Pſal. 147.

dimittitur[a] Chriſti cultus[b], aĩarũ cura † [c] [d] negligitur † [e], ſubtrahitur[f] hoſpitalitas[g], ec.

Ideo non expectent horam mortis, cum in ea plures, Dei non ſint memores. Pſal. 6. Ideo qui peruenire vult ad ſalutem animę, non quærat temporalia lucra, quæ mali habent in mundo non tribulati, quia tribulati ſolum percipiunt mercedem in cælo, in quo nihil percipiunt mali, ait Archid. in cap. perfecta. de pœnit. diſtinct. iij. ſubdens, quòd non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi, quem vide in ca. maiores. xvj. quæ. vij. Probus.

a ¶ Dimittitur) Sextum inconueniens.

b ¶ Cultus (*) Diuinus, cui magnus fauor debetur, infra de his qui tem. di. offic. cap. j. in final. & ipſum turbans capitali ſententia ſecundum legem damnatur. l. denuntiamus. C. de his qui ad Eccleſi. confugiunt. & diminutio cultus diuini facit reuocari licentiam de non reſidendo. capite penultimo de clericorum non reſident.

(*) Attendant igitur clerici, maxime prælati, ad cultus diuini augmentum, non ad diminutionem, vt plerique facere ſolent. Probus.

Cura dicitur. † c ¶ Cura) Dicta eo quòd cor vrit, ait Archid. in ca. ſi cuſtos. xxvij. q. j. quæ quidem animarum cura rectoribus parochialibus committitur per capitulum, dando inſtitutionem auctoriſabilem. gloſ. in tit. de annatis. in verb. inſtitutione, & executio ordinis & clauium datur per tit. quia licet in ordinatione detur poteſtas clauium in habitu, non tamen in actu. glo. in d. tit. verbo deferatur. Probus.

d ¶ Negligitur) vij.

† e ¶ Negligitur) Ideo ſuccedit illud vulgatum, quòd ex vitio ſubiectorum arguitur negligentia prælatorum, dico quando vitia ſunt notoria. c. Romana. §. notoria. de cenſib. in vj. Probus.

f ¶ Subtrahitur) viij.

g ¶ Hoſpitalitas) Quæ ſpectat ad officium pietatis, & ad eam beneficiati tenentur ex debito neceſſitatis. lxxxv. diſtinct. Florentinum. xlij. diſtinct. cap. quieſcamus. de præb. de monachis. in extra. Ioan. 22. execrabilis. ibi. hoſpitalitas in ipſis beneficiis debita non ſeruatur. vbi Geſ. nam quicquid habet Eccleſia, pauperum eſt. xvj. quæ. j. quoniam quicquid. vbi dicitur, quòd domus clericorum debẽt eſſe communes pauperibus. & hoſpitalitatis hortator eſſe non poterit: qui domum propriam hoſpitibus clauſerit. xlij. diſtinct. §. j. de hoc docto. in d. cap. de monachis. Hen. in c. placuit. de emptio. & venditio. Hoſt. in ſum. de tempo. or. §. & hic. ver. ſeptima regula hoſpitalem. (*) *Beneficiati ad hoſpitalitatem tenentur.*

(*) Audi Apoſtolum ad Timoth. 1. cap. 3. dicentem: Oportet Epiſcopum hoſpi-

Digitized by Google

talem eſſe. & ad Hebr. 13. c. Hoſpitalitatis nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis. & 1. Petri. iiij. cap. Hoſpitales ſitis inuicem ſine murmuratione. Ideo Chriſtus Matth. xxv. dicit bonis, Hoſpes eram & collegiſtis me. & malis, Hoſpes eram, & non me collegiſtis. Et de malis hoſpitibus dicatur. xiij. q. j. in c. vnico. §. Item præcepit dominus, quòd mali hoſpites qui res hoſpitantium exportant, ſunt ſicut mus in pera, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio. P. *Hoſpitalitas commẽdatur.*

clesiarum iura [a] depereunt [b],

a ¶ Iura) Ad quæ conſeruenda clerici ſunt aſtricti. xij. q. ij. & quaſi per tot. C. de ſacroſan. eccl. authen hoc ius. de re. eccl. non alienan. per tot. (*) & Innocen. iiij. in ſua conſti. cura paſtoris, voluit quòd prælati deberent facere inuentarium de bonis Eccleſiæ cum ſolennitate ibidem inſerta. idem voluit Benedictus xij. in prælatis ordinis beati Auguſtini. in extrauag. vt Eccleſiarum. & alienantes indebitè bona Eccleſiarum. Pauli. ij. excommunicat. in extrauag. Pau. ambitiosè.

(*) Hic attendant clerici barbati habitibúſque laicalibus induti, cum hæc deferre iura prohibeant. tot. tit. de vita & ho. cle. dixi latè in ſcala beneficiali, parte j. ar. barbatus. P.

b ¶ Depereunt) ix. Si ob negligentiam rectoris iura Eccleſiæ depereant, tenetur de proprio patrimonio ſatisfacere Eccleſiæ. xij. q. ij. monemus. not. in cap. placuit. ij. q. iij. (*) & rectore mortuo tenetur eius hæres ad dictam ſatisfactionem. ad hoc ca. ex præſentium, cum ibi not. de pig. idem vbi rector potuit aliquid acquirere Eccleſiæ, & neglexit. bo. tex. cum gloſ. xij. q. iiij. ca. j. inſtar tutoris qui ad hoc tenetur. l. quicquid aliàs incipit tutoris. C. arbi. tutel. not. Panor. in d. c. ex præſentium. in c. j. de dol. & contu. in c. nihil. de præſcrip. Et bona ipſorum rectorum ſunt tacitè obligata Eccleſiæ pro mala adminiſtratione eorum, & poterit Eccleſia agere contra tertium poſſeſſorem: ſicut agit mulier pro dote. not. in ca. ex literis. de pig. paritate rationis. nam Eccleſia æquiparatur vxori, & beneficiatus marito. lvj. diſtinct. Cœnomanenſem. (*2) viri autem bona ſunt tacitè obligata vxori pro dote. l. j. in prin. C. de rei vxo. act. l. fi. qui po. in pign. ha. in d. c. ex literis. Item Eccleſia æquiparatur minori. c. j. de in integ. reſtit. ergo ſicut bona tutoris ſunt tacitè obligata pupillo. l. pro officio. C. de admini. tut. l. fi. de legi. ag. tute. in quib. cau. pign. ta. con. ſi mater. ita & bona prælati Eccleſiæ. Idem vides in fiſco, quòd bona conductoris vectigalium, ſunt tacitè obligata fiſco. l. ſemper. §. diuus. ff. de iur. immuni. l. j. &. ij. C. de priuile. fiſ. l. j. &. j. in quib. cauſ. pig. ta. con. ergo bona prælati Eccleſiæ qui quaſi contrahit cum Eccleſia acceptando prælaturam. c. niſi. de renunc. ſimiliter bona adminiſtratoris ſunt tacitè obligata pro adminiſtratione ſua. nota. in l. ij. C. de debi. ciuit. & ibi Bar. lib. xj. & vide not. per Io. And. c. querelam. de ſimon. Hen. in c. cum olim. de priuileg. diſtinct. iiij. in fi. latè per Barbat. in ca. vt ſuper. de rebus Eccleſiaſt. non alienand. *Prælatus de mala adminiſtratione tenetur.* *Eccleſia cõparatur vxori, & beneficiatus marito.*

(*1) Iſta & ſequentia malè obſeruantur in Eccleſia Gallicana, propter quæ Eccleſiarum patrimonia depereunt, prima tamen fronte titulariorum hæredes ditantur, ſed non gaudet hæres tertius: imò potius proprium patrimonium perit, aut deſcendit ad inferius, id eſt ad nihilum reducitur, & in fauillam ponitur: iuxta vulgatum

Digitized by Google

el boni de la capane, ne flori, ni ne grane. quod etiam ſæpiſſime viſum eſt in pecuniarum multiplici exactione ſub nomine aut vocabulo decimæ, vel ſubſidij charitatiui, contra quod etiam de facto non eſt locus præſcriptionis etiam trimenſalis, cum quater in anno videantur ſæpe exigi. Ecce qualis ſit libertas in Eccleſia Dei & miniſtris eius ſponſæ. P.

ruunt[a] ędificia: populi deuotio attenuatur[b]: clerici noſtrorum regni & delphinatus ſcientiis & virtutibus *[c] effulgentes, qui ad chriſtianę plebis ædificationem ſalutarem vacare poſſent, quíque pro regijs & Eccleſiæ prædictæ regni & delphina-

(*2) Quòd titularius beneficij dicatur Eccleſiæ illius maritus, latè probo in tracta. penſio. parte j. q. ij. num. 21. Probus Officialis Ambianen.

a ¶ Ruunt) ſi. ver. ſupra ver. ſed proh dolor. & eſt quartum inconueniens. concor. extra. Ioan. 22. execrabilis. ibi, ruinis patent ædificia nobilia quæ magnificentia extruxerat deceſſorum. quæ ruinę ſunt vitandæ. c. fundamenta. §. digne. de elect. in vj. cum ruinis publicus deformetur aſpectus. ff. ne quid in loco public. l. ij. §. ſi quis nemine. C. de ædi. pri. l. ij. vnde reparanda ſunt ædificia ruinoſa, & in bono ſtatu conſeruanda. C. de admini. tu. lex quæ tutores. cap. generali. de elect. in vj. fin. C. de ope. publ. Et hic eſt ar. quòd beneficiatus tenetur ad reparationem Eccleſiæ, (*) quod eſt verum de fructibus ſupereſſentibus, ceſſante conſuetudine: vt in ca. j. & ca. de his. de eccleſ. ædifica. vbi docto. xij. quæſtio. ij. quatuor.

Beneficiatus ad Eccleſiæ reparationẽ tenetur.

(*) Tamen vbi Eccleſia habet patrimonium, titularius non videtur ad refectionem teneri, cum Eccleſia mediante ea patrimonij parte, à patrimonio titularij extracta, hoc facere teneatur. aliàs ſi volueris titularium teneri, oportet vt totius Eccleſiæ patrimonium habeat: prout & quæcunque in Eccleſia obuenientia. & quando ordinatum fuit quòd titularius ad eam refectionem teneretur, ea omnia percipiebat. & iſtud ſolum habet locum in Eccleſiis parochialibus, vbi ſunt ad hoc procuratores fabricæ deputati, in aliis autem titularij omnia percipiunt: Ideo ad eam refectionem tenentur. Non nego tamen quod ſi fabricæ non ſuppetant bona aut fructus, & titularius ſit potens, quòd contribuere ad eam refectionem non teneatur, ſaltem de honeſtate & quadam gratia. P.

Titularius quando nõ teneatur ad Eccleſiæ refectionẽ.

b ¶ Attenuatur) Id eſt diminuitur & frigeſcit, & eſt xj. inconueniens: nam prælati ſunt ſignum ad ſagittam quo ad populum. cap. qualiter. ij. de accu. & eorum mala exempla inficiunt populum: qui tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. xj. q. iij. c. præcipue. (*)

(*) Iſtud vltimum latè habes per nos firmatum in tra. diſpen. memb. ij. in prin. P.

*c ¶ Virtutibus) quas iura volunt in hominibus eſſe dignitatibus præditis, non fortunam, illæ tamen ſæpe viſæ ſunt ſe amplecti dicit Bar. in l. Barbarius. col. ij. ff. de offic. prætor. & tunc cor exaltant hominis, Eccleſiaſtici c. 40. Elige tibi primo virtutem: quia illa ſecum trahit honorem, velut corpus vmbrã. Equidem legitur quòd

Iura volũt hominẽ non fortunã habere, ſed virtutem.

Digitized by Google

ex virtute ſola apud Deum quis gratiam comparat, non ex loci vel generis nobilitate. c. illud. xl. diſt.

a ¶ Conciliis) l. iiij. C. de repud. non eſt dubium quæ cum concilio geruntur, iuris firmitate muniri. l. humanum. in fi. C. de le. & de aduocatis dicitur quòd conſiliis eorum non minus prouident humano generi, quàm ſi patriam armis defenderent. l.

tus publicis conciliis [a] forent oportuni, diuinarum † [b]

aduocati. C. de aduo. diuer. iu. immo plus prouident reipub. ſapientes bono conſilio quàm milites armis. Parua enim ſunt foris arma: niſi ſit conſilium domi, ait Tullius. & Sapientiæ 5. Melior eſt ſapientia quàm vires. & vir prudens magis quàm fortis. Sap. 6. Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum, & rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt, Eccleſi. 10. Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentum. vnde Plato tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit, cum aut ſapientes regnarent, aut reges ſapere cœpiſſent. & Saluſtius, Priuſquam incipias conſulito: & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. & in oratione Porcij Catonis dicit no. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempublicam ex parua magnam feciſſe. ſi ita res eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus: quippe ſociorum atque ciuium, præterea armorum atque equorum maior copia in nobis quàm in illis eſt: ſed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria, foris iuſtum imperium. animus in conſulendo liber, neque delicto neque libidini obnoxius. pro his luxuriam atque auaritiam, publicè egeſtatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam. inter bonos & malos diſcrimen nullum. omnia virtutis præmia ambitio poſſidet. ideo rectè maior debetur honor ſapientibus, quàm militibus qui debent eſſe executores ſapientium. C. de capt. l. ab hoſtibus, in fi. & doctor præferendus eſt militi, quia doctor habet dignitatem, non miles, cum militia non ſit dignitas, l. ſi quis ſeruum. C. qui mi. non poſ. lib. xij. nam libertus poteſt eſſe miles. C. de liber. & e. li. l. iij. & tamen non poteſt habere dignitatem. C. ſi ſer. vel li. ad de. l. j. lib. x. no. in l. libertorum. C. de dig. lib. xij. & militia & dignitas ponuntur vt diuerſa. C. qui mi. non poſ. l. fi. li. xij. no. C. de æquiſ. dig. l. j. eo. li. milites tamen noſtri temporis, qui vulgariter appellantur milites, dicuntur habere dignitatem. & vide quod not. Ioan. Fab. in proœ. inſtit. (*)

Conſilium bonum in rep. eſt armis præferendum.

Sapientes militibus ſunt præferendi.

(*) Alexan. in l. Centurio. ff. de vulga. inquit communem opinionem eſſe quòd in actibus militaribus miles doctori præfertur: quia ibi non librorum, ſed armorum certamina exercentur. In actibus autem ſcholaſticis & eorum locis doctor militi præfertur. l. nemo clericus vel militaris. C. de ſum. tri. & fide cathol. quod nobis exẽplo oſtendit Poëta antiquus, qui Iulio Cæſari in collegium poëtarum venienti non aſſurrexit: prout teſtatur Valer. libr. 3. tit. de fiducia ſui, Magno (inquit) ſpatio diuiſus eſt à ſenatu ad Poëtam Accum tranſitus. Is Cæſari non aſſurrexit, non immemor maieſtatis Cæſaris, ſed quòd in comparatione communium ſtudiorum aliquãto ſuperiorem ſe eſſe confideret. Quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. P.

Doctor quando nõ præfertur militi.

† b ¶ Diuinarum) Quæ in ſacra pagina continentur, quia propriè & ſtrictè ius dicitur.

Ius diuinũ.

Digitized by Google

citur, quod in ea ſacra pagina continetur. glo.in c. ij. in ver. videlicet. de priuileg.in vj. impropriè autem ius canonicum dicitur diuinum, quia illud quo ad quædam eſt extractum à veteri & nouo teſtamentis. c.qualiter & quando. col. ij. de accu.in alijs adductis per Barbat.in trac.de præſtan. Car.q.j. in prin. quem vide pro præſenti reſolutione. Probus.

& humanarum † [a] ſcientiarũ ſtudia† [b] deſerunt: propter promotionis congruę ſpem [c],

Princeps ſit humanus omnibus.

† a ¶ Humanarum) Quæ docet homines erga homines habere debere humanitatem, maxime principes, quod eſt eorum proprium, iuxta dictum Cyri Perſarum regis dicentis nullum tam proprium regis ac principatus officium, quàm humanitatem hominibus dare facit, l. fi. C. de do. inter vir. & vxo. & l.imperialis in prin. vbi glo.C.de nup. Legitur enim de Cæſare dictum, qui non laborat vt militibus ſit charus, ipſe militem neſcit amare. P.

† b ¶ Studia) Hæc duo videntur tanquam homo interior, id eſt ſpiritus, & exterior, id eſt corpus, in quo ipſe ſpiritus inhabitat, ſicut dominus domus inhabitat ipſam domum, ait Præpo.in c.habebat.xij.q.j.ſubdens quòd caro eſt poſſeſſio ſpiritus, qui ab anima differt, vt per Archid.in ca. Moyſes. xxx. quæſtione ij. P.

Studere licet ſpe promotionis.

c ¶ Spem) no.licitum ſtudere ſpe promotionis habendæ in Eccleſia.ad hoc inſti. in pro.in fi.ibi vt ſpes vos pulcherrima foueat.ff.de iuſ. & iu.l.j. ibi: præmiorum quoque. C.de aſſeſſ. l. j. c. venerabilem. de elect.ad fi.ibi, cæteris fiducia tolleretur, vbi Panor. (*) præſertim de aliquo ſimplici beneficio.cap.tua. de ſimo.cap. propoſuit. de cle.ex.mi.non de maioribus ad quæ nemo ſe debet ingerere. ca. cum iamdudum. de præb.infrà de elect.c.j.§. & cum human.e.de quo per.g.& doc.in c.tuam.de ætá. & quali. Hen.in ca.qualiter.de elect.& in d.c.tuam. Anto. in ij. parte ſum. tit. iij. ca. iij.&. v. Similes ſunt illi qui ſtudent, vt poſtea lucrentur, quia nolunt in paupertate viuere. iuxta authen.de hær.& fal.in fin.col.j. Alij ſtudent, vt ſciantur & videantur, & illorum finis eſt vana gloria de his.ff.de ori.iu.l.ij.§. poſt hos.in fine.& Tulli, honor alit artes: omnéſque incenduntur ad ſtudia gloria. Perſius, Scire tuum nihil eſt: niſi te ſcire hoc ſciat alter. ac pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt. Alij vt ædificentur.ff.de va.& extraor. cog.l.j.§. eſt quidem. de vita & honeſ. cler. per tot. Scientia enim de ſe eſt appetibilis, bonorum honorabilium ſcientiam opinantes, ait Philioſophus. Alij vt ſciant, & cum imbuti fuerint, alios tanquam ignorantes deſpiciunt, & eos reputát nihil.ad hoc.ff.de fideicõm. li.l. apud Iulianum. de his loquitur Apoſtolus.1.ad Cor.8.ſcientia inflat.c.niſi cum pridé. §. pro defectu.de renun. Alij vt ædificent: vt illi qui ſuam ſcientiam communicant, non ad inaně gloriam, ſed ad Dei laudem, & aliorum inſtructionem. not. Hoſtien. in princ. ſum. §. fina. Ioan. Andr.ſuper data vj.Hen.in fine decreta.

Spes multũ commẽdatur.

(*) Spes enim eſt laudabilis nimis quando quis habet illam non propter temporale lucrũ, ſed propter Chriſti, & eius ſponſæ, id eſt Eccleſiæ famulatum, laudabilis quidem & bona: vt ex ſequentibus patet. Sperent in te qui nouerunt nomen tuũ, quoniam non dereliquiſti quærentes te domine. Pſal.9.& 21.ſubditur. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt: & liberaſti eos, ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: In te ſperauerunt,

Digitized by Google

ſperauerunt,& non ſunt cõfuſi.& ibidem, Sperauit in domino, eripiet eum, ſaluum faciat eum quoniã vult eum.& Pſal. 27. Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.& Pſal. 30. Beatus eſt vir cuius eſt nomen domini ſpes eius.&Pſal.55.In Deo ſperaui,non timebo quid faciat mihi homo. & Pſal.61.In Deo ſalutari meo,& gloria mea Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. De ea enim bona ſpe loquitur Apo. ad Ro.5.c.Spes autẽ non cõfundit. & ibid. 8. c.Spe ſalui facti ſumus. Aliàs de ſpe dicim⁹ in tracta. diſpen.mẽb.3. nu.25. & ſeq.& 3. mẽb. nu.20. Et hæc de bona ſpe. De mala autem loquitur Sapien.c.5. Spes impij tãquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur. & tanquam ſpuma gracilis quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. P.

Spes impij æquiparatur multis.

eis ablatam [a].

Occaſione reſeruationum & expectatiuarum multa ſuccedunt ſiniſtra hic deſcripta. Probus.

Cæterum [b] huiuſmodi reſeruationum &expectationum occaſione ingeritur [c] votum mortis alienæ, animarum ſaluti nimium † [d] præiudiciabile, ſuſcitantur [e] lites† [f] infinitæ,contentiones †[g] & rixæ inter Chriſti † [h] miniſtros oriũtur [i]: rãcores, & odia plerũq; implacabilia nutriũtur, fouetur [k] pluralitatis beneficiorum ambitio execrabilis [l]:

a ¶ Ablatam) xij.

b ¶ Cæterum) Id eſt inſuper, & facit relatione ad prędicta.de quo doc.in c.cæterũ. de reſcri.in cap.cæterum,de iur. calum. de fid.inſtru.inter dilectos.§.cæterum.

c ¶ Votum) xiij.

† d ¶ Præiudiciabile) A præiudicio quod eſt prauum iudicium.glo. in ca. euidenter. j.quæſt.j. P.

e ¶ Suſcitantur) xiij. inconueniens.

† f ¶ Lites) .i.litigia quæ in paradiſo terreſtri videntur exorta dum Deus argueret Adam de morſu pomi: qui reſpondit:mulier quã dediſti mihi. & dicit Arc. in proœ. decreti.col.2. P.

† g ¶ Contentiones) Ex quibus, etiam particularibus, vnitas non fit, ſed malum magis accreſcit. P.

† h ¶ Miniſtros) appellatione quorum comprehenduntur ſacerdotes & alij inferiores,non tamen Epiſcopi,inquit Præpo.in cap.ſacerdotes ij.q.vij. P.

i ¶ Oriuntur) xv.

k ¶ Fouetur) xvj.

l ¶ Execrabilis) Id eſt deteſtabilis & odibilis.ſi.in extra. Io. xxij.execrabilis.in princ. C.de aquæduct.l.ad reparationẽ.lib.xj.ff.de ali.mu.iu.l.item res.§. poſt.C. de admi. tut.lex q.& merito dicitur execrabilis,ꝑpter ea quæ not.ſup.& j̃.de col.§.in rei. (*)

(*) Iſta firmatur per verba ſacræ ſcripturæ,primò Prouerbio.ca.28. Qui declinat aures ſuas ne audiat,eius oratio erit execrabilis.& Eccle.10.c. Odibilis coram Deo & hominibus eſt ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas gentiũ. Execrabile enim de-

H

Digitized by Google

Iudas execrabile cõmiſit delictum quãdo vendidit dominum.

lictum commiſit Iudas, dum Chriſtum Iudæis vendidit: quia dicit. l. moueor. C. ſi ſeruus exportan. quòd execrabile delictum facit, qui dominum ſuum vendit. Probus.

pauperes †[a] clerici [b] innumeris perſonarum & rerum diſcriminibus [c] ſubiiciuntur: & per calumnioſos †[d] cauilloſóſque indebite opprimuntur [e], beneſia prædeclarata per litium [f] anfractus frequenter iniuſte occupantur, & ſæpius inofficiata diutine relinquuntur [g]: materia fouendis iniuſtis vexationibus paratur: abuſus [h] peſti-

† a ¶ Pauperes) Hinc diuus Hiero. ait, quòd ſinguli ſuperiores per potentiam vendicant totum quod inferiorum clericorum eſt, ac in ſuos vſus redigunt. Mendicat igitur infelix clericus, ſeruili operi mancipatus: qui dum ſtipendia perdit, clamat ad dominum, & auditur à Chriſto. P.

In capitur multiplicatur.

b ¶ Innumeris) In capitur pro ſine, id eſt quamplurimis, & ſine num. ſic in authent. de inſtru. cau. in princ. coll. vj. ibi, innumerabiles inuenimus. in clem. ſuper cathedrã, de ſepul. in princ. in capitu. ij. de conſtitut. lib. vj. ibi, impune. Aliquando capitur in pro valde. infra de cau. cap. j. in princip. ibi, inuigilare. cum ibi notat. (*)

In pro valde.

(*) Idem in l. Gallus. §. indifficilis. vbi glo. & Doct. ff. de libe. & poſth. exponũt, id eſt valde difficilis. ſic capitur in illo vulgato verbo, Labor improbus oĩa vincit. P.

c ¶ Diſcriminibus) id eſt periculis.

† d ¶ Cauilloſos) Id eſt malos, ſine quibus boni (ſi fuerint) perfecte boni eſſe non poſſunt, quia non purgantur, nam mala ſocietas purgatio eſt bonorum, ait diuus Gregor. in epiſt. ad Theotiſtam patriciam de ſedanda diſcordia. col. 2. P.

e ¶ Opprimuntur) xvij. concor. infra de cau. cap. j. verſic. ſic facile. (*.

(*) Oppreſſio à ſacris literis multum reprobatur: vt patet ex ſequenti. Primo Leui. 19. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. & Iob. 36. ca. Non te ſuperet ira, vt aliquem opprimas. & Iaco. 2. ca. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicium? P.

Anfractus quid eſt.

f. ¶ Anfractus) id eſt circũfractiones, inuolutiones ſeu multiplicationes. ſimile ver. in c. quorundam. de elec. in vj. & ibi Archi. in cle. dudum. de ſepul. circa prin. vbi glo.

g ¶ Relinquuntur) xviij.

h ¶ Peſtiferi) ſimonia peſtis eſt quæ ſui magnitudine alios morbos vincit. cap. ſicut de ſimo. ſicut enim peſtis inficit hominem, ita ſimonia inficit: quia ipſum inhabilitat ad officij executionem. c. omnis. de ſimo. (*)

(*) Not. Ioan. de Ana. poſt Panor. in cap. ſicut j. de ſimon. quòd ſi inficit: ergo morboſus eſt ſimoniacus, ideo ſequitur quòd indignus eſt beneficio, maximè curato, quia ſuccedit illud vulgatum. Vulnerato itaque paſtore quis curandis ouibus adhibet medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? c. fertur. §. vulnerato. j. q. j. alia dixi in ſcala benef. parte j. ar. qui initium ſumit Simoniacus. P.

Digitized by Google

a ¶ Labis) Concor.c.tanta.c.quoniam. de ſimo.

† b ¶ Simonicæ) Quæ ſolet in regno Galliæ dominari.c.vt fertur.j.q.j,dixi in ſcala, ar.Simoniacus.in fine. P.

c ¶ Committuntur) xix.

d ¶ Indolis) Indoles eſt quædam imago futuræ virtutis: vt dicit Iſid. (*) **Indoles quid ſit.**

feri, horrenda ſpecie labis[a] ſimoniacæ †[b] reſperſi committuntur[c]: bonæ indolis[d] iuuenibus, qui virtuoſis actibus intendere deberent, euagandi licētia præbetur[e]: prę latis & cæteris ordinaris ciollatoribus ſuum ius atque miniſteriū aufertur[f]. Patronorum iura eneruātur[g], indéq;

(*) Hinc gloſ.ordina.Num.10.c.inquit, eſt autē optimus dicēdi mod⁹, quo fit, vt qui audit,veritatē audiat,& intelligat boníq; ingenij īſignis indoles, ī verbis verū amare,nō verba &c. 3.Re.11.legitur ꝙ Hieroboā erat bonę indolis,& induſtrius. P.

e ¶ Præbetur) xx.

f ¶ Aufertur) Concor.infra de cau.cap.j. cum ibi not.& eſt.xxj.inconueniens.

g ¶ Eneruantur) xij.quæ tamen ſunt ſeruanda.ca.j.de conſti.xxv.q.j.& ij.per to. Et licet Papa poſſit conferre vel mandare conferri beneficia ſpectantia ad præſentationem laici hoc expreſſo cum de ſola **Patrono laico an Papa poſſit derogare per collationem.** gratia ius patronat⁹ in laico tolleretur de iure patr. quoniā & ibi Pano.fa.quod no.Inn.in c.quod ſicut.de elect.Pano.in c.ſuper eo.de offi.dele.in c.quāto.de iudi.& ius patron.ſit de foro eccl.d.c.quāto (*) nō intelligūtur tamē talia beneficia in generali poteſtate ſeu mādato cōceſſa.ar.de of. le. quod tranſlationē.c.in generali.de iud.in vj.clem.per literas.de præb. Vbi Io. An.& Pau.Io.mo.& alij. doct. in c.ij.de præb.lib.vj.Archi.xvj.q.vij.filiis.quia ſi Papa talia beneficia cōferret,poſſet inde ſcādalū ſuboriri, & laici retraherētur à fundatione Eccleſiarū.not.in c.cū dilectus.de iur.patro.vbi dicūt Hoſt.& Io.And.quod huiuſmodi beneficia patronorū laico nō includūtur in gratia cōceſſa pro aliquo beneficiādo quantucūq; latè ſcribat. ad hoc c. dilectus.iij. de præb. quod intellige de meris laicis. de Ro. deci.cccxxij. (*2) & refert Hoſt.ſe vidiſſe reſcriptū Greg. ix. bullatū, per ꝙ ſcribēs pręlatis Angliæ declarabat,ꝙ quādo ſcribebat pro aliquo beneficiādo, nō intendebat ꝙ prouideretur ei de beneficiis pertinētibus ad præſentationē laicorū. Idē Henr.in d.c.cū dilect⁹.Do.in c.cōpromiſſarius,de elec.Lapus in c.cū illis.de præb.l. vj. etiā ſi gratia eſſet cōceſſa motu proprio: quia motus proprius nō tollit ius patro. nota.de Ro.deci.cxj.in nou.doc.in clem.ſi Ro.de præb.ad hoc ꝙ not. Spec. titu.de leg.§.videndū.ver.ꝙ ſi Papa.quod not.La.in dicto c.ij.de præb.lib.vj.in c.cū in Eccleſia.eod.tit.Cōcor.regula cancella. qua cauetur,quod ſuper quouis beneficio Eccleſi. de patronatu laicali nō expediātur literæ, niſi ponatur expreſſe ꝙ tale beneficiū tāto tēpore vacauerit,quòd eius collatio eſt ad ſedem Apoſtolicā deuoluta: vel ad id patronorū accedat cōſenſus.& ſi per Papā iuri patronatus huiuſmodi derogari cōtigerit,ſi ius huiuſmodi ad aliquē regē,ducē,marchionē,vel aliū principē pertineat:& de hoc in literis prouiſionis vel mādati.de prouidēdo de. d. beneficio mentio facta non fuerit,non cenſetur iuri huiuſmodi fore derogatū: ſed hodie de huiuſmodi de- **Beneficia iuris patro. laicorum quomodo cōferantur.**

rogatoria parum curatur. (*3) ſimiliter huiuſmodi beneficia non veniunt in generali reſeruatione iuris vel hominis. no. doc. in d. c. ij. ſpe. tit. de le. §. nunc tractemus. ver. ſed nunquid legatus. declaratum eſt in extra. Io. xxij. venerabili directa regi Portugalliæ. ideo nominationes ad iſta nõ extenduntur. no. inf. de col. §. itẽ quòd.
(*1) Ius hoc eſt ad ſucceſſores tranſmiſſibile, quia habet eandem ſubſtantiam in ſeipſo, perſona mutata ſicut non mutata.

ſtatus Eccleſiæ hierarchicus [a] confunditur † [b] plurimáque

dicit Bal. in tit. qui feu. dare poſ. col. vij. vbi ſubdit, quòd tale ius eſt de corpore patrimonij: ideo ſecus de iure quod non eſt de eo corpore, ſed de hominis intellectu, & illud non tranſmittitur. ca. quoniam abbas. de offic. delega. Et inquantum glo. hic dicit ius patro. eſſe de foro Eccleſiæ, dic verum, ita quòd iudex laicus non poteſt ſuper eo pronunciare, expreſſe vel tacite, directe vel indirecte. cap. tuam. de ordi. cog. cap. lator. qui filij ſunt legiti. not. Mantua conſilio. 5. nume. 19. vbi nume. 18. ſubdit rationem, quia ius illud eſt ſpirituale, vel ſpirituali annexum. not. do. meus de Ripa in rub. de iudic. nu. 60. & doc. in c. quanto. hic per. gl. alle. Sic iudex ille laicus ex titulo ſingulari non poteſt laicum patronum priuare. Panor. in d. c. quanto. & in ca. laici. & in ca. nobis. de iur. patro. ſecus ex titulo vniuerſali, vt quia, per ſententiam confiſcat omnia bona, in quorum vniuerſitate eſt ius patrona. ait Citandi. in trac. de iure patro. parte 14. ver. tertio modo. Ideo ius patro. aliquando de vna perſona ad aliam transfertur ſine iudicio Eccleſiæ, aliquando non: vt per Rochum in d. trac. in verbo pro eo. q. j. quem vide quo ad confiſcationem in verbo ipſe. q. xxix. P.

(*2) In antiq. vbi loquitur de Beguinis, quarum ſtatus eſt damnatus per concil. Viennenſe, clemen. j. de religio. domi. intellige etiam quando ius patro. eſt quæſitum laicis ex fundatione aut dotatione, vel conſtructione. Secus ſi conſuetudine, præſcriptione vel priuilegio, per id quod ſimili dicit Caſſado. deci. iiij. & vij. tit. de iur. patro quod ius patro. acquiſitum vno de vltimis tribus modis, comprehenditur ſub expectatiuis: ratio, quia non militat dictum gloſ. dicentis, quòd retraherentur à fundatione. vide quæ diximus in tracta. penſionum, prælud. ij. in ver. per prædicta autem concludere non intendimus, & in tractatu deuolu. parte j. quæſtio. xv. P.

Beneficia iuris pa. laicorum cadunt ſub expectatiuis.

(*3) Quia laici iudices Galliæ eam Papæ derogationem non admittunt: prout nec quòd non graduatis conferantur parochiales in villis muratis exiſtentes, niſi illæ derogationes ſint in prouiſionibus, in modo vacandi per reſignationem cauſa permutationis fundatis, quod nunquã placuit in his pluſquam in cęteris ſuper modis aliis fundatis, cum ſemper ſit eadem ratio legis, has parochiales graduatis conferri, non aliis rationem illam ponit gloſ. infrà titu. de colla. §. in Eccleſiis autem parochialibus. in verbo exiſtant. col. j. & in verbo parochialibus. P.

† a ¶ Hierarchicus) inſtar hierarchiæ cæleſtis ſtatus Eccleſiæ eſt ordinatus. lxxxix. diſt. ad hæc. & vide quod not. infrà de nu. & qual. Car. cap. j. (*)

(*) De his qui faciunt Hierarchiam quo ad animarum curam, dixi in tractatu diſpen. 5. memb. parte ij. nu. 81. P.

† b ¶ Confunditur) equidem confunditur, quia his etiam temporibus imperiti peritis, nouelli antiquis, rudéſque præferuntur emeritis. P.

Digitized by Google

† a ¶ Diuina) id eſt ſpiritualia, quæ alunt & viuificant ſpiritum, Archi.in cap. Eccleſias. ij. col. xiij. q. j. vbi exponit tẽporalia, id eſt quæ indigẽtiæ carnis ſunt deputata. P. *Spiritualia viuificant ſpiritum.*
† b ¶ Perniciem) in ſumma dic, nos videre quòd reprobi præualent bonis, iniqui dominantur iuſtis, & in omnibus in mundo ceſſit iuſtitia, quoniam vnſquiſq; quęrit quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, vel proximi. ideo videtur quod diuina permiſſione ſolutus ſit Satanas, vt ſuis fallaciis & nouis ac inuſitatis machinationibus & oppreſſionibus Eccleſiam ſeu Eccleſiæ miniſtros perturbet, & torqueat. Solutus quidẽ, vt nos videatur captiuos tenere, ob innumera flagitia, & quod ex Dei permiſſione nobis ſanum intellectũ abſtulerit, vt neſciamus quantum Deum offendimus, & in quibus periculis conſiſtamus. Equidem excæcati ſumus vſque adeo, vt neque peccata noſtra ponderemus, neque à culpa nobis paratam cernamus pœnam. P.

aduerſus diuina † [a] & humana iura in animarum perniciẽ, † [b] & Eccleſiæ regni & delphinat⁹ noſtrorũ ſæpè dictorum, oppreſſionem atq; conculcationẽ committuntur, pariter & perpetrantur: ſicque iura coronæ [c] noſtræ

c ¶ Coronæ) quæ clara quidem eſt: ſed ſpinoſa. vnde refert Valer. lib. vij. cap. ij. Regem quendam ſubtilis ingenij traditum ſibi diadema priuſquam capiti imponeret, diu conſideraſſe, ac dixiſſe. O nobilem magis quàm fœlicem pannum: quem ſi quis penitus agnoſcat quàm multis ſolicitudinibus, periculis & miſeriis ſit refertus: nec humi quidem iacentem tollere vellet. idem de corona regia Carolum quintum dixiſſe ferunt. (*1) & legitur quòd Adrianus Papa tertius dicebat ſpinoſam eſſe cathedram Ro. pon. meatum acutiſſimis vſquequaq; e conſertum aculeis, tantæque molis, vt robuſtiſſimos premat & terat & comminuat humeros. coronam & Phrigiũ clara merito videri, quoniã ignea ſunt, ſed ſpinoſa. & quòd Romano põtifice nemo eſt miſerabilior: cõditione ei⁹ nulla miſerior. refert Vinc. l. xxx. ſpec. hiſ. c. iij. (*2) *Corona ſpinoſa.*
(*1) Quòd ſi ſpinoſa eſt regis corona, multo fortius imperatoris, quæ triplex dicitur: argentea, ferrea, & aurea: quarum prima notat continentiam. Secunda virtutem, & conſcientiam. Tertia ſcientiam, & prudentiam diſcernendi bonum à malo. Sicut enim metallum auri (ex quo iij. corona eſt compoſita) precioſius metallum dicitur: ita ſcientia precioſior eſt omnibus quę poſſunt deſiderari. Vel ſecundum alios prima, id eſt argentea, denotat quod imperator in anima & corpore debet eſſe purus & mundus ſicut argentum, quod eſt purum inter alia metalla. Secunda ferrea, quia ſicut ferrum eſt metallũ de quo fiunt infiniti labores, & eſt duriſſimũ & fortiſſimũ: ita imperator debet eſſe paratus ad ſuſtinendum omnem laborem corporalem, & conſtans in iuſtitia exhibenda. Tertia aurea, quæ ſignat quòd præ cæteris debet in virtutibus & moribus fulgere. P.
(*2) Non enim ſolum hæc ad reges & imperatores diriguntur, ſed etiam ad alios quàmplures: quod ſi non in hoc ſeculo, in alio tamen ſic: vt ex ſequentibus apparebit: quia legimus Thob. 3. Vita hominis ſi in probatione fuerit, coronabitur. & Ioã. 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronã

Digitized by Google

vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. quæ dicitur corona triumphi, & ſpecialiter martyribus illam deberi ait Archi. in c. & ſi ad tempus. xj. q. iij. hæc enim corona vitæ vix in tentationibus & tribulationibus habetur, ait glo. ordina. Leuitici. cap. 7. in fi. & ea coronabitur, non qui inchoat, ſed qui conſumit, dicit eadem glo. nu. 6. Hinc apo. 2. c. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. & ſunt verba Papæ quãdo coronam auream dat imperatori. ſecundum Albert. in verbo corona. tamen alia lego in cerimo. curię Romanæ. l. j. ſectio. iiij. c. iij. videlicet, Accipe ſignum glorię & diadema regni, coronam imperij in nomine patris & cæte. vt ſpreto antiquo hoſte, ſpretiſque contagiis vitiorum omnium, ſic iuſtitiam, miſericordiam & iudicium diligas, & ita iuſtè, piè & miſericorditer viuas, vt ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto in conſortio ſanctorum æterni regni coronã percipias. Corona autem ſenum filij filiorum. Prouerbiorum decimo ſeptimo capitulo. Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperitur. Prouerbiorum 16. c. Corona ſapientiæ timor domini, Eccleſiaſtici c. 1. & corona ſapientium diuitiæ eorum. Prouerb. 14. c. Corona etiam ſenum eſt multa peritia. Et corona viri, eſt mulier diligens. Prouerb. 12. ca. Et quo ad ſapientes gloſ. ordina. Prouerbio. 4. ait, quòd antiquitus ſapientibus dabantur coronæ, in ſignum quòd debebant ab aliis honorari, & in periculis adiuuari. P.

Coronarũ ſpecies ponuntur.

depereunt [a] damnoſe, & ipſorum noſtrorum regni &

a ¶ Depereunt). xxij. rex iurat in ſua coronatione iura regni & honorem coronę illibata ſeruare: vnde non poteſt, nec debet bona ipſius coronæ in graue eius præiudicium alienare. c. intellecto. de iureiurand. Bona enim ſunt ipſius coronæ & dignitatis regalis, non ipſius regis: licet eius habeat iuriſdictionem & adminiſtrationem: & malè alienata, etiam ſi ipſemet alienauerit, poteſt & debet reuocare: ſicut & poteſt adminiſtrator Eccleſiaſticus. xij. q. ij. non liceat. xxxv. q. ix. quod quis commiſit. c. ſi quis presbyterorum, de reb. eccl. non alie. (*) & intellige regem non poſſe alienare iura coronæ: de alienatione per quam grauiter læditur dignitas regal. non enim per hoc interdicitur omnis alienatio. not. Inno. in d. c. intellecto. & ibi Bal. & Panor. Bar. in l. prohibere. §. quod plane. ff. quod vi aut clam. Bal. x. col. ſi de feu. fu. con. c. cum in generali. ad hoc c. abba. in prin. ibi ex largitione regis. de re. iu. lib. vj. gl. in c. grandi de ſup. negli. præla. co. li. Nam proprium regum & principum, eſt donare. ca. j. de donationibus. præſertim cum donatio fit Deo & Eccleſiæ. vt enim ait Iuſtinianus: imperium non læditur donando Deo, qui omnia dedit. in authen. de non ali. vel permu. col. ij. §. finimus, vbi habetur, quòd in ſanctiſſimis Eccleſiis optima menſura eſt, immenſitas eis donatarum rerum: præſertim cum imperium aut regnũ plus defendatur orationibus Eccleſiæ, quàm armis & laboribus corporis. xxiij. q. viij. §. quàuis. & dicit Archidia. quòd ſemper reuerendæ Eccleſiæ addendum eſt. xxv. q. ij. quæcunque. ſi tamen imperium, regnum, ducatus vel comitatus in hoc enormiter læderetur, reuocaretur donatio, niſi præſcriptione vel alia legitima cauſa defendatur. C. de inof. dol. l. precibus. de don. paſtoralis. de in inte. re. auditis. & in d. c. intellecto. not. Ioã. de Deo. l. j. q. j. & ſi rex ſucceſſiue fecerit plures donationes: donatio ex qua magna ſequeretur læſio, reuocaretur. C. de his quæ in fraud. pa. l. j. ar. no. in l. j. C. de inoff. dona. per docto. in c. apoſtolicæ. de dona. Bar. Brix. in quæſt. lxv. Imo

Malè alienata reuocentur.

Deo & eccleſiæ donare licet regibus.

Digitized by Google

in cle.Romani.de iureiu.plene per legiſtas in procem. ff. & C. & vide Specul. tit. de inſtr.edi.§. nunc autem.in fi.& ibi Ioan. And.in addi.

(*) Iſtud latè firmo in tract.pen.parte j.q.xix. P.

delphinatus theſauri[a], in extraneas regiones aſportãtur[b], ſub tali forſan coniectura[c] vt eorundem regni & delphinatus depreſſo ſacerdotio, exhauſtóque theſauro, regnum ipſum cum delphinatu reddatur debilius[d] in aduerſis†[e].

Eccleſia Gallicana concilij Baſilien. decreta quædam videlicet ſimpliciter, alia autem cum modificationibus recepit. P.

Quæ omnia & ſingula & alia quamplurima, quæ ex præmiſſis ſequuntur incommoda, diuinæ haud dubiũ[f] credenda ſunt diſplicere volun-

a ¶ Theſauri) id eſt pecuniæ regni. Theſaurus autem proprie eſt pecuniæ depoſitio in terra, cuius non extat memoria: & cuius dominium temporis vetuſtate ignotum eſt.ff.de acqui.re.do.l.nunquam.§.theſaurus.C.de the.libro.x. improprie ſumitur hic.& in l.theſaurus.ff.ad exhi. *Theſaurus quid eſt.*

b ¶ Aſportantur tum propter annatas,tũ per gratias expectatiuas, tum per euocationes cauſarũ ad Ro.cu.pro quo vide cãtorẽ Pariſien. in remonſtrantiis pragmaticæ.& eſt xxiiij.inconueniens. (*)

(*) Alias remonſtrantias curiæ parlamẽti reperies in quodam libro trium ſtatuum in ciuitate Turonen. tempore Caroli viij. Frãcorum regis conuocatorũ inſertas. P.

c ¶ Coniectura) id eſt probabili humanę naturæ prȩſumptione. not. Geſ.in extrauag.Ioann.xxij. quia nonnũquã. ad hoc l.continuus. §. cum itaque. ff. de verbo. oblig.de pi.ac.l.ſi ſeruos.in fine.

d ¶ Debilius)Legitur quod intereſt principis ſubiectos habere locupletes. in authen.vt iu.ſi.quo.ſuf.fi.§.cogitatio cũ ibi not.de hæ.& fal. circa princ. col.j. & imperator ſubiectorum commodum ſuum proprium reputat. C.de ca. tol.l.j.in fi.l. imperialis.in prin.C.de nup.nec ſpiritualia ſine temporalibus eſſe poſſunt.j.q.iij. ſi quis obiecerit.& dicit Ioan.22.in extra.dilectis.alias incipit & ſi gratum.grauamina nobis diſplicent ſubditorum, eorũq; proſperitas nobis & ſe. ap. ad lætitiæ redundant augmentum. & finis imperij eſt quærere ſalutem ſubditorum. ff. de offic. præ. vrb.l iij.ideo vult imperator, quòd in dubio cõtra fiſcum ſit reſpondendũ pro ſubditis.ff.de iure fi.l.non puto. *Principi intereſt ſubiectos habere diuites.*

† e ¶ In aduerſis)expedit igitur regnũ.i.regẽ ſubiectos habere locupletes,quia quãto qui plus abũdat in bonis,tãto melius debet principari,quia diuites poſſunt magis ſuos ſuſtinere milites,ne ad alios ſe trãsferãt, quia ſæpe videmus dũ ſtipendia militibus debita nõ ſoluuntur, ipſos ad hoſtes fugere: vel quos defendere ac tueri tenerẽtur,depopulari.c.militare.xxiij.q.j.facit dictum philo. dicentis, quòd per diuitias & amicos multa expenduntur. & aliud, impoſſibile eſt indigentem benę operari, & communibus vacare negotiis. P. *Diuites debent principari.*

f ¶ Haud dubium) Id eſt ſine dubio.

a ¶ Quinimmo) ampliatiue ponitur ſicut ſupra ver. quinimmo.

b ¶ Diſſimulare) Diſſimulatio eſt peccatum mortale in prælato & princip. not. Io. And. in cap. clericos. de immu. Eccl. lib. vj. ad hoc. xiiij. diſt. ſit rector. de offic. ordi. irrefragabili. Panor. in ca. j. de treu. & pa. aliquando tamen ſimulatio eſt licita. quod met. cau. cap. j. xxxvij. di. quod interrogaſti. glo. in c. cupientes. in ver. malignantiū. de ele. lib. vj. xxiiij. quæſt. j. officij. (*)

Species diſſimulationū ponuntur.

(*) Hic ponitur duplex diſſimulatio, ſed dic melius quòd eſt quadruplex. Prima eſt pia, & vtilis, de qua in ca. vtilem. xxij. q. ij. Secunda eſt pernicioſa, & de ea loquitur Iob ca. 3. in fi. ibi, nónne diſſimulaui? nonne ſilui? nónne quieui? & venit ſuper me indignatio tua domine. Tertia eſt deteſtabilis: vt quando ſuperiores ea peccata quę corrigere poſſunt, diſſimulatione tolerāt. de qua in ca. officij. xxiiij. q. j. & de his duabus loquimur in ſcala benefi. parte j. ar. incipiente ſimulatio. Quarta eſt diſcreta, & ſic ſatis conuenit cum prima. de qua vide tex. in cap. à malis. xxiij. quę. iiij. Hæc enim tertia deteſtabilis dicta eſt cauſa hæreſum, quæ his temporibus ſupra modum in Eccleſia ſunt, id eſt inter Chriſtianos: quia ſi à principio hæreſis Lutheri fuiſſet exterminata, ad terminos non fuiſſet deuentū: vt in ſimili ait diuus Hieronymus, quòd Arius in Alexandria, vna ſcintilla fuit: ſed quoniam non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem populata eſt eius flamma. P.

tati: quinimmo[a] in graue noſtri, & Eccleſiæ præfatæ noſtrorum regni & delphinatus verſantur præiudicium, atq; detrimētum permaximum. Ipſi quoq; prælati, & cæteri viri Eccleſiaſtici, Eccleſiā noſtrorū regni & delphinatus repręſentātes pij Eccleſię zelatores matrem ſuam tot impuritatib⁹ pollui ingemiſcētes, cognoſcentéſq; talia ſtimulantibus conſcientiis abſque grauiſſima Dei offenſa diutius diſſimulare[b] nō poſſe: quódque ſuper prædictorum reparatione ſacræ ipſius Baſilien. ſynodi decreta prouiſionem congruentem videtur attuliſſe, præhabita inter eos multimoda diutináque apertione, diſcuſſione, atque digeſtione, memorata ipſius ſacræ Baſil. ſynodi decreta, ordinationes, & ſtatuta, aliqua ſimpliciter vt iacent, alia verò cum certis modificationibus & formis, non hæſitatione poteſtatis & auctoritatis condentis & promulgantis, ipſius ſcilicet ſacræ Baſilien. ſynodi: ſed quatenus commoditatibus, temporibus, & moribus regionum & perſonarum ſæpefatorum noſtrorum regni & delphinatus cō-

Digitized by Google

a ¶ Conuenirêque) Debet enim lex eſſe ſecundum naturam & conſuetudinem patriæ,loco,ipſiſque conuenire.cap.erit.iiij.diſt. xxix.di.per totum.& ſecundum diſpoſitiones terrarum variantur leges.j.diſt.omnes.xxxj.diſt.aliter.inde leges cõſtituuntur & promulgantur,firmantur cum moribus vtentium approbantur.iiij. diſtinc.§. leges.ideo dicit glo.no.in c.j.de treu.& pace.quòd lex poſitiua etiam præceptiua nõ obligat ad peccatum, ſi non fuerit moribus vtentium recepta: vel ſi per diſſuetudinem abiit. quam limita vt ibi not.Pano. Ioan.And.in cap.j.de ſta.re.lib.vj.in nou. Innoc.& Compoſ.in ru. & cap.j. de conſuet.

Lex poſitiua an obliget ad peccatum.

gruere conuenirêque [a] conſpexerunt, prout inferius annotatur & inſeritur, ilico [b] & indilate recipienda cõſenſerũt: & acceptãda deliberauerunt. Quorum quidem decretorum tenor ſequitur. Et primo decretũ per ſacroſanctum Conſtantienſe † [c] concilium factum & conditum, & per ſacrum generale concilium Baſilienſe † [d] renouatum.

DE AVCTORITATE [e] & poteſtate ſacrorum generalium conciliorum † [f], temporibúſque & modis eadem conuocandi & celebrandi.

Frequens generalium conciliorum celebratio quamplura operatur: prout & illius negletus, quæ hic ponuntur. Probus.

b ¶ Ilico) Id eſt ſtatim.de iudic. nouit. §. nec illud ij.q.vj.§. litigatoribus. C. de ap. litigatoribus.Per quod verbũ patet, quòd decreta iſta ligauerunt ex tunc, id eſt à die datæ huius pragmaticæ ſanctionis abſque alia publicatione. concord. infra in fi. lib. §.& nos igitur.ver.volentes. ibi, à die datę.cum ibi not.quod etiam declarauit Karolus ſeptimus.vij. Auguſti, anno milleſimo quadringẽteſimo quadrageſimo primo. (*)

Decreta Baſilienſ. à quo tempore ligauerunt.

(*) Quæ verba faciunt ceſſare iuris doctrinam, quòd ad eſſentiam legis requiritur publicatio, nec ſufficit quòd ſit facta ordinatio rationis, aliàs lex non ligat, etiã ſcientes. l.j. §. fi. C. de caduc. tollend. vbi Baldus ſic, nõ dicitur lex, à ligando dicta, merito dicimus, quòd ſi forte ſtatuta ſunt combuſta, ſufficit probare per teſtes, qui dicant audiuiſſe ſtatuta publicari, id eſt ipſius rei naturam,quia publicatio eſt de natura legis ſecundum Bald. vbi ſuprà. Probus.

Lex debet publicari.

† c ¶ Conſtantienſe) Vt patet ſeſſione. xxxix.

† d Baſilienſe) Id eſt ſeſſione j. & j.illius decreto.

e ¶ De auctoritate & poteſtate ſacrorum generalium conciliorum,temporibúſque & modis eadem conuocandi & celebãdi.

† f ¶ Conciliorum) Quæ tanquam optima adiutoria mundo ruenti ſubueniunt, ſi officiis quæ corrigenda ſunt ſtudiis peragantur. P.

Digitized by Google

FRequens) (*) Primo ponitur breue exordium cōtinens cauſam decreti. Secundo decretum Cōſtan. concilij renouatum per Baſilien. concilium ſuper celebratione conciliorum generalium de certo termino in alium terminum. Tertiò limitatio circa termini moderationem & loci concil. muta. Quarto, pro celebrando futuro concilio tandem in ciuitate Baſilea aſſignatio. Secūda, ibi: quapropter. Tertia, quem terminum. Quarta, atque. hoc decretum allegat Anton. in ſumma, tertia parte, titulo viceſimotertio, capitulo ſecundo. §. ſexto. vbi tractat materiam conciliorum. & titulo xxij. tract. de poteſtate Eccleſiaſtica. & fuit renouatum in principio concilij Baſilienſ. longè antè eius diſſolutionem.

FRequens † [a] generalium conciliorum [b]

(*) Hoc decretum reperies in prima ſeſſione, & finit in his verbis, ſtatuto termino conuenire. P.

† a ¶ Frequens) .i. actuum geminatio, quia per frequentiam actuum inducitur conſuetudo. l. j. C. quæ ſit longa conſue. l. nam in totum. C. de ædif. prima. Et binus actus dicitur frequens. l. 3. C. de epi. audien. Non tamen ſic dicas de verbo ſæpiſſime, quia verificatur in quatuor vel tribus vicibus tantum. ait Præpo. in cap. nunc autem. in princip. xxj. diſtin. & in cap. ſi quis. in princip. ij. quæſt. vij. P.

Sæpiſſime verificatur.

b ¶ Conciliorum) Quatuor ſunt ſpecies conciliorum. quoddam eſt concilium generale concernens totum orbem, & repræſentat Eccleſiam vniuerſalem, cui præſidet Papa. de quo. xvj. diſt. per totum. xvij. diſtin. multis. & qui debeant intereſſe in hoc concilio, non reperitur iure deciſum, quod viderit Panor. vt ipſe not. in cap. graue de præb. ſed Ioan. de Imo. ibidem dicit (*) quòd ad tale concilium ſunt vocandi Epiſcopi totius orbis, & ſuperiores. xv. xvj. xvij. diſt. per totum. l. diſtin. ſi quis diaconus. alij non videntur neceſſariò vocandi, licet ſi Papæ videretur, poſſent inferiores vocari. fa. cap. j. xv. diſt. ibi, non erat Epiſcopis licentia conueniendi. cap. ego. de iureiur. vbi quilibet Epiſcopus in ſua conſecratione iurat ire ad concilium perſonaliter, niſi fuerit legitimè impeditus. aliquando enim vocati ſunt Abbates. cap. Adrianus. lxiij. diſt. j. q. vij. conuenientibus. j. q. j. §. ſed hoc intelligendum. vbi Archi. Et de Greg. x. legitur, quòd ad concilium generale quod congregari fecit Lugdu. vocauit beatum Thomam de Aquino ſuæ eminentis ſcientiæ ratione: qui tamen nec Epiſcopus, nec Abbas, nec alius prę̨latus erat. ſic intellige quod ſequitur ibi. ad quem prę̨lati, &c. inf. de col. c. j. §. vt vero. ver. adijciens. imperatorem enim vel alios non tenetur vocare, poteſt tamen ſi ei videretur expediens ad ſcandala vitanda. lxiij. diſt. §. verum. xxix. q. ij. ſi quis ingenuus. in ſubſcriptione, vbi rex Pipinus fuit in concilio, & Adrianus qui fuit in concilio Nicæno: vt habetur xij. q. iij. futuram. ad hoc d. cap. Adrianus. xcvj. diſt. nos ad fidem. Domi. in c. ad Apoſtolicæ. de re iud. lib. vj. quòd huiuſmodi principes ad concilia generalia ſunt vocandi. quod multum expediens videtur: præſertim vbi agitur de fidei dubiis, aut aliis cōcernentibus ipſos principes: de quo latè per eum in trac. de modo congregationis concilij. ſed dicit Antonius vbi ſupra tit. xxiiij. cap. ij. §. vij. quòd vbi non agitur de fidei dubiis, vel de facto Papæ, poteſt numerus Epiſcoporum vocandorum relinqui eius arbitrio, quod ſcilicet, & qui ſunt vocandi: nam concilium generale videtur hic quòd Papæ mandato congregatur ipſo in-

Cōciliorum quatuor ſunt ſpecies.

S. Thom. de Aquino fuit vocatus ad conciliū Lug.

Digitized by Google

tereſſente, vel alio eius nomine, & de eius ſpeciali mandato: iuxta id quod no. iij. diſtinct. porrò. xvij. diſtinct. cap. j. & ij. nec curandum videtur de numero diminuto prælatorum ibi exiſtentium propter verbum Chriſti dicentis Matth. 18. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. j. quæſt. j. cum ſcriptura. xxiiij. quæſt. j. alienus. cum tribus enim pueris, ſcilicet Anania, & alijs Dei mandata ſeruantibus dominus fuit, & eos irrorauit in medio ignis: & patet xvj. diſ. per totum. In multis conciliis congregatis in valde differenti numero conuenerunt Epiſcopi: aliquando in maximo numero, aliquando enim ſunt ſexcenti, aliquando ccc. aliquando cc. aliquando c. aliquando xl. aliquando xxx. aliquando xx. aliquando xv. Epiſcopi. & in omnibus facti ſunt canones, aliquando plures vel pauciores: & aliquando Papa fuit præſens, aliquando legati ex parte ipſius. in Nicæno interfuit ſanctus Nicolaus. in quodam Carthaginenſi concilio interfuit ſanctus Auguſtinus, & cum Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo ediderunt canones: ſed quando de fide agitur & hæreſibus extirpandis vel ſchiſmatibus, quia cauſa eſt communis omnibus Catholicis, & omnes tangit, ab omnibus Epiſcopis Catholicis tractari & terminari debet, & omnes Epiſcopi debent ad concilium euocari ſecundum regulam: quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. cap. cum omnes. de conſtitut. idem vbi agitur de reformatione generali in capite & in membris: reſidet tamen auctoritas penes venientes: præſertim ſi interſunt duæ partes omnium Epiſcoporum. arg. l. plene. ff. quod cuiuſque vni. vel forte ſufficeret ſi maior pars Epiſcoporum totius orbis interfuerit. ad hoc. cap. quia propter. de elect. cum ibi not. per Compoſ. vel verius de numero non eſt curandum: quia vocatione præcedente poteſtas totius concilij reſidet in venientes, etiam ſi numero eſſent pauciores reſpectu abſentium. pro hoc cap. cum nobis. de elect. cum ibi no. per Panorm. & per ea quæ infra no. Qui autem vocati ſunt & non veniunt legitimo impedimento ceſſante, peccant: qui autem impediti ſunt, excuſatorem mittere debent: vt patet xviij. diſtinctio. per totum. xj. quæſtione iij. certum. cap. j. de iudic.

Nicolaus ſanctus fuit in concil. Nicæ.

(* 2) Aliud eſt concilium prouinciale, quod quilibet Archiepiſcopus ſiue Metropolitanus facit in ſua prouincia cum ſuis ſuffraganeis: dictum à prouincia quæ debet habere vnum Archiepiſcopum, & certum numerum Epiſcoporum. cap. ſcito te. vj. quæſtio. iij. & ad iſtud debent conuocari neceſſario omnes Epiſcopi prouinciæ. xviij. diſtinctio. per totum. de capitulis autem Eccleſiarum Cathedralium, an ſint de neceſſitate vocanda, vacillat Innocent. in d. cap. graue. vbi videtur tandem tenere quòd niſi de eorum facto agatur, non ſunt de neceſſitate vocanda, niſi de honeſtate, vel propter conſilium. pro eo facit capit. final. de his quæ fiunt à prælat. capiendo verbum maximè reſtrictiue pro tantum. Panormitat. ibidem. & in dicto capitulo graue. dicit contra, quòd de neceſſitate ſunt vocanda ad concilium prouinciale: per dictum capitulum final. propter ver. debeant, quod regulariter eſt neceſſarium: vt no. in capitul. propoſuit. de appellat. in clement. attendentes. de ſtat. rer. & capias. diſt. ver. maxime proprie, vt implicet idem in caſu conuerſo. vbi enim ſenſus per eum implicitus non reſultat iuri contrarius, capiendum eſt propriè. no. Cy-

Prouincia habeat Archiepiſcopum.

Digitized by Google

nus in l. j. C. de reſcinden. vendi. Henric. in cap. vniuerſitatis. de ſenten. excommunica. Imo. in dict. cap. fi. alij autem non ſunt de neceſſitate vocandi: ſed ſi veniant, admittendi ſunt: ſi eorum interſit, & negocia tractanda eos tangunt, etiam ſi ſint laici. not. Hoſtien. in dicto. c. graue. G. & Panormita. in dicto cap. fina. vel ſi conſilium eorum ſit neceſſarium. ad hoc cap. ad ſedem. xxxv. quæſt. v. vbi Papa vocauit iuriſtas laicos & canoniſtas in concilio Lateranen. vt conſulerent ſuper aliquo dubio matrimoniali, & in concilio Baſilienſi fuerunt plures doctores: vt in dict. ver. adiiciens. infrà de col. & ibidem fuit imperator. Sigiſmundus in princi. ad hoc. cap. ad Apoſtolicæ, de re iud. lib. vj. vbi Papa pollicebatur ſe vocaturum ad concilium reges & principes ſeculares. Quod de capitulis Eccleſiarum cathedralium dictum eſt: limitat Hoſtien. in dicto cap. fi. niſi aliqua ſecreta eſſent commiſſa prælatis ibidem exiſtentibus à ſuis ſuperioribus quæ ſine tranſgreſſione iuramenti vel obedientiæ non poſſent propalari: vt d. c. ergo enim. vel niſi alia iuſta cauſa propter quam non debeant patefieri capitulis, & poteſt primas vel patriarchia facere tale concilium prouinciale cum ſuis ſuffraganeis. no. Imo. in dicto cap. graue. tex. eſt in dicto §. porrò. iij. diſtinc. etiam legatus in prouincia ſibi decreta. not. doct. in cap. quod tranſlationem. de offi. leg. quia eſt ordinarius. cap. ij. de offi. leg. in vj. & maior Archiepiſcopo qui illud poteſt congregare. not. Hoſtien. in ſum. de offic. leg. §. quid pertinet. ad fi. Sed an abbates ſubditi Epiſcoporum teneantur venire ad tale conciliũ prouinciale? Dic quòd non: cum Epiſcopi ſint publicaturi ſtatuta ipſius concilij in ſuis ſynodis Epiſcopalibus. xviij. diſtinct. cap. fina. cap. ſicut. de accuſatio. vbi Henri. non ob. quod not. in dicto cap. conuenientibus. quia debet intelligi cum abbates cauſas habent tractandas in concilio prouincali, vt ibi notat. Archidiaconus. Aliud eſt concilium ſynodale ſiue Epiſcopale, quod facit Epiſcopus in ſua diœceſi cum clericis diœceſis bis in anno. xviij. diſt. habeatur. in d. c. ſicut. de accuſ. & ad tale tenentur venire ſacerdotes habentes curam animarum. c. quod ſuper. de maioritate & obedientia. alij autem non tenentur venire: vt dicit ibidem Ioan. And. cum. non habentes curam non ſubiiciãtur legi diœceſanæ: quia non habent Eccleſias quarum ratione teneantur ad cathedraticum, & ad quartam decimarum. c. conquerente. de offi. ordina. hoc verum ſi in ſynodo eſſet agitandum aliquid concernens animarum curam, vel Eccleſiarum ſtatum. ſecus putat Panor. in dicto c. quod ſuper. ſi Epiſcopus vellet procedere ad reformationem morum, aut ad aliud tangens totum clerum. Tunc omnes venire tenerẽtur: ita tamen quòd Eccleſiis non ſubtraheretur diuinum officium. pro hoc di. c. fin. xviij. diſt. Et abbates habentes populum ſubiectum Epiſcopo, debent venire ad ſynodum: cum ratione huiuſmodi populi ad omnia obligentur quæ ſunt de lege diœceſana: quemadmodum & aliæ Eccleſiæ ſeculares: vt legitur & no. in d. c. quod ſuper. in cap. dilectus. de off. or. Illi autem qui non habent populum, non debent compelli venire ad ſynodum, niſi ex cauſa rationabili. cap. Epiſcopus. quod eſt palea. xviij. di. xviij. q. ij. in fi. quia conuocatio ad ſynodum eſt legis diœceſanæ, à qua ſunt exempta monaſteria: vt le. & not. in d. cap. dilectus. Debent tamen ſeruare ſtatuta ſynodalia: cum ad iuriſdictionem pertinet ſtatuere, & ſtatutis obedire: vt ibidem not. Abbates etiam exempti non tenentur venire ad ſynodum niſi habeant capellas ſibi ſubiectas. cap. ex ore. de priuile. ſi tamen deſeruirent illas per capella-

Cõcilio intereſſe poſſunt laici iuriſtæ.

Abbates Epiſcopis ſubditi, non tenẽtur venire ad cõcilium prouinciale.

Digitized by Google

nos, ſufficit quòd veniant capellani. not. Abbas in d. c. quod ſuper. ſecundum hoc limita cap. nimis. de exceſſi. præ. vbi habetur, quòd religioſi non tenentur ire ad ſynodum Epiſcopalem, quia debet intelligi aut de exemptis, aut quando congregatur ex leui cauſa, vel de ipſis religioſis inferioribus: ſecus eſt in eorum prælatis: quia tunc debet ſeruari quod dictum eſt. Aliud eſt concilium religioſorum: de quo in cap. in ſingulis. in cap. ea quæ. de ſtatu mon. in extrauag. Bene. xij. ad monachos nigros. cap. ſtatuimus. c. rurſus. Et quę ſunt cauſæ quæ debeant in dictis concilis decidi nota infrà de cauſis. §. item. circa fin. & qualiter in ipſius conciliis prouincialibus, ſynodalibus & generalibus debeant ſe habere Archiepiſcopi, Epiſcopi, & prælati regulares: habetur pulchrè in decreto Baſilienſi: cuius tenorem de verbo ad verbum hic inſerendum putaui.

¶ Sacroſancta generalis Baſilienſis ſynodus in ſpirituſancto legitime congregata vniuerſalem ſanctam Eccleſiam repræſentans. pridem hæc ſancta ſynodus quoddam ſaluberrimum promulgauit decretum pro ſtabilitate & colore generalium conciliorum: quorum frequens celebratio præcipua eſt agri dominici cultura. Verum cum ad eandem culturam non dubium ſit pertinere Epiſcopales ſynodos & concilia prouincialia, prout veteres canones decreuerunt frequentari: ideo eadem ſancta ſynodus antiquos & laudabiles mores noſtri cupiens temporibus obſeruari: ſtatuit atque præcipit ſynodum Epiſcopalem in qualibet diœceſi poſt octauas dominicæ reſurrectionis, vel alia die ſecundum conſuetudinem diœceſum ad minus ſemel in anno, vbi non eſt conſuetudo bis, annuatim celebrari per diœceſanum propria in perſona: niſi canonico impedimento fuerit præpeditus, & tunc per vicarium idoneum. quæ ſynodus ſaltem triduo vel biduo duret, vel prout neceſſarium Epiſcopo viſum fuerit. Prima autem die conuenientibus diœceſano & omnibus aliis qui in huiuſmodi ſynodis intereſſe tenentur, inter miſſarum ſolennia, vel poſt, diœceſanus vel alius eius nomine verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores ſectandum, abſtinendum à vitiis, & ad ea quæ pertinent ad Eccleſiaſticam diſciplinam, & ad officia ſingulorum: & præſertim vt hi quibus animarum cura commiſſa eſt: diebus dominicis & aliis ſolennibus plebem ſubiectam doctrinis ac monitis ſalutaribus inſtruant. Poſtea legantur ſtatuta prouincialia & ſynodalia, & inter alia aliquis compendioſus tractatus docens quomodo ſacramenta miniſtrari debeant, & alia vtilia pro inſtructione ſacerdotum. Deinde ipſe diœceſanus de vita & moribus ſubditorum ſolerter inquirat, labem ſimoniacæ prauitatis, contractus vſurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quæuis crimina & exceſſus debita correctione cohibeat, alienationes rerum Eccleſiaſticarum à iure prohibitas reuocet, abuſus clericorum & aliorum ſubditorum qui circa diuinum officium, delationem debiti habitus defecerint, in melius reformet & emendet. Et quoniam multa ſcandala ſæpe contingunt ex eo quòd conſtitutio Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit: periculoſè. edita ſuper clauſura monialium, non ſeruatur: ſtudeat ipſe diœceſanus vt omnino iuxta ipſius conſtitutionis tenorem executioni demandetur: necnon vt quicumque religioſi diœceſano ſubiecti regulas & conſtitutiones ſuarum religionum: præſertim vt ab eis omnis proprietas abdicetur, inuiolabiliter obſeruent: ne etiam in receptione ipſorum ad religionem quicquam per ſimoniam exi-

Synodus Epiſcopalis fiat bis aut ſemel in anno.

gatur. Præcipua autem in ipſa ſynodo Epiſcopi cura ſit inquirere ac debitis remediis occurrere, ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, aut ſcandaloſum, ſeu piarum aurium offenſiuum: ſortilegia, diuinationes, incantationes, ſuperſtitiones, & quæuis figmenta Diabolica diœceſim ſuam inficiant. Inſtituantur præterea teſtes ſynodales viri graues, prouidi & honeſti, legis Dei zelum habentes, iuxta diœceſis latitudinem in numero competenti, aut alij eorum poteſtatem habentes, vbi alij non ſunt ad hoc inſtituti: qui ſi diœceſano minus idonei viderentur, eos amouendo alios prout ei videbitur expedire inſtituat. Hi autem in manibus ipſius diœceſani vel ſui vicarij iurare teneantur: vt tradit Canon, Epiſcopus in ſynodo: quòd per anni circulum luſtrantes ipſam diœceſim, quæ corrigenda vel reformanda viderint: his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant. quæ niſi correcta vel reformata iam fuerint, ad ſynodum ſubſequentem perferant, in qua debitis remediis occurratur. Sed & præter illa quæ à teſtibus ſynodalibus vel aliis eorum officium exercentibus diœceſanus audierit, inquirat, & ipſe diligenter de cunctis ſuorum ſubditorum exceſſibus: & taliter in delinquentes inſurgat correctionis debitæ diſciplina, vt aliis malignari volentibus tranſeat in exemplum. Celebretur quoque in ſingulis prouinciis ſaltem intra biennium à fine concilij generalis, & deinde ad minus de trienno in triennium prouinciale concilium in loco tuto, in quo tam Archiepiſcopus quàm ſuffraganei omnes, & alij qui in huiuſmodi conciliis prouincialibus intereſſe tenentur, debite vocati interſint. Quòd ſi Epiſcopus canonico fuerit impedimento detentus procuratorem ſuum deſtinet, non ſolum ad excuſandum & probandum abſentiæ cauſas: ſed etiam ipſius nomine in concilio intereſſendum, ſuſcipiendúmque quicquid concilium duxerit ſtatuendum: alioquin ipſe Epiſcopus à perceptione medietatis fructuum vnius anni ſuæ Eccleſiæ, qui per perſonam in ipſo concilio deputandam in ipſius Eccleſiæ ſuæ fabricam effectualiter conuertetur, eo ipſo ſit ſuſpenſus. Alij verò venire negligentes, concilij arbitrio puniantur: aliis iuris pœnis in ſuo robore duraturis. ¶ Concilio autem generali durante, & per ſex menſes ante huiuſmodi concilia prouincialia non celebrentur. Porrò in huiuſmodi inchoatione concilij ipſe metropolitanus vel alius eius nomine inter miſſarum ſolennia, vel poſt exhortatorium ſermonem faciat, ea quæ ad ſtatum Eccleſiaſticum, & præcipuè ad pontificale officium pertinent serioſe memorando, comminandóque ſingulis, quòd iuxta Prophetæ ſententiam, ſi eorum culpa cuiuſuis anima perierit, illius ſanguis de manibus eorum à Domino exigetur. Præcipuè autem tunc fiat monitio exacta: vt dignis & benemeritis quorum vita ſufficienti teſtimonio nota ſit, ordines, & beneficia ſine vlla ſimoniaca labe conferantur, & ſuper omnia, vt in animarum cura committenda ſumma diligentia, & matura inquiſitio adhibeatur: vt bona Eccleſiaſtica nullatenus ad vſus illicitos: quinimmo ad honorem Dei & Eccleſiarum conſeruationem habendo ſecundum ſacros canones, præcipuam curam pauperum & indigentiam laudabiliter conuertantur: ſcientes quòd de omnibus apud tribunal æterni iudicis vſque ad minimum quadrantem rationem reddituri ſunt. In quibus quidem conciliis de corrigendis exceſſibus, moribúſque ſubditorum reformandis: & præcipuè qualiter Epiſcopi in conferendis beneficiis, confirmandis electionibus, miniſtrandis ordinibus, deputandis confeſſo-

Teſtes ſynodales quales debent eſſe.

Sermo debet fieri in concilio.

Inquirenda in conciliis.

Digitized by Google

ribus, prædicando ad populum, & puniendo exceſſus ſubditorum, obſeruationéque Epiſcopalium ſynodorum: cæteríſque ad officium Epiſcopale, ad iuriſdictionem & adminiſtrationem eorum in ſpiritualibus & temporalibus quoquo modo ſpectantibus ſe geſſerit: & præſertim an à ſimoniaca labe manus innoxias ſeruent, diligens inquiſitio ſecundum iuris diſpoſitionem fiat: vt omnes qui in præmiſſis deliquiſſe comperti fuerint, per ipſum concilium corrigantur & puniantur. Simili modo de ipſo metropolitano circa omnia ſupradicta diligenter exquiratur, cuius exceſſus & defectus ipſum concilium eidem ſpecialiter exprimat: ipſum admonendo: vt cum aliorum pater vocetur, & eſſe debeat, à talibus omnino deſiſtat: & nihilominus inquiſitionem de ipſo habitam in ſcriptis redactam ad Roma. pontif. vel alium eius ſuperiorem ſi quem habet, ſine mora tranſmittat, vt ab eo punitionem & reformationem ſuſcipiat condecentem. Inter cætera ſi quæ diſcordiæ, contentiones, & inimicitiæ inter quoſque viguerint, quæ quietem & tanquillitatem prouinciæ poſſent perturbare, curet omni ſtudio ſacrum concilium illas ſedare: & more piorum patrum ad pacem concordiámque filiorum vigilanter intendat. Et ſi inter regna, prouincias ſeu principatus huiuſmodi diſcordias ſuſcitari contingat: mox ſancti Dei antiſtites concilia prouinciarum ſuarum ſimiliter congregari procurent, & ſibi inuicem cōſilium & auxilium impendant: cuncta diſcordiarum fomenta amputare ſtudeant: nec hoc alicuius amore vel odio prætermittant: ſed ad Deum ſolum & ſalutem populi mentis oculos erigentes, ad ſanctum pacis opus omni tepiditate ſemota inuigilent. Cogitentur inſuper in prouinciali ſynodo quæ immediate generale concilium ſubſequens antecedit: omnia quæ in generali concilio viſa fuerint proſequenda ad Dei gloriam, ac prouinciæ commodum, ſalutem populi Chriſtiani, ibidémque eligantur in numero competenti, qui ad proximum generale concilium vice totius prouinciæ debeant proficiſci, quibus per ſubſidium vel aliàs prouideatur: prout de iure & concilio prouinciali viſum fuerit expedire, ita tamen quòd illi qui accedere noluerint, aut eorum clerus, nullatenus grauentur. Relegantur quoque in vnoquoque prouinciali concilio, quæ ſecundum canonicas ſanctiones in eiſdem legi præcipiuntur, ac ea inuiolabiliter obſeruentur, & tranſgreſſoribus pœnæ debitæ inferantur. quòd ſi metropolitani ſeu diœceſani prædictis terminis in celebrandis prouincialibus & Epiſcopalibus ſynodis ceſſante legitimo impedimento negligentes fuerint, medietatem omnium fructuum & obuentionum ratione Eccleſiarum ad eos pertinentium: fabricæ ipſarum Eccleſiarum applicandam eo ipſo amittant. Qui ſi in eandem negligentiam per tres proximos menſes perſeuerauerint, ab officiis & beneficiis ſint ipſo facto ſuſpenſi. Quibus tranſactis temporibus ſub anteſcriptis pœnis antiquior in prouincia ordine Epiſcopus ipſius metropolitani Epiſcopi, maior autem in dignitate poſt pontificalem in ſacris conſtitutus: niſi ad alios forſan de conſuetudine vel priuilegio pertineat, negligentiam in celebrandis prædictis prouincialibus & Epiſcopalibus ſynodis ſupplere teneantur. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcunque, ad quos celebrare capitula pertinet: quòd illa ſtatutis temporibus ſub prædictis pœnis ſeruent, & ſeruari faciant. in quibus ſecundum cano. ſanctiones, & religionum conſtitutiones cū omni ſtudio & diligentia ad verā ſingula-

Digitized by Google

rum religionum & ordinum reformationem intendant: ita vt deinceps in ſingulis monaſteriis iuxta proprias regulas & cōſtitutiones debitè regularis vigeat obſeruātia, & pręcipuè vt tria ſubſtantialia profeſſionis vota omnino obſeruentur. Per præmiſſa autem hæc ſancta ſynodus non intendit iuribus quorumcunque quomodolibet derogare. Datum Baſil. in ſeſſione celebrata in maiori Eccleſia Baſil. vj. Kalend. Decemb. Anno do. M.cccc.xxxiiij.

(*1) Quo ad vocationem eorum qui debent intereſſe concilio, reperio in cærimoniali curiæ Romanæ lib. j. ſectio. xiiij. cap. ij. quòd omnes Epiſcopi & maiores illorum, id eſt Cardinales, Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi: necnon & Abbates, & denique omnes prælati qui ſecundum formam iuramenti quod præſtant cum ad dignitates promouentur, ad concilium generale, id eſt vbi Papa præſidet, aut alius eius nomine, tenentur ire tanquam vocem deliberatiuam habētes, ſeu diffinitiuam, Principes autem ſeculares tanquam conſultiuam, quia hi etiam in concilio interſunt, non tamen (ſubdit) in ſeſſionibus publicis induti ſacris veſtibus ſedebunt, neque ſententiam dicent. Hunc paſſum latè tangit Domi. Iacoba. in tract. concil. lib. ij. c. ij. vbi arguit ad partes. Primo, quòd ſoli Epiſcopi & Epiſcoporum ſuperiores ſunt ad concilium de iure vocandi, quod multis firmat: quæ non tranſcribo. Secūdo, quòd non ſolum Epiſcopi, ſed etiam inferiores prælati, etiam Abbates, quod etiam iuribus & doct. auctoritatibus probat, etiam & quòd clerici inferiores & capitula Eccleſiarum Cathedralium ac Archidiaconi: necnon Imperator & reges præfecti prætorio & patricij, ac laici inferiores. Poſtea pro concordia diſtinctionem ponit dicens: aut cōcilium ſit generale, vt tractetur de rebus & perſonis Eccleſiaſticis, puta de duobus contendentibus de papatu, aut de depoſitione Papæ, vel ſimilibus quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, tunc ſine dubio non ſint vocandi laici cuiuſcunq; ſint ſtatus, etiam ſi Imperator & reges fuerint, quia ad laicos non ſpectat tractare Eccleſiaſtica. Miſſana. & cap. ſacroſancta. de electio. nam hæc poteſtas non laicis, ſed clericis data fuit à Chriſto, videlicet Petro & coapoſtolis, & in perſonis eorum ſucceſſoribus ipſorum. c. bene quidem. lxxxvj. diſt. vnde laicis in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus aliis obſequēdi manet neceſſitas, non imperandi auctoritas. cap. fi. de rebus Eccleſ. non alienandis. populus enim eſt docendus, non ſequendus. c. docēdus. lxij. diſt. per hæc tamen non negamus quòd ex priuilegio non poſſit competere laicis ius beneficia conferendi: vt probamus in tracta. deuolut. parte prima. quæſtion. xxiiij. Equidem intellige quòd laici non ſunt vocandi ad concilium niſi aliquorum tangeret intereſſe proprium, cum non poſſit non vocatus aut abſens damnari, nec de eo iudicari. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. vel quòd Papa velit illos facere capaces ad vocem deliberatiuam. vt probat idem Iacoba. d. ar. ij. col. x. per ea quæ diximus in ſcala bene parte j. ar. clericus carnali matrimonio. ver. & quicquid. Regulariter igitur non ſunt vocandi laici, ſed clerici, id eſt epiſcopi, & eorum ſuperiores, id eſt, Cardinales etiam non Epiſcopi: propter poteſtatis amplitudinem, & Papæ aſſiſtentiam. cap. ad Apoſtolicæ. de re iud. in vj. & clem. paſtoralis. eod. titu. quæ iura fuerunt in concilio, & de Cardinalium conſilio edita: ergo ſonant quòd neceſſario ſunt vocandi. Qui quidem Epiſcopi & ſuperiores non ſolum habent vocem cōſultiuam, ſed etiam deliberatiuam, ſiue diffinitiuam,

Laici non tractant de ſpiritualibus & eccleſiaſticis.

Digitized by Google

diffinitiuam, etiam ſolum electi confirmati: licet non conſecrati, cum intereſſe conſilio, & dare vocem ſit magis iuriſdictionis quàm ordinis not. Præpo. Alexand. in c. canones. xv. diſt. Dico diffinitiuam, quia epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum. ca. eccleſiæ principes. xxxv. diſt. qui quidem Apoſtoli concilium celebrarunt: vt patet Actuum 15. cap. Et de his loquitur Pſal. 44. Pro patribus nati ſunt tibi filij, &c. vbi glo. diui Hieronymi ait exponendo. Fuerunt in eccleſia Apoſtoli patres tui, quoniam ipſi te genuerunt. nunc autem quia illi à mundo receſſerunt, habes pro eis epiſcopos patres, qui tui ſunt patres: quia ab eis regeris. iuxta verbum dicti Pſal. 44. ibi, Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Quo verò ad abbates, idem Iacoba. non credit neceſſario vocandos, etiam patres abbates, & hoc vt euitetur confuſio, vt in proœm. fforum. §. & ante quidem. Etiam & contemptus: quia multitudo facit contemptibiles. cap. legimus. xciij. diſt. & vt ceſſent contentiones, quæ plerunque propter multitudinem oriuntur, & ſic ceſſent diſcordiæ. cap. nos ad fidem. diſt. xcvj. Poſtmodum ſubdit idem quòd hodie inoleuit conſuetudo, quòd etiam abbates & generales miniſtri ordinum religioſorum, & omnes qui cum promouentur ad dignitatem, iurant venire ad ſynodum: iuxta c. ego. N. iureiur. ſunt vocandi ad generale concilium: ita dicit reperire, & fuiſſe factũ in concil. Conſtantien. & Baſilien. Alij autem inferiores clerici debent de honeſtate vocari: maximè doctiſſimi & prudentes, vt conſulant, non vt decidant, & ſic debent vocari capitula cathedralium eccleſiarum. Nunc venio ad ſecundum membrum. Aut in concilio generali tractatur non ſolum de rebus & perſonis eccleſiaſticis: ſed etiam de his quæ concernunt laicos. tunc ſi de laicorum præiudicio non tractatur, neceſſario non ſunt vocandi, vt decidant & diffiniant in concilio, cap. principes. xxiij. q. v. quod intellige etiam ſi in concilio tractaretur de cauſa quæ eſſet æquè communis laicis & clericis in genere. Si autem ageretur de eorum pręiudicio, & quod ita concerneret factum laicorum vt clericorum, recurre ad glo. c. fi. de his quæ fiunt à pręlat. Et tunc dic, quòd non omnes laici ſunt vocandi, ſed eorum ſuperiores: vtpotè imperator & reges, maximè vbi agitur de cauſa fidei: quia illi ſunt eccleſiæ aduocati & protectores, ſic pars concilij meritò Paulus papa tertius modernus, in edito conuocationis concilij Tridentini nuper facto ait ſpem habere, quòd tam imperator & Francorum rex quàm cæteri Chriſtiani reges & principes, ipſi per ſe vel legatos ſuos aderunt eidem concilio. quæ verba præſupponunt eos fuiſſe vocatos vel vocandos, non autem alios laicos. Non ab re vocari debuerunt, cum cauſæ propter quas ipſa conuocatio concilij facta eſt, illos, & quoſlibet chriſticolas concernant. Nam prima cauſa legitur ſeu primum caput, vt diſcordiæ in rebus religionis quibus eccleſiæ vnitas miſerè in partes ſcinditur, penitus tollantur, & oues errantes ad ouile dominicum reducantur. Deinde vt ea quæ in populo Chriſtiano reformatione indigent, reformentur, & in meliorem formam reſtituantur. Poſtremò vt communi omnium concilio atque auxilio aliqua expeditio decernatur, qua & ea fidelibus recuperentur quæ ab infidelibus occupata ſunt, & tot millia animarum quæ quotidie ſub eorum iugo miſerabiliter pereunt, liberentur ac conſeruentur. Ex quibus cauſis ſeu capitibus percipis, quòd multi & diuerſorum ſtatuum ad illud concilium debuerunt vocari: prout & ipſe Paulus papa edito vocauit, videlicet

Digitized by Google

tam cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, omnibus ex locis, quàm abbates, & alios quoſcunque quibus iure aut priuilegio in conciliis generalibus reſidendi, & ſententias in eis dicendi permiſſa eſt poteſtas. Sic non dubites quod etiam epiſcopi nullatenus ſub his verbis comprehenſi non ſint vocati, cum adhuc retineant epiſcopalem dignitatem. cle. quamuis. de fo. compet. cle. in pleriſque. de elec. Omnia enim quæ cohærent perſonæ retinent, & ſunt epiſcopi generales: licet non adminiſtratione, tamen numero, ordine, & honore ſecundum Car. poſt Hoſtien. in. c. inter corporalia. de tranſla. epiſ. ſic poſſunt omnia quæ ſunt ordinis & dignitatis epiſcopalis, ait Ant. in cap. j. de ordi. ab epiſcopo qui renun. epiſ. quia illi tantum carent loco. Idem dic de epiſcopis qui epiſcopatibus renuntiauerunt, dico loco tantum, non ordini & dignitati: quia epiſcopi exiſtentes in concilio recipiunt iuriſdictionem omnes in genere à Papa, non ratione alicuius particularis eccleſiæ. Nam nullus epiſcoporum poteſt prætendere iuriſdictionem dandi vocem in concilio generali pluſquam alius epiſcopus: ideo non dicitur eſſe ſpecialis iuriſdictionis iſtius vel illius eccleſiæ, ſed in vniuerſali eccleſia epiſcopus, & in concreto cum alijs epiſcopis eccleſiam repræſentantibus, dicit idem Iacobatius in. d. ar. ij. col. xxiiij. ſubdens idem eſſe de epiſcopis exutis & ſpoliatis epiſcopatibus ſuis. ar. no. in cle. quamuis. de fo. comp. Idem de epiſcopis quorum epiſcopatus ab infidelibus occupantur. c. j. de parochia. & c. j. de præſcri. Idem de commendatariis eccleſiarum cathedralium, quia poſſunt ea quæ electus confirmatus. c. is cui. de ele. in. vj. dixi latè in. c. nemo. eo. tit. & lib. in addi. Io. Mo. Poſtremò ſi vocati ire non poſſunt, an procuratores teneantur mittere ponit, & alia ad hunc punctum abſentiæ perſonalis. idem Iacoba. d. lib. ij. quem vide, quia breuitatis cauſa non refero. P.

Epiſcopi nullatenus vocantur.

celebratio a

Cauſa propter quas celebretur concilium generale.

(*) Rationes autẽ cur concilium generale celebretur, dicuntur multiplices ſecundum Iacoba. in trac. concil. li. j. ar. ix. §. nunc videndum eſt ad quid. Prima eſt, quia per illud religio conſeruatur Chriſtiana in fidei vnitate, quæ primum eſt vinculum ſocietatis humanæ. c. canones. xv. diſt. Secunda ad firmiorem & meliorem dilucidationem veritatis in dubiis: quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur, & rectius eſt conſilium quod plurimorum iudicio comprobatur, & magis integrum. ca. prudentiam. de offic. delega. Tertia ad eradicandos errores & vepres de agro dominico, & ad euellendas & extinguendas hæreſes. cap. clericos. xxiiij. q. iij. Quarta ad tyrannorum & infidelium ſuperbiam humiliandam. ca. ad triplicem. de re iudic. Quinta, vt placet Io. de turre crema. in. d. cap. canones. ad refrenandam exorbitantiam, quorundam pontificum, qui pontificatum ſpretis ſanctorum patrum regulis pro voluntate exercent, aut ſimoniaca prauitate pontificatum dehoneſtant, aut ſeculi vanitate, vel vita ſcandaloſa omnia confunduut. Vltima ad extinguendum ſcandala quæ ſuſcitantur in eccleſia. Propter quas omnes cauſas poteſt dici congregatum concilium in ciuitate Tridentina: quia hæc omnia in eo ſunt tractanda, cum ſint in rerum experientia. P.

a ¶ Celebratio) Quæ incepit tempore Sylueſtri Papæ, & Conſtantini imperatoris. c. j. xv. diſt. (*) nam antea percutione infidelium contra Chriſtianos ſæuiente, docendarum plebium non dabatur facultas: & quia non erat epiſcopis licentia con-

Digitized by Google

ceſſa conueniendi in vnum, ideo eccleſia in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quæ per concilia poſt modum confutatæ & damnatæ ſunt. nec obſtat c. placuit. xiij. q. ij. in quo oſtenditur quòd per Melchiadem Papam fuit celebratum concilium, qui præceſſit Silueſtrum. Nam vt dicit Archid. quamuis concilium fecerit Melchiades, non tamen ita generale, ſicut poſtea facta fuerunt, ſed cum paucis. Similiter quia

agri [a] dominici præcipua [b] cultura eſt: quæ vepres [c], ſpinas*[d] & tribulos hęreſum† [e],

in diſt. xvj. in prin. fit mentio de canonibus apoſtolorum recipiendis, ſcilicet authenticis, non apocryphis, videtur quod apoſtoli aliquando etiam conuenerint & fecerint concilium: quod eſt verum. Nam profectò primum concilium eccleſiæ fuit celebratum Hieroſolymis ſub Petro apoſtolo primo pont. ſum. præſente ibidem Iacobo Hieroſolym. patriarcha ſeu archiepiſcopo. Vnde diſceptantibus Paulo & Barnaba cum conuerſis à Iudaiſmo qui erant Antiochiæ, circa legalium obſeruationem, vtrum fideles conuerſi ex gentilitate deberent ſeruare legalia: quæſtio hæc delata eſt ad apoſtolos qui erant Hieroſolymis, & Petrus vt caput concilij declarauit illos ad hoc non eſſe inducendos. quod approbauerunt alij apoſtoli ibidem exiſtentes: vt habetur Act. 15. Fecerunt & alia tria concilia apoſtoli. gloſ. xxij. d. c. ij. & de temporibus quibus fuerunt celebrata multa alia concilia, not. Ioan. And. ſuper da. vj. in nouella. *Primum concilium fuit celebratum.*

(*) Punctus iſte latè examinatur per Iacobatium in tract. concil. li. j. ar. x. §. j. ſed nunc videndum eſt de origine conciliorum. P.

a ¶ Agri) Eccleſia habet agrum. cle. ne in agro. de ſta. mona. ſupra in proxi. §. cum itaque. cum ſi.

b ¶ Præcipua) i. principalis & vtiliſſima. ſupra in prox. §. cum itaque.

c ¶ Vepres) Dicuntur, quia vi prendunt. & ſunt ſpinæ. ſi. ver. in cle. dudum. de ſep. vbi Ioan. And.

*d ¶ Spinas) de quibus ſæpe mentio in ſacra ſcriptura fit, videlicet Pſal. 31. ibi, Quoniam die, &c. dum configitur ſpina. & Pſal. 57. ibi, Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ thamnum, &c. & Cantic. cap. 2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. & Naum. c. 1. Sicut ſpinæ inuicem complectuntur, ſic conuiuium pariter potantium. Et aliquando reges, aliique huius mundi principes, ſpinas in ſuis coronis & diadematibus exiſtentes (vt exiſtere eas fatetur glo. ſupra. in proœ. §. cæterum. in verb. coronæ, vbi diximus) non ſentiunt, propter quod ſubditi illorum non minus grauantur, ſed acrius exactionibus & aliis afflictionibus opprimuntur, & huius cauſa ſunt etiam illorum laterales qui in veritate dicenda ſunt tepidi, ad commodum autem proprium promptiſſimi. iſta eſt viſio quotidianiſſima. Nemini tamen eam dixeritis: quia eſt os in cœlum ponere, & recalcitrare in eos qui poſſunt mordere. P.

† e ¶ Hæreſum) Hæreſis dicta eſt ſecundum aliquos ab errando, cum quis non ſit hæreticus niſi erret, vt ſentit glo. ſequens, vel ab electione, quia hæreticus elegit ſibi nouas & extraneas opiniones contra fidem Chriſti, & eccleſiæ *Hæreſis dicitur.*

Digitized by Google

ſtatuta. Quidam verò dicunt, quòd hæreſis deſcendit à verbo græco hor, quod Latinè dicitur virtus, & theſis locutio, vnde hæreſis, quaſi virtus locutionis, & hæreticus, id eſt virtuoſus in locutione & ſermone, quia communiter hæretici in ſermonibus & diſputationibus ſuis confidunt, non in virtute ſpiritusſancti. Alij quod ab heraſcor herciſceris, quod idem eſt quod diuido. glo. in rub. ff. famil. hercisc. quoniam hæretici per illorum opiniones erroneas diuidunt ſe ab vnione eccleſiæ, & Chriſti fidelium: hinc dicimus quòd heremita quaſi ſeparatus à communione hominum, à qua recedit hæreticus per nouas opiniones, quia inter hæreticos & fideles fit diuiſio, & communionis ſeparatio. Ideo dicit Præpo. poſt text. in. c. quia traditione. xxij. diſt. quòd prælatus incidens in hęreſim perdit nomen dignitatis, vt non debeat nominari inter prælatos. Habet quippe hęreſis duo extrema ſubſtantialia. Primum reſpicit initium, quod eſt error in ratione. Secundum reſpicit complementum, quod eſt pertinacia in voluntate. c. dixit. xxxiiij. q. iij. Et ratione huius complementi dicitur amaritudo, quia ad finem ducit amarum. P.

errorum [a], & ſchiſmatum † [b] extirpat: exceſſus corrigit, deformata reformat [c] &

a ¶ Errorum) Terminus eſt generalior hæreſi, cum omnis hæreticus erret, ſed non e diuerſo. Errans enim in articulis fidei non eſt hęreticus ſi pertinaciter non defendit ſuum errorem: maximè ſi credit eccleſiam ſic tenere, & ſuam fidem ſubmittat fidei eccleſiæ. ab hoc. c. damnamus. in fi. de ſum. tri. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & ca. ſchiſma. &. q. vlt. dixit Apoſtolus. cum ibi not. cle. j. de ſum. tri. §. porrò. & ibi Guliel. cle. j. de vſu. & ibi Pau. Geſ. in extrauag. Io. xxij. cum inter nonnullos. Hen. in. c. j. de hære.

† b ¶ Schiſmatum) Sic apparet quòd aliud eſt hæreſis, & aliud ſchiſma, cum regulariter diuerſitas terminorum denotet diuerſitatem rerum. Omnis enim hęreticus eſt ſchiſmaticus, quia ſcindit vnionem eccleſiæ diuidendo ſe ab vnione, non econtrà, ſaltem ſtricto modo. P.

Hæreticus an ſit qui errat in fide.

c ¶ Reformat) Ad reformationem morum officium præſidentis debet eſſe attentum. in proœ. cle. §. Hoc ſanè. c. magnæ. xxij. q. iiij. ff. de col. bo. l. nonnunquam. in extrauag. Io. xxij. ſuſcepti. in prin. & eſt ſi. ver. in. l. j. C. de cad. tol. §. & cum triplici. ff. de pact. iure gentium. §. ſi igitur. de publica l. vectigalia. vbi G. inſti. de delega. §. optionis. de ſtatu mona. in ſingulis. de offi. or. irrefragabili. de maio. & obedien. cum in eccleſiis. C. de accu. l. abſentem. Et eſt reformatio rei veteri facta additio, aut eiuſdem renouatio. hæc enim ſyllaba re appoſita dictioni ſignificatiuę, ſignificat repetitionem facti antiqui: vt in verbo reficere, quod eſt corruptum in ſtatum priſtinum reducere. ff. de rip. mu. l. j. §. j. deinde nec dicitur reformatum, vel refectum, quod de nouo conſtruitur. ff. de itine. actúque priuato. l. iij. §. pe. cum ſimilibus. & de ſignificato huius verbi reformatio. not. Bal. in. l. ius ciuile. de iuſtitia & iur. in l. ij. C. de decurio. lib. x. Ioan. Fab. inſti. man. §. item ſi adhuc. vbi dicit quòd officium reformatoris generalis miſſi ad aliquam prouinciam reformandam, durat poſt mortem mittentis, cum dicatur ordinarius inſtar proconſulum, aut legatorum. ca. ij. de offic. leg. in. vj. Idem de gardiatoribus & ſaluagardiis quæ

Reformatio quid eſt.

Reformatoris officium non expirat morte concedentis.

Digitized by Google

dantur per modum gratiæ quando verba apponuntur in eis ſapientia gratiam. arg. cap. ſi ſuper. de offi. deleg. in vj. ſecus in ſaluagardiis. (*) Simplicis iuſtitiæ, videlicet quòd quis conſeruatur à vi, potentia, & iniuriis manifeſtis. Hoc autem poteſt percipi ex multis quando adiiciuntur verba quæ non ſunt de ſimplici iuſtitia, vel ſi adiiciatur, hoc autem conceſſimus de gratia ſpeciali, vel dicat in perpetuum, vel ſimilia.

vineam* [a] domini ad frugē vberrimæ fertilitatis adducit: illorū vero neglectus præmiſſa [b] diſſeminat [c], atque fouet hæc præteritorum [d] temporum recordatio, & prçſen-

(*) De his ſaluagardiis diximus ſup. in pro. §. quibus, in verbo pacis. P.

* a ¶ Vineam domini) de qua legitur Matth. 21. ibi, homo erat paterfa. qui plantauit vineam, &c. idem. c. xx. ibi, Simile eſt regnum cælorum homini patrifami. qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Et Eſaiæ 5. c. ibi, vinea facta eſt dilecto meo, in cornu filio dei. De ea fit etiam mentio in cap. fi[n]a. in fine de magiſtris, vbi illa interpretatur pro eccleſia. P.

b ¶ Præmiſſa) hæreſes, errores & ſchiſmata.

c ¶ Diſſeminat) vt in c. j. xv. diſt. & nota contraria contrarios parere effectus. ad hoc. c. hoſpitiolum. xxxij. di. cum ibi not. (*)

(*) De eo qui diſſeminat, habes Matth. 13. ca. ibi, Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, &c. P.

Et primo declarat, [a] quod ipſa ſynodus in ſpirituſancto * [b] legitime congregata generale cõciliũ † [c] faciens, &

a ¶ Declarat) Verba ſunt concilij Conſtantien.

* b ¶ Spirituſancto) Ille enim concilij eſt præſidens cap. violatores xxv. q. j. &c. ſi quis diaconus l. diſ.&c. igitur xxv.q.ij. Ideo legitur Actuum 15. ca. diuum Iacobum Apoſtolum dixiſſe coapoſtolis concilium facientibus, Viſum eſt enim ſpirituſancto & nobis, per quæ verba oſtenditur, quòd eſt concilij præſidens, & auctoritatẽ concilio præbẽs, tanquam caput ſupremum & immediatum, Papa autem mediatum. Ea enim ratione quòd ſpirituſſanctus eſt concilij præſidens, dicitur quòd concilium Eccleſiam vniuerſalem repræſentans non poteſt errare, dicit hic glo. obedire co. ij. quia Eccleſia ipſa nunquam errat, cum illa perpetuam & ineffabilem firmitatẽ, adepta ſit, dum illi dictum fuit: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, id eſt vitia & hæreſes quæ portæ inferi dicuntur, vt placet diuo Hiero. Si enim Eccleſia poſſet errare, deſineret eſſe ſancta, quod eſt impoſſibile, vt legitur in ſymbolo, ibi: Vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam tũ quia regitur à ſpiritu ſancto. Ioannis decimoquarto, ibi: Ego rogabo patrem meum, &c. & ibi, Alium paracletum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Et alibi, Vobiſcum ero vſque ad conſummationem ſeculi. Matthæi vlt. cap. In fine etiam legitur Lucæ viceſimoſecundo capi. quòd Chriſtus orauit patrem ne deficeret fides Petri, id eſt Eccleſiæ vniuerſalis: & minus in Petro, id eſt Papa debet deficere, quam in quolibet alio quia legitur Leuitici octauo cap. quòd pontifex veſtimenta non ſcindet, id eſt Eccleſiam non patietur ſcindi per hæreſes. Per quæ habes quoſdam perperam ſentire, dicentes, illud c. non ex lympidis legum fontibus, ſed ex putidis canonum lacubus, vt alia multa, depromptum eſt. R.

Spiritusſanctus eſt cõcilij præſidens.

Contra canonibus detrahentes.

† c ¶ Generale concilium) Quod Apoſtolica ſede vacante tantam dicitur habere poteſtatem quantam habet Papa. Arch.in ca. porro lxvj. diſt. & Inno. in ca.fi. de ſacra non iterand. quod non placet Dom. in con. lxv. col. tertio. Diſcutiam quælibet. Probus.

Digitized by Google

† a ¶ Eccleſiam) Quæ dicitur vnitas, vnúſque Chriſti thalamus, vnum corpus, & vnus ſpiritus, vt probat per multa Præpo. in c. quanuis xxj. diſtin. P.

† b ¶ Militantem) ſic comprehendit Eccleſiam vniuerſalem, non particularem, quę aliquando poteſt errare ca. à nobis j. de ſenten. excommunic. non tamen vniuerſalis, ait Domi. in ca. Anaſtaſius col. ij. xix. di. quod proſequitur Panor. in d. c. à nobis in ij. nota. dicens vniuerſalem Eccleſiam non poſſe errare, verum in articulis fidei, ſeu in fide, in aliis autem poteſt errare, ait ille. nam concilium generale per quod repræſentatur Eccleſia vniuerſalis, bene poteſt errare, excommunicando forte prælatum, qui non erat excommunicandus ex cauſa latenti. Nam equidem ipſa vniuerſalis Eccleſia quandoque ſequitur opinionem, quia non poteſt diuinare, quòd licet ſemper debeat ſe iudicio Dei conformare ca. vt noſtrum vt eccle. benef. tamen aliquando non poteſt, vt in occultis, quia Deus ſequitur veritatem, & veritas quandoque latet Eccleſiam. Et dic errare .i. aliud pro alio putare ca. in quibus xxij. q. ij. glo. relata ad tex. in ca. quanuis xxxviij. diſtin. Probus.

Eccleſia vniuerſalis non poteſt errare.

Eccleſiam †[a] militantem †[b] repræſentans [c] poteſtatem [d] à Chriſto [e] habet [f] immediate.

Quilibet cuiuſque ſtatus & dignitatis etiam papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſmatis extirpationem, & Eccleſiæ Dei in capite & membris reformationem. P.

c ¶ Repræſentes) xxiiij. q. maiores inf. de col. ca. j. in prin. (*)

(*) Quòd concilium Eccleſiam militantem repræſentet, proſequitur Iacoba. in tract. conci. lib. x. art. vij. col. viij. P.

d ¶ Poteſtatem) iſta poteſtas ſiue auctoritas conciliorũ ſaluberrima eſt xij. diſt. illa.

Chriſtus eſt Eccleſiæ ſponſus.

e ¶ Chriſto) qui eſt ſponſus Eccleſiæ militantis cle. j. §. & quòd in hac. de ſum. tri. xcvij. diſt. ca. j. xxxvij. q. j. nuptiarum, & caput. ad Eph. 1. ca. j. §. ſed vbi de ſac. vnc. cle. Romani. de iureiur. ideo mortuo Papa non remanet Eccleſia acephala no. in cle. ne Romani. de elect. Arch. in cap. vbi periculum. eo. ti. lib. vj.

f ¶ Habet (*) Concor. inf. de col. ca. j. in princ. poteſtas enim Eccleſiaſtica non fuit data ſoli Petro: ſed omnibus Apoſtolis repræſentantibus totam Eccleſiam xxj. diſt. in nouo xxiiij. q. j. manet. xix. diſt. ita dominus ca. noua. de pœ. & re. & hanc poteſtatem contulit Chriſtus Petro vice omnium. Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum, &c. quòd ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ. ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus c. ſi peccauerit ij. q. i. de iud. noui. Mat. in c. xviij. quo in loco fundatur plenitudo poteſtatis & gladij ſpiritualis & eius executio in Eccleſia ſuper quemlibet Chriſtianum, qui eſt frater noſter: etiam ſi Papa fuerit xj. q. iij. ad menſam. nec accipiendum eſt hic dic Eccleſiæ .i. Papæ: quoniam Chriſtus Petro loquebatur qui non diceret ſibiipſi. Item quia ſubiunctum eſt ibi pluraliter. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, &c. Denique ſi non habet Eccleſia talem poteſtatem & executionem, fruſtra dixiſſet Chriſtus, dic Eccleſiæ: cum potuiſſet impune non audiri.

Poteſtas gladij ſpiritualis vbi fundatur.

Digitized by Google

(*) Quòd concilij poteſtas ſit à Deo, probat Iacoba. in trac. conc. lib. iiij. art. j. verſi. & ſi dicantur, quòd magis late. col. ij. & intantum eſt à Deo, quòd vniuerſitas Eccleſiæ non poteſt transferre poteſtatem in Papam: ſic vt deſinat eſſe penes ipſam, quia eſſet contra ius diuinum, & exempla ſanctorum Patrum. Et illud quod dicitur quòd Papa habet plenitudinem poteſtatis, debet intelligi non ſolus, ſed tanquam caput vniuerſalis Eccleſiæ: ita quòd ipſa poteſtas eſt in ipſa Eccleſia tanquam in fundamento, & in Papa tanquam in principali miniſtro, per quem hæc poteſtas exerceatur. ita tamen quòd præcedat clauis diſcretionis, vt ponit Innocent. in ca. quanto. de iureiuran. Et quòd poteſtas ſit in ipſa Eccleſia, facit illud Hiero. in ca. legimus. xciij. diſt. quòd orbis maior eſt vrbe. Ex quo infertur quòd poteſtatis plenitudo eſt in Papa, modò non erret: & ſi errat, debet corrigi per generale concilium: vt hic in tex. dicitur. aliàs eſſet in poteſtate Papæ ſubuertere vniuerſalē ſtatum Eccleſiæ. quod non poteſt, cum ſit datus ad paſcendum, non ad gregem dominicum perdendum, ſed illum lupis rapacibus tradendum. vt dicit gl. infra eo. tit. in §. item declarat. in verbo pertinentibus in fine. P. *Papa quomodo dicatur poteſtatis plenitudinem habere.*

Cui quilibet cuiuſcunque ſtatus, conditionis † [a] vel dignitatis, etiam † [b] ſi papalis † [c] exiſtat, obedire [d] tenetur in his quæ pertinent † [e] ad fi-

† a ¶ Conditionis) Secundum quam verba debent intelligi. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. P.

† b ¶ Etiam) Hic igitur comprehenduntur cardinales Romanæ Eccleſiæ. cum hæc conſtitutio ſit fauorabilis non odioſa; in qua regulariter illi non comprehenduntur, Io. Mo. & ibi dixi apud eum in ca. j. de ſchiſma. in vj. not. Rom. in con. 498. in caſu quo quæritur & do. meus de Ripa. in ij. reſpon. lib. j. nu. 4. & ſeq. P.

† c ¶ Papalis) Quod ſit, quia Chriſtus Petro poteſtatem peccata relaxandi non illa admittendi dedit. P.

† d ¶ Pertinent) Hæc enim ſunt per hominem indiſpenſabilia, quia ſub illis ſunt præcepta decalogi & Euangelica, ac generaliter quæ ſpectant ad fidei articulos, & ad generalem Eccleſiæ ſtatum, & formam ſacramentorum, ait Præpo. in c. requiritis §. rigor. j. q. vij. P.

e ¶ Obedire) Vide tres caſus in quibus concilium generale eſt ſupra Papam, & ei papa obedire tenetur. Primus in his quæ concernunt fidem. hinc eſt quòd concilium poteſt damnare & deponere papam propter hæreſim. no. Inno. de verb. ſignifi. ex parte j. Arch. in cap. in fidei. de hære. lib. vj. ad hoc xvij. diſt. §. hinc etiam ij. q. vij. §. item Symmachus no. eo. c. & q. ſicut niſi Papa paratus eſſet ſe corrigere de hæreſi. tūc non debet deponi. xxj. diſt. nunc autem, & dicit Hug. xix. diſt. Anaſtaſius. quod concilium poteſt prohibere vt nemo participet cum Papa hæretico: quo caſu repellendus eſſet à concilio: quoniam hæretici non ſunt de corpore concilij. xxiiij. quæſtio iij. cum quibus j. quæſtio vij. conuenientibus. & dicit Ioannes Andreas in cap. licet de electio. quòd hæreſis poteſt probari per duos teſtes ad eius depoſitionem. allega. glo. ij. quæſtio. iiij. præſul. Papa enim hæreticus minor eſt quocunque catholico. glo. in cap. Achacius j. xxiiij. quæſtio j. ad hoc cap. ſi Papa. xl. diſtinc. vbi *Concilium in tribus caſibus eſt ſupra Papam.* *Papa hæreticus minor eſt quocunq; catholico.*

Digitized by Google

dicit glo. nota. quòd ſi Papa eſt in peccato mortali notorio ſcandalizante alios: & eſt pertinax & incorrigibilis, poteſt tanquam hæreticus puniri: quia videtur malè ſentire de fide,cum incorrigibilis ſit contumax:& contumacia in peccato dicitur hęreſis lxxxj.diſt.ſi qui ſunt,ſed d.gl.reprobat Antonius in quarta parte ſum.tit.xj. cap. viij.§.iij.& in ſecunda parte ſummæ,tit.iij.ca.xj.§.x.vbi dicit quod illa glo. loquitur opinatiuè,non aſſertiuè,& quod Ioannes cuius eſt glo.ſentit contrarium lxxix. diſt. ſi quis, dicens quòd cum dicitur propter hæreſim poſſe Papam deponi, ſumitur ibi proprie & ſtricte hæreſis pro errore in fide, (*1) non pro contumacia, vel inobedientia, quæ impropriè dicitur hæreſis: vt dicto capitu. ſi qui ſunt, nec reperitur aliquis Papa depoſitus propter ſcelera ſua,ſed propter ſchiſma tollendum: & dicit hoc Petrum de Palude tenere in quarto ſententiar.idem Antonius in tertia parte ſummę, titu.xxij.cap.iiij.§.iij.Petrus de Palude in tractatu de poteſtate Papæ. Auguſtinus de Ancho.in tractatu de poteſtate Eccle. vbi dicit glo.illam poſſe ſaluari, quod intelligatur quando Papa ſic eſt incorrigibilis,quòd illud peccatum quod committit mortale credit,& dicit non eſſe peccatum: tunc enim eſſet verè & propriè hæreticus, cle. ad noſtrum,§.vij.de hæreticis,cle.j.in fin.de vſuris, ſed dictam gl.c.ſi Papa, ſequitur Panor.in cap.ſignificaſti,de elect.in cap.cum veniſſent,de iudi. Henric. in dicto cap. licet deciſa eſt,inf.tit.j.c.licet §.ſummum,verſi.alioquin,de anna.ca.j.§.& ſi. Item in concernentibus fidem non poteſt Papa diſponere contra diſpoſitum per concilium, d.c.Anaſtaſius, & ſtandum eſt potius ſententiæ concilij, quod non permittet ſpirituſſanctus errare ex promiſſione Chriſti Mat.vlt. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi,cle.ſi dominum §.aſcenſurus,de rel.&vene.ſan.& Luc.22.exorauit ne deficeret fides Petri.i.Eccleſiæ vniuerſalis,xxj.diſtin. §.j. verſi. ego pro te rogaui, c.à recta,cum ibi no.xxiiij.q.j.c.maiores.de bap.licet enim quilibet de concilio poſſit errare diuiſim,ſic poteſt intelligi 36.q.ij.de puel.& c.ſi. in quibus patet concilium Calcedonenſe & Meld.erraſſe iunct.c.ſi.de rap.gl.& ibi Arch.xx.diſt.c.j.tamen coniunctim & in ſenſu compoſito concilium non poteſt errare: præſertim in tangentibus fidem. (*2) Nam iſta propoſitio nunquam poteſt eſſe vera: concilium generale errat,vel Eccleſia vniuerſalis eſt nulla: quia & ſi omnes excepto vno errarent, in illo tamen vno reſideret Eccleſia vniuerſalis: vt in beata virgine Maria, in qua ſola tempore paſſionis Chriſti remanſit fides Eccleſiæ,no.Panor.in d.c.ſignificaſti,quod verum eſt errore iuris,ſed in errore facti,præſertim probabilis,Eccleſia poſſet errare, not.Hen.in c.à nobis,de ſenten.excom.& dicit gl.no.in d.c. Anaſtaſius, quod Papa tenetur requirere conſilium Epiſcoporum vbi agitur de fide,quod non ſolum intellige de articulis fidei, ſed de arduis tangentibus vniuerſalem ſtatum fidelis Eccleſiæ, gl.in c.ſicut xv.diſt.vbi dicit Arch. quòd nimis periculoſum eſſet fidem noſtram cõmittere arbitrio vnius hominis,niſi Papa moueretur melioribus (*3) rationibus & auctoritatibus, quàm cæteri de concilio: quia tunc eſſet ſtandum ſententiæ ſuæ. In concernentibus enim fidem etiam dictum vnius priuati eſſet præferendum dicto Papæ ſi ille moueretur melioribus auctoritatibus noui & veteris Teſtamenti quàm Papa:ſicut dictũ Hier.meliꝰ ſentientis fuit prælatũ ſtatuto concilij c.tua.iũc.c.placuit xxxvj.quæſt.ij.& exemplo Phanutij, qui aliis in Nicæna ſynodo contradixit, & eos ad partem ſuam traxit xxxj.diſt.Nicæna,ita intellige gl.in c. quod tranſlationem, de offic.

Concilium non poteſt errare.

Opinio diui Hie. & Phanutij.

Digitized by Google

offi. leg. quod de cauſa fidei ſolus papa cognoſcere poteſt. fa. d. c. maiores. vbi not. doct. quod regulariter ſolus papa poteſt decidere cauſam concernentem fidem & ſacramenta eccleſiæ. c. hæc eſt fides. xxiiij. q. j. ſed in. d. c. Anaſtaſius. (* 4) Papa voluit decidere contra aliquod ſtatutum per eccleſiam, quod non poterat ſine concilio: quia in cauſa fidei vbi conſtat de iudicio totius eccleſiæ, papa non poteſt aliquid decernere contra ſtatutum eccleſiæ, cum papa poſſet eſſe hæreticus: & ſic errare in fide. d. c. ſi papa. ſed eccleſia errare non poteſt, vt dictum eſt. (* 5) Secundus caſus eſt in caſu ſchiſmatis extirpandi, cum duo ſcilicet contendunt de papatu, & bene: quia ſatis appropinquat hæreſi differens ab eo: ſicut diſpoſitio ad habitum xxiiij. q. iij. inter hæreſim. vnde hoc caſu concilium habet inter eos iudicare: vt le. & no. lxxix. diſ. ſi duo forte. no. car. Flo. in. c. licet. de ele. no. ſupr. c. j. & multi ſolemnes doc. voluerunt dicere quòd vbi ſchiſma non poſſet ſedari niſi contendentes de papatu renunciarent papatui, poſſent cogi ad renunciandum, & deponi. ad hoc. gl. in. c. tua. de deci. quod no. ſup. c. j. & ita papa deponeretur aliquando à concilio ſine culpa: non tamen ſine maxima cauſa propter vnionem eccleſiæ. ad hoc inf. de elect. c. licet. §. veruntamen. cum ibi no. & vide Io. de Gerſonno in tractatu de auferibilitate papæ ab eccleſia. ſed Antoninus in ſecunda parte ſum. titu. iij. c. xj. §. x. intelligit hoc decretum de ſchiſmate dubio, cum ſcilicet ſunt duo pontifices creati, & dubitatur quis eorum ſit verus: puta quia electio primi dicitur facta per metum cadentem in conſtantem, quamuis à duabus partibus cardinalium poſt modum ab eiſdem ſit electio alterius ſine violentia & metu quocunque, ſicut decidit caſus circa annum domini M. ccclxxx. nam mortuo Grego. xj. cardinales debentes procedere ad electionem ſucceſſoris fuerunt (vt dicitur) à Romanis comminati quòd occiderentur ſi non eligerent Italicum aliquem. elegerunt ergo archiepiſcopum Baren. qui tunc erat Romæ, exprimentes ei quod eum eligebant ad vitandum periculum, ſeu fingebant eligere: ſed poſtea data opportunitate alium eligere libere intendebant. Electo igitur illo qui Vrbanus vj. dictus eſt: ille (vt fertur) dixit quòd ſi volebant eum eligere, quod eum eligerent: quia intendebat papa eſſe. Illi tamen cardinales poſt aliquod tempus receſſerunt ab eo, & fugientes ad ciuitatem Fundenſem, elegerunt alium qui dictus eſt Clemens vij. qui tranſtulit curiam ſuam in Auenionem, illumque venerata eſt pro papa, Francia, Hiſpania, & Cathalonia: (* 6) alteri verò, ſcilicet Vrbano adhæſit obediens Italia, Alamania & Vngaria: & durauit hoc peſſimum ſchiſma vltra xxx. annos. durante illo ſchiſmate poſt Vrbanum ſucceſſit ex illa par. Bonif. ix. Bonif. ſucceſſit Inn. vij. Inn. Greg. xij. ex alia part. Cle. ſucceſſit Ben. xiij. (* 7) qui dicebatur Petrus de Luna. ſub quibus fuit factum concilium Piſis anno, M. cccc. x. in quo ipſis depoſitis fuit electus Alexander, qui dicebatur Petrus de Candia. cui ſucceſſit Ioannes xxiij. propter quod generatum fuit aliud ſchiſma. tandem concilio congregato Conſtantiæ per imperatorem Sigiſmundum conſentientibus dictis Io. xxiij. & Greg. xij. & cardinalibus d. Bene. ibidem accedentibus ibidem ceſſit Greg. xij. & alij duo depoſiti fuerunt propter contumaciam, & ad ſedandum ſchiſma. adhærentes autem vni & alteri eorum durante ſchiſmate, moti non ex temporalitate, ſed ex conſcientia, & auditis conſiliis peritorum qui in qualibet obedientia erant, non erant propriè & verè

Papa poteſt deponi etiã ſine culpa.

Cardinales quando qua fuerunt ad eligendum certum compulſi.

Digitized by Google

blicare [a], & intimare [b], vt ad ipſum cōcilium celebrādum prædicti poſſint ſtatuto tempore conuenire. Atque [c] pro ipſius executione decreti, ciuitas Papiæ apud Italiā [d] fuit elect. pro concilio generali in fine tūc proximè ſequētis quinquennij celebrando, quod quidem cōcilium ſuo tēpore debito in dicta ciuitate Papię extitit celebrari inchoatū, & inde certis ex cauſis ad ciuitatē Senenſem trāſlatum. in quo quidem generali concilio Papiæ inchoato &in ciuitate Senēſi celebrato hęc Baſilienſis ciuitas pro celebratione tunc futuri concilij generalis poſt ſeptennium à fine ipſius Senenſis concilij celebrādi fuit electa, & debi-

a ¶ Publicare) In qualibet prouincia: nec ſufficeret Romæ publicare.ar. cle. dudum de iud.infra de concu.c.j. §. j. cum ibi no. nec videtur ſingulorum prælatorum auribus inculcandum ar.c.j.de poſt.præ.cum ibi no.contra ſa.verbum intimare quod ſequitur. (*)

(*) Regulariter publicatio conſtitutionis Papæ,etiam licet ſit regula cancellariæ, ſi fiat Romæ, ligat.no.Io.Mo.in regula in generali.nu.6.Io.And.in data.d.l.vj.Paul. de Eleaza.in proœ.cle. capel. Tholo. deci. 444.adducit rationem Io.Mo. in d.regula in generali,nu.8.quòd Papa debet habere pedes non plumeos, ſed plumbeos, & eſt quaſi immobilis, dans cuncta moueri. Imperator autem plumeos, quia non ſtat firmus, ſed diſcurrit huc atq; illuc per prouincias.Dicamus ergo quod hic ſi nō fuiſſet ſubauditum verbum intimare, ſola publicatio ligabat ad id quod tex.hic decidit. Probus.

Intimatio cõuocationis concilij generalis ponitur.

b ¶ Intimare) Sic non ſufficit publicatio, ſed requiritur intimatio ad ſingulos prælatos, & alios qui ad concilium eſſent euocandi,ad hoc.c.ſi Epiſcopus.xviij.diſt.cap. ſi forte.lxv. diſ. iuxta concilium Viennen. cle.cauſam.de elect.in fi.infra de paci. poſ. cap.j.§.j.fa.quod not.Man.c.v. (*)

(*) Intimatio hæc vt viſum eſt his diebus in intimatione concilij Tridentini, facta fuit hoc modo. Primo bulla conuocationis illius fuit in diuerſis locis Romæ affixa: vt patet in fi.d. bullæ. & executiones illius, cuius copiam habes inſertam in trac. Spec. de modo general. concil. celebr. in princip. Secundo Papa ad primates copiā d. bullæ & publicationis ipſius cum literis ſub annulo piſcatoris confectis miſit,quatenus eam conuocationem ſuis ſuffraganeis, & ipſi ſuffraganei Abbatibus in diœceſibus ſuis conſtitutis ; prout & aliis qui de iure aut priuilegio in concilio habent intereſſe, intimarent. i. mitterent ſimilem certiorem,cum intimare hic cap.dicatur pro mittere,vt in ſimili C. de Inſtitu. codice con.§.hunc,vbi glo. P.

Italia varia habuit nomina.

c ¶ Atque) Verba ſunt concilij Baſil.

d ¶ Italiam) Quæ prius magna Græcia nuncupata eſt à Græcis inhabitantibus: deinde

Digitized by Google

deinde à Rege Saturno, Saturnia: eo quod ibidem Saturnus pulſus à Ioue de ſuis ſedibus, latuit poſtremò ab Italo Siculorum Rege ibi regnante Italia eſt vocatva: t dicit Iſid.li.16.& de Italia habetur in l.j.& fi.ff.de cen.c.nihil, de ele.de tempo.or. ca.j. li.6.& eſt domina & princeps omnium prouinciarum, gl.in l.fi.C.ſi cen.vel re.Arch. 23.q.5.non vos. (*)

tè aſſignata, vt conſtat in inſtrumento publico inde [a] facto. Item aliud decretum cuius tenor ſequitur.

SAcroſancta generalis ſynodus [b] Baſilienſis, Eccleſiam militantem repræſentans, ad perpetuam rei [c] memoriam, ad laudem Dei [d] omnipotentis, ac benedictæ

(*) Sed hodie dicit Albe. in verbo Italia, eſt ex ingentibus delictis Italicorum non domina, ſed ancilla & miſerabilibus ſeruitutibus ſubiecta, etiam pace perpetuo priuata: vt ſupra diximus in proœ. in verbo excoluerunt. P.

a ❡ Facto) Senis.xxvj.Feb. ann. M.cccc. xxiiij.pont.Mar.v.an.vij.

SAcroſancta) Primo ponit cauſam declarationis & declarationē de ſynodo Baſil.ritè & legitimè in ciuitate Baſilea cōgregata. Secūdo declarat ipsā ſynodū poteſtatem habere à Chriſto, & quòd omnes ei obedire tenentur in tangentibus fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem morum in Eccleſia Dei. Tertio declarat eidem ſynodo pertinaciter nolētes obedire puniendos. Quarto ipſam ſynodum non potuiſſe per quemcunque diſſolui, aut transferri ad alium locum. Quinto ponitur acceptatio Eccleſiæ Gallicanæ: ſecunda ibi. & primo, tertia item declarat. quarta præmiſſis, quinta acceptauit. Hoc decretum factum fuit ante diſſolutionem concilij xv.Febr.anno M.cccc.xxij.pon.Eugen.iiij.anno j.& renouatum poſt diſſolutionem anno M.cccc.xxxix.xvij.Kalend.Iunij. *Diuiſio textualis.*

b ❡ Synodus) Not.quod conſtitutio concilij editur ſub nomine concilij & non Papæ tantum, fa.c.oſius.de elect.c.j.de pac.lxiij.diſt.Adrianus, quandoque tamen editur ſub nomine Papæ cum conſilio concilij.c.licet, de elect.ca.aduerſus, de inmu.ec. glo.in c.ad Apoſtolicæ, de re iudi.lib.vj.in cle.j.de ſumma tri.Inn. & Hoſt. in cap.ex geſtis, de clem.non reſi.ſed cum materia originatur à toto concilio tunc fit ſtatutum ſub nomine totius concilij: ita loquuntur prima iura. vbi vero materia originatur à ſolo Papa, ſed cum conſilio concilij, habent locum ſecunda iura cum ſi.no. Panor.in cap.j.de ſpon.etiam vbi Papa eſt abſens, à concilio dicta habentur ſub nomine concilij xij.di.de his, ca.placuit xcvj.diſt.bene quidem xxxij.di.quoniam, & c.interdixit, cum ſi. *Edita in concilio ſub quo nomine intitulentur.*

c ❡ Memoriam) Si in c.de ſchiſ.lib.vj.ca.Albericus, de teſt.

d ❡ Omnipotentis) ſi.inf.de elect.cap.j §.& cum humanæ, ſemper enim potens eſt, de pœ.di.vij.nullus expectet.& omnia poteſt, quia poſſe eſt aliquid poſſe, de pœ.diſ. ij.principium §.charitas, ca.ſi Paulus xxxij.q.v. (*)

(*) Quid dicatur poſſe, & quis eſt qui poteſt, expeditum habes per nos in tracta. diſp.memb.xij.parte j.nu.133. P.

M

a ¶ Indiuiduæque) De ſum.tri.c.j.§.hæc ſancta l.ij.C.eo.tit.& in commutabil.cap. ſancto xxij. quæſt. iij. cap.firmiter. de ſumma Trinita.

b ¶ Gloriam) Si ſup.in prox.§.quibus ad plenum.

c ¶ Hæreſum) Vide tres cauſas ob quas concilium generale eſt celebrandum.

Hæreſes per concilia extirpantur. d ¶ Extirpatione) Prima cauſa,ſi.ſup.ca.j.in prin.hæreſes enim maxime per concilia generalia extirpatæ ſunt: nam in concilio Baſili. quidam libellus editus à magiſtro Auguſtino de Roma Archiepiſcopo Nazareno, cuius primus tractatus de ſacramento vnitatis Chriſti & Eccleſiæ, ſiue de Chriſto integro intitulatur, ſecundus de Chriſto in capite & eius inclyto principatu: alius de charitate Chriſti circa electos, & eius infinito amore: damnatus fuit per decretum quod incipit cum inter, idibus Octobr.anno M.cccc.xxxj. & in concilio Conſtantien.quædam aſſertio,quòd quilibet tyrannus poteſt & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunque vaſallum ſuum vel ſubditum, etiam per inſidias & blanditias, vel adulationes: non obſtante quocunque iuramento, ſeu confœderatione factis cum eo, non expectata ſententia, vel mãdato iudicis cuiuſcunque, & ix. aliæ aſſertiones ad eam tendentes damnatæ ſunt tanquam hæreticæ,ſcandaloſæ & erroneæ, quas nonnulli aſcribebant magiſtro Io.Parui, qui propoſitionem ſolennem coram rege fecerat Pariſius pro iuſtificatione Ducis Burgundiæ de morte Ducis Aurelia. alij dicebant illas non manaſſe à dicto Parui: ſed fuiſſe confectas per Io.de Gerſon, aut alium ad denigrationem famæ ipſius Parui & Ducis Burgundiæ. & vide no. ſup.cap.j.in ver.præteritorum.

indiuiduæque [a] Trinitatis gloriam [b] & honorem: pro hæreſum [c] atque errorũ extirpatione [d],morum in capite & in mẽbris Eccleſiæ Dei reformatione [e], ac regũ, atque regnorum, cæterorúmque chriſticolarum ab inuicem (auctore [f] diſcordiarum procurante) diſſidentiũ pacificatione [g], ĩ ſpiritusãcto legitime cõgregata [h], decernit,ſtatuit, & diffinit, decla-

Legiſlatoris ſtudium. e ¶ Reformatione) Secunda cauſa,concor.cap.ſicut,de accu.cum ſi.nam omne ſtudium legiſlatoris eſt vt homines bene viuant,in auth.vt non lu.ho.circa princ.colla. vj.& non ſuas perdant animas,eod.titu.§. propter,& iura ad bonum inuitant,C.de nup.l.Imperialis,& mala puniunt & execrantur,ff.de iuſti.& iu.circa prin.

f ¶ Diſcordiarum) Scilicet diabolo, qui inimicatur hominibus per inuidiam xvj.q. ij.viſis,de pœ.di.ij.princeps.Ideo nititur inter eos ſeminare zizaniam,c.licet,de elec. cle.dudum,§.ab olim.de ſep.in extra.Io.xxij.quia quorundam, & de diuerſis nominibus diaboli not.Io.And.in c.damnamus,de ſum.Trinita.

g ¶ Pacificatione) Ad quam ſtudere debet Papa,c.noui. de iud. ſup. in prox. §. quibus ad plenum,ver. quæ quãdiu,cum ibi not. & eſt tertia concilij congregandi cauſa ſi.in c.ad Apoſtolicæ,de re iu.lib.vj.

h ¶ Congregata) In inchoatione cõcilij & aliis actibus eius, miſſa de Spirituſancto cantari debet,no. Inno.in cap.cum nobis olim,de elect. ad hoc infra de elect.cap.j.

Digitized by Google

§.&.cum humanç,& prælati debent eſſe induti ſacris veſtibus,fa.de elect.quod ſicut cum ibi not.c.vt Apoſtolicæ,de pri.in vj.& de ordine ſeruando in conc.celebrando, vide in codice canonum Iſido. (*)

(*) Et dic congregata tribus de cauſis potiſſimis, hic tactis, & expreſſius in prima ſeſſione deſcriptis,ſub titulo,intentio Baſilien.concilij,quarum ſunt verba,primç videlicet, vt omnium hæreſum à Chriſtiani populi finibus tenebris profugatis, lumen Catholicæ veritatis Chriſto vera luce largiente refulgeat. Secundæ, vt bellorum rabie qua ſatore zizaniæ ſeminante in diuerſis partibus affligitur & diſſipatur populus Chriſtianus, cõgrua meditatione ſedata pacis auctore præſtãte in ſtatum reducatur pacificum,& trãquillum. Tertiæ, vt cum multiplicibus vitiorum tribulis & ſpinis Chriſti vinea iam quaſi ſiluefcat præ nimia dẽſitate, & illis debito culturæ ſtudio reſecatis,Euangelico Agricola cælitus operante refloreat, honeſtatiſq; fructus & honoris felici vbertate producat. P. *Cauſæ propter quas concilium fuerit congregatum.*

rat & ordinat [a] vt ſequitur.

Declaratur cõcilium Baſilien. rite, & legitime in loco Baſilienſi fuiſſe congregatum & initiatum. P.

Et primo quod eadẽ ſacra Baſilien.ſynodus ſacris Conſtantienſis & Senenſis generalibus conciliis decernentibus, atque [b] ordinantibus, & auctoritate Apoſtolica interueniẽte [c], fuit & eſt in hoc loco Baſilien. debite [d] legitiméque [e] atque rite [f] initiata & congregata.

Ne dubitetur de concilij Baſilienſ. poteſtate per illud fiunt ſuper hoc declarationes duæ. P.

Et ne de eiuſdem ſacræ Baſiliẽ. ſynodi poteſtate à quoquam dubitetur, ipſa eadem ſynodus duas declarationes ex decretis ſynodi Conſtantien. in præſenti [g] ſeſſio-

a ¶ Ordinat) Hæc v.verba in idem ſonant. ad hoc c.in his,cum ibi no.de verbo.ſignifi.

b ¶ Ordinantibus) Sup.in prox.§.cum itaque,c.j.circa finem.

c ¶ Interueniente) Scilicet Mar.v. & Euge. iiij.ſupr.in prox.§.cum itaque.

d ¶ Debite) Pro cauſis iuſtis & neceſſariis.

e ¶ Legitime.) Quia ex ordinatione conciliorum Conſtantien.& Senen.& Apoſt.aucto.interueniente. (*)

(*) Sic lege, aut legiſlatore permittente, l.Grachus,C.de adul. P.

f ¶ Rite) .i. ordinate. & ordinem conuocatorum ad concilium ſignat. (*)

(*)Quid ĩportet hęc dictio rite,habes plenè per nos in trac.diſp.mẽb.iiij.par.iij.n.72. P.

g ¶ Præſenti) Seſſione,id eſt illius præſentis diei deliberatione. Ideo dicitur ſeſſio quia dietim in certo loco deliberabatur: & ꝙ ſingulis diebus fiebat,ſub data illius diei in ſcriptis redigebatur,ſi. infra eo.§.præmiſſis,cũ ſi.& ſedẽdo, quia anima ſedẽdo & quieſcẽdo fit prudẽtior,ait Philoſ.& Hier.ſuper Danie.ibi, Antiquus dierum ſedit: ſedens deſcribitur, vt maturitas ſententiæ comprobetur. Ideo debent ſedere iudices non *Sedeat Iudex.*

Digitized by Google

ſolum cum diffinitiue pronunciant: ſed etiam cum res quæ agitur plenam cognitionem deſiderat. in auth. de iud. §. ſedebunt colla. vj. cap. fi. de re iudi. in vj. & quo ordine debeant prælati in concilio ſedere (* 1) vide tex. in §. hoc quoque xvij. d. in c. placuit. quòd eſt palea. xvij. di. vbi dicitur quòd ipſi ſedere debent ſecundum ordinationis ſuæ tempus ordine pari exiſtente, non habendo reſpectum ad Eccleſias, ſiue perſonas fa. c. j. de ma. & ob. & quod ibi no. Inn. & doct. lib. j. ff. de al. ſcri. quòd no. Bar. in li. j. §. prius ff. de vul. & pupil. ſubſti. Quid autem ſi non eſt dare prioritatem ordinationis, vt quia plures fuerunt promoti epiſcopi eodem die? recurre ad tex. d. l. j. de al. ſcri. vt ille præferatur in ſeſſione qui antiquior eſt tẽpore: vel qui fũctus eſt maioribus beneficiis ad hoc c. per tuas de ma. & ob. ca. cũ in diſtribuendis de temp. or. c. meminimus de accu. quod no. Pan. in d. ca. j. de ma. & obe. in hoc tamen ſeruentur priuilegia quarumlibet Eccleſiarum vt leg. & no. in li. decernimus. C. de ſac. ſan. ec. quod no. ſup. in pro. §. quibus attente. Sed in deliberando quis debeat primitus loqui. videtur per prædicta, quòd de iure ſenior ſecundum ordinem ſeſſionis ad hoc. ca. j. de contr. feu. apud pa. ter. vbi Bal. coll. x. ſpec. ti. de aduo. §. iam nunc videndum. ver. porrò. tamen domini de Rom. (* 2) vtuntur quòd iunior primitus loquatur. quod practicant aduocati palatij in collationibus.

Iunior, in delibrando primus loqui debet.

ne, aliis ſuis decretis editis ſeu[a] edendis inſerendas ordinauit & decreuit. Quarum quidem declarationum tenor[b] primæ ſequitur: & eſt talis.

Generale concilium legitime congregatum, & Eccleſiam militantem repræſentans à Chriſto immediate habet poteſtatem. Probus.

(* 1) Dictum fuit ſupr. in proœ. in §. quibus. in verbo comitibus. Probus.

(* 2) De cuius auctoritate & excellentia vide latè per Gomeſ. in proœ. commen. regula. cancel. q. 2. nu. 10. dixi in tract. diſpen. memb. v. parte ij. nume. 113. Probus.

a ¶ Seu (*) Pro & l. ſæpe ff. de ver. ſig.

(*) Quod dictio ſeu pro & ponatur, non eſt in iure abſurdum, vt per multa probo in tract. penſio. præludio vij. poſt princ. quibus adde Iaſ. in l. ſi filius qui in poteſtate, nu. 3. ff. de liber. & poſth. vbi ponit an vna dictio poſſit pro alia poni. P.

b ¶ Tenor) Si in cle. dudum in prin. de ſepul. in cle. ſi dominum, in prin. de reli. & ve. ſan. Et fa. iſte text. quòd ſi tenor inſtrumenti confirmati ponitur de verbo ad verbum in inſtrumento confirmante, quod inſtrumentum confirmans facit plenam fidem de inſtrumento narrato: & ſi primum inſtrumentum originale non oſtendatur: cum videatur primum publicatum cum auctoritate ſuperioris confirmantis ad hoc c. venerabili & ibi glo. de confirma. vtil. vel inutil. Hen. in cap. examinata. e. ti. c. abbate. vbi gl. de verb. ſig. Arc. in c. præſentium. vij. q. j. vbi dicunt quod ſi in confirmatione priuilegij inſeratur tenor ipſius priuilegij, quòd ex hoc perpetuas habet vires & ſi primum priuilegium non oſtendatur: cum videatur primum publicatum cum auctoritate principis ad hoc c. in ſynodo. lxiij. diſt. de no. ope. nun. ca. ij.

Inſtrumẽtum confirmãs an faciat fidem de inſtrumento narrato.

Digitized by Google

ſpecu.tit.de inſtrumen.edit.§. nunc autem videndum in princip. Henri. ca. inter dilectos de fi. inſtrum.quod intellige quãdo confirmatio fuit facta partibus inſtantibus,vel de conſenſu ipſarum, aut ſaltem vocatis illis quorum intereſt ſpecialiter ſi de eis conſtat,aut ſi de eis non conſtat: ſufficit proclama vel edictum ff. de ven. inſpi. l. j.denunciari.C.de remiſ.pig.l.ſi eo tempore cum ſi. vt quicunq; putauerit ſua intereſſe,veniat ad cõtradicendum: iuxta no. per Inno.in ca.ſignificauit. in ca. Albericus. de teſt. & ibi Pan. Bal. in authen. ſi quis in aliquo.C.de edend. doct. in ca.fi. de fi.inſtru.Panor.in d.c. abbate. aliàs nõ faceret fidem de tenore inſtrumenti confirmati, ſicut nec exemplatio quæ fit auctoritate iudicis, faceret fidem de inſtrumento exemplato, parte non vocata: cum hoc pars poſſet lædi: ideo vocanda eſt C. de teſt. l. publicati. l. nam ita diuus ff. de adop.quod limitat Panor.in d.c. venerabili. ſecundum ea quæ le.& no.in clem. literis de pro.ſed hodie ſublata eſt inf. de ſubla.clem.literis c.j.

Et primo declarat, [a] quod ipſa ſynodus in ſpirituſancto * [b] legitime congregata generale cõciliũ †[c] faciens,&

a ¶ Declarat) Verba ſunt concilij Conſtantien.

* b ¶ Spirituſancto) Ille enim concilij eſt præſidens cap. violatores xxv. q. j. &c. ſi quis diaconus l. diſ.&c. igitur xxv.q.ij. Ideo legitur Actuum 15. ca. diuum Iacobum Apoſtolum dixiſſe coapoſtolis concilium facientibus,Viſum eſt enim ſpirituſancto & nobis,per quæ verba oſtenditur,quòd eſt concilij præſidens, & auctoritatẽ concilio præbẽs, tanquam caput ſupremum & immediatum,Papa autem mediatum.Ea enim ratione quòd ſpirituſſanctus eſt concilij præſidens, dicitur quòd concilium Eccleſiam vniuerſalem repræſentans non poteſt errare, dicit hic glo. obedire co. ij. quia Eccleſia ipſa nunquam errat, cum illa perpetuam & ineffabilem firmitatẽ,adepta ſit, dum illi dictum fuit: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, id eſt vitia & hæreſes quæ portæ inferi dicuntur, vt placet diuo Hiero. Si enim Eccleſia poſſet errare, deſineret eſſe ſancta, quod eſt impoſſibile, vt legitur in ſymbolo, ibi: Vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam tũ quia regitur à ſpiritu ſancto. Ioannis decimoquarto,ibi: Ego rogabo patrem meum,&c. & ibi, Alium paracletum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Et alibi, Vobiſcum ero vſque ad conſummationem ſeculi. Matthæi vlt. cap. In fine etiam legitur Lucæ viceſimoſecundo capi. quòd Chriſtus orauit patrem ne deficeret fides Petri, id eſt Eccleſiæ vniuerſalis: & minus in Petro,id eſt Papa debet deficere,quam in quolibet alio quia legitur Leuitici octauo cap. quòd pontifex veſtimenta non ſcindet, id eſt Eccleſiam non patietur ſcindi per hæreſes. Per quæ habes quoſdam perperam ſentire, dicentes, illud c. non ex lympidis legum fontibus, ſed ex putidis canonum lacubus, vt alia multa, depromptum eſt. ℞.

Spiritus ſanctus eſt cõcilij præſidens.

Contra canonibus detrahentes.

† c ¶ Generale concilium) Quod Apoſtolica ſede vacante tantam dicitur habere poteſtatem quantam habet Papa. Arch.in ca. porro lxvj. diſt. & Inno. in ca.fi. de ſacra non iterand.quod non placet Dom.in con. lxv. col. tertio. Diſcutiam quælibet. Probus.

Digitized by Google

† a ¶ Eccleſiam) Quæ dicitur vnitas, vnúſque Chriſti thalamus, vnum corpus, & vnus ſpiritus, vt probat per multa Præpo. in c. quanuis xxj. diſtin. P.

† b ¶ Militantem) ſic comprehendit Eccleſiam vniuerſalem, non particularem, quę aliquando poteſt errare ca. à nobis j. de ſenten. excommunic. non tamen vniuerſalis, ait Domi. in ca. Anaſtaſius col. ij. xix. di. quod proſequitur Panor. in d. c. à nobis in ij. nota. dicens vniuerſalem Eccleſiam non poſſe errare, verum in articulis fidei, ſeu in fide, in aliis autem poteſt errare, ait ille. nam concilium generale per quod repræſentatur Eccleſia vniuerſalis, bene poteſt errare, excommunicando forte prælatum, qui non erat excommunicandus ex cauſa latenti. Nam equidem ipſa vniuerſalis Eccleſia quandoque ſequitur opinionem, quia non poteſt diuinare, quòd licet ſemper debeat ſe iudicio Dei conformare ca. vt noſtrum vt eccle. benef. tamen aliquando non poteſt, vt in occultis, quia Deus ſequitur veritatem, & veritas quandoque latet Eccleſiam. Et dic errare .i. aliud pro alio putare ca. in quibus xxij. q. ij. glo. relata ad tex. in ca. quanuis xxxviij. diſtin. Probus.

Eccleſia vniuerſalis non poteſt errare.

Eccleſiam †[a] militantem †[b] repræſentans [c] poteſtatem [d] à Chriſto [e] habet [f] immediate.

Quilibet cuiuſque ſtatus & dignitatis etiam papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſmatis extirpationem, & Eccleſiæ Dei in capite & membris reformationem. P.

c ¶ Repræſentes) xxiiij. q. maiores inf. de col. ca. j. in prin. (*)

(*) Quòd concilium Eccleſiam militantem repræſentet, proſequitur Iacoba. in tract. conci. lib. x. art. vij. col. viij. P.

d ¶ Poteſtatem) iſta poteſtas ſiue auctoritas conciliorũ ſaluberrima eſt xij. diſt. illa.

Chriſtus eſt Eccleſia ſponſus.

e ¶ Chriſto) qui eſt ſponſus Eccleſiæ militantis cle. j. §. & quòd in hac. de ſum. tri. xcvij. diſt. ca. j. xxxvij. q. j. nuptiarum, & caput. ad Eph. 1. ca. j. §. ſed vbi de ſac. vnc. cle. Romani. de iureiur. ideo mortuo Papa non remanet Eccleſia acephala no. in cle. ne Romani. de elect. Arch. in cap. vbi periculum. eo. ti. lib. vj.

f ¶ Habet (*) Concor. inf. de col. ca. j. in princ. poteſtas enim Eccleſiaſtica non fuit data ſoli Petro: ſed omnibus Apoſtolis repræſentantibus totam Eccleſiam xxj. diſt. in nouo xxiiij. q. j. manet. xix. diſt. ita dominus ca. noua. de pœ. & re. & hanc poteſtatem contulit Chriſtus Petro vice omnium. Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum, &c. quòd ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ. ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus c. ſi peccauerit ij. q. i. de iud. noui. Mat. in c. xviij. quo in loco fundatur plenitudo poteſtatis & gladij ſpiritualis & eius executio in Eccleſia ſuper quemlibet Chriſtianum, qui eſt frater noſter: etiam ſi Papa fuerit xj. q. iij. ad menſam. nec accipiendum eſt hic dic Eccleſiæ .i. Papæ: quoniam Chriſtus Petro loquebatur qui non diceret ſibiipſi. Item quia ſubiunctum eſt ibi pluraliter. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, &c. Denique ſi non habet Eccleſia talem poteſtatem & executionem, fruſtra dixiſſet Chriſtus, dic Eccleſiæ: cum potuiſſet impune non audiri.

Poteſtas gladij ſpiritualis vbi fundatur.

Digitized by Google

(*) Quòd concilij poteſtas ſit à Deo, probat Iacoba. in trac. conc. lib. iiij. art. j. verſi. & ſi dicantur, quòd magis late. col. ij. & intantum eſt à Deo, quòd vniuerſitas Eccleſiæ non poteſt transferre poteſtatem in Papam: ſic vt deſinat eſſe penes ipſam, quia eſſet contra ius diuinum, & exempla ſanctorum Patrum. Et illud quod dicitur quòd Papa habet plenitudinem poteſtatis, debet intelligi non ſolus, ſed tanquam caput vniuerſalis Eccleſiæ: ita quòd ipſa poteſtas eſt in ipſa Eccleſia tanquam in fundamento, & in Papa tanquam in principali miniſtro, per quem hæc poteſtas exerceatur. ita tamen quòd præcedat clauis diſcretionis, vt ponit Innocent. in ca. quanto. de iureiuran. Et quòd poteſtas ſit in ipſa Eccleſia, facit illud Hiero. in ca. legimus. xciij. diſt. quòd orbis maior eſt vrbe. Ex quo infertur quòd poteſtatis plenitudo eſt in Papa, modò non erret: & ſi errat, debet corrigi per generale concilium: vt hic in tex. dicitur. aliàs eſſet in poteſtate Papæ ſubuertere vniuerſalē ſtatum Eccleſiæ. quod non poteſt, cum ſit datus ad paſcendum, non ad gregem dominicum perdendum, ſed illum lupis rapacibus tradendum. vt dicit gl. infra eo. tit. in §. item declarat. in verbo pertinentibus in fine. P. *Papa quomodo dicatur poteſtatis plenitudinem habere.*

Cui quilibet cuiuſcunque ſtatus, conditionis † [a] vel dignitatis, etiam † [b] ſi papalis † [c] exiſtat, obedire [d] tenetur in his quæ pertinent † [e] ad fi-

† a ¶ Conditionis) Secundum quam verba debent intelligi. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. P.

† b ¶ Etiam) Hic igitur comprehenduntur cardinales Romanæ Eccleſiæ. cum hæc conſtitutio ſit fauorabilis non odioſa; in qua regulariter illi non comprehenduntur, Io. Mo. & ibi dixi apud eum in ca. j. de ſchiſma. in vj. not. Rom. in con. 498. in caſu quo quæritur & do. meus de Ripa. in ij. reſpon. lib. j. nu. 4. & ſeq. P.

† c ¶ Papalis) Quod ſit, quia Chriſtus Petro poteſtatem peccata relaxandi non illa admittendi dedit. P.

† d ¶ Pertinent) Hæc enim ſunt per hominem indiſpenſabilia, quia ſub illis ſunt præcepta decalogi & Euangelica, ac generaliter quæ ſpectant ad fidei articulos, & ad generalem Eccleſiæ ſtatum, & formam ſacramentorum, ait Præpo. in c. requiritis §. rigor. j. q. vij. P.

e ¶ Obedire) Vide tres caſus in quibus concilium generale eſt ſupra Papam, & ei papa obedire tenetur. Primus in his quæ concernunt fidem. hinc eſt quòd concilium poteſt damnare & deponere papam propter hæreſim. no. Inno. de verb. ſignifi. ex parte j. Arch. in cap. in fidei. de hære. lib. vj. ad hoc xvij. diſt. §. hinc etiam ij. q. vij. §. item Symmachus no. eo. c. & q. ſicut niſi Papa paratus eſſet ſe corrigere de hæreſi. tūc non debet deponi. xxj. diſt. nunc autem, & dicit Hug. xix. diſt. Anaſtaſius. quod concilium poteſt prohibere vt nemo participet cum Papa hæretico: quo caſu repellendus eſſet à concilio: quoniam hæretici non ſunt de corpore concilij. xxiiij. quæſtio iij. cum quibus j. quæſtio vij. conuenientibus. & dicit Ioannes Andreas in cap. licet de electio. quòd hæreſis poteſt probari per duos teſtes ad eius depoſitionem. allega. glo. ij. quæſtio. iiij. præſul. Papa enim hæreticus minor eſt quocunque catholico. glo. in cap. Achacius j. xxiiij. quæſtio j. ad hoc cap. ſi Papa. xl. diſtinc. vbi *Concilium in tribus caſibus eſt ſupra Papam.* *Papa hæreticus minor eſt quocunq; catholico.*

Digitized by Google

offi. leg. quod de cauſa fidei ſolus papa cognoſcere poteſt. fa. d. c. maiores. vbi not. doct. quod regulariter ſolus papa poteſt decidere cauſam concernentem fidem & ſacramenta eccleſiæ. c. hæc eſt fides. xxiiij. q. j. ſed in. d. c. Anaſtaſius. (* 4) Papa voluit decidere contra aliquod ſtatutum per eccleſiam, quod non poterat ſine concilio: quia in cauſa fidei vbi conſtat de iudicio totius eccleſiæ, papa non poteſt aliquid decernere contra ſtatutum eccleſiæ, cum papa poſſet eſſe hæreticus: & ſic errare in fide. d. c. ſi papa. ſed eccleſia errare non poteſt, vt dictum eſt. (* 5) Secundus caſus eſt in caſu ſchiſmatis extirpandi, cum duo ſcilicet contendunt de papatu, & bene: quia ſatis appropinquat hæreſi differens ab eo: ſicut diſpoſitio ad habitum xxiiij. q. iij. inter hæreſim. vnde hoc caſu concilium habet inter eos iudicare: vt le. & no. lxxix. diſ. ſi duo forte. no. car. Flo. in. c. licet. de ele. no. ſupr. c. j. & multi ſolemnes doc. voluerunt dicere quòd vbi ſchiſma non poſſet ſedari niſi contendentes de papatu renunciarent papatui, poſſent cogi ad renunciandum, & deponi. ad hoc. gl. in. c. tua. de deci. quod no. ſup. c. j. & ita papa deponeretur aliquando à concilio ſine culpa: non tamen ſine maxima cauſa propter vnionem eccleſiæ. ad hoc inf. de elect. c. licet. §. veruntamen. cum ibi no. & vide Io. de Gerſonno in tractatu de auferibilitate papæ ab eccleſia. ſed Antoninus in ſecunda parte ſum. titu. iij. c. xj. §. x. intelligit hoc decretum de ſchiſmate dubio, cum ſcilicet ſunt duo pontifices creati, & dubitatur quis eorum ſit verus: puta quia electio primi dicitur facta per metum cadentem in conſtantem, quamuis à duabus partibus cardinalium poſt modum ab eiſdem ſit electio alterius ſine violentia & metu quocunque, ſicut decidit caſus circa annum domini M. ccclxxx. nam mortuo Grego. xj. cardinales debentes procedere ad electionem ſucceſſoris fuerunt (vt dicitur) à Romanis comminati quòd occiderentur ſi non eligerent Italicum aliquem. elegerunt ergo archiepiſcopum Baren. qui tunc erat Romæ, exprimentes ei quod eum eligebant ad vitandum periculum, ſeu fingebant eligere: ſed poſtea data opportunitate alium eligere libere intendebant. Electo igitur illo qui Vrbanus vj. dictus eſt: ille (vt fertur) dixit quòd ſi volebant eum eligere, quod eum eligerent: quia intendebat papa eſſe. Illi tamen cardinales poſt aliquod tempus receſſerunt ab eo, & fugientes ad ciuitatem Fundenſem, elegerunt alium qui dictus eſt Clemens vij. qui tranſtulit curiam ſuam in Auenionem, illumque venerata eſt pro papa, Francia, Hiſpania, & Cathalonia: (* 6) alteri verò, ſcilicet Vrbano adhæſit obediens Italia, Alamania & Vngaria: & durauit hoc peſſimum ſchiſma vltra xxx. annos. durante illo ſchiſmate poſt Vrbanum ſucceſſit ex illa par. Bonif. ix. Bonif. ſucceſſit Inn. vj. Inn. Greg. xij. ex alia part. Cle. ſucceſſit Ben. xiij. (* 7) qui dicebatur Petrus de Luna. ſub quibus fuit factum concilium Piſis anno, M. cccc. x. in quo ipſis depoſitis fuit electus Alexander, qui dicebatur Petrus de Candia. cui ſucceſſit Ioannes xxiij. propter quod generatum fuit aliud ſchiſma. tandem concilio congregato Conſtantiæ per imperatorem Sigiſmundum conſentientibus dictis Io. xxiij. & Greg. xij. & cardinalibus d. Bene. ibidem accedentibus ibidem ceſſit Greg. xij. & alij duo depoſiti fuerunt propter contumaciam, & ad ſedandum ſchiſma. adhærentes autem vni & alteri eorum durante ſchiſmate, moti non ex temporalitate, ſed ex conſcientia, & auditis conſiliis peritorum qui in qualibet obedientia erant, non erant propriè & verè

Papa poteſt deponi etiã ſine culpa.

Cardinales quando que fuerunt ad eligendum certum compulſi.

ſchiſmatici: vt dicit Ant. in. c. alle. §. vj. & vij. Non intelligitur autem iſtud decretum (vt ipſe dicit) de manifeſto ſchiſmate: ſcilicet cum vnus canonicè eſt creatus, & eſt papa indubitatus: alius autem eſt intruſus, aliàs quilibet epiſcopus poſſet recedere ab obedientia papæ, & ſic facere ſchiſma, ſic haberet papa quotidie iudicari contra iura. vnde Anac. papa inquit quod eiectionem ſummorum pon. ſibi dominus reſeruauit. lxxxix. diſt. c. fina. idem Antoninus in iij. par. ſum. ti. xxiij. c. ij. §. vj. & dicit Panor. in. c. inquiſitioni. de ſenten. excommuni. quòd de cardinalibus qui receſſerant à Grego. & Benedict. & reuocabantur ab eis ſub pœna excommunicationis: dicebatur quod non tenebantur obedire: quia fuiſſet impeditum concilium, & vnitas eccleſię. ſic ex tali præcepto mala præſumebantur futura, & ſtatus eccleſię perturbari: ad quod dictum no. Inno. in d.c. inquiſitioni. quòd vbi ex præcepto papæ pręſumitur ſtatum eccleſię perturbari, vel aliqua mala futura, non eſt obediendum. fa. quod not. Inno. & Hoſtien. in. c. quanto. de conſue. Tertius caſus eſt in his quæ tangunt generalem morum reformationem in capite & membris. nam generalis deformatio non mediocriter fidem tangit: & per conſequens eius reformatio: ideo dicunt communiter glo. quòd papa non poteſt diſpenſare contra ſtatum vniuerſalem eccleſiæ. nota. in. c. literas. de reſtitu. ſpol. c. propoſuit de conceſ. præ. quod verum ſi ſtatuendo vel diſponendo decoloraretur ſtatus eccleſiæ. xxiiij. q. j. memor. j. quæſtio. vij. & ſi illa. xxv. quæſt. j. ſunt quidam. & ibi glo. not. Inno. in dicto cap. quanto. in dicto c. inquiſitioni. Et quod in pręd ictis finaliter ad generale concilium perueniri oporteat, oſtendit Auguſtinus in epiſtola ad Donatiſtas, vbi loquens de collegio papæ ac cardinalium dicit. Ecce putas illos epiſcopos qui Romæ iudicauerunt, non bonos iudices fuiſſe. reſtabat adhuc plenarium eccleſię vtilis concilium, vbi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari: vt ſi male iudicaſſe conuicti eſſent, eorum ſententiæ reſoluerentur. Aug. in prin. lib. de gra. & lib. ar. contra inquit hæreſim, ſcilicet Pelagianam, cum fuiſſet diutius diſputatum, etiam ad concilia epiſcopalia nouiſſima neceſſitate eſt peruentum: & in his caſibus intelligendum eſt illud Hiero. orbis maior eſt vrbe. xciij. diſt. legimus. (*8)

(*1) Is dicitur propiè hæreticus qui male ſentit de fide, & de ſacramentis eccleſiæ. c. ad abolendam. de hæreticis. impropriè autem dicuntur multi, vt ſimoniaci & ſimiles. Probus.

Iudicium dicitur ſupremum à quo non appellatur.

(*2) In eo enim caſu dicitur iudicium ſupremum à quo non appellatur. probat Iacoba. in tract. con. lib. x. ar. j. col. iiij. vbi late tractat. de auctoritate concilij. merito ille libr. viij. arti. j. in fine, ait quòd concilium plus poteſt in cauſa papæ hæretici, quàm quicunque princeps. Nam in hoc concilium eſt iudex, non autem imperator, vel alius princeps, quia illi de papa quoquomod. non poſſunt ſe intromittere. x. cap. futuram. ij. quæſtio. j. etiam nec de rebus ſpiritualibus. cap. Maſſana. de elect. cum ſimilibus. Item concilium deponit epiſcopos, patriarchas ac cardinales. probat idem Iacoba. lib. vj. ar. v. in prin. P.

Concilium eſt iudex papa & aliorum prælatorum, nō ſecularis princeps.

(*3) Quæ regulariter opinio ſit ſequenda, vide per nos in tract. penſio. parte j. p. xxvj. P.

(*4) Vbi gloſ. dicit, quòd in cauſis fidei maior eſt ſententia concilij quàm papæ. Probus.

Digitized by Google

(*5) Quis autem illorum poſſit conuocare concilium, ponit Iacobat. in tract. conci. lib. iij. art. j. §. ſed pone quod ambo contendentes. P.

(*6) Cuius ſepulchrum videtur in choro eccleſiæ Celeſtinorum Auenionen. prope maius altare poſitum. P.

(*7) Cuius ſepulchrum eſt in eccleſia Auenionen. in quodam ſacello ad latus ſiniſtrum repoſitum. P.

(*8) Hos enim tres caſus firmat & proſequitur Guil. de Monſerrat in j. parte cōmen. huius lib. col. xiiij. & ſeq. P.

dem *a & extirpationē †b dicti ſchiſmatis, & generalem reformationē †c eccleſiæ Dei in capite †d & in †e mēbris. Alterius f verò ſequitur tenor in hæc verba.

Quicunque, cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis etiam papalis ſit, qui mandatis & præceptis concilij Baſilien. & alterius generalis ſuper præmiſſis factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, debet puniri. P.

Item g declarat *h, quòd

*a ¶ Fidem) Iacobat. in tract. conc. lib. v. ar. xv. col. v. ver. quędam verò, dicit quòd ea quæ fiunt per concilium, ſi concernant reformationem morum, correctionem & punitionem criminum, propriè dicuntur ſtatuta concilij: illa vero quæ concernunt fidem potius concilium declarat illa, quæ implicite erant in ſacra ſcriptura, quàm de nouo aliquid inſtituat, & iſto ſecundo modo intelligitur quod communiter dicunt docto. quòd papa poteſt tollere ſtatuta concilij, & quòd poteſt reſtituere quos concilium damnauit. c. conuenientibus. j. q. vij. P. *Quæ dicātur ſtatuta concilii.*

†b ¶ Extirpationem) Quod facere ad concilium ſpectat generale, etiam alia auctoritatem accleſiæ concernentia, etiam contra papam, cum ille potius ſit confundendus, quàm eccleſiæ dignitas, ait Roman. in conſil. 334. nume. 6. circa primum. P.

†c ¶ Eccleſiæ Dei) Quæ vincit cum læditur, intelligit cum arguitur, ſecura eſt cum ſuperata videtur, vel deſeritur, illa quidem non ceſſat impugnari, & inſidias pati, ſed in nomine Chriſti ſemper ſuperat, ſemper vincit, & quantum alij inſidiantur, tantum iſta dilatatur: & fluctus quidem illiduntur, ſed fundamentum, quod ſupra petram eſt, non caſſatur. not. Arch. in ca. recta. xxiiij. q. j. P.

†d ¶ In capite) Cuius languore totum corpus inficitur. cap. ſicut. ij. q. vij. P.

†e ¶ Membris) In quibus idem iuris eſt quod in eo capite. glo. in c. in ſynodo. in verbo, ac per hoc. lxiij. diſt. P.

f ¶ Alterius) Declarationis Conſtan. concilij, in 5. ſeſſione.

g ¶ Item) Hæc dictio continuat ad præceden. infr. de col. §. item viſum. & §. ſe. ff. de pac. l. item quia. de his qui ſunt ſui vel ali. iu. l. item qui in poteſtate. de qua Bar. in l. j. ff. de publ. in l. in repetendis. ff. de leg. iij. Bal. in l. ſi fortidianum. C. de leg. doc. in c. paſtoralis. §. item de of. deleg. *Item continuat.*

*h ¶ Declarat) Declaratio hæc eſt de ſuprema poteſtate quam concilium exercet:

Digitized by Google

vt probare nititur Iacobat. in tract. conc. libr. x. arti. vij. ver. xxxix. dixi ſupra, proxime in verbo obedire. P.

a ¶ Præceptis) Hæc quatuor verba æquipollent.

b ¶ Synodi) Concilium generale dicitur ſynodus. cap. canones. §. ſynodus. xv. diſtinc. xvj. diſtinctio. ſexta ſynodus. in ſubſcriptione. cap. ij. de iudic. cum ſi.

quicunque cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis etiam ſi papalis exiſtat: qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis[a] huius ſacræ ſynodi[b], & cuiuſcunque alterius concilij generalis legitime[c] congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad eam pertinentibus[d] factis, vel facien-

c ¶ Legitime) Auctoritate apo. interueniente defectu eius ceſſante: vt leg. & not. ſupra cap. j. aliàs non conſilium, ſed conuenticulum, aut conciliabulum vocaretur. xvij. diſtinctio. multis.

d ¶ Pertinentibus) Et dependẽtibus: quia in aliis quæ ſunt meri iuris poſitiui, & in quibus non verteretur decoloratio ſtatus eccleſiæ, aut deformatio: papa eſt maior concilio. cap. aliorum. cap. nemo. ix. q. iij. cap. ſignificaſti. de elec. vbi dicit Ioan. Andr. quod ſolus papa poteſt interpretari ſtatuta concilij. Nec mirum ſecundum eum, cum poſſet ea tollere & limitare. no. in cap. ſtatutum. de reſcript. in vj. & ſententia ipſius præferenda eſt ſententiæ totius eccleſiæ. glo. xxiiij. q. j. quodcunque. Ioan. Mo. & Io. And. in nouella. in cap. j. de conſti. in. vj. nam licet eccleſiæ fuerit data poteſtas eccleſiaſtica: papæ tamen fuit attributa tanquam capiti: vt. d. c. quodcunque. cap. ita dominus. xix. diſt. xxj. in nouo. nec papa recipit poteſtatem ab homine: ſed à Deo. xxij. diſt. ſacroſan. & eſt ſucceſſor Petri, & vicarius Chriſti. de tranſ. præ. cap. ij. & iiij. ideo nulla regula apoſt. ipſum ligat, cum non habeat imperium par in parem. de elec. innotuit. no. Hoſtien. de biga. ſuper eo. nec etiam concilia. cum ſit in dicto caſu ſupra ea. not. Hen. in cap. j. de conſtit. tamen licet non ligetur, iuſtum eſt vt ea ſeruet. ix. diſt. iuſtum. nec debet contrauenire: niſi ex cauſa. Ioan. And. in cap. de multa. de præben. vide quod not. infra. tit. j. cap. licet. & de hac materia poteſtatiua papæ & concilij non diſputemus amplius: quia nec voluit Hoſt. de poteſtate papæ abſoluta diſputare, vt dicit in cap. quanto. de conſuet. & de ea diuerſi diuerſa ſcripſerunt: vt innuitur infra de col. ca. placuit. in princ. Panor. in repet. dicti cap. ſignificaſti. Herueus Okam, Petrus de Aliaco: & de Gerſonno: omnes iſti tractauerunt de poteſtate eccleſiæ. de Gerſon. in ſermo. habito in concil. Conſtan. quod incipit: proſperum iter. Ant. in iij. parte ſum. tit. xxiij. cap. ij. Petrus de Palude. Petrus Brixien. in tract. de po. papæ. & de generalibus conciliis. Card. Flo. in tract. ſuper vnione eccleſiæ, & complures alij: ſed ſtemus determinationi ſanctæ ſynodi Conſtan. renouatæ per Baſil. videáſque ſuper hoc pulchram epiſtolam eiuſdem ſynodi reſponſiuam papæ Eugen. volenti illam diſſoluere, quæ incipit cogitanti. & exhortationem cardinalis ſancti Angeli ad Eugen. ſuper eius aduentum ad dictum concilium, & non diſſolutione eiuſdem, quæ incipit: Beatiſſime pater. nec tantum quid poſſit papa: ſed quid debeat attendatur.

Papa ſtatuta concilij limitare poteſt.

Poteſtas abſoluta papæ non eſt diſcutienda.

Digitized by Google

vnde Bern. ad Eugen. papam, eum reprehendens pro quadam culpa, inquit, agendo monſtraſtis vos habere plenitudinẽ poteſtatis: ſed iuſtè forte non ita facitis hic non quod poteſtis: ſed vtrum & debeatis, eſt quæſtio quomodo non eſt indecens tibi vti voluntate pro lege, tunc maiores domino tuo, qui ait: Non veni facere voluntatem meam, &c. & ſequitur. Sed dices, nunquid prohibes diſpenſare? non: ſed prohibebo diſſipare. non ſum tam rudis vt ignorem vos diſpenſatores poſitos: ſed in ædificationem, non in deſtructionem. (*).

dis obedire cõtumaciter cõtempſerit [a], vel cõtraire præſumpſerit, niſi reſipuerit, cõdignæ pœnitentiæ ſubiiciatur, & debite puniatur, [b] etiã ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrendo. ¶ Præmiſ-

(*) Et attende ad hanc poteſtatem papæ, primo, quòd illius promiſſio per Chriſtum fuit facta Petro ante eius paſſionem, per hæc verba: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Matth. 16. cap. Datio autem poſt reſurrectionem, dum ait, Paſce oues meas. Io. cap. fi. quia ante illam per ſeipſum exercuit ipſe Chriſtus, qui appropinquante aſcenſionis tempore Petrum in locum ſui poſuit, ne grex eius paſtoris ſolatio deſtitueretur, & exercitium clauium in ea oſtenſione dum inquit, Ite in vniuerſum mundum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Ecce qualis actuum ſtrepitus in datione poteſtatis clauium, ad quod attendant papa & alij eccleſiæ ſuperiores in ea datione, quia Chriſti actio illorum eſt inſtructio. nemini igitur cito manus imponant. Videantque in primis ſi per eos prouidendi, Chriſtum diligant, quia eo non cognito prouidere illis non expedit prout nec decet, vt patet exemplo Chriſti Petro dicenti, Si diligis me Petre, paſce oues meas. cap. iiij. de elect. vbi ſubditur, quòd ſi factor & cognitor ſecretorum conditione hac vſus eſt, nec ſemel tantum, ſed & ſecundo & vſque ad contriſtationem, qua nos ſolitudine oportet tantam eccleſiæ prælationem imponere fratribus, quorum conſcientias non videmus? P. *Poteſtas Petro datur.*

a ¶ Contempſerit) Spiritum ſanctum non incongrue blaſphemare videntur, qui contra eoſdem canones ſacros cuius nutu & gratia editi ſunt, non neceſſitate compulſi, ſed voluntariè aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. xxv. q. j. violatores. (*)

(* Quod nota contra quoſdam modernos, dicentes lacus canonum eſſe putidos, non fontes lympidos: prout hos legum lacus eſſe aſſerunt. Neminem nomino, duo tamen tibi ſcire dico. Primum, quòd ad cuſtodiam porcorum mallem potius me perpetuo fore damnatum, quàm ſero hoc protuliſſe nefandiſſimum. Secundũ, quòd id proferre, eſt os in cælum ponere, eccleſiámque Chriſti ſponſam macula aut ruga dicere non carere: quod hæreticum eſt. vulgatum habes per gloſ. Prou. 16. cap. citatum. quòd de ſacco non exit aliquid quàm in eo eſt repoſitum. Ideo ad id fatuum verbum non attende, ſed ea quæ de auctoritate & canonum excellentia dixi ſuprà in hoc titu. §. proxi. in verbo ſpiritu ſancto. & in proœ. in. §. quibus in verb. ſacri canones. & infra tit. prox. §. j. in verb. ſpiritu Dei. P. *Contra canonibus detrahentes.* *De ſacco non exit aliud quam in eo repoſitum eſt.*

b ¶ Puniatur) Per ſuſpenſionem & excommunicationem. xix. diſt. nulli. xxv. q. j.

Digitized by Google

hac conſona. & q. ij. ſi quis dogmata. vel ex quo pœna certa non imponitur ad arbitrium concilij. (*) argu. l. j. ff. de iu. deli. cap. de cauſis. cum ibi not. de offic. deleg. conſiderata qualitate delicti, perſonarum & cauſæ, & aliis debitis circunſtantiis. l. aut facta. ff. de pœn. cap. ſicut dignum. de homic. Paul. in clc. j. de ætа. & qual. Hen. cap. dudum. ij. de elect.

ſis igitur & nonnullis aliis Conſtantienſis concilii, præſertim [a] capituli quod incipit: frequens [b], in priori huius ſacræ ſynodi Baſilien. ſeſſione recitati [c] decretis attentis, prælibata ſynodus Baſilié. decernit, & declarat quod ipſa pro hæreſum extirpatione, ac morum generali reformatione eccleſiæ in capite & in membris: nec non pace inter Chriſtianos procurаnda, vt præmittitur [d] in ſpiritu ſancto legitime congregata, per nullum quauis auctoritate, etiá ſi papali [e] dignitate præfulgeat, diſſolui [f], aut ad aliũ locum transferri, aut ad aliud tempus prorogari potuit, aut debuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurũ, abſque eiuſdẽ ſynodi Baſilienſ.

(*) Iſtud firmo in tract. i. diſpen. membro vj. par. ij. nu. 51. P.

a ¶ Præſertim) Id eſt maxime. & implicat, infra de his qui temp. di. of. cap. j. cum ibi no.

b ¶ Frequens) Supra cap. j.

c ¶ Recitati) Longe tamen antea renouati in concil. Baſilien. vt dixi ſupra cap. j.

d ¶ Præmittitur) In prin. huius cap. ſi. ſupra. c. j. in princ.

Papa de quibus pro prædicitur. e ¶ Papali) Papa Græcum nomen eſt, commune ſenibus. & olim erat vocabulum aptum dedicatis ſpiritualibus præcipuè dignitatibus vel ſeruitutis, vt preſbyter qui latinè ſenior dicitur. xxj. diſt. cap. j. verſi. preſbyter. & erat nomen venerandæ ſenectutis. xxiij. q. ij. c. ſi. in princ. ſicut intitulabantur abbates: vt patet ex Caſſiani codicibus in Paulo eremit. pariter & Caſtore. itaque Paulus Sergius beati Petri diſcipulus, papa dictus eſt Narbonen. vt Cyprianus Carthaginen. in ſubſcriptione. ca. abſit. l. diſ. & Aurel. Carthaginenſ. epiſcopus vocatus eſt papa in codice cãnonum, in princi. Africani concilij. & Patriarcha Conſtantinopolitanus papa etiam nominatur. xxiiij. q. ij. ca. ſi. verſ. item Romanorum. no. xl. diſt. ſi papa. Nunc autem nomen eſt dignitatis ſupremæ in eccleſia Dei, vicarij ſcilicet Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri. de quo Anglicus in Poëtria noua. Papa ſtupor mundi, &c, not. Ioan. Andr. in proœ. clem. Rom. tamen pontifex non ſe vocat papam: ſed epiſcopum, ab ordine maiore, non dignitate volens nuncupari. not. in ſaluta. vj.

f ¶ Diſſolui) Per iſtam declarationem orta ſunt multa mala in eccleſia, & tandem ſchiſma ix. annorum pernicioſum: quia concilium Baſilienſ. papam Eugen. iiij. qui

Digitized by Google

deliberatione & conſenſu [a]

Verba congregationis Gallicanæ acceptationem præmiſſorum decretorum, & ſubſequen. continentia, quam acceptationem rex Franciſcus repudiauit, & loco ſui titulum nominationum à Leone papa X. obtinere procurauit. In quo diminuta eſt vicarij Chriſti poteſtas, quod facere non licet papæ, ait Præpo. in cap. nos ſi incompetenter. ij. q. vij. P.

Acceptauit [b] & acceptat: prout [c] iacent [d] iam dictorum prælatorum cæterorũque virorum eccleſiaſticorum ipſam eccleſiam repræſentantium congregatio ſępe dicta. ¶ Item acceptat decreta de electionibus, quorum primum incipit.

DE ELECTIONIBVS.

Ad reformationem eccleſiæ requiruntur ea quæ ad domus conſtructionem exiguntur. Probus.

illud tranſtulerat, alibi depoſuit. not. ſupra in prox. §. cum itaque. & contra iſtam determinationem olim tenebant communiter doctores, quòd concilium generale poterat per papam diſſolui, ſubſiſtente iuſta cauſa. per gloſ. in cap. vbi periculum. de elect. in. vj. c. licet. in fi. c. ſignificaſti. eod. tit. vbi doctores.

a ¶ Conſenſu) ſi. ſupra. c. j. §. ſi forte.

b ¶ Acceptauit) Verba ſunt eccleſiæ Gallicanæ.

c ¶ Prout) Id eſt ſicut. de dol. & contuma. prout. C. de edendo. l. edita. vbi gloſ. & docto. in extrauag. ad reprimenda. vbi Bart.

d ¶ Iacent) Scilicet duo decreta prædicta abſque aliqua modificatione.

DE ELECTIONIBVS.

Sicut (*) diuide per §. quia ca. eſt prolixum. & primo vſque ad §. Et cum humanæ ponitur cauſa conſtitutionis, & ipſa iuris veteris conſtitutio ſuper electione prælatorum. Secundo, caſſatio generalis reſeruationis beneficiorum electiuorum, duobus caſibus exceptis. Tertio, ſtatutum de prouidendo beneficiis electiuis per electionem. Quarto, conſeruat ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines eccleſiarum, rationabilia & poſtulationes. Quinto, excipitur tertius caſus, quo reſeruatio permittitur. Sexto, ordinat quòd papa in ſui aſſumptione habeat iurare huiuſmodi decreta obſeruare. Septimo, hortatur electores vt dignos eligant cum comminatione pœnæ ſi indignos elegerint. ſecunda, ibi: quibus. tertia, ſed quòd. quarta, non derogando. quinta, decreuit. ſexta & vt. ſeptima, & quoniam. Hoc factum decretum eſt ante diſſolutionem concilij Baſilienſis: vt patet ex data.

Digitized by Google

(*) Hoc primum decretum electionum fuit in concilio Baſilienſi factum in duodecima ſeſſione. & immediatum quod incipit, licet dudum, & aliud inde ſequens quod exorditur. Et quia multiplices, in xxiij. ſeſſione. meminit Æneas de Falc. in ſuo tract. reſeruatio. præludio .j. P.

Sicut [a] in conſtruenda † [b] domo [c], præcipua [d] eſt architectoris [e] cura, vel [f] tale iaciat fundamentum [g], ſuper quo firmum perduret ædificium.

a ¶ Sicut) Concord. c. miramur. lxj. diſt.

† b ¶ Conſtruenda) Adducit hic concilium vnum naturale, quod ſæpe in ſacra ſcriptura reperitur, quia oportet quòd ratio naturalis ſubſeruiat fidei, ſicut & inclinato voluntatis ſubſeruit charitati, inquantum tamen concernit, fidem non eſt neceſſe natuturalibus illam probare, aliàs tolleretur fidei meritum, & derogaretur dignitati Dei. Credamus igitur, quia Deus dicit, prout & eccleſia ſponſa Chiſti nobis propoſuit credendum. P.

Ratio naturalis ſubſeruit fidei.

c ¶ Domo) Quæ conſtat ex ſolo & ſuperficie. ff. de vſucap. l. cum qui. de rei vend. l. ſolum. (*)

(*) Archid. in cap. omnibus. xxiiij. q. j. col. j. inquit, quòd domus eſt nomen Græcum. Nam Græci domata tecta dicunt: vnde domus à domate græcè, id eſt tecto. Et domus eſt vnius familiæ habitaculum, ſicut vnius populi vrbs. quod placet Lucæ de Penna. in l. in qualibet. col. j. de metatis. & epi. lib. xij. C. qui ſubdit, quod domus propriè ſecundum leges dicitur vbi ſedes & tabulas habemus, familiariúmque rerum conſtitutionem. l. in lege cenſoria. ff. de verb. ſign. vel pro domicilio & habitatione. l. j. §. domum. ff. de aleato. ſiue illa ſit propria, ſiue conducta, ſiue gratuita. l. j. §. habitare. ff. de his qui deiecerunt. De huiuſmodi domo quæ habitaculum aut habitationem ſignificat, pleriſque in locis ſacræ ſcripturæ habetur ſermo: vt pote Exod. 22. cap. ibi. Si effringens fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, &c. & Leuitici 25. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus, &c. Facit Eccleſiaſtici. ibi, Pes fatui facilis in domum proximi. & Prouerbiorum 19. capit. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autem propriè vxor prudens. & Eccleſiaſtici 21. cap. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. Item Eſa. 5. cap. Væ qui coniungitis domum ad domum, &c. P.

d ¶ Præcipua) Id eſt principalis. ſupra tit. j. cap. frequens. cum ſimilibus.

e ¶ Architectoris) Id eſt latomi. & dicitur ab archos, quod eſt princeps. & tector tectoris. ſi. verbum in authem. de non alienand. §. quod autem. coll. ij. vbi gloſ. alibi dicitur redemptor. ff. de rei vendicat. l. redemptores.

f ¶ Vel) Pro vt. (*)

(*) Non eſt in iure abſurdum, vt vna dictio pro alia ponatur. vt latè probamus in tracta. penulti. præludio. vij. P.

g ¶ Fundamentum) Quia vbi bonum fundamentum non eſt, nihil firmum ſuperædificari poteſt. j. q. j. cum Paulus. de preſby. non bap. veniens. (*)

(*) Et. l. egi tecum. ff. de exceptione rei iudicatæ. P.

a ¶ Ita)

Digitized by Google

a ¶ Ita) Similitudinem not. infra ver. ſcientes l. ſi cum fundum ff. de contrahenda emptione, aliquando exemplatiuè ponitur, l. ſi res ita, ff. eodem titulo, aliquando reſtrictiuè, ff. de aqua quo. & æſtiua. l. j. §. illud, inſtit. quibus modis toll. obligat. §. præterea, C. de procurato. ita demum. Aliquando affirmatiue xix. diſtinctione. ita dominus, de ob. ad ra. cap. j. in fine. *Ita notat ſimilitudinem.*

ita [a] in generali Eccleſiæ * [b] reformatione † [c], potiſſimũ [d] eſt huius ſanctæ ſynodi ſtudium [e]: vt tales Eccleſiæ præficiantur paſtores [f], qui

* a ¶ Eccleſiæ) Optima eſt æquiparatio iſta, quia ſicut domus eſt mortalium habitatio: vt ſupra proxime diximus in verb. domo, ita Eccleſia eſt domus Dei, vt penè per infinita probatur diuina ſcripta: vt pote Pſal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, & Pſal. 26. Vnam petij à domino, hãc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, & Pſal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabũt te, & ibidem, Domum tuam decet ſanctitudo (Domine) in longitudinem dierum, & Pſal. 126. Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri. Et hæc de Eccleſia triumphante, de militante autem, id eſt in qua preces effundimus ad Deum, loqui videtur Eſaias cap. 66. ibi, Quæ eſt iſta domus quam ædificaſtis mihi, & quis iſte locus requietionis meæ? & Ioannis 2. capit. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis, quæ non eſt de qua ipſe dominus Ieſus Chriſtus dicit Ioan. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt: ſed illa de qua, 1. Paralippo. 28. cap. Non ædificabis domũ nomini meo, eò quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis) ideo eod. lib. j. & d. ca. xxviij. legitur: Nunc quia elegit te dominus (ait Dauid ad Salomonem) vt ædificaret domum ſanctuarij, confortare & perfice, &c. P.

† c ¶ Reformatione) Verba ſequentia vſque ad §. quanta, cõtinent cauſam finalem diſpoſitionis huius decreti, quæ in præfatione alicuius diſpoſitionis ſolet poni l. fi. ff. de hæredib. inſtit. Bart. per illum text. in l. cum hi. in prin. ff. de tranſact. ita quòd diſpoſitio ſequens reſtringitur & regulatur iuxta narrata in præfatione l. cum pater, §. dulciſſimis, de legat. ij. quia vt dicit Bald. in l. j. col. iij. C. de fal. cauſa adiect. lega. Cauſa finalis eſt obiectum intellectus, ſicut ſignum eſt obiectum viſus: & quicquid agimus, propter finem agimus. P.

d ¶ Potiſſimum) Id eſt principaliſſimũ, ff. de ori. iur. l. j. clem. j. §. potiſſimè de reliq. & ven. ſan. l. potior, ff. qui po. in pig. ha. ca. qui prior. de regul. iur. in vj.

e ¶ Studium) Id eſt opus ſiue applicatio, cap. ex ſtudiis, de præſump. cum ſi. P.

(*) Firmat Ioan. Monac. in procem. lib. vj. num. 10. & ibi dixi poſt eum. (*)

f ¶ Paſtores) Id eſt prælati, qui paſtores dicuntur ij. q. vij. cum paſtoris, cap. ne pro defectu, eod. tit. lxiij. diſt. ſi in plebibus, ideo debent vigilare ſuper gregem ſuum. cle. paſtoralis, de re iud. ſupra in procœ. §. quibus ad plenum, ver. ſicque, clem. dudum, in prin. de ſepul. ne lupus rapax, id eſt diabolus eum inuadat, d. c. ne pro defectu (*) & dicuntur paſtores à paſco paſcis, actiue: quia debent paſcere oues ſuas: iuxta illud, Paſce oues meas, Ioan. vlt. cap. ſignificaſti, eo. tit. cap. ſolitæ, de ma. & obed. l. inter claras, C. de ſum. Trinit. ſpiritualiter verbo doctrinæ, & vitæ exemplo, cap. inter cæ- *prælati dicuntur paſtores.*

Digitized by Google

tera, de offic. ordi. xliij. diſt. Epheſiis, viij. q. j. audacter, xj. q. iij. præcipuè, & temporali ſubſidio ſi indigeant, xvj. q. j. nulli Epiſcoporum, lxxxij. diſt. Epiſcopus. diſ. lxxxvj. paſce fame, & niſi diligenter paſcant oues, Chriſtum paſtorem eorum non videntur amare viij. q. j. in ſcripturis, ſed mali prȩlati dicũtur paſtores à paſcor paſceris, paſſiue: quia quærũt quæ ſua ſunt, ſupra in proœ. §. quibus ad plenũ, ver. quinimmo, cum ibi not. & tales lupi dicuntur: quia more lupino ſuos ſubditos dilaniant, ij. q. vj. decreto, in fi. Archid. in cap. vt officium, de hære. lib. vj. xxiij. q. iiij. tres perſonas. Et ſicut lupus fruſtatim comedit agnum: ſic mali paſtores ſucceſſiuè conſumunt bona Eccleſiæ, xiij. q. j. ca. circa medium, ad illos loquitur Hierem. 23. cap. Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem, &c. (*) Vbi Bald. numer. 2. inquit, quòd vbi non eſt paſtor, lupus triumphat. Probus.

tanquam [a] columnæ [b] & baſes [c], ipſam Eccleſiam † [d] doctrinæ & meritorum viribus firmiter ſuſtentent [e].

Officium Eccleſiæ prælatis iniunctum, diligentia in eis eli-

a ¶ Tanquam) Similitudinem notat. cap. ſolitæ, de maiori, & obed. vbi glo. ca. quoniam §. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſt. cap. quod ſicut, eo. tit. ſicut dictiones quaſi, vtpote, & ſimiles, de quibus gloſ. & Panor. in cap. prout. de dol. & con. gloſ. & doct. in l. ſi pater, §. qui duos, ff. de adoptionibus.

b ¶ Columnæ) Prælati dicuntur columnæ Eccleſiæ, cap. gloria Epiſcopi, xij. q. ij. ca. accuſatio, ij. quæſt. vij. de accu. qualiter & quando ij. cle. ſi quis ſuadente §. nec ſuper de pœn. ca. ij. de offic. cu. & baſes: vt hic in extrauag. Innoc. vj. ad honorem, & muri, xliij. diſt. ſit rector. (*)

(*) Facit verbum Apoſt. ad Gal. 2. cap. ibi, Iacobus, Ioannes, & Cephas, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, cap. Moyſes, viij. q. j. P.

Baſes quæ ſunt.

c ¶ Baſes) Sunt columnæ de duriſſima petra: (*) & ſupponuntur columnis, ait Hug. not. Archid. in cap. fundamenta, eod. tit. lib. 6.

(*) Quod verificatur Cantic. 5. c. Crura dilecti mei columnæ marmoreæ quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. P.

† d ¶ Eccleſiam) Militantem vel vniuerſalem: quæ quod tenet eſt credendum tanquam ab Apoſtolis inſtitutum, glo. in cap. niſi bella xxiij. q. j. P.

e ¶ Suſtentent) Si infra de nu. & qua. car. cap. j. in prin. (*)

(*) Ex prædictis verbis reſultare videtur, quòd principalis & finalis intentus concilij eſt circa perſonas quæ ſunt eligendæ, & ſecundarius circa formam electionis: quod facit ad opinionem Innocen. infra hoc tit. cap. licet, in prin. in verb. canonicus relatam, quòd electus eſt tutus in foro conſcientiæ, ſi electio ſua tenuit de iure gentium: licet non fuerit ſeruata forma à iure poſitiuo tradita, quam opinionem firmare nititur multis modis Guliel. in comment. huius pragmat. parte ij. ante fi. Et dic ſuſtentent per canonum & legum executiones, quia tales in textu nominati dicuntur ſanctionum executores, Papa autem, Imperator & Reges illarum auctores. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Prælatis) Qui dicuntur quaſi præ aliis ditati (*) vel antelati, & lata appellatione prælati non ſolum veniunt Epiſcopi & ſuperiores: ſed etiam inferiores habentes iuriſdictionem, cap. j. de æta. & qualit. de hoc in cle. dudum §. ſtatuimus, de ſepult. & ſimplex curatus poteſt dici prælatus, cap. cum Eccleſiarum, iuncta ſubſcriptione, de offic. ord. c. tua, de cle. ægr. Archid. in cap. vt animarum, de conſti. lib. vj. ſtricte prælati illi ſoli dicũtur qui habent iuriſdictionem in foro contentioſo, ad hoc cap. decernimus, iuncta gloſ. de clem. dudum, vbi per ſe fit mentio de prælatis, & per ſe de ſacerdotibus. Aliquando dicuntur aſſumpti ad dignitates Eccleſiaſticas electiuas, qui ſunt capita Eccleſiarum cathedralium, regularium & collegiatarum: vt hic & inf. §. & cum verſ. ad locum, & §. deinde eligant. Prælati qui dicuntur.

gendis adhibenda oſtendit. Et vnaquæque Eccleſia iure communi prælatum ſibi eligit. Probus.

Quanta autem in eligendis prælatis [a] diligentia adhibenda ſit: officiũ eis iniunctũ euidenter oſtendit. Ad regimen [b] enim aſſumuntur animarum, pro quibus dominus noſter [c] Ieſus Chriſtus [d] † mortuus [e] eſt, & ſanguis [f] †

(*) Prælati enim merito poſſunt (vt dicit hic gloſ.) præ aliis dij dici. Nam Pſal. 81. legitur, Deus ſtetit in ſynagoga deorum, id eſt prælatorum, & iudicum, & ſequitur: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes, Et Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos, & in cap. cum ex iniuncto. de hære. diis non detrahes, id eſt prælatis. P. Prælati dicuntur dij.

b ¶ Regimen) Scilicet animarum, vt ſeq. quod eſt ars artium, de æta. & qua. cum ſit ars.

c ¶ Ieſus) ô nomen glorioſum, infra quo. diſtinct. offic. ſit cele. cap. j. (*)

(*) De hoc glorioſiſſimo nomine Ieſu licet perpulchrè videre poſt Monthonolium in ſuo promp. in verb. Ieſu, cuius officium ſaltem ſemel in anno habes citare ſi rectè & ritè in ſpiritualibus & temporalibus vis te habere, crede experto & non dubites: ſed huius verbi memento, & mei qui tibi hoc verbo ſacerdotis firmo. Probus.

d † ¶ Chriſtus). Dei patris ſacerdos dictus ſecundum humanitatem, in qua ſe pro nobis acceptabile ſacrificium Deo obtulit, vt ſit ipſe ſacerdos, qui eſt ſacrificium, tex. in c. ſacerdos, de conſec. diſtinct. ij. vbi gloſ. ex hoc infert quod Chriſtus in hoc geſſit officium duorum. P. Chriſtus eſt patris ſacerdos.

e ¶ Mortuus eſt) Pro omnibus, cap. cum Marthæ §. ex eod. de cele. miſ. cle. j. §. & quòd in hac, de ſum. tri. quo ad ſufficientiam, ſed quo ad efficaciam pro prædeſtinatis tantum, no. Ioan. And. in d. clem. de hoc, de conſec. diſt. ij. ſemel, ij. (*)

(*) Mortuus. i. illius humanitas quæ maiori veneratione eſt adoranda quàm alia creatura, quæ dulia eſt, non latria, dicit gloſ. in cap. acceſſerunt, de conſecra. diſt. ij.

† f ¶ Sanguis) Qui ſub ſpecie vini à ſolis Preſbyteris confitentibus ſumitur,

Digitized by Google

Sanguis Christi nõ ſumitur à laicis.

non à laicis, qui tantum ſub ſpecie panis communicant: nec minus ſumunt Chriſti ſanguinem, cum ſub vtraque ſpecie ſit corpus & ſanguis Chriſti: ideo laici non habent conqueri quòd non ſumunt ſanguinem Chriſti, prout id firmat cõcilium prouinciale Coloniæ in tit. de admini. ſacra c. xv. Et ipſe Chriſti ſanguis non eſt ſeruandus, ſicut euchariſtia in qua ſeruanda non eſt adhibenda tanta cautela ſicut in eo ſanguine. glo. poſt tex. in cap. preſbyter. de conſecra. diſtin. j.

eius precioſus effuſus [b] [a] †.

a ¶ Effuſus) Hoc verbum abundantiam ſonat. xvj. q. j. reuertimini. not. in ca. cum illorum de ſent. excom. (*) vnde apparet ſanguinem Chriſti effuſum fuiſſe in magna copia, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, cum tamen minima gutta ſanguinis Chriſti ſuffeciſſet pro omnibus pœnis redimendis: ait Ber. not. Geſſ. in cle. j. de ſum. tri. vbi dicit Pau. quòd fuit miraculum ſanguinem impetuoſe fluere ex Chriſto mortuo: quia ſecundum naturam moriendo ſanguis coagulatur. vnde non eſt fluidum, niſi parum guttatim. nec ob. de decapitato: vnde fluit. quia ibi corpus tunc eſt omnino calidum. fuit etiam miraculum quòd in corpore tam verberato & flagellato ſanguis remanſit. Sed an Chriſtus in ſua reſurrectione totum ſuum ſanguinem reaſſumpſerit: ita quòd nulla particula ſeu guttula de illo in terra remanſerit? Duæ ſunt opiniones. Prima ſancti Tho. in iij. par. q. liiij. qui dicit in reſponſione ad arti. iij. quòd totus ſanguis qui corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in Chriſti corpore reſurrexit. Sanguis autem ille qui in quibuſdam Eccleſiis ſeruatur pro reliquiis, non fluxit de corpore Chriſti: ſed miraculoſe dicitur effluxiſſe de quadam imagine Chriſti percuſſa. in hanc partem inclinat Archid. in cap. qui manducat de conſec. diſt. ij. Alia eſt opi. Fran. de Maronis, qui ait non eſſe inconueniens ſi aliquid de ſanguine Chriſti effuſo dicatur eſſe in aliquibus Eccleſiis, quia forte corpus in vita incorruptibili non indiget tanto ſanguine, ſicut in vita mortali. & iſta opinio maiorem videtur habere firmitatem: tum quia totus ſanguis non pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Vnde & ſanctus Tho. in ſuis quoli. l. q. iij. diſ. cum ergo Chriſtus ante paſſionem comederit & biberit, nihil prohibet in eo aliquem ſanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertinet, & quem non oportet in reſurrectione ad corpus eius redire, &c. tum quia in pleriſque ſolenniſſimis locis oſtenditur verus ſanguis Chriſti: vt in capella ſancta palatij Pariſien. eſt de ſanguine Chriſti: & de ſpinea corona ſanguine tincta. In Prouincia apud ſanctum Maximinum in conuentu fratrum Prædicatorum, in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ oſtenditur ampulla cum ſanguine Chriſti, & canonici Hildeſſen. dicunt ſe habere præputium Chriſti. Ad confirmationem iſtius opi. facit auctoritas Papæ Pij ij. qui declarauit non eſſe inconueniens aliquid de vero Chriſti ſanguine remanſiſſe in terris: vt in extrauag. illius qui ſe. quam vide in quadrageſimali Roberti de Licio. ſer. lxx.

(*) Pro hoc vide Corcet. in ſuis ſingula. in verb. effuſio. vbi pro hoc multa adducit hæc enim dictio ad alia extenditur, quã ad ſanguinem: vtpote ad preces l. j. de theſ. lib. x. C. P.

Theſaurus Eccleſiæ eſt cõſtitutus.

† b ¶ Effuſus) Ab ea enim ſanguinis effuſione, & meritis ſanctorum, ac martyrum, theſaurus Eccleſiæ eſt cõſtitutus, cuius diſpẽſandi poteſtatem habet Papa Chriſti vi-

Digitized by Google

carius, qui aperit & claudit theſaurum cui vult, quia per eum nō per alium datur generalis & plenaria indulgentia, per quam verè omnis remittitur ſatisfactio, ait Ludo. Bolog. in trac. de indulgen. nume. 70. ſubdens, quòd Papa concedens talem plenariam indulgentiam intendit communicare illa bona tam precioſa nobis, & quòd per eam remittitur totum tempus quod debetur pœnæ pro omnibus peccatis noſtris. Culpa autem remittitur per contritionem cum propoſito cōfitendi, & pœna ęterna per eam indulgentiam plenariā. Et niſi eſſet illa contritio per quam relaxatur culpa, non prodeſſet illa indulgentia: ergo per indulgentiam nō remittitur culpa, ex quo per contritionem illa ſemel eſt dimiſſa, ideo nō poteſt iterum dimitti, ſed remittitur pœna temporalis, quæ eſt ſeptē annorum pro quolibet peccato mortali. ca. hoc ipſum xxxviij. quæſt. ij. P. *Indulgētia plenaria operatur.*

propterea ſacri canones ſpiritu [a] Dei promulgati prouidè ſtatuerunt, vt vnaquæque Eccleſia [b], aut colle-

a ¶ Spiritu Dei) I. diſt. ſi quis diaconus xxv. quæſt. j. violatores. ſupra tit. j. cap. ij. in princ. ibi, ſpiritu ſancto, &c. Archi. in cap. vbi periculum. eo. tit. (*)

(*) Ideo canones (vt prætendunt hæretici moderni) ſimpliciter non poſſunt dici humanæ conſtitutiones, & minus de lacubus putidis procedere: vt latius firmo ſupra in proœm. §. quibus in ver. ſacri. quibus adde quòd canones ſanctorum patrum violare, eſt in ſpiritum ſanctum blaſphemare, dicit text. in cap. violatores xxv. quæſtione j. quia patres ipſi eos canones diuino inſtinctu ſanxere. igitur non immerito Bartol. ſemper dicit quòd canones ſunt optima ratione fundati. refert Præpoſ. in cap. per venerabilem §. quod autem. in antepenult. columna. ver. eo ex hoc infero, qui filij ſint legiti. hinc Baldus in cap. cum cauſam. numero ſecundo. de probat. ait, quòd iuriſta niſi ſciat canones, non guſtat dulcedinem, nec practicam legum: inferens quòd ſciens ius ciuile & canonicum efficitur perfectus legiſta, ſicut ex Philoſophia & medicina quis fit perfectus medicus, dictum Bal. eſt firmatum per vulgare Italorum dicentium. Que lo legiſta ſenza can. vale pauco, ma o canoniſta ſenza. l. vale niente. ideo fraterniſant hæc duo iura, & mutuo ſe iuuant. Etiam eſt firmatum per verbum Barba. in cap. j. numero quinto. de poſtul. prælat. dicentis, quòd Bald. defecit in ſalutari ſuo, quia in materia canonica defecerunt ſibi canonica iura, quod not. contra legiſtas falcem mittentes in alienam meſſem. P. *Canones ſine legibus nō poſſunt, nec ecōtra.*

b ¶ Eccleſia) Id eſt capitulum Eccleſiæ cathedralis, quod dicitur Eccleſia. lxiij. diſt. §. ex his lvj. diſt. Apoſtolica. de ver. ſi. cum clerici. vbi glo. (*)

(*) Eccleſia hoc in caſu dicuntur canonici, ad quos ſpectat ſuffragium vocis Epiſcopum eligendi. cap. j. cum ſi. iſto tit. dico ſpectat non præbendę, ſed ſolum canonicatus not. collec. c. pen. nu. 4. de conceſ. præb. Domi. in c. fi. §. in illis eo. tit. in vj. Decius poſt text. ibi in iij. not. in c. relatum. eo. tit. qui ſubdit, quòd qui non eſt canonicus, licet in Eccleſia habeat dignitatem, non tamen reddit vocem. Inno. in c. ij. de inſtit. quem Panor. ſequitur in c. auditis col. j. iſto tit. & in c. cum olim. de re iud. Imola in c. cum iam dudum. col. pen. de præb. & Domi. in c. cum in Eccleſiis in fi. eo. tit. vbi Fran. ij. not. hinc Bald. in c. quia propter nu. 27. de ele. ait, quòd canonicus criminoſus poteſt eligere, quia retinet iura canoniæ ſibi radicata: donec per ſententiam pri- *Ratione canonicatus competit vocis ſuffragiū.*

Digitized by Google

uetur, quod vltimum firmo in vj. prælud. tract. deuolutio. Probus.

Collegium poteſt eſſe ſine prælato.

a ¶ Collegium) Eccleſiæ ſcilicet collegiatæ, & iſtud ius collegij reſidet in vno omnibus aliis mortuis. c. gratum de poſtul. prælat. not. in c. j. eo. tit. (* 1) Et ad eſſe collegij non requiritur de neceſſitate prælatus. (* 2) arg. ff. quod cuiuſque vni. l. j. not. Inno. in c. cum non ignores de præb. quia licet habere caput ſit de ſignis collegij, nõ ſequitur tamen de neceſſitate quòd ſibi non ſit caput, quòd non poſſit eſſe collegium & intellige de capite ſpeciali: quia non poſſet eſſe ſine capite generali, puta Epiſcopo, vel Papa, aliàs eſſet vniuerſitas acephala contra iura xciij. di. nulla. not. Imo. & Dom. in c. ſtatutum eod. tit. in vj. ita intelligunt d. Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro pa. vbi reprobat dictum Inno. quod poteſt ſaluari iſto modo. Item prælatus non eſt proprie de collegio nec venit ap. collegij. gl. & Geſ. in cle. vt hi qui. de æt. & qua. (* 3) quia prælatus & capitulum ſunt diuerſa. de his quæ fi. à prælat. in ru. & in c. j. ne ſed. va. in vj. c. requiſiſti. de teſt. ſed Io. An. dicit in c. poſt electionem. de conceſ. præb. hæc vera in odioſis. ſed in fauorabilibus ap. capituli bene veniret prælatus, ſicut ap. familiæ venit dominus ff. de verb. ſig. familiæ ap. exercitus venit dux vel princeps ff. de his qui no. infa. l. ij. in prin. ap. decurionum eorum præſes cõtinetur ff. quando ap. ſit l. j. §. ſed & ſi præſes. & nomine monachorum venit Abbas. c. fi. de ſimo. c. ex ore. de priuil. (* 4) videtur pro. in d. ca. poſt electionem vbi ap. capituli venit decanus. ſic intelligit quod ibi not. & ibi dicit Panor. quòd principalis prælatus Eccleſiæ, qui eſt eius caput, & habet iuriſdictionem in illos de collegio: ſicut Epiſcopus vel abbas non venit ap. collegij, cum ius prælaturæ ſit diſtinctum à iure capitulari: vt d. c. requiſiſti. Inferior autem prælatus, puta decanus in Eccleſia cathedrali bene veniret per d. cap. poſt electionem contra nota. Panor. in cap. ij. de inſtit. in cap. dilecti. de ma. & obe. vbi dicit, quòd iure communi inſpecto ſolum habentes ius canoniæ ſunt de capitulo. ad hoc ca. fi. §. præcipimus de ſta. mona. not. Inno. in d. c. ij. ideo Archidiaconus, alij prælati inferiores, & alij beneficiati in Eccleſia cathedrali, niſi habeant canonicatum, non ſunt de capitulo, nec debent habere vocem in capitulo, niſi habeat conſuetudo. pro hoc bo. tex. in c. fi. de præbend. in vj. & ibi Imo. & Dom. d. c. dilecti. vbi ſpecialis fit mentio de Archidiacono. & c. ſi enim Archidicanus incluſus fuiſſet in capitulo, non debebat de eo fieri mentio ſpecialis. & ibi admittitur non tanquam pars capituli, ſed pro intereſſe ipſius Eccleſiæ cathedralis. fa. tit. de offi. Archid. de offi. archipreſ. & tit. ſequen. in quibus iſtorum inferiorũ ponitur officium. Nec videtur quòd debeant ſe impedire de factis capitalibus. Item iura dicunt quòd Epiſcopus & canonici faciunt vnum corpus: ita quòd Epiſcopus eſt caput, canonici membra. cap. nouit. cap. quanto. de his quæ fiunt à prælato. (* 5) Nil autem dicitur de Archidiacono, aut aliis inferiores dignitates habentibus in huiuſmodi Eccleſia cathedrali. Idem cardina. Floren. in d. cle. vt hi. qui. in cle. vt profeſſores de regula. & ibi Paul. & vide tex. in cap. eam te. de reſcript. qui fa. pro & cõtra, an Archidiaconus ſit de capitulo. vbi dicit Panor. quòd caput non eſt de capitulo per iura alle. fa. cap. poſtulaſtis de conceſ. præ. cap. à collatione. de ap. in vj. Panor. in cap. auditis. eod. tit. in cap. cum olim. de re iud. & ibi not. per glo. & doct. an ſi canonicus eligatur ad dignitatem, quæ ex conſuetudine habebat vocem in ca-

Collegium non poteſt eſſe ſine capite generali.

gium.[a], ſeu conuentus ſibi

Abbas venit appellatione monachorum.

Digitized by Google

debeat habere duas voces, vnam ratione dignitatis, aliam ratione ſimplicis canoniç. * 6)

(* 1) Iſtud dictum latè firmo in trac. deuolut. parte iiij. quæſt. xxxj. Probus.

(* 2) Dixi in tract. deuol. parte ij. q. xxvij.

(* 3) Ideo dicit Cæſar Lamber. in tra. de iur. pat. q. ij. ar. xiij. j. partis ij. lib. nu. 2. quòd vbicumque in lege vel ſtatuto aut diſpoſitione alia fit mentio de capitulo: tunc ſoli canonici ob excellentiam comprehenduntur, & non decani & c. ſimiles, probat tex. in cap. eam te. & in cap. ex parte decani. de reſ. vbi Anto. & Imo. hoc notant. Probus. *Appellatione capituli veniūt ſoli canonici.*

a prælatum b eli-

(* 4) Iſtud non admittit indifferenter Bonifac. in cle. fi. in fi. nu. 21. de ſtat. monac. dicens, quòd quādo prouiſio eſt facienda monachis vel monialibus per tertium tūc appellatione eorum & illarum continentur abbas & abbatiſſa: ſecus ſi eſt fienda per abbatem vel abbatiſſam, quod dicit facere ad quæſtionē: quia ſi cuilibet monacho x. floreni legentur, abbas conſequetur legatum vt monachus: quod fit quia per adeptionem dignitatis abbatialis non deſinit eſſe monachus, id eſt non expirat monachatus, dicunt docto. in d. c. fi. de ſimo. vbi adducunt ſimile, quòd licet quis per doctoratum deſinat eſſet ſcholaris: tamen per abbatiam quis non deſinit eſſe monachus, ait Ioan. And. in procem. Greg. Etiam monachus Epiſcopus effectus non deſinit monachus: ideo debet vti veſtibus & habitu monachalibus, non rocheto monachis prohibito. text. in cap. pen. §. pontifices. de vita & ho. cleri. prædicta firmantur per Frederi. con. v. col. ij. vbi ait, quòd quamuis abbas perdiderit prælaturā: tamen ſimplicem retinet monachatum, ſubdēs quòd quamuis monachus efficiatur abbas, remanet tamen obligatus & votum permanet: licet à quibuſdam minimis abſoluatur, dum eſt in prælationis officio: ideo tenetur ad regulæ obſeruantiam, ſicut alius monachus ca. ea quæ §. j. de ſta. mona. not. Decius in cap. cauſam quæ col. iij. de iudic. Alia dixi in tract. penſio parte ij. q. vj. Probus. *Appellatione monachorū an veniat abbas.* *Per adeptionē abbatiæ aut Epiſcopatus quis nō deſinit monachus.*

(* 5) Hunc punctum poteris firmare per ea quæ latè diximus in tracta. deuolu. parte iij. q. xv. & iiij. ſeq. Probus.

(* 6) De duplici autem diſtributione vide quæ diximus in tracta. deuolu. parte iiij. q. xj. vbi etiā ponimus an duplex in Epiſcopatu habeat duplicem vocem in concilio. Probus.

a ¶ Prælatum) Vide quod abbas aut prior conuentualis dicuntur prælati. ad hoc c. j. de æta. & qua c. indemnitatibus eo. tit. in vj. vbi probatur quod abbates habent dignitatem fa. cle. & ſi principalis de reſcrip. vbi Ioan. de Ligni. & in cle. j. eod. tit. Panor. in cap. decernimus de iudi. fa. quod infra ſeq. ibi, dignitatum electiuarum, vbi comprehenditur abbatia. (*) *Prior conuentualis dicitur prælatus.*

(*) Quod abbatia ſit dignitas, etiā & culmen dignitatis inter regulares dignitates, habes probatum per nos in trac. penſio. præludio vij. poſt Lap. allega. lxxxiiij. Probus.

b ¶ Eligant) concor. c. congregatio xvj. q. vlt. c. j. ca. cum terra. eo. tit. de iur. pat. nobis de cōſue. cum dilectus, & quod eſt dictum de conuentu, intellige ſane. Nam ſi vnum monaſterium ſubeſt alteri monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere, abbas,

Digitized by Google

prior vel monachi illius monaſterij ſubditi vel dependentis nõ habebunt vocem in electione Abbatis ſeu Prioris Monaſterij ſuperioris: licet etiam ad illud monaſteriũ ſuperius poſſint liberè reuocari per iura alle. ſi tamen conſuetudo eſſet in contrariũ, ſeruanda eſſet, ar.d.c.cum dilectus, c.ſcriptum, c.cum Eccleſia, eo.ti.no.doct.in c.volentes, de priu.in vj. quę conſuetudo non tollitur per cl.ne in agro.§.ſane.de ſta.mona.vt ibi no. Ioan.And.per q patet, quod priores prioratuum qui ſunt extra monaſterium, vel monachi ſtantes in iſtis prioratibus non ſunt de conuentu monaſterij principalis, no.Hen.in d.c.j.e.ti. doc.in c.fi.de reli.do.

† a ¶ Eligant) Scilicet ad eligendum habiles, aliàs ſecus, vt quia non ſunt in ſacris cõſtituti, nam tunc per ſuperiorem immediatum expectatur iuris terminus ad eligendum datus, notat Præpoſi.in ſum.xxj.diſt.colum.6. P.

b ¶ Quibus) canonibus.

c ¶ Statuit) Hoc verbum rem perfectam ſignificat, ff.quod quiſ.in l.j.ij.q.iij.§. notandum, in fi.& per illud poteſt diffinitiua ſententia ferri.c.in his, de verbo ſignifi.

* d ¶ Generalem) Decretum hoc reſeruationem hãc amplectens non placet Æneæ de Falco. in tract.reſerua.præludio j. dum inquit, Cum firmiter credam Papam eſſe in beneficialibus omnia, & ſuper omnia, & neminem ſibi poſſe legem imponere: ideo cõcludit Papam poſſe per totum orbem Chriſtianum huiuſmodi reſeruationes facere: licet de facto eius literæ in aliquibus locis non recipiantur. P.

e ¶ Metropolitanarum) Id eſt Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, xxj.diſt. cap.j.§. metropolitanus.

gant † a.

Generalem reſeruationẽ quarumcunq; dignitatum electiuarum per Papam fieri non debere diffinitur, in corpore iuris tamen ſeruationes cauſæ non cõprehenduntur, prout nec quæ in terris Romanæ Eccleſiæ fieri contigerit: Sed per electiones & confirmationes illis vacantibus prouideri ſtatuitur.

Quibus [b] hæc eadem ſynodus eodem ſpiritu congregata inhærens, ſtatuit [c], & diffinit generalem * [d] reſeruationem omniũ Eccleſiarũ metropolitanarum [e], cathedralium [f], collegiatarũ, & monaſteriorũ ac dignitatũ electiuarũ per Romanũ Põtificem de cętero fieri [g], aut factis [h] vti

f ¶ Cathedralium) Ver.generalius omnes comprehendit Epiſcopales, Archiepiſcopales & Patriarchales.

g ¶ Fieri) Not. generales reſeruationes omnium dignitatum electiuarũ damnatas & particulares, inf.co.licet & aliorum beneficiorũ collatiuorũ, inf.de col.ca.placuit, quatuor caſibus exceptis. Primo de reſeruationibus in corpore iuris clauſis. Secũdo in his quę fierẽt ĩ terris Ro.ec.ſubiectis: vt ſe.& d.c.licet §.itẽ accep. Tertio j.ver.decreuítq; & d.c.licet ĩ prin. quarto d.c.placuit §.nõ tamẽ intẽdit, & ĩ §.itẽ voluit dicta.

h ¶ Factis) Per extrau.ad regimen.& execrabilis, infra eo.c.licet §.item acceptat.per

regulas

Digitized by Google

regulas cancellariæ ap. aut per literas particulares.

a ¶ Clauſis) primus caſus exceptus quo permittitur reſeruatio. Sed quæ ſunt reſeruationes in corpore iuris clauſæ, (* 1) Tranſlationes Epiſcoporum, vij. q. j. mutationes, de tranſlat. epi. per to. quãdo fierent de vno Epiſcopatu ad alium plenum de conſenſu amborum Epiſcoporum, aut legitima hinc inde cauſa interueniente: iuxta. *Reſeruationes in corpore iuris clauſæ quæ ſunt.*

non debere reſeruationibus in corpore iuris clauſis a, &

no. in cap. j. §. j. ver. veruntamen, videtur enim illa tranſlatio quædam permutatio, quæ habet auctoritate ſuperioris expediri, per no. per Ioan. And. in ca. quæſitum, de re. permu. in cle. j. eo. tit. hoc autem caſu ſuperior eſt Papa. Si autem tranſlatio fieret ad Epiſcopatum iam vacantem: non præiudicaretur eligentibus, quin eligant: cum Epiſcopatibus vacantibus debeat prouideri per electionem vt ſequitur, non obſtan. quocunque impedimento, inf. ca. j. Vnde ſi fieret tranſlatio de Epiſcopatu in partibus Epiſcopatum de terræ Eccleſiæ vacantem primo Epiſcopatui vacanti per tranſlationem & aſſecutionem alterius Epiſcopatus prouidebitur per electionem, inf. eod. ca. & quia in quo caſſatur extraua. ad regimen, quæ huiuſmodi beneficia per tranſlationem vacantia reſeruabat. Vides enim quòd & ſi ceſſio Epiſcoporum à ſolo Papa admittatur: tamen Epiſcopatus reſignati in curia non vacabunt in curia, nom. doct. in c. ij. de præb. in vj. ſimiliter ſi Papa deponat aliquem Epiſcopum, poterunt eligere canonici: ad quos de iure communi ſpectat electio, cum Epiſcopatus vacet: ſaltem ante reſtitutionem depoſiti factam per Papam, no. Inno. & alij in c. innotuit, eo. tit. Item beneficia vacantia in curia Romana reſeruantur Papæ, d. c. ij. de præ. lib. vj. (* 2) hæc exceptio ad tex. adaptari non poteſt: quia loquitur in dignitatibus electiuis, per quarum prælatorum mortem vacat Eccleſia, quæ non vacant in curia: vt no. inf. c. j. §. j. Item Epiſcopatus & ſuperiores priuatis canonicis poteſtate eligendi Papæ reſeruantur: puta quia elegerunt ſcienter indignum, aut non ſeruauerunt formam, c. quia propter, eo. tit. vt in ca. quanquam, eo. tit. in vj. Item ſine ſpeciali licentia Papæ nullus prouidere poteſt Eccleſiæ cathedrali clero carenti & populo, clem. in pleriſque, eo. tit. nec alius à Papa prouidet Treueren. & Colonien. Eccleſiis, capit. porrò, lxiij. diſt. vbi idem dicit glo. in Eccleſia Rauennaten. nec quatuor Patriarchalibus ſedibus, quandiu ſunt in poteſtate infidelium aut ſchiſmaticorum, in extrauag. Bonif. viij. ſancta Romana, quam allegat Io. And. in d. cle. in pleriſque, vbi habetur quod quandiu ſchiſma durat ipſis vacantibus ad electionem, poſtulationem vel prouiſionem quouis modo procedi non poteſt: niſi prius ad Apoſtolicæ ſedis notitiam deducatur.

(* 1) De quibus latum fecimus verbum apud Io. Mo. in c. præſenti, de officio leg. & his poteris addere quæ breui ſermone tradidit Æneas de falco. in tract. reſeruatio, q. ij. principali, in ver. Et an reperiantur plures reſeruationes, num. 12. vbi ponit quinque reſeruationes in corpore iuris clauſas ſubdens, nume. 13. quod ex ipſis eſt efficacior reſeruatio quæ cauſatur per obitum apud ſedem. Probus.

(* 2) Quæ in facultatem conceſſam alicui, etiam motu proprio, & quod poſſit conferre vacantia vel vacatura qualiacunque & vbicunque, non obſtante quocunque priuileg. de quo oporteret de verbo ad verbum expreſſam facere mentionem,

Digitized by Google

Poteſtas conferendi beneficia in curia vacātia quādo detur.

non veniunt, not. Petr. de Ancha. Domi. & Frān. in d. ca. ij. quod credit veriſſimum Æneas de falco, in tract. reſeruatio, in xliij. effectu, etiam ſi fuerint addita verba generaliter vel ſpecialiter reſeruata per illum tex. ibi, niſi ei ſit de conferendis eiſdem in Romana curia vacantibus ſpecialis & expreſſa, &c. P.

a ¶ Et his) Secundus caſus reſeruationis permiſſæ.

his [a] quas in terris Romanæ eccleſię, ratione directi ſeu vtilis [b] dominij [c], mediate vel īmediate ſubiectis, fieri contigerit, ſemper exceptis. Sed per electiones, & confirmationes canonicas, ſecundum iuris [d] communis diſpoſitionem, prædictis metropolitanis, cathedralibus, monaſteriis, collegiatis [e] Eccleſiis

b ¶ Vtilis) Vide duas ſpecies dominij, directum & vtile, de quibus glo. in c. Abbate, de re iudi. in vj. Dy. inſtit. de ac. §. ſed iſtæ. Barto. in l. ſi quis vi. §. differentia, ff. de acq. poſſ. Pe. iac. ti. de rei ven. quæ con. ra. vti. do. Bal. in pro. lib. feud.

Bononia, Sicilia, & Anglia, an ſint de dominio Eccleſiæ.

c ¶ Dominij) Vt Romæ. cap. Conſtantinus, xcvj. diſt. ca. fundamenta eo. tit. in vj. & Bononiæ quę eſt de patrimonio Eccleſiæ Romanæ, no. Specu. tit. de reſcr. præ. §. fi. ver. item quod obtentu. Bald. tit. de feu. mar. col. x. & in regno Siciliæ quod iure dominij ad ſedem Apoſtolicam noſcitur pertinere, xciij. diſt. c. j. c. ad Apoſtolicæ, de re iud. in vj. clem. paſtoralis, de re. iud. & in regno Apuliæ quod eſt de patrimonio Eccleſiæ, no. xix. q. iii. monaſteriis. Panor. in cap. cum inter vniuerſas, eod. tit. & forte (*) in Anglia, qui Anglici reddūt Eccleſiæ tributum, ſcilicet vnum denarium pro quolibet capite, not. Innocen. in ca. fina. de poſtu. præla. Bal. in l. ii. C. de ſerui. ſed vt dicit Hoſtien. in dicto cap. fina. illud præſtant duntaxat ex deuotione quam habent ad Eccleſiam Romanam: ideo non debent aliquatenus aſcribi ſeruituti, ar. ca. j. de na. ex li. ven.

(*) His temporibus non eſt dicendum fortè, nec verè quo ad factum, quia Anglici Eccleſiam Romanam nec in temporalibus nec in ſpiritualibus recognoſcunt, ſed ſibi Eccleſiam faciunt particularem, in qua (vt fertur) rex eorum dicit ſe Chriſti vicarium eſſe, ſic verè ſunt ſchiſmatici: prout & hæretici: ideo deuotio hic per gloſ. citata eſt in omnibus euacuata. P.

d ¶ Iuris) ſupra ver. propterea, cum cōcordantiis, c. quia propter, c. nihil, eo. tit. cum ſimilibus. (*)

Edictum Regis Frācorum quo ad electiones.

(*) Sic edicto perpetuo voluit diuus Ludouicus Francorum rex, vt patet literis ſuis patentibus ſub data Pariſius 1268. menſe Martij, cuius ſunt verba. Item Eccleſiæ cathedrales & aliæ regni noſtri liberas electiones & earum effectum eſſentialiter habeant quod infra proſequitur, glo. hoc tit. in decreto licet, in prin. in verbo reſeruationes, col. ij. vbi idem dicit de Clodoueo primo rege Franciæ Chriſtiano, & aliis multis hic denominatis regibus dicti Clodouei ſucceſſoribus. Probus.

e ¶ Collegiatis) Fa. iſte tex. quòd diſpoſitio, cap. quia propter, eod. titu. habeat locum non ſolum in cathedralibus & conuentualibus, ſed etiam in collegiatis & in aliis dignitatibus electiuis, quod limita vt notatur infra, §. & cum humanæ. Et hic

Digitized by Google

capitur Eccleſia collegiata vulgariter pro Eccleſia ſeculari collegiata, quæ non eſt cathedralis, aut regularis: licet de iure, & ex vocabuli etymologia, hoc verbum collegiata ſit proportionabile omnibus collegiatis, ſiue cathedralibus, ſiue conuentualibus. Collegiata enim dicitur à colligendo: quia ibi colliguntur, facit cap. j. ver. concilij xv. diſtinct. ſic hoc nomen conuentualis ad omnes prædictas adaptatur. cap. nobis, de iure patrona. Et ad cognoſcendum Eccleſiam collegiatam, primo recurrendum eſt ad inſtitutionem Eccleſiæ: & ſi fuerit inſtitutum vt ibi eſſent plures collegiati: tunc habebit Eccleſia iura collegij, art. de conſuet. cum dilectus, de cen. quando, ſi contrarium fuerit ordinatum, ſcilicet quòd non haberet ius collegij, ſed quòd ibi ſit rector cum clericis: tunc non habebit ius collegij, niſi patronus conſentiat, & omnes qui ex mutatione ſtatus eius læderentur, argum. cap. poſtulaſti, & dicto cap. nobis, de iure patron. ſic vt poteſt intelligi, cap. quiſque, de vi. & honeſt. cleric. & Eccleſiæ cathedrales & regulares ſunt collegiatæ de iure communi, cap. ne pro defectu, eod. titu. de ſtat. mona. cap. ij. ſi non appareat de inſtitutione, ceſſante priuilegio defendetur Eccleſia in poſſeſſione ſua, nam ſi eſt in poſſeſſione collegij: quia exercet iura pertinentia ad ſolum collegium, puta habent arcam communem, res communes, actorem ſiue ſyndicum, argumen. cap. in pertractandis, de iura. calum. ff. quod cuiuſque vni. l. j. cap. ſignificante, de ap. cap. dilecta, de exceſ. prælat. aut quia conſueuerunt eligere prælatum, cap. j. eod. titu. & ſi. de quibus Frede. conſil. lviij. habebitur pro collegio: niſi contrarium probetur, de inſtitu. cum veniſſent, C. de liber. cauſa, lite ordinata. His ceſſan. non ſufficit quòd in Eccleſia ſint plures clerici beneficiati vel canonici, non tamen vt collegium vel vt corpus, ſed vt ſingulares perſonæ, ſicut ſunt in Eccleſiis ſanctorum Stephani de Græcis, Benedicti, Mederici, & ſancti Sepulchri Pariſienſ. quæ immediatè ſubſunt capitulo Pariſienſi. (*) vt vult Henr. in diſtinct. cap. j. eod. titu. ad hoc quòd dicatur quòd faciant collegium, bonus textus, in diſtinct. cap. dilecta, cum ibi not. glo. & doctores, in diſtinct. cap. nobis. Henr. in cap. poſtulaſti, de iur. patron. Guliel. in extrauagan. Ioan. xxij. ſuſcepti, & cum nonnulli, vbi declarat quod vide extrauagan. Ioan. xxij. ſi in leuatione decimæ excipiantur Eccleſiæ Epiſcopales, appellatione Eccleſiæ Epiſcopalis non veniunt collegiatæ, non cathedrales, nec comprehenduntur præbendæ, dignitates, & officia ipſarum Eccleſiarum cathedralium.

Eccleſia collegiata cognoſcitur.

Collegij iura quæ ſūt.

(*) Quod beneficia, tam præbendas, quàm capellas confert, ſeu quilibet canonicus exiſtens in ſuo turno magno, paruo & minimo, ſecundum beneficiorum qualitatem ad ea capitulo nominat, ad cuius nominationem capitulum inſtituit aut cōfert, & hoc indiſtinctè in tribus primis Eccleſiis: nam in Eccleſia ſancti Sepulchri magiſtri gubernatores cum ipſo capitulo alternis vicibus præſentant per eos, & præſentatos capitulum inſtituit & recipit, & inſtalat, qui omnes in qualibet annali ſynodo dicti capituli, cum aliis Eccleſiæ Pariſien. beneficiatis in habitu cōparent Eccleſiaſtico: prout & coram officiali capituli, dum ad tribunal illius tanquam ſubditi, & à iuriſdictione Epiſcopi Pariſ. exēpti vocātur: quia illi ſūt de capituli iuriſdictione priuatiuè: prout & Burſarij collegij de xviij. vulgariter in vniuerſitate Pariſienſ. vocati, ac miniſtri domus Dei Pariſien. vt hæc omnia noui gerens vices officialis prædicti. P.

Qui ſunt de iuriſdictione capituli Eccleſiæ Pariſ.

Digitized by Google

a ¶ Electiuis) Quæ cadunt ſub tertia parte debita graduatis inf. de colla. c. j. §. ſequuntur ver. in dignitatibus & ſub nominationibus not. eo. tit. item placuit. quod intellige de dignitatibus inferioribus in quibus prouidetur per electionem, quæ nõ comprehenduntur in concilio generali: ne pro defectu. eo. tit. quæ potius collatiuæ quàm electiuæ dicendæ ſunt: vt infra not. §. & cum humanæ non de cathedralibus regularibus & collegiatis Eccleſiis quæ propriè ſunt electiuæ, in quibus libera eſt electio (*1) nec cadunt ſub gradu, vel nominationibus: quod patet per dictum ver. in dignitatibus, qui ponitur in tit. de col. & per ver. dictarum Eccleſiarum ibidẽ poſitum. Et nota hic quòd dignitates ſiue beneficia dicuntur electiua, quando facta electione requirunt cõfirmationem ſuperioris. vult glo. not. in cle. quia contingit. §. vt autem in ver. electionem de reli. do. no. Card. in clem. j. §. ad hoc de præb. vide not. infr. §. j. in cap. j. §. j. (*2)

& dignitatibus electiuis[a] vacantibus debite prouideatur.

Modificatio ponitur propter conſuetudines & priuilegia, quo ad concernit poſtulationes.

Non derogando propterea ſtatutis, priuilegiis, & conſuetudinibus rationabilibus[b] quibúſcũq; poſtulationib⁹[c]

(*1) In quem eligendo, tenentur tamen eligere: vt in ſimili dicitur de collatore, quia ille tenetur conferre, non tamen habet neceſſe non conferre iſti vel illi. not. Panor. poſt glo. in c. relatum de præb. quòd ſi non eligant, fit deuolutio ad immediatum ſuperiorem, id eſt confirmandi ius habentem. P.

(*2) Et quæ latius diximus in tracta. diſpen. memb. 9. nume. 15. P.

b ¶ Rationabilibus (*) Locorum ſcilicet & perſonarum ſingularium ca. j. cum ibi nota. de conſtitu. in vj.

(*) Abundans eſt cautela verborum quæ ſæpe commendatur in iure communi: vt probaui latè in vij. præludio tract. penſio. quibus adde verbum Apoſtoli ad Roma. 12. c. ibi, rationabile obſequium veſtrum: quia etiam tacitè intelligitur, non de irrationabili obſequio, & ſimilibus. nam verba ſunt ciuiliter intelligenda l. ſi cui. ff. de ſeruitu. Adde etiam verbum Leonis Papæ x. in Concor. in tit. de regia præla. no. fa. §. conſanguinei, ibi ex cauſa rationabili, vbi gl. exponit quæ dicatur cauſa rationabilis, idem hic in textu ſubditur ibi rationabili & euidenti cauſa. P.

c ¶ Poſtulationibus) Not. duas vias prouidendi beneficiis electiuis per electionem quæ innititur iuri. Conſequitur enim electus plenum ius in habitu in prælatura (*1) & per confirmationem exercitium illius iuris in auct. not. in c. quanto lxiij. diſt. in l. priuatorum. C. de iuri. om. iu. vbi Cy. Bar. & Bal. in l. Publius ff. de com. & demon. in l. ex eo tempore ff. de teſta. mili. c. nihil eod. tit. le. & no. in cap. indemnitatibus eo. tit. in vj. vnde electus petendo electionem ſuam confirmari, in nullo petit gratiam: vt no. Io. And. & Panor. in cap. penul. de poſtu. præ. Panor. in cap. poſtquam eo. tit. & cap. tranſmiſſam, alia eſt via per poſtulationem. qui enim eligi poteſt, non debet poſtulari: ſed qui non poteſt eligi propter defectum aliquem, vel impedimentum, poſtulandus eſt, & qui ſunt illi, no. in d. cap. pe. in cap. j.

Digitized by Google

de poſtu. præ. in vj. Manda. cap. lxiij. Duplex tamen eſt poſtulatio, vna ſolennis quæ fit ab eo qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare: vt Papa. Non ſolennis eſt quando poſtulatur ab eo qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento, requiritur tamen eius conſenſus in promotione etiam illius qui poſſet eligi, puta canonici volunt eligere monachum in Epiſcopum, ſed quia monachus non poteſt conſentire ſine licentia abbatis. cap. ſi religioſus eo. tit. in vj. canonici poſtulant ab abbate vt concedat eis illum monachum: quo obtento poſtea eligunt, & poſtulatio præſertim ſolennis dependet à gratia ſpeciali ſuperioris quando non eſt facta in concordia: aut ſaltem à duabus partibus, ſeu agitur contra eam de contemptu: vt legitur & notatur in dicto cap. penult. vbi docto. Mada. cap. lv. ſed interueniente concordia aut duabus partibus dependet à gratia generali, maximè ſi fiat propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, nec poteſt reiici ſine iniuria poſtulantium, (*2) & Eccleſiæ in qua facta fuit poſtulatio ff. qui ſatiſda. cogun. l. ſi verò in fine l. ſi creditores in fine. ff. de priuil. cre. no. in ca. bonæ. j. de poſtula. præ. ca. cupientes. §. denique eo. tit. in vj.

diſpoſitione iuris cõmunis [a] remanentibus. *[b].

Decernitur quòd ſuper præmiſsis per Papam nihil niſi ex magna cauſa rationabili & euidenti, ac in literis exprimenda attentetur, quodque Papa in ſua aſſumptione illud obſeruare profiteatur & iuret. Probus.

(*1) Debile tamen: quia ſi electus electioni non conſentit, vel poſt conſenſum renunciat, aut ante confirmationem moritur, electores habent ad eligendum integrum tempus, non quod de nouo vacet Eccleſia, cum nondum eſſet matrimonium inter eam & electum, ſed quia per electores non ſterit quod fuerit. Rota. in no. deciſ. cclxix. & Bellemere deciſ. 751. col. iij. quod non multum vrget ad propoſitum. Sed melius quòd quando electus in curia moritur, dignitas in curia non dicitur vacare, prout nec reſeruata notat Rota in nouis deciſ. penult. & Fran. in §. quæ ſit §. j. in princ. de ele. in vj. gl. in cle. j. in verbo collatio. in prin. vt lite pend. Sic durat prima vacatio, propter quam ille fuit electus, ait Collect. in cap. Eccleſia col. ij. de ſor. & in cap. cum in cunctis. verſi. ſed quid de electione de elect. ex quibus poteſt dici debile ius per electionem acquiſitum, & ſolum eſſe in habitu, non in potentia, quæ ſolum acquiritur per confirmationem, dicit hic gl. quod firmo inf. in §. comparentibus, in verbo confirmetur iſto ti. P.

Electus moriēs ante electionis acceptationem.

(*2) Quando conueniant, aut fraternizent poſtulatio & electio, dixi in tracta. deuolutio. parte iij. q. xxxj. P.

a ¶ Communis) Si. ver. ſupra ver. proximo.

*b ¶ Remanentibus) Simile habes in concor. in tit. de regia ad præla. no. faci. §. per præmiſſa. vbi Papa Leo hanc legem concilij Baſilien. prout & iuris communis punctum electionum concernentem, derogans inquit, per eam non intendere in

Digitized by Google

aliquo capitulis & conuentibus priuilegium Apoſtolicum eligendi prælatum proprium habentibus præiudicare. P.

a ¶ Rationi) Ideo faciendum eſt cap. rationi. de re. iur. lib. vj. econtrario quod ratione caret: extirpandum eſt lxviij. diſ. chorepiſcopi de præb. ratio nulla. cle. cum rationi. co. titu. viij. diſt. per to. c. fi. de confir.

Decreuítque hæc ſancta ſynodus rationi [a] fore conſentaneum, & reipublicæ [b] commodum: vt contra hoc ſalutare decretum Romanus pontifex nihil attentet: niſi ex magna [c] rationabili & euidẽti cauſa in literis Apoſtolicis nominatim exprimẽda [d].

b ¶ Reipublicæ) Cui bonum ſummè optandum eſt inf. eo. §. Item nec credit. ſupra in proœ. §. quibus ad plenum. ver. indéque inf. de colla. cap. j. §. cui rei. ver. Romani. cum ibid. nota.

c ¶ Magna) Vide tertium caſum quo permittitur reſeruatio tribus cócurrentibus, quod fiat ex magna & rationabili cauſa. Secundo, quòd ex euidenti. Tertio, quòd in literis ap. nominatim exprimantur. cõcor. inf. e. c. j. circa prin.

d ¶ Exprimenda (*1) quia reſeruatio prohibetur per concilium: ideo non eſt fienda niſi ex magna cauſa & expreſſa: ſicut cum conceditur reſcriptum contra ius in caſu quo prohibetur ſpecialiter impetratio non valet. C. de poſtu. l. nemo. C. ſi nup. ex reſcri. pe. lib. j. de ſac. ſan. ec. l. iubemus nullam. ne li. pen. per to. in aut. vt in me. li. ſa. iuſ. §. ſi vero. co. viij. de confir. vti. cap. j. C. lit. pen. l. j. cap. fi. vt lit. pen. Quid ſi non exprimatur cauſa, an debeat præſumi iuſta? videtur quod ſic: quia præſumendum eſt pro principe, quòd iuſta cauſa fuit motus, not. in l. relegati. ff. de pœ. vbi dicit gl. quòd magna iuſta cauſa in principe eſt ſola voluntas no. doct. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. Cyn. & doct. in l. reſcripta. C. de pre. impera. offe. vbi dicit Cy. quod ſi princeps mandat aliquem occidi re vera innocentem tanquam nocentem, quod ſiue ſit verum ſiue falſum quòd commiſerit illud propter quod mandatur occidi, tamen præſumendũ eſt quòd cauſa ſubſit, & quod ſententia ſua ſemper in dubio præſumitur iuſta, arg. C. de le. l. fi. de re. iur. in cauſis c. paſtoralis §. quia vero. de offic. deleg. cle. literis de pro. & maximè Papæ pro quo Archi. xl. diſt. c. j. (*2) Si tamen verum eſt non ſubeſſe cauſam, princeps peccat. de ſen. ex ſacro c. j. de re iudi. in vj. ſed iudex qui iudicat ſecũdũ eius mandatũ, nõ peccat, cũ ipſe princeps ſit lex animata in terris, in authen. de cõſen. col. iiij. & iudex ſecũdũ legẽ iudicare habet. C. de iudi. rẽ nõ nouam in authen. iuſiu. ꝙ præſ. §. & ęquus col. ij. Recitat Hen. in c. ſi ſacerdos de offi. ordi. in c. ex parte ij. de offi. dele. vbi dicit, & bene, ſibi nõ placere illud dictũ Cy. ꝙ ſi cõſtaret ꝙ princeps pręciperet ſine cauſa aliquẽ occidi, ꝙ eſſet ſibi obediendũ, quia tale pręceptũ eſt iniuſtũ, cui nõ debet ſciẽs obedire xj. q. iij. non ſẽper c. ſi dominus c. Iulianus. x. col. hic fi. lex. ca. j. not. in c. ad aures de tẽp. ordi. c. literas de reſtit. ſpo. Panor. in c. ſi quãdo de reſcript. vnde dic ꝙ in caſu huius §. nõ præſumitur cauſa niſi exprimatur: quia vbi lex requirit expreſſionẽ cauſę, ceſſat præſũptio, niſi exprimatur c. vt debitus c. cũ cauſã de ap. c. cordi. e. tit. in vj. c. j. de ſẽt. ex. co. l. & vbi papa venit cõtra generale

Mors an ſit inferenda innocenti ad mandatum principis.

Digitized by Google

ſtatutũ vniuerſalis eccleſiæ, contra quod non debet venire ſine cauſa rationabili. no. Inno. in c. quanto. de conſue. non præſumitur cauſa. no. Panor. in. c. quæ in eccleſiarum de conſti. præſertim vbi tenderet in præiudicium alterius. ad hoc infra de ſub. ele. literis, cap. j. vt hic aliàs facilè euacuaret omnes electiones. hinc dicit Panor. in d. c. quę in eccleſiarũ, quod nõ pręſumitur cauſa in principe, vbi veniret cõtra cõtractũ ſuum ex quo obligatur ſaltem naturaliter vt infra no. aliàs de facili poſſet euacuare omnem contractum cum eo firmatum. quod eſſet contra l. Cæſar. ff. de publi. c. j. de pro. (*3) ideo dicit principem non poſſe ſuo vaſallo ſine cauſæ cognitione tollere feudum, quia in feudo eſt quidam contractus in quo vltro citróque naſcitur obligatio de for. fide. c. j. in fin. ſi de feu. fu. con. ca. domino. qua. do. pro. pri. ca. j. col. x. xxii. q. v. de forma. & de natura feudi eſt vt non auferatur ſine cauſa cognita. de feu. ſi. cul. non amit. ca. j. col. x. Panor. in c. j. de cau. po. & pro. fa. quod no. Bal. in d. l. fi. C. de le. Item limitat Panor. vt non præſumatur pro principe reſpectu non ſubditorum, ad hoc ele. paſtoralis. §. cæterum. de re iu. quod no. Inno. in c. inquiſitioni. de ſen. excom.

Cauſa ãn præſumatur in principe.

Feudũ non poteſt tollere princeps ſine cauſa.

Et vt eo firmius hoc ſalubre decretum cuſtodiatur: vult eadem ſynodus, vt inter alia[a] quæ Romanus pontifex in

(*1) Simile habes in concor. in tit. de regia ad præla. no. fa. in §. conſanguinei, quòd prouiſiones dignitatum non valeant, niſi perſonis ibi qualificatis fiant. Excipit tamen certas perſonas quæ ex cauſa rationabili & legitima in nominatione regis & literis apoſtolicis exprimenda poterunt prouideri de dignitatibus illis. P.

(*2) Iſtud latè firmo in tracta. penſio. præludio vij. dum probamus quòd talis voluntas eſt præſumenda qualis de iure eſſe debet. P.

(*3) Princeps enim debet obſeruare contractum etiam cum ſubditis initum, quia licet Deus leges ſubiecerit principibus, non tamen ſubiecit contractus, qui ſunt iuris gentium: ideo obligatur legibus contractuum ſicut priuatus. not. Bald. in c. j. de nat. feudi. & in. l. ij. C. de ſeruitu. aliàs ſi non obligaretur, commodo contrahendi priuaretur. not. Roma. conſi. cclii. nu. 22. quæritur primo, tum etiam quia licet princeps non ligetur lege legis, ligatur tamen lege conuentionis, ait Bald. in l. j. ff. de conſti. princ. qui in l. j. de pact. ff. refert Ariſtotelem admonuiſſe Alexandrum regem conuenta obſeruare. aliàs malus finis ſequeretur, tum quia princeps ſuis legibus defendit contractus: ideo illos non debet impugnare, inquit Abb. antiquus in. c. vnico de natis ex libero ventre. & in cap. conquerente. de reſti. ſpoliat. Probus.

Princeps tenetur ad obſeruantiã contractus ſicut priuatus.

a ¶ Inter alia) fuit ſtatutum in concilio Baſilien. quòd papa in ſui aſſumptione profiteretur in forma ſeq. In nomine ſanctæ & induiduæ trinitatis, patris, & filij, & ſpiritusſancti. Ego. N. electus in papam, omnipotenti Deo, cuius eccleſiam ſuam ſuo præſidio regendam ſuſcipio: & beato Petro, apoſtolorum principi corde & ore confiteor & fateor quamdiu in hac fragili vita conſtitutus fuero me firmiter tenere & credere fidem Catholicam ſecundum traditionem apoſtolorum, generalium conciliorum, & aliorum ſanctorum patrum: maximè autem ſanctorum octo vniuerſalium conciliorum: videlicet primi Niceni. 2. Conſtantinopolitani, tertij

Papæ iuramentum quando aſſumitur.

Digitized by Google

Epheſini primi, quarti Calcedon. 5. & 7. Item Conſtantinopolitani, necnon Lateranen. Lugdunen. Viennen. Conſtan. & Baſilien. generalium etiam conciliorum, & illam fidem vſque ad vnum apicem immutilatam ſeruare: & vſque ad animam & ſanguinem confirmare, defenſare, prædicare, ritumque pariter ſacramentorum eccleſiaſticorum eccleſiæ traditum omnimode proſequi & obſeruare. polliceor etiá fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæreſum & errorũ, reformatione morum, ac pace in populo Christiano. Iuro etiam proſequi celebrationem conciliorum generalium, & confirmationem electionum iuxta decreta ſacri Baſilien. concilij, hanc autem profeſſionem mea manu ſcripſi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi iudicij redditurus ſum de hoc & cunctis operibus meis rationem, pura mente ſuper altare refero, quam in primo publico conſiſtorio ſolenniter repetam. (*)

ſua aſſũptione profitebitur [a], iuret [b] hoc decretum inuiolabiliter obſeruare.

Cura eligentium ponitur, prout & pœna illorum qui doloſè aut negligenter eligunt. Probus.

(*) Hanc iuramenti formam reperies in xxiij. ſeſſione. d. concilij Baſilien. col. ij. Formã autem iura. epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum vide in ca. ego. N. de iureiur. quam iuribus & doct. auctoritatibus firmamus in trac. penſio. parte iij. q. vj. P.

a ¶ Profitebitur) Id eſt ſolenniter promittet. xx. q. j. monachum. c. porrectum. de reg. cap. j. de ſumma trinit. in. vj. Ioan. And. in. c. j. de re. do. c. li. aliàs dicitur profeſſor doctor. C. de prof. & me. li. x.

b ¶ Iure (*1) ex iuramento papa obligatur, nec ſine cauſa poteſt ſeipſum abſoluere, vel facere abſolui: cum alium abſoluere non poſſet. no. in c. quanto. de iureiur. Inno. in. c. cum inter. de renun. Panor. in ca. j. de conſti. & etiam obligatur ſaltem naturaliter ex contractu inito cum ſubdito: vt ſupra dictum eſt in hoc §. in verbo exprimenda. no. Cy. & Bald. in l. digna vox. C. de leg. Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde li. in l. princeps. ff. de le. adeo quòd ſucceſſor tenetur ad illius obſeruantiam, ſi contractus eſt initus nomine dignitatis: niſi dolus vel fraus interueniſſet. fa. l. Cæſar. ff. de pu. l. in ſumma. ff. de condi. inde. c. j. de pro. vbi doct. Bal. in. l. ex imperfecto. C. de teſta. in. l. fi. C. de tranſact. in. c. j. de na. feu. col. x. in extra. pacis conſtantiæ. do. Ant. & Panor. in ca. in eccleſiarum. de conſti. Præpo. in c. per venerabilẽ. §. quod autẽ. qui fil. ſint le. obligatio enim eſt de iure naturali, cui papa ſubiicitur. ad hoc cle. paſtoralis. de ſen. & re iud. Inno. in. d. c. quæ in eccleſiarũ. (*2)

Succeſſor ad obſeruationem contractus prædeceſſoris tenetur.

(*1) Attende ad Luc. de Penna in l. profeſſio. in princ. de muneríb. patrimo. lib. x. C. & in l. j. col. iij. de vetera. lib. xij. C.

Supplere factum prædeceſſoris.

(*2) Si autem quęras, an ſucceſſor teneatur ſupplere factum prędeceſſoris, ponit Bald. in titu. qui feud. dare poſſ. colũ. vj. ver. pone conceſſum eſt per priuilegium papæ, vbi diſtinguit, aut priuilegiũ eſt cõceſſum ad impetrationẽ eccleſię facta: tunc tenetur quaſi gratia ſit eccl. ſecus ſi ad impetrationẽ alterius. arg. l. fi. C. de contrahen. empt. quod extendit ad compromiſſum, ita aſſerit ſe conſuluiſſe in cauſa comitis Sabaudiæ. Tamen tu dic latius ſecundum quod ſit ſolum nomen appellatiuum per

prius

Digitized by Google

prius eſt expreſſum,tunc implere tenetur, ſecus ſi proprium vel aut Papa iubet, tunc implere debet,ſecus ſi ſolum permittit.

a ¶ Prædictum) ſupra in princi.cap.ibi qui tanquam, &c.

b ¶ Pertinet (*1) de iure communi: (*2) vt ad capitulum,collegium,& conuentum,ſupra in prin.c.aut conſuetudine: (*3) ſtatuto vel priuilegio, ſupra ver. non rogando,c.ſcriptum, eo.tit.de verb.ſi Abbate, aut hi qui ſunt in poſſeſſione (*4) eligendi,c.cum Eccleſia, eo.ti. verbũ enim pertinere latiſſimum eſt,ff.de verb.ſi l.verbum illud pertinere. (*5)

Et quoniam tales (vt prædictũ[a] eſt) oportet eſſe prælatos: hi ad quos pertinet[b] ius eligẽdi omnem curã adhibeãt, vt dignam corã Deo & hominibus electionẽ faciãt[c] †,exactãq;[d] proĩde apponãt[e] † ſolicitudinẽ: vt ta-

(*1) Quomodo autem probetur collationem certorũ beneficiorum ad aliquem pertinere,dixi in tra.deuo.parte j.q.xxij.in fi.& q.xxj. P.

(*2) Iſtud latè firmo iuribus in tract. diſpen.memb.9.nu.4.& 6. P.

(*3) Idem videtur præſcriptione, quia ad cõſuetudinem inducendam requiritur temporis lapſus,qui æquipollet præſcriptioni,qua ius eligendi acquiritur: vtpote xl. an.dicunt Inno.& Io.And.in c.de quarta,de præſcri.Idem Io.an. Ant. Imola, & cõmuniter alij doct. in c.cum Eccleſia ſutrina.de cauſa po.& proprieta.& Balb.in trac. præſcri.parte j.v.partis, ver.octauo quæro.dixi in tract.deuolu.parte ij.q.xx.col.fin. vbi laicus contra laicum hoc ius præſcribit. P.

(*4) De quo in concor.in tit.de regia ad præl.inf.in §.per præmiſſa.vbi glo. hoc proſequitur: ideo ſiſto ratem. P.

(*5) Quod verbũ pertinere etiã verificetur in ſolo poſſeſſorio ſeu in re pertinẽte ratione poſſeſſionis tantũ,probat conſulendo Alexan. in con. cxviij. col.j. viſis his, volu.v.allegat tex.iuncta gl.antepe.in c.querelam,de elect.& alia parte videnda,hũc punctum ad quem ius eligendi pertineat,latè firmat Lucas de penna in l.j. in prin. de vendi.rerum fiſca.lib.x.C.Sic glo.hæc dicit ſiue electio pertineat iure communi ſiue ſpeciali,ſimilis in ca.fi.de elect.ideo hic regula aut iuris communis ſuccedit theorica quod paria ſunt aliquid habere iure communi & priuilegio,notat.Bal. per illum tex. in l.cum ex oratione,ff.de excu.tut.dixi latè in tract.deuolu.parte j. q. xxij. P.

c † ¶ Faciant) Prius vocatis abſentibus ius eligendi habentibus,aliàs electio nõ procederet cum plus officiat contemptus vnius quam multorum contradictio, c. venerabilem, & ca. bonæ memoriæ, de elect.dico non procederet ſi non vocati contemptum proſequantur,ſecus ſi non proſequantur, cap.quod ſicut,vbi Panor. eod.titu. vbi etiam ponitur quòd non vocati poſſunt electionem ratificare,ca.Eccleſia veſtra, eo.tit.infra autem quod tempus debeat proſequi contemptus, dixi in tract. deuolutio.iij.præludio. P. *Cõtemptus vnius plus operatur quàm contradictio multorum.*

d ¶ Exactam) Id eſt diligentem: aliquãdo id eſt finitam,l.ij.§.exactis,ff.de orig. iur.

† e ¶ Apponant) Sic prius debent tractatum facere,qui dicitur deliberatorius, à iure approbatus,non ambitioſus,non ſimoniacus,non conditionalis, vel pactionalis,

Q

Digitized by Google

aut alias impertinens, not. Præpo. in ca. nullus pontifice lxxix. diſt. P.

a † ¶ Eligant) Intra terminum iuris, qui poteſt abbreuiari per maiorem partem eligentium, cum illa repræſentet totum capitulum, inquit Præpoſi. in c. factus eſt. Cornelius, ij. col. vij. q. j. ſubdens quod minor pars in fine termini poteſt ad electionem procedere. P.

les eligāt [a] †, qui tāto officio [b] valeant [c] ſatisfacere: ſcientes quod ſi vel doloſe, vel negligenter [d] ac timore [e] domini poſtpoſito in re tā graui [f] ſe geſſerit, ſicut auctores [g] erūt

b ¶ Officio) quod eſt de cura animarum, ſup. in prin. huius capi. (*)

(*) Quæ principaliter ad prælatos pertinet, qui licet officium curę animarum in executione habeant latiſſimum, pauci tamen illorum temporibus his deducunt ad exercitium, docet experientia rerum magiſtra: nam præcipuè attendunt ad lanam, ouéſque paſcere negligunt, & ad quid venerint incumbūt, id eſt ad bonorum temporalium non ſpiritualium adminiſtrationem: ſic admittunt potius acceſſorium, quàm amplectantur principale: ideo periculum (de quo loquitur gloſ. ij. hic) non euadunt, & militiam per eam glo. citatam non exercent: ſic beatitudinem nō acquirunt per Chriſtum bonis prælatis promiſſam, ſed iudicium eius diſtrictū (vt hic dicit text.) expectant, vt patiantur cum ſuis auctoribus, id eſt his qui eos promouerunt, & ad talem dignitatis apicem aſcendere fecerunt, dicentibus: Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem? Pſal. 29. P.

Attendant hic prælati.

c ¶ Valeant) Id eſt poſſint.

d ¶ Negligente) Hic negligentia dolo comparatur, cum in prælato aut alio collatore negligentia in non bene prouidendo ſit peccatum, ſupra in proœ. §. quibus ad plenum, ver. quinimmo, vt plurimum tamen differt à dolo in delictis etiam lata culpa: vt le. & no. in l. in lege, ff. ad leg. Corne. de ſic. in c. ſicut dignum, de homi. in contractibus, leg. & not. in cap. j. de commo. ca. bona fides, de depo. in l. quod Nerua, ff. depoſi. cum ſimilibus.

e ¶ Timore) Quem ſemper præ oculis habere debent, cap. vt clericorum, de vita & hon. cle. de pœn. & remiſſi. cum ex eo. C. de iudi. rem non nouam, cap. j. de re iudi. in vj.

f ¶ Tam graui) in electione prælatorum, vbi agitur de committenda cura animarum, quæ omnibus rebus ſunt precioſiores, xij. q. ij. præcipimus, cap. cum ſit ars, cum ibi no. de æta. & qual. & ſup. in proœ. §. quibus ad plenum, ver. quinimmo, cum ibi no. Ideo bene vigilandum eſt: cum vbi vertitur maius periculum, ſit cautius agendum, cap. vbi periculum, eod. titu. in vj. Nihil enim in hac vita officio Epiſcopi aut prælati periculoſius eſt: ſed apud Deū nihil beatius ſi eo modo militetur quo Chriſtus iubet, xl. diſt. nihil.

g ¶ Auctores) Horrenda & timenda ſententia, ad quam vigilanter attendant electores & collatores beneficiorum, quòd ſi ſcienter, doloſe vel negligēter indignum elegerint aut promouerint, tenentur de promotorum mala adminiſtratione: & participes fient pœnarum quas mali promoti patientur, ad hoc cap. miramur, lxj. diſtin.

Digitized by Google

vbi dicit Leo Papa, Graui ſemetipſum damnatione afficit, qui ad ſummæ dignitatis collegium ſublimat indignum, in extrauag. Bene. inter cunctas, ver. quare dicitur qui eligit indignum (*) de eo reddet in futuro examine rationem, vide quod not. ſup. in proxi. §. quibus ad plenum, in ver. indignorum, & in ver. neglecta, ideo neminem cito, ſed prius examinatione præceden. de vita, moribus, & ſententia promoueant, cap. cum in cunctis, ca. cum nobis, eo. ti.

in cauſa malorum paſtorũ: ita participes † a fient pœnarum, quas ipſi mali paſtores in diſtricto Dei iudicio patientur.

Quid die electionis Epiſcopi vel Abbatis electores ſint facturi, ac per ſe vel procuratores ſuos iuraturi: prout & compromiſſarij, ponitur, aliàs ſi id non fecerint, eligendi ea vice ſunt ipſo iure priuati. Probus.

Et cum humanæ [b] fragilitatis conatus nihil ſine Dei omnipotentis ſuffragio [c] queat [d] efficere: à quo omne datũ optimum: & omne do-

(*) De promouẽte aut eligente vel præſentante indignum maximè ſcienter, vide per nos in tract. deuolut. parte ij. q. xxxj. & q. ſeq. Et qui dicãtur indigni, ponimus amplè in prima parte ſcalæ beneficialis. Et eo ipſo quòd quis indignum promouet, illo inſtanti ſe obligat ad pœnas contra tales à iure inflictas, gloſ. not. in l. j. §. denique, ff. de poſtul. no. Flo. in l. ſi ſeruus, ff. ad legem Aquil. Etiam eo inſtanti pœnæ efficitur ſeruus, l. pe. & ſi. C. ad leg. Iuliam. manifeſta. Probus. *Cõtra promouentes indignos.*

†a ¶ Participes) Simile in c. ſicut, ij. q. vij. P.

b ¶ Et cum humanæ) Vſque ad §. deinde, ponuntur tres ſolennitates obſeruandæ in electionibus. Secundo vult eas obſeruari per procuratorem ad eligendum. Tertio, non obſeruantes priuat poteſtate eligẽdi, ſecunda, ibi. Idem iuramẽtum, tertia, quod ſi prædicta. Et primam ſubdiuide in tres. Primo ponitur prima ſolennitas: ſcilicet auditio miſſæ ſancti Spiritus. Secundo, ſecunda, communio ſcilicet Euchariſtiæ, demum tertia, iuramenti certi præſtatio, ſecunda ibi. & vt eo. tertia, ad locum.

c ¶ Suffragio) Id eſt auxilio, no. in rub. C. de ſuffra. Archid. in cap. vbi periculum, eo. tit. in vj. (*)

(*) Vel propriè ponitur pro patrocinio, quod pręſtant aduocati, l. vnica, C. de ſuffrag. Aliquando pro illorum ſalario, vt eſt de mente glo. rub. ibi quæ prædicta dicit, quam ſequũtur Bald. & Saly. Etiam ponitur pro dono, vt in authen. vt iud. ſine quo. ſuff. §. fugiunt. Etiã pro pecunia, eo quòd ſuffragiũ, id eſt auxiliũ præſtet: vt in authẽ. quomo. oport. epiſ. §. ſi quis autẽ extraneorũ. Equidẽ pro conſenſu in ſcriptis, dicit gloſ. fin. in l. ſi quæ ſunt cautiones, ff. famil. hercisc. & in l. de quibus, ff. de legib. P. *Suffragiũ multipliciter capitur.*

d ¶ Queat) Id eſt poſſit, eſt enim Deus fundamentũ omnium noſtrarum actionum, j. q. j. cũ Paulus, de conſe. diſ. iiij. cap. fi. vnde præpoſterus eſt ordo prius humana ſubſidia quærere: vt illis deficientibus diuini gratia fauoris poſtuletur, de conſe. diſtin. j. omnis Chriſtianus. Valer. lib. j. c. iiij. Humana conſilia caſtigantur dum ſe cœleſtibus *Dei auxilium, deinde hominũ quæratur.*

Digitized by Google

pr eferant, ideo omne quodcunque facitis verbo aut opere, id totum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo viuimus, manemus, & ſumus, ad Coloſſ. 3. xxvj. q. v. non licet, & q. vij. non obſeruetis, in fi. ex eo etiam nomine ſequitur bonum principium, melius medium, & optimus finis: vniuerſa quippe recte geruntur, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo, in authen. quomo. opor. epiſc. cir. prin. col. j. qui res penitus deſperatas donare & conſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt C. de ve. iu. enu. l. j. princip. & ſine ipſo vera ſapientia haberi nó poteſt xxvj. q. ij. qui ſine, & ſua virtus & diſciplina vnumquenque glorificat. de conſe. diſt. v. de ſpiritu, & præualet legi Dei gratia, in authent. de monach. §. ſancimus, col. j. xix. q. ij. duæ ſunt, c. licet de regu.

num † [a] perfectum deſcendit [b]: aduenięte die [c] electionis, hi ad

1 a ¶ Omne donum) Probatio hæc & ſimiles quæ fiunt ex ſacra ſcriptura, dicuntur eſſe ſole clariores, dicit Præpo. poſt tex. in c. interior xxj. diſt. ſubdens quòd per violentam præſumptionem per canones inductam (vt in c. afferte, de præſumpt.) poteſt condemnatio fieri in criminalibus. P.

Præſumptio violenta.

b ¶ Deſcendit) j. q. ij. quàm pio. & omnis ratio ſupernæ vel terrenæ ſcientiæ in eo eſt, qui eſt caput earum & auctor, xxxvij. diſ. §. hinc etiam, ideo in inſtrumentis publicis ſolet inuocatio domini noſtri Ieſu Chriſti præmitti, xxiij. diſt. in nomine domini, de teſtam. in nomine domini, C. de offi. præ. af. in nomine domini, vnde imperator in ſui initio inuocat Dei auxilium, in l. Deo nobis, C. de epiſc. & cle. quod limitat Spec. tit. de inſtrum. edi. in princip. in arduis & perpetuis inſtrumentis, in authent. vt præpo. no. impe. do. v. in minoribus vero non eſt neceſſarium: licet decens. Panor. dicit in c. j. de fi. inſtr. quòd de iure hoc non probatur, vt ſit de neceſſitate, ſic quòd aliàs non valeat inſtrumentum: ſed honeſtum eſt ſemper ponere, ſed attenta conſuetudine quæ viget hodie: vt apponatur omni inſtrumento, poſſet dici inſtrumentum publicum aliàs non valere: quia circa inſtrumenti ſolennitatem conſuetudo maxime eſt attendenda: vt not. in d. authen. ad hoc. c. cum dilectus, §. ij. de fi. inſtru. Panor. ſuper ſalu. Greg.

Inſtrumentum an debeat incipi per inuocationem diuini nominis.

c ¶ Die) Præfixio diei ad electionem celebrandam non eſt de ſubſtantia formæ electionis: (* 1) ſed de iuſtitia, quamuis enim abſentes ſint vocandi cum cõmode vocari poſſunt, cap. quia propter. c. cum inter vniuerſas, eo. tit. obſeruata conſuetudine cuiuſque Eccleſiæ. c. in Geneſi. c. coram. eo. tit. c. cum in Eccleſiis, de præ. lib. vj. electio tamen facta ſpretis abſentibus non eſt nulla ipſo iure: ſed annullanda ſi proſequatur contemptum. (* 2) c. quòd ſicut, eo. tit. per quod c. dicunt cõmuniter doct. permutationem factam per ordinarium de beneficio ſpectãte ad pręſentationẽ laici ipſo contempto & non vocato, non eſſe nullam ipſo (* 3) iure, ſed annullandã per ſententiam ſi proſequatur contemptum: de quo Frede. in trac. per. q. cxx. de Ro. de. ci. cccx. cccxxxiiij. Panor. in c. illud de iur. pat. doct. in cap. quæſitum, de re. per Pau. & Mod. in cle. j. de re. per. in c. j. eo. tit. in vj.

Electio facta ſpretis abſentibus non eſt nulla.

(* 1) Facit in ſimili de Epiſcopi conſecratione: nam licet illa fieri debeat inter miſſarum ſolennia, id eſt inter epiſtolam & euangelium, c. quod ſicut, §. ſuper eod. de elec. & hora tertiarum ait glo. c. fi. lj. diſt. & in c. ordinationes, vbi gloſ. xlv. diſt.

Digitized by Google

tamen hora non eſt de conſecrationis ſuſtantia: ideo ſi fiat ante vel poſt horam tertiarum, non vitiatur, ait gloſ. in d.c. ordinationes, not. in c. ſanc. de tempore ordi. P. *Cõſecratio Epiſcopi quo tempore debeat fieri.*

(*2) Et intra tempus quod potuit eligere & præſentare per ea quæ late diximus in trac. deuol. prælud. iij. & in iiij. prælud. tract. diſpen. nu. 105. P.

(*3) Iſtud eſt ſententia communis docto. quam firmant Card. & Immola. in cap. ij. in fi. de conceſ. præ. ratio ſecundum eos

quos pontificis [a] vel abbatis [b]

videtur, quia præſentari non eſt pacifica ſubſtãtia inſtitutionis: ſed quædam ſeruitus beneficij. Et quo ad electionem, quòd etiam ſit valida aliquibus eligentibus de cõtemptu non agentibus: no. per illũ text. Ioan. Monach. in c. cũ in Eccleſiis, de præben. in vj. hũc punctũ latius tangimus in trac. diſpen. mem. ix. nume. 21. & ſequen. P.

a ¶ Pontificis) Id eſt Epiſcopi & ſuperiorum: (*) qui pontifices dicuntur, c. ex literis, de exceſ. præl. de offi. dele. quia pontificali. in vj. c. quia periculoſum, de ſent. exc. eo. lib. in clemen. j. de pœ.

(*) Ideo Leuitici 21. c. legitur pontifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, & ſecundum Iſido. Etymo. lib. vij. ca. xij. dicitur princeps ſacerdotũ, & quaſi via ſequentium. Hinc Apoſt. ad Heb. 7. c. ait quod omnis pontifex ad offerenda munera & hoſtias conſtituitur: vnde neceſſe eſt hunc habere aliquid quod offerat. P.

b ¶ Abbatis) Vide quòd abbas non venit appellatione pontificis. Sed an hæ ſolennitates habent locum in electione abbatiſſæ & aliarum monialium? ar. quòd ſic: quia appellatione abbatis venit abbatiſſa, c. fi. de ſta. mo. vbi diſpoſitio in monachis & abbatibus extenditur ad moniales & abbatiſſas, & ibi Panorm. in authen. de monach. §. ſi autem vxorem, collat. j. Flo. in cle. j. de reſcrip. & vbi materia eſt indifferẽs, congruens tam maſculo quàm fœminæ, maſculum comprehendit fœmininum, l. j. ff. de ver. ſig. vbi Bar. l. gallus, in prin. & ibi Bal. ff. de lib. & poſt. c. ſi quis ſuadente, xvij. q. iiij. & ibi Archi. iunc. c. mulieres, de ſent. excom. vbi Hen. Præpo. in c. ſi. de con. & affi. in c. per venerabilem, §. videbatur, qui fi. ſunt leg. & in electione monialium ſeruanda eſt forma, c. quia propter, eo. tit. gl. & doc. in c. approbandum, de re iu. Archi. & doc. in c. indennitatibus, e. ti. in vj. puto contra, quia circa formam electionum monialium ſpecialiter prouiſum eſt, d. ca. indemnitatibus, nec ibi ſeruatur omnino forma, d. ca. quia propter. Panor. in d. ca. ad probandum, ideo non videtur hæc conſtitutio ad illam extendi. ar. l. doli. ff. de ver. obli. l. ſanctio legum, ff. de pœ. Nam vbicumque eſt in aliquo caſu prouiſum (*) ſexui fœminio, tunc maſculinum non concipit fœmininum, ff. de li. & poſth. l. ſi ita ſcriptum, C. de his qui ve. ætа. impe. l. ij. de inter, ma. l. ij. ad. l. Iu. maieſt. l. quiſquis, §. ad filias. Item vbi maſculinum profertur per verba qualitatis: vt dicendo, abbas vel religioſus: in materia pœnali vt eſt iſta, non includitur fœmininum, not. Pau. in cle. eos. de conſ. & affi. per d. cle. vbi expreſſis religioſis poſtea exprimuntur moniales c. quoniam, §. penul. de ſim. de cle. ex. mi. poſtulaſtis, §. penul. c. impudicas, xxvij. q. j. vbi exprimit monachos & monachas, c. odia. de reg. iur. in vj. ſecus puto in tertia ſolennitate, de qua inf. ver. ad locum, cum ibi no. in ver. prælato.

Abbatiſſa an debeat eligi ſolenniter vt abbas.

Maſculinũ ſemper fœmininũ nõ continet.

(*) Facit in ſimili theorica per nos firmata in tractat. diſpen. mem. 5. parte iij. nume. 135. quòd ſpecies de genere ſumpta reſtringit genus, vt generaliter non intelligatur.

Digitized by Google

* a ¶ Spectat) Iure communi, vel ſpeciali, vt probatum eſt ſupra proximè per glo. in verbo pertinet. Probus.

Collegium collegialiter conueniat.

b ¶ Conueniant) In vnum collegialiter, de ſubſtantialibus enim eſt vt electio fiat per congregatos in vnum.not. Innoc. & alij in c. quia propter, eod. tit. nec ſufficerent conſenſus eligentium ſingulariter præſtiti, puta ſi quilibet conſentiret in camera ſua, ſed oportet quòd collegialiter conſentiãt, ad hoc, c. in Geneſi.eo.tit. do. in c. dudum, de re.eccle.non alie.in vj. Manda. c.xix.no.infra de nu.& qua.car.c.j.in ver.

ſpectat.* [a] electio, in Eccleſia conueniant[b], magna cum

conſenſiſſe, quod eſt generale in omnibus explicandis per vniuerſitatem, glo.in l. ſicut, ff.quod cuiuſ.vni.glo.in c.cum omnes, de conſti.vbi Panor.Bar.in l. omnes populi, ff.de iuſt. & iu. vbi ponit duas regulas. Prima quòd in factis collegij conſenſus debet præſtari in communi per iura alle. Secunda quòd etiam in ſpectantibus ad ſingulares perſonas conſenſus debet pręſtari in communi quando maior pars pręualet minori parti: vt eſt caſus in l.& ſuum hæredem, ff.de pac.quia ex quo ex iuris diſpoſitione valent geſta per maiorem partem, debet minor pars vocari: poſſet enim minor pars ad ſuam ſententiam maiorem ducere: vt dicitur in ſi.l.item ſi vnus, ff. de arbi.no.in c.ij.eod.ti.in vj. Et per hoc dicit Panor.quòd patroni etiam vbi præſentant tanquam ſingulares, debent ſimul conuenire in præſentationis actu.aliàs maior pars poſſet negligere minorem partem: quæ ſi fuiſſet præſens, potuiſſet trahere maiorẽ partem ad aliam præſentationem: licet canoniſtæ communiter teneant cõtra, quòd patroni poſſunt præſentare ſingulariter vbi præſentant vt ſinguli. no. Ioan. And.in c.iij.de iu.pat.vbi Panor.Frede.conſi.lxij.xcvij.fa.quod no.conſi.j. Ioan. And. in c. pen.in no.de ap. in vj. & tunc valeret præſentatio facta à maiori parte reſpectu aliarum partiũ, per d.c.iij.Hen.verò in d.c.tua.dicit ſpeciale eſſe in electione, vt debeant ſimul & collegialiter cõſentire.(*1) Hen.in d.c.cum omnes, per.d.c. in geneſi.in aliis actibus non inuenitur, immo contrarium potius ſicut in alienatione quæ conualeſcit per ſubſequentem conſenſum, de his quæ fiunt à præla.c. cum vos, cum ibi no.dic ergo ſecundum eum, aut quæritur de negocio electionis, & in illo requiritur nedum quòd tractent inſimul in communi iuxta formam concilij generalis, quia propter: ſed etiam in eligendum conſentiant in communi, ita quòd non valerent conſenſus, niſi inſimul habiti.in d.c.in geneſi.vnde per verba ſingularis numeri, & per vnũ verba electionis proferri debent, quod eſt ſpeciale in facto electionis, c.cum ab vno, de re iudi. in vj. & intellige de electione in qua debet forma ſeruari, d. c. quia propter, aut quæritur de aliis negociis, puta alienationis rerũ Eccleſiæ, & receptionis alicuius in canonicũ.de qua de reſcripr.c.iij.de cõceſ.prę.cap.l.vj.pręſentationis, aut electionis ad canonicatũ, vel alia beneficia minora, in qua nõ eſt ſeruãda forma, c. quia propter.vt no.in c.ſicut, eo.tit.in vj.aut ſimiliũ quæ debẽt expediri per c. vt collegiũ: & non debẽt neceſſario ſimul & ſemel in eod.inſtanti cõſentire: quia hoc eſt ſpeciale in facto electionis, vt dictũ eſt, ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune, ff.ad municip.l.j.c.pręſenti.de præ.in vj.In his tamẽ negociis quę habẽt de facto in capitulo expediri & cõpleri, debẽt in capitulo cõſentire: & talia negocia expedire, & nõ extra: vt patet in facto receptionis, aut præſentationis (*2) vel electionis, in qua nõ ſeruatur formæ.d. c.

Conſenſus habitus an valeat in negociis capitularibus.

Digitized by Google

quia propter, & ſufficit quod ſinguli recipiant, vel præſentent ſeu eligant: licet non ſimul & communiter, ſed ſingulariter, ex quo ſunt in capitulo, ita intellige quod no. in d.c.ſicut, vbi moder. Compoſ. & Io. And. in c. eam te. de reſcrip. Arch. in c. ſi capitulo. glo. & Arch. in c. j. lxiij. di. Inn. de po. pæ. bonæ, ij. in glo. quia non erat. In aliis vero negociis quæ non debent de neceſſitate in capitulo expediri & compleri: vt eſt

deuotione [a] miſſam de ſpiritu ſancto audituri [b], quē humiliter exorabunt, vt eos ad dignum eligendū paſtorem inſpirare [c] dignetur, & vt eo facilius gratiam hanc obtinere mereantur, quo deuotius

negocium alienationis rerum Eccleſiæ, quando tractatus debitus præceſſit in capitulo, & deliberauerūt alienare: licet ſingulariter conſentiant, valet cōſenſus, per. d.c.cum vos, ar. l. per fundū, ff. de ſer. ruſt. præ. no. Ioan. And. in d.c. dudum, fa. c. cura. cum ibi no. de iu. pa. Idem in receptione facti (*2) in canonicum quæ non tribuit ius: ſufficit cōſenſus ſingulariter præſtitus, no. Inno. in d.c. bonę, Io. And. in d. c. eam te. Talem enim receptionē quæ eſt in facto, poſſunt etiam excommunicati facere, c. pro illorum, cum ibi no. de præb.

(*1) Hinc Frede. conſ. cij. col. ij. ait quòd non inuenit cautū quòd patronus debeat à compatronis vocari, & quòd non vocatus poſſit agere de contemptu: quia ſufficit quod fiat præſentatio ſeu electio à maiori parte, vel à pluribus eorum ad quos pertinet, d.c. iij. de iu. pa. quod proſequitur Cæſar Lamber. in tract. de iu. pa. ar. viij. q. ij. par. ij. lib. ij. qui ibi, nu. 14. vnum notabile ſubdit quòd in dubio patroni non videtur præſentare vt collegium, ſed vt ſinguli. & dic maiori parte reſpectu aliarum partium ſecundum Fred. in conſi. cxlvij. in fin. quod proſequitur idem Cæſar in d. trac. ar. xx. q. vij. parte j. lib. ij. & latius. cxliiij. parte iij. lib. ij. alleg. dictum Ioann. And. in d. c. iij. quem ſequitur ibi Cardi. in q. vij. & Panor. col. vl. P. *Patronus compatronos vocare nō tenetur.* *Patroni in dubio dicuntur præſentare vt ſinguli.*

(*2) Sic gl. præſupponit ius præſentationis cadere in collegio, & illud eſt verum, prout tenent Arch. Io. And. & Dom. in ca. vnico. de iure pa. in vj. poſt gl. j. in ca. piæ mentis. xvj. q. vij. quam refert & ſequitur Arch. in ca. ſi plures, c. q. & Car. in cle. ſi plures, §. fi. col. vl. de iure pat. dixi latius in tract. deuol. parte ij. quæſt. xx. Probus.

(*3) Hunc punctum habes per nos cum diſtinctione expeditum in tract. deuolu. parte ij. q. xx. Probus.

a ¶ Deuotione) Si. infra qua ho. ca. ſint di. c. j.

b ¶ Auditur) Licet olim in electionibus ſpiritus ſancti gratia inuocanda eſſet. c. cum terra. eo. ti. non erat tamen iure expreſſum vt miſſa deberet celebrari: niſi quia dicunt doct. quod ſic fieri conſueuit. Inno. in c. cum nobis, eo. ti. Manda. ca. xix. ſi tamen ſine miſſa fieret electio, non erat ideo nulla. Panor. in cap. tranſmiſſam. eodem tit. hodie ſecus.

c ¶ Inſpirare) Si. vet. in extra. Ioan. xxij. copioſus. in ca. quia propter, ver. niſi. eo. tit. Hic poteſt notari forma inſpirationis quę duplex eſt: vt no. Hoſt. in d.c. qui propter, vna eſt electio quæ fit per verā inſpirationē, vt illa quæ fit Deo auctore & reuelāte, nec indiget alia confirmationę: (*1) vt fuit electio ſancti Martini, Aniani, Honorati, *Electio dupliciter per inſpirationem fit.*

Digitized by Google

Nicolai, Ambroſij, & Seuerini, de quibus lxj. diſt. §. his omnibus. Alia eſt electio quæ fit per quaſi inſpirationem (*2.) quando non conſtat quòd Deo auctore ſit facta, ſed præſumitur quando omnes de collegio vno ore conſentiunt in aliquem ſine aliquo vitio, inſtigatione alicuius, aut tractatu ſpeciali præced. de qua in d. c. quia propter, & hæc duplex eſt, no. Fred. conſi. clv. & de ipſa primo tractandum eſt, rariſſimè tamen contingit peccatis noſtris exigentibus: quia hodie in electionibus quærũt omnes pro maiori parte quod ſuũ eſt. (*3) non quæ Ieſu Chriſti, ca. noſſe, lxiij. diſ. ca. per inquiſitionẽ, eo. ti. ſup. in proœ. §. quibus ad plenum, ver. quinimmo. Mãda. ca. lij. & ſi vnus diſcordat, tunc ad alias formas recurrendum eſt.

ad actũ electionis accedant, cõtriti [a] & cõfeſſi [b] ſacramẽtum [c] Euchariſtiæ ſuſcipiãt [d].

(*1) Ratio, quia maior eſt virtus benedictionis quàm naturæ, ca. re vera, de pœn. di. ij. & quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, c. niſi, §. verum, de renun. De tali enim electione amplius non eſt ſermo faciendus: quia columba quæ Spiritumſanctum afferre ſolebat, per coruũ fuit occiſa, dicunt Hoſ. & Car. in c. qualiter, de elect. Probus.

(*2) Et hæc indiget confirmatione, ait Specu. in ti. de ele. §. fi. & Card. in ca. quia propter, eo. ti. & Io. Fir. in tract. de epiſc. in viij. q. particulæ ij. patris princ. Meminit do. meus de Ripa. ij. lib. reſp. cxiij. Appellatio interpoſita, quem vide cap. præced. Probus.

(*3) Videlicet quæ ſunt carnis & ſanguinis, non quæ charitatis & zeli diuini ſeruitij, non ſequẽtes beatum Petrum, qui ſolis linteaminibus in ſepulchro domini inuentus non contentus abiit vt inueniret corpus, Lucæ 24. P.

a ¶ Contriti) Contritio eſt pars pœnitentiæ, de pœni. (*) diſt. iij. perfecta. & ſine ea haberi non poteſt vera confeſſio. de pœnit. diſt. ij. Item ſine charitate, cap. peccati, de reg. iur. in vj.

(*) Facit verbum Pſal. 50. dicentis, Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies, & Pſal. 146. Dominus ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Bene dicit pars, nam aliæ ſunt partes pœnitentiæ: quia primo dicitur in corde contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas: hæc eſt fructifera pœnitentia, c. perfecta. de pœnit. diſt. j. Contritio enim dicitur eſſe dolor voluntariè aſſumptus cum propoſito confitendi, dicit Arch. in d. c. perfecta. P.

Contritio dicitur.

b ¶ Confeſſi) Licet enim Euchariſtia ſit de ſe bona: nocet tamen indignè ſumentibus, de cõſe. diſt. ij. & ſancta, & c. quotidie xv. q. viij. c. vlti. j. q. j. ſacerdotes, de celebr. miſſ. ca. de homine.

c ¶ Euchariſtiæ) Quæ nulla maior poteſt eſſe oblatio, de conſe. diſt. ij. nihil in ſacrificiis. Ideo magna eſt dignitas ſacerdotis, qui ſolus Euchariſtiam conficit. xcv. diſt. Eccleſiæ.

d ¶ Suſcipiant) De neceſſitate, eſt enim ſubſtãtiale, ſicut auditio miſſæ, quibus omiſſis nulla eſſet electio, infra §. deinde, ver. quòd ſi aliter. Aduerte tamen quòd hæ duæ ſolennitates, ſcilicet auditio miſſæ, & receptio Euchariſtiæ, videntur reſtringi ad electiones pontificis, id eſt Epiſcopi vel Abbatis, ſupra ibi, ad quos pon. &c. ideo, non

credo

Digitized by Google

credo eas fore de ſubſtantia (* 1) electionis aliorum prælatorum. nam cum de iure antiquo non inueniatur eſſe de ſubſtantia electionis: id non immutabo niſi in caſibus expreſſis. l. præcipimus. C. de ap. l. ſancimus. C. de teſta. c. cum expediat. eo. tit. in vj. præſertim cum iſtud decretum ſit pœnale, & priuet eligentes prædicta non ſeruantes poteſtate eligendi, inf. ver. quod ſi ad hoc. l. cũ quidam. ff. de lib. & poſthu. c. odia. de reg. iur. in vj. cum ſi. nec eſt inconueniens quod vbi non agitur de tanto (* 2) præiudicio, ſicut in electione epiſcopi vel abbatis, qui ſunt principales ſponſi (* 3) eccleſiarum, non ſeruetur tanta ſolennitas, cum non deficiat ſuperior qui poterit difficultatibus occurrentibus prouidere. arg. c. licet. in fi. eo. tit. c. vbi periculum. eo. tit. in. vj.

reuerenter[a]. Ad locum[b] ve-

(* 1) Ergo non eſt neceſſaria, per id quod tradit Bar. in. l. non ſolum. §. ſed vt probaui. ff. de no. ope. nun. quòd vbi tempus non eſt de ſubſtantia actus, non eſt probatio temporis neceſſaria. P.

(* 2) Nam ratio diuerſitatis facit ceſſare extenſionem legis. arg. à contrario ſenſu. i. quando eſt ratio, idem ius eſt ſtatuendum, etiam in pœnalibus exorbitantibus, & ſimilibus: vt probamus latè in tract. penſio. parte. ij. q. j. P.

(* 3) Quo ad epiſcopum quòd eccleſiæ ſponſus, eſt paſſus vulgatus, ſed quo ad Abbatem, facit dictum Bellemere. dec. lxxxviij. Abbas qui ſolet, dicentis, quòd inter abbatem & monaſterium eſt ſpirituale matrimonium, quale eſt inter vxorem & maritum. pro hoc facit glo. proxima ſequens. i. gl. in verbo prælato. in princ. & Alex. in conc. c. xxj. nu. 9. viſo themate. volu. ij. P. *Matrimonium inter abbatem & monaſterium.*

a ¶ Reuerenter) Si. inf. quo. di. offi. ſit cele. c. j. (*)

(*) Simile etiam in cap. ſi quando. de reſ. Et reuerentia dicitur ſecundum Tullium in rhetorica, virtus aliqua prælatione ſublimitatis debitæ honorificationis cultum exhibens, vel ſecundum Arch. in c. ij. de offic. deleg. in. vj. eſt honor qui cum pauore exhibetur. prima tamen eſt verior, nam & princeps reuerẽtiam exhibet iuriſperitis ob ſcientiæ meritum. l. quicquid. C. de aduoca. diuer. iudic. Etiam exhibetur alicui ratione dignitatis, vel ſuperioris poteſtatis. ca. ad ſupplicationem. in fine. de renuncia. & ca. viſis. xvj. quæſt. ij. ideo dicit text. in cap. ſi forraſſis. xvj. quæſt. v. quòd inutili prælato quandiu ſuſtinetur reuerentia eſt exhibenda: merito legimus quòd ſubditi prælatos revereri debent, eis affectum dilectionis impendendo, ipſis obediendo, eis communicando, &c. vt iuribus collegij. & omnia hæc firmat Lucas de penna in. l. vnica. colum. ij. de Carthop. lib. xi. C. & dicit Bald. in. l. liberti. col. ij. in verſi. pone ego promitto. C. de oper. liber. quòd reuerentia non requirit mandatum, nec remitti poteſt. P. *Reuerentia dicitur.*

b ¶ Locum) Scilicet eccleſiam. c. quod ſicut. eod. tit. vbi habetur quòd electio epiſcopi ſecundum ius debet fieri in eccleſia cathedrali ſi fieri poteſt. not. in cap. in nomine domini. xxiij. diſtin. vbi dicit glo. electionem alibi factam ceſſante legitima cauſa non valere: hoc tamen iure non probatur. dicit Panor. in ca. quod ſicut. inuenitur aliquando electio facta in choro. cap. cum nobis. eod. tit. aliquando in capitulo. c. cum terra. eod. tit. & c. in Geneſi. ſed poſſet ſaluari dicta glo. quòd non eſt vis vbi fiat intra ambitum eccleſiæ. ar. cap. qua fronte. de ap. ſi autem ceſſan. le- *Electio vbi debet fieri.*

Digitized by Google

gitima cauſa fieret extra ambitum eccleſiæ: non videtur valere propter auctoritatem dictæ glo. quia contra ius facta. l. non dubium. C. de leg. Hoſt. dicit in d. c. cum terra quòd non eſt vis quo loco fiat electio, dum tamen honeſto. arg. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. l. penulti. ff. de iuſ. & iu. conſuetudo tamen eccleſiæ in his ſeruanda eſt. xj. diſtin. in his. Manda. cap. xix. dicit enim cardina. Floren. in clemen. ne Romani. eod. tit. quòd locus non eſt de ſubſtantia electionis. ideo electio papæ extra conclaue valeret. fa. quod no. Inno. in ca. ij. de no. ope. nunciatio. (*)

ro † [a] electionis ingreſſi pro quocunque prælato [b] qui

(*) Poteſt tamen dici quòd locus tutus ſit de electionis ſubſtantia, tum quia in loco non tuto non eſt libera voluntas, ſine qua non eſt electio. cap. vbi periculum. cæterum de electio. in vj. P.

Dictionis vero virtus

† a ¶ Vero) dictio eſt quæ de ſui natura præcedentibus aduerſatur, & in facto, & in iure. l. ſed & ſi lege. in prin. ff. de peti. hæredita. & in. l. qui vſum fructum. ff. eod. ti. & in. l. hoc amplius. §. ex his. & ibi Bar. ff. de dam. infe. gl. & ibi Bar. & alij in quaſi. in prin. de lega. primo. doct. in c. concertationi. de appel. lib. vj. P.

Iuramentū eſt de ſubſtantia electionis.

b ¶ Prælato) Not. quòd præſtatio iuramenti eſt de ſubſtantia electionis cuiuſcunque prçlati: & hic generalius loquitur quàm in principio huius §. vbi loquitur duntaxat de pontificis vel abbatis electione: & cape hic prælatum ſtrictè pro prælato maiore eccleſiarum cathedralium, conuentualium, regularium & collegiatarum: præſertim qui habet generalem iuriſdictionem in ipſis collegiatis eccleſiis, per cuius mortem dicitur eccleſia quaſi viduata. nam talis ſponſus dicitur. xxj. q. ij. ſicut. & paſtor. ſupra circa princip. huius §. & in princi. cap. cum ſi. quia hoc decretum vult addere tres huiuſmodi ſolennitates ad alias ſolennitates ſubſtantiales quæ habentur in cap. quia propter. eodem titulo. quod capitulum, vt ibi not. doct. Manda. ca. xxj. habet ſolum locum in electionibus prælatorum dictarum eccleſiarum, per quorum mortem eccleſia remanet viduata & ſine paſtore. propter ver. eccleſiæ viduatæ ibidem poſitum. & cap. ne pro defectu. eod. titulo. & non in electionibus canonicarum dignitatum inferiorum ſeu aliorum beneficiorum electiuorum: quia per eorum mortem non remanent eccleſiæ viduatæ, cum non ſint ſponſi earum, & in ipſis ſufficiunt ſingulares conſenſus illorum de capitulo, dum tamen præſtentur in capitulo. no. in. c. ſi cui. eo. tit. lib. vj. do. in. d. c. quia propter not. ſupra. nec eſt de neceſſitate ſeruanda aliqua formarum, ſed effectus ſimpliciter à maiori & ſaniori parte habebit ius: vt ibidem not. ad prædicta bene fa. forma iuramenti quæ ſeq. ibi ſub cuius vocabulo dedicata eſt eccleſia. vbi patet quòd intelligit duntaxat de prælato qui eſt caput eccleſiæ, & per cuius mortem eccleſia careret paſtore. propter ver. paſtoris. inf. poſitum. & ſupra ſæpius repetitum. fa. deci. Ro. cxxiiij. vbi dicunt Innocen. papam. vij. declaraſſe ſemel quòd beneficium erat electiuum (*) in cuius electione ſeruabatur forma. d. c. quia propter. vel per cuius vacationem eccleſia viduata dicitur. ſed illud beneficium ad cuius electionem ſimplicem ſeu nominationem quis aſſumitur ſine ſolennitate, ſeu confirmatione ſuperioris, non debet propriè dici electiuum, ſed collatiuum. aliquando largius

Electionis forma ca. quia propter, an in omnibus electionibus ſit ſeruanda.

Digitized by Google

dicitur beneficium electiuum. vide glo. in cle. j. de præ. in ver. de dignitate. not. ſup. §. j.

(*) Hunc punctum latè firmaui in tracta. diſpen. memb. ix. num. 15. Probus.

per electionem [a] aſſumi-

a ¶ Electionem) Aut poſtulationem (*1) ſolennem, in qua ſeruandæ ſunt hæ ſolennitates vt credo, ſicut in electione, paritate (*2) rationis: & quia licet concilium, quia propter. eodem titu. ſolum faciat mentionem de electione: tamen forma illius concilij ſeruanda eſt in poſtulatione ſolenni: (*3) vt ſatis colligitur ex c. vt circa. cap. ſtatuimus. vbi Archi. eod. titu. in. vj. Archi. in. c. j. de poſtu. præ. eo. li. Inno. in. c. in cauſis. eo. tit. Compoſte. in ca. j. de poſtu. præla. Hoſtien. in cap. ſcriptum. Panor. in. d. ca. quia propter eo. tit. Manda. c. lv. nam poſtulatus ſatis dicitur electus habito reſpectu ad ius futurum: & cui conceſſa eſt poteſtas eligendi. poteſt poſtulare. ar. ff. iudi. ſo. l. iam tamen. §. pe. de renun. poſt tranſlationem, patet in d. cap. in cauſis, cum ibi not. fa. glo. in d. c. j. de poſtu. præ. in. vj. quæ dicit quòd pœna. c. cum in cunctis eo. tit. quod loquitur in eligentibus, habet locum in poſtulantibus ſcienter indignum. pro quo. c. gratum. de poſtu. præ. & d. c. ſcriptum. (*4 (Arg. contra. quia poſtulatio & electio ſunt diuerſa: vt patet ex diuerſitate titulorum (*5) in decre. & vj. in d. c. j. de poſtu. præ. in vj. ergo hoc ius loquens in electione non extenditur ad poſtulationem: præſertim cum ſit pœnale. ar. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. ca. odia. cum ibi no. per Io. And. in nouel. de re. iu. in vj. nec ex identitate rationis fienda eſt extenſio in pœnalibus in caſu non expreſſo. c. ſtatutum. iuncto. c. licet canon. eo. titu. in vj. dic contra procedere, regulariter fallit quando agitur de extenſione fienda extremi ad extremum: aut vnius ad alterum, vbi tendunt ad eundem finem ſeu effectum: vt hic. tunc in materia pœnali & reſtringibili (*6) ex paritate rationis fit extenſio, ita quòd diſpoſitum in vno habeat locum in reliquo. ad hoc text. iuncta glo. in cap. ſi poſtquam. eo. titu. quod not. Ioan. And. in cle. j. e. tit. in ver. eligitur. & ibi Paulus. & latius Imo. quod no. Ioan. Andr. in cap. fi. eod. titu. in vj. illud. cap. habere locum in poſtulatione. Panorm. in d. cap. j. de poſtu. prælat. fa. ſup. §. j. ver. non derogando: vbi idem iudicatur de electionibus & poſtulationibus.

Electionis ſolennitates an ſint in poſtulatione ſeruandæ.

(*1) Idem, qui habet poteſtatem conferendi, etiam habere dicitur poteſtatem præſentandi: vt probo in trac. deuolutio. parte j. quæſtion. ij. Probus.

(*2) Paritas rationis eſt fundamentum extenſionis. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nup. gloſ. & doct. in clemen. auditor. in verbo beneficio. de reſcrip. latè Alexand. in conci. ccvij. colum. fina. volu. vj. & in. l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimo. Hinc dicimus quòd ex vniformi ratione fieri debet extenſio. l. non poſſunt. ff. de legib. ca. Cum dilecta. de confirma. vtili vel inutili. Probus.

Fundamentum extenſionis dicitur.

(*3) De poſtulatione ſolenni & non ſolenni, & quæ inter eas ſit differentia, diximus in tract. deuolutio. parte ij. q. xxij. P.

Digitized by Google

(* 4) Alias conuentiones poſui in tract. penſio. memb. ix. ante finem. & latius in trac. deuolutio. parte. iij. q. xxxj.

(* 5) Etiam ex diuerſitate terminorum, quæ facit diuerſitatem rerum. l. ſi idem. C. de codicil. vbi Bart. Bal. & communiter alij doc. dixi latè in tra. penſi. parte j. q. j. nu. xxxvi. & in tra. deuolu. parte. ij. q. xxxj. P.

(* 6) Regula enim eſt de qua per Bal. in l. poſthumi. ff. de iniuſto rup. & irri. teſtamen. & Domi. in conſi. xl. col. ij. Titius. & conſi. xxxvij. col. iij. Dubitatur. quòd illa quæ prorſus in ratione conueniunt, in iuris effectu conuenire dicuntur. nam ex quo conueniunt in ratione, videntur in cauſa conuenire & ratione.

tur, iurabunt in manibus eius qui capitulo [a] præſidebit, & ipſe præſidés in manibus [b] eum immediate ſequentis [c]

ſic in effectu. l. de quibus. vbi Angel. ff. de legib. Cum ratio ſit omnium diſpoſitionum mater, & diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium coniunctio, ait Bald. in. l. ommes. ff. de iuſtic. & iure, per. l. non poſſunt. ff. de legib. Iſta habes firmata per ea quæ latius per nos ſunt dicta in tract. penſio. parte. ij. q. prima. P.

a ¶ Capitulo) Hoc ver. propriè adaptatur ad eccleſiam ſecularem. c. ſignificatum. de præb. quandoque tamen capitur pro conuentu: vt hic: & ediuerſo conuentus pro capitulo. c. innotuit. eodem tit. inter ipſa tamen eſt differentia. Ioan. And. in c. quia ſæpe. eodem tit. in vj. & de multiplici ſignificato capituli. Io. And. in cap. capitulum. de reſcriptis.

Capitulum cui eccleſiæ conueniat.

b ¶ Manibus) Nouus modus iurandi: ideo non puto fore neceſſariam tacturam euangeliorum: licet communiter. vbi de neceſſitate iuris requiritur iuramentum, requiratur tactura euangeliorum vel alterius ſcripturæ. cap. ad abolendam. §. ſtatuimus. de hæret. vbi Henri. de ſenten. excommuni. venerabilibus. lib. vj. cap. vbi periculum. eod. tit. in. vj. Innocen. in cap. & ſi Chriſtus. vbi Bald. & Panormi. de iureiurand. gloſ. in clemen. j. in ver. tracta. de hære. Domi. in ca. vt circa. eodem titul. in. vj. Bald. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. gloſ. in authen. iuſiuran. quod præſ. in princip. colla. ij. Panormi. in cap. laudabilem. de fri. & male. hic autem manus tenent vicem ſcripturæ.

Iurans an ſemper debeat tangere euangelia.

c ¶ Sequentis) no. quòd præſidens in capitulo ſicut eſt prior in honore & ſeſſione: ita eſt prior in receptione iuramenti ab alijs. ad hoc inf. quo. di. offic. ſit ce. ca. j. quo tem. quis deb. eſ. in cho. ca. j. in princip. & in eius defectum ſuccedit antiquior. (* 1) poſt eum in ſeſſione. facit quod not. Innocen. in cap. j. & ibi Panor. de maio. & obe. quòd ille qui maioris dignitatis eſt in eccleſia, vel ſi non eſt ibi dignitas quę maioris eſt ordinis, vel ſi ſunt æqualis ordinis, ille qui primus (* 2) ordinatus eſt, præferendus eſt in nominatione vel ſolenni electione perſonæ nominatę in ſcrutinio: in ſeſſione: in ſubſcriptione & reſponſione, in perceptione præbendæ: in collationibus beneficiorum habebit etiam vocare & congregare capitulũ. ar. ff. de fide inſtrumen. l. vlti. de al. ſcriben. l. j. C. de offic. ma. offic. l. nemo. d. cap. j. de maio. & obed. cum ſi. in his tamen obſeruanda eſt conſuetudo (* 3) cuiuſlibet eccleſiæ. Innocen. in cap. ij. de noui oper. nunciatio. Panormi. in cap. cum nobis. c. auditis eo.

Ordo capitulantium.

Digitized by Google

titu. & dic vt ibi per eum. Probus.

(*1) Intellige niſi ſint alij qui ratione dignitatum quas in ea eccleſia obtinent, poſt principalem de conſuetudine ſedere habeant, vt videmus in eccleſia Pariſienſi: quia abſente decano ſedet cantor: & his abſentibus, archidiaconi tres ordine ſucceſſiuo: quorum primus eſt archidiaconus Pariſi. deinde archidiaco. de Iauſaio, poſtea archidiac. de Bria, & vltimò ſuccantor: quibus abſentibus canonicus primo receptus. P.

ſub hac forma[a] †.

Forma iuramenti, quod in die electionis eligens præſtare debet, etiam ſi per procuratorem certam eligere voluerit perſonam, ponitur. P.

¶ Ego[b] N.

(*2) Iſtud facit pro aduocatis qui in defectum iudicis pro tribunali ſedere poſſint: & inter eos primus in officio receptus aduocationis, pro quo eſt text. in l. vbi abſunt. ff. de tuto. & cura. & Bar. in l. j. ff. de iuriſ. om. iud. & Car. con. cl. Probus.

(*3) Iſtud poteris firmare per dictum Bald. in tit. qui feu. da. poſ. colla: vij. vbi ait, quòd penes regem debent ſedere ordine conſueto, & iſte honor appellatur priuilegium. no. gloſ. de archiepiſcopis Rauen. & Mediolani, in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccle. P.

† a ¶ Forma) Quæ nihil aliud eſt niſi ordinata ſeries rem ad ſubſtantiam adiiciens. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. ff. de verbo. obliga. Et attende quòd formam in tex. poſitam prout, & quamlibet aliam etiam à iure diuino introductam poteſt papa mutare præter illam corporis & ſanguinis Chriſti ac baptiſmi, ait Præpo in cap. porro. lxvj. diſtinct. Probus. *Formam mutat papa.*

b ¶ Ego. N.) ſi. in cap. ego. de iureiu. & eſt hic forma iuramenti præſtandi ab electoribus ante electionem: quod non erat olim de ſubſtantia electionis, quamuis poterat ſuperior adiurare electores quòd eligerent ſecundum Deum, & conſcientiam magis idoneum & vtilem eccleſiæ. cap. conſtitutis. de ap. quæ adiuratio habet locum iuramenti: vt ibi not. Fuerat etiam in concilio Baſilienſi ſtatutum quòd omnes cardinales præſentes in loco in quo ſummi pontifi. electio celebranda eſt, decima die poſtquam ſedes vacauerit, in capellam vel locum aliquem prope conclaue conueniant: inde præcedente cruce bini cum deuotione cantando, Veni creator ſpiritus, incedentes locum (*) conclauis ingrediantur, in quo non niſi duos familiares neceſſarios quilibet introducat. cæremoniarum autem gratia duo clerici, quorum ſaltem vnus ſit notarius, etiam admitti poſſunt: & ſequenti die cardinales omnes coram his qui in conclaui fuerint audita miſſa de ſpiritu ſancto ſacram ſumant euchariſtiam, & antequam ſcrutinium inchoent, antepoſitis ſanctis euangeliis iurent ſub hac forma. Ego. N. cardinalis iuro & promitto omnipotenti Deo patri & filio & ſpiritui ſancto, ac beato Petro apoſtolorum principi, eum eligere in pontificem, quem credam eccleſiæ vniuerſali in ſpiritualibus & temporalibus vtilem: & tantæ dignitati idoneum, nec illi vocem dare quem veriſimiliter ſciuero promiſſione aut datione alicuius temporalis, ſeu prece per ſe vel alium interpoſita, aut aliàs *Cardinales electuri papam quid facere debent.*

Digitized by Google

qualitercunque directè vel indirectè pro ſe electionem procurare, electoque in pontificem non prius obedientiam facere quàm iuret iuxta formam decreti ſacri Baſilien. concilij: ita me Deus adiuuet, &c. Poſt hæc quilibet ipſorum ſchedulam dabit, in qua vltra tres non nominet, &c. vt habetur in decreto eiuſdem concilij, quod incipit quoniam ſalus. Recogitent eo tempore cardinales, & attenta mente conſiderent quantum ſibi ipſis meritum vel demeritum, quantumque fructum populo Christiano, vel præiudicium, bonum vel malum eligendo pontificem facturi ſunt. in nulla profecto re magis domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam vel iram aſſequi poſſunt, quàm cum de vicario eius ſuis præficiendo ouibus agitur: quas ita dilexit, vt pro ipſis & mori & ſanguinem ſuum effundere dignatus fuit. ſuprà eo. in prin. §. quanta.

iuro * a & promitto b omnipotenti Deo † c & N. ſancto vel ſanctæ ſub cuius vocabu-

(*) Quem priuſquam ingrediantur quid fieri debeat, & eo durante conclaui, id eſt quando in eo ſunt cardinales pro electione futuri Romani pontificis, ponitur in primo li. cæremo. eccleſiæ Romanæ, quibus iunge quæ leguntur in xlj. ſeſſione concilij. Baſil. P.

* a ¶ Iuro) De eo iuramento vide quæ tradit do. meus de Ripa. ij. lib. reſpon. cap. xij. præſuppoſitio. P.

Iuramentum ſimplex, & loquela quo ad Deum differunt.

b ¶ Promitto) Id eſt cum iuramento promitto. quamuis enim Deus non faciat differentiam inter iuramentum & ſimplicem loquelam. xxij. q. v. iuramenti. quando ſimplex loquela tendit ad perfidiam ſeu mendacium, & ad fallendum. Vnde eſt quod de æquitate canonica etiam ex nudo pacto agitur ſecundum communem ſententiam. c. j. de pact. vbi docto. plus peccat deierans, quàm ſimplicem fidem frangens. xxij. q. iiij. qui ſacramento & q. v. qui periurat. C. de tranſac. ſi quis maior. c. querelam. de iureiur. cum ſimi. vbi autem ſimplex loquela non tenderet ad perfidiam vel deceptionem, aliquando poſſet eſſe differentia inter loquelam & iuramentum. Inde dicit Panor. in ſalut. Greg. quod etiam de iure canonico alteri per alterum non poteſt acquiri, ſicut nec de iure ciuil. inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alij. & §. alteri. ff. de ver. ob. ſtipulatio iſta. §. alteri exceptis caſibus no. in d. §. ſi quis alij. per Panor. loco præal. niſi iuramentum interuenerit. ita intelligit glo. in. c. quotiens. j. q. vij. quia iuramentum ſubeſt de per ſe, nec regulatur à facto ipſum recipientis: vnde & ſi recipiens turpiter recipiat, ex quo tamen iurans non turpiter præſtat iuramentum obligat. c. debitores. iunc. c. j. de iureiu. multo ergo fortius in caſu iſto vbi nulla verſatur turpitudo ex parte accipientis: nec ex parte præſtantis, ſed quando interuenit ſimplex promiſſio, tunc nihil putat actum: quia ſtipulatio non habet ſubſiſtere de per ſe, ſed cauſatur ex facto partium. Cum ergo recipientis promiſſionem pro aliquo non interſit, nec abſenti aliquid acquiratur. l. qui abſenti. ff. de acq. poſſ. non poteſt ibi eſſe aliqua obligatio, nec naturalis nec ciuilis. de quo dic vt ibi per eum.

† c ¶ Deo) Attendant igitur electores ne Deo mentiantur, id eſt aliud à iuramento faciant, quia licet Deo mentiri poſſint, fallere tamen illum non poſſunt. c. panem.

Digitized by Google

de conſecrat. diſt. ij. Probus.

a ¶ Eccleſia) In qua fienda eſt electio.

†b ¶ Eum) Non eos, quia vnicus debet eſſe epiſcopus vel abbas in vna eccleſia, niſi aliud per papam diſponatur. not. in. c. non autem vij. q. j. vbi Præpoſitus. P.

c ¶ Credam) Secundum Deum, & iuſtam conſcientiam. non enim ſufficit ſequi puram conſcientiam. (*) niſi illa ſit informata ſecundum Deum. cap. non ſolum. de regul. lib. vj.

lo dedicata eſt hæc eccleſia [a], eum † [b] eligere, quem credam [c] futurum eccleſiæ † [d] in ſpiritualibus † [e] & temporalibus † [f]. [g] vtilio-

(*) Non enim in arbitrio cuiuſlibet conſiſtit ſcire quod æquum ſit, quódque iniquum. l. j. C. de legi. nec vlli æquum videri debet, quod à legis tramite aberrat: quia omnis æquitas debet eſſe legibus informata, ait Panorm. in cap. ex parte. in iij. not. de offic. delega. Et dicit Bald. in. l. hac lege. C. de ſenten. quòd conſcientia ſine ſcientia eſt inſipida, & ſcientia ſine conſcientia eſt diabolica, meminit domi. meus in rubrica de conſtitut. col. fi. vbi alia citat, ſubdens in fine, quòd legum ſeueritas eſt perquam neceſſaria, cum in præcipiti ſtet omne vitium. Fatuus eſt igitur qui ſe aſſerit ſapientiorem legibus: quod nota contra modernos hæreticos, qui omnia ſua decidunt fantaſia. Latius propoſitum iſtud fuit expeditum ſupra tit. de auctoritate genera. concil. in. §. quem terminum. in ver. prorogetur. dixi etiam in tract. penſio. parte j. quæſt. ij. P. *Conſcientia ſine ſcientia.*

† d ¶ Eccleſiæ) Ad cuius vtilitatem fideliter debent diuina miniſteria diſpenſari. 1. Corinth. 14. c. Ideo ſatis eſt eligere meliorem quo ad eccleſiæ regimen, qui poſſit eccleſiam inſtruere, defendere, & gubernare pacifice, ait Præpo. in c. viliſſimus. j. q. j. quod videtur contra glo. ſequen. in verb. vtiliorem. P.

† e ¶ In ſpiritualibus) In quibus ſequendum eſt quod à ſpiritu ſancto eſt reuelatum. neque ergo retrahas argu. à contrario ſenſu, vt in temporalibus contrarium ſit dicendum, quia illud continet abſurditatem, quo caſu argu. illud non procedit. ita etiam in temporalibus, quod per reuelationem à Deo habetur, omnibus legibus eſt præponendum. c. quæ contra. viij. diſt. ait Præpoſ. in. c. fruſtra. ea. diſt. Probus.

† f ¶ Temporalibus) Quæ non ſunt ſpernenda, cum diu ſine illis ſpiritualia non poſſint ſuſtineri. Ad illa ergo eſt attendendum per eos prælatos. Præpo. in c. quoniam. col. j. diſt. x. Probus.

g ¶ Vtiliorem) (*1) Non ſatis eſt ergo ſi eligatur idoneus & vtilis eccleſiæ ſi reperiatur idoneior (*2.) & vtilior. c. licet. viij. quæſt. j. vbi de hoc. c. conſtitutis. de appellat. & ex virtute iuramenti electores peccarent ſi eligerent aliquem etiam idoneum prætermiſſo ſcienter idoneiore. quod ſentit Frede. etiam omiſſo iuramento. concil. xc. vbi dicit, quod eligentes non ſaluant conſcientiam ſuam vbi potuerunt eligere meliorem, quia debent conſulere eccleſiæ meliori modo quo poſſunt. c. vbi periculum. §. cæterum. eo. tit. in vj. Archid. in d. c. licet. quamuis glo. ibi ſentiat contra, tamen electio facta de idoneo & vtili, omiſſo vtiliori, *Eligentes an ſemper debeant meliorem eligere.*

Digitized by Google

bene valeret. ar. cap. cum nobis. c cum dilectus. eo. tit. cap. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renunc. c. venerabili. de præ. no. in d. c. conſtitutis. fa. cap. cum terra, cum ibi no. eo. tit. glo. & Bar. in l. cum quidam. ff. de leg. ij. vbi dicunt quòd habenti eligere vt bonus vir, ſatis eſt quòd eligat idoneum: licet poſſet eligere idoneiorem. quod limitat Panor. in d. c. conſtitutis. niſi à principio fuiſſet appellatum ne fieret electio niſi de idoneiore, tunc ſi reperiretur idoneior in collegio, non valeret electio, cum iuſta fuerit cauſa appellandi: vel ſaltem retractabitur per ſuperiorem in cauſa appellationis. quod ſentit glo. in d. c. licet, ad hoc cap. conſiderauimus. d. c. cum nobis eo. tit. cap. j. de appel. quod not. Innocen. & Hoſtien. in c. cum inter canonicos. eo. tit. in d. c. conſtitutis, prædicta ſunt vera quando reperiretur idoneior in eodem collegio: aliàs non tenentur eligere idoneiorem de alio collegio: quia honeſtius eſt vt eligatur idoneus de eodem collegio, quàm fiat tranſitus extra collegium ad idoneiorem. fa. c. nullus inuitis. lxj. diſt. quod not. in d. c. cum inter canonicos ſuprà in proœ. §. quibus ad ple. ver. nam eccleſiarum. cum ibi not. Sed an in caſu iſto ſi electores contra iuramentum eligunt idoneum omiſſo idoneiore de eodem collegio, teneat electio? ar. quòd non. c. dilecto. cum ibi not. per Inno. de præ. vbi dicit, quò non tenet electio facta per capitulum ſupra numerum canonicorum iuramento firmatum. & quòd in ſpiritualibus factum contra iuramentum non tenet per d. c. dilecto. §. procurator. vbi dicit Hoſt. quòd illa duo ibi expreſſa, ſcilicet ſtatutum iuramento firmatum ex vna parte, & confirmatio ſe. apo. (* 3) ex altera, æquiparantur ſub diſiunctione. ar. cap. conſtitutis de reſcrip. ad hoc. c. j. xxij. q. j. no. Specu. tit. de leg. §. nunc tractemus ver. Item Inno. Archid. in cap. duobus. de reſcrip. in. vj. in ca. ſi à ſede. de præ. eo. lib. no. de Rodeci. ciiij. vbi dicunt, quòd procurator conſtitutus ad reſignandum vel permutandum cum iuramento de non reuocando, non poteſt (* 4) reuocari: quia in ſpiritualibus in quibus non cadit intereſſe, non poteſt agi ad aliud, (* 5) vt no. Inno. in cap. querelam de elect. ideo quicquid fit contra iuramentum præſtitum non valet. arg. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. l. ea quidem. C. ſi manci. ita fu. ali. ca. cum inter. de renun. In contra. quòd electio facta contra iuramentum valeat: licet eligentes ſint periuri, (* 6) fa. no. per. Ioan. And. & communiter per alios docto. in. d. c. dilecto. vbi dicunt, quod in ſpiritualibus tenent facta contra iuramentum, licet incurratur periurium. cap. ſicut de ſpon. vbi valet matrimonium contractum contra iuramentum. fa. quod not. Spec. tit. de leg. §. nunc tractemus. ver. ſed ſi legatus. Ioan. And. in regula quod ſemel. de reg. iur. in vj. in mercu. vbi dicit teſtamentum factum contra iuramentum tenere. quod no. in cap. fi. de procu. in vj. nec ob. d. c. dilecto. quia ibi fuit allegatio patris: etiam bene dicitur quòd non debet fieri receptio contra iuramentum: ſed non dicitur quòd ſi fiat in contrarium, quòd non teneat, & quod dictum eſt electionem factam contra iuramentum valere, licet eligentes ſint periuri, limita, niſi ille qui eſt electus procurauit eligi contra iuramentum: quia tunc non valeret electio propter fraudem per ipſum procuratam, aut ſaltem caſſabitur per ſuperiorem: quia cum cauſam dederit periurio, eſt periurus. ij. quęſt. j. notum. de offic. deleg. ca. j. & ſic vt periurus repellendus, de iureiuran. querelam. not. Ioan. And. in addi. Specu. loco præalleg. fa. l. & qui data. ff. ex

Procurator cum iuramento de non reuocando conſtitutus an reuocari poſſit.

Matrimonium & teſtamentum valent contra iuramentum.

ff. ex quib. cauſ. maio. l. j. §. quæſitũ. ff. de ſepara. l. ait pr tor. ff. de his quæ in frau. not. Henric. & Imol. in d. cap. dilecto. & in hoc caſu intelligerem ver. quòd ſi aliter. infra. §. deinde. referẽdo eum ad omnia præmiſſa quãdo electio facta eſſet aliter, & de alia perſona, quę non eſſet vtilior eccleſiæ ipſa procurante: aliàs ſi ſimpliciter intelligatur, multum obſtaret, & per eum videretur quòd electio facta de alia perſona, id eſt non vtiliori, eſſet nulla: niſi referres de verbo vbi loquitur de alia perſona ad. §. deinde. proxi. item ob. eligẽtes eligẽdo ſunt periuri. & ſic infames. vj. quæſt. j. infames. & ſic ab actibus legitimis repellendi. de teſti. licet. igitur electio non valet. dicit de Imo. in d. cap. dilecto. quòd ante electionem perfectam non ſunt periuri: (* 7) ſed demum poſt electionem. ideo non debet vitiari electio. Facit quod habetur in cap. prę terea. de appellatio. quod not. Ioan. And. in cap. contingit. j. de ſenten. excommunica. in clemen. j. de priuileg. Pau. in cle. eos. de conſang. & affinit. quòd communicans in ipſo actu per quem quis incurrit excommunicationem, non inuoluitur in excommunicatione: quia adhuc alius non eſt excommunicatus, ſed oportet quòd actus prius perficiatur: (* 8) & poſtea communicans illi in crimine damnato inuoluitur eadem excommunicatione, ſic intelligitur cap. ſi concubinæ. de ſenten. excommunica. not. Panor. in ca. j. de loca. Item electio facta à periuris bene valet: quia licet periurus ſit priuandus beneficio. d. cap. querelam. tamen antequam priuetur, ex quo toleratur in officio: valent geſta per eum. viij. quæſt. iiij. nonne. fa. not. in cap. nihil. eod. tit. per Inno. in cap. cum noſtris. de conceſ. præben.

(* 1) Hæc enim affirmatiua, iuro eligere idoneiorem aut vtiliorem, habet implicitam negatiuam, id eſt, iuro non eligere indignum & inhabilem, quæ affirmatiua hoc loco non differt à negatiua niſi in ſono vocis & verborum figura. not. in cap. ſuper hoc. de renun. & in l. non codicillis. C. de codicil. quæ figura hodie non curatur. l. j. C. de formul. P.

(* 2) Punctus iſte eſt per nos latè diſcuſſus in tracta. deuolutio. parte ij. quæſt. vj. vbi concludimus quòd vtilior & idoneior eſt eligendus: tum quia id videtur iure communi, & hic datum pro forma, & iſta eſt opinio communis, & in foro animæ ſanior, vt ibi probamus. P. *Idoneior eſt eligendus.*

(* 3) Vide quæ de vtroque diximus in tracta. diſpen. membr. xij. parte ij.

(* 4) Hunc punctum habes latiſſimè firmatum per nos in trac. penſio. parte j. q. x. vbi etiam ponimus de epiſcopo, qui iurauit non reuocare vicarium per eum conſtitutum, & electore qui iurauit non eligere, ac ſimilibus, etiam de patrono qui iurauit non reuocare poteſtatem præſentandi. P.

(* 5) Articulum hunc pluribus docto. auctoritatibus firmo in tracta. penſio. q. x. nume. 35. parte prima. & quæſt. xxx. eadem parte. P.

(* 6) Verum periuri electione facta non ante, vt hic dicit glo. quia ad incurſionem periurij attenditur conſummatio delicti. cap. perpetuo. de elec. in vj. cum alijs per nos in propoſito adductis in tracta. penſio. parte j. quæſt. x. nume. 16. & latius in tracta. deuolutio. parte ij. quæſtione decimaquarta. Ideo electio per tales facta non caſſatur, eò quòd tales eſſent periuri, ſic incapaces ad electionem actiuam, prout & magis ad paſſiuam, non poſſunt eligi: vt latè habes per nos firmatum in ſcala beneficiali, parte prima, in art. periurus. P.

Digitized by Google

(* 7) Iſtud eſt expeditum ſupra in vj. addi. huius gloſ. & placet Panor. Car. Petro. & Anto. in dicto cap. delicto. P.

(* Facit glo. pe. in c. pro illorum. de præb. P.

rem † [a], nec illi vocem dare, quem verſimiliter ſciuero promiſſione [b], aut datione [c] alicuius rei [d] temporalis, ſeu prece [e], per ſe aut per alium interpoſitis, aut alias qualitercunque, directe, vel indire-

† a ¶ Vtiliorem) Non ſolum verbo, ſed etiam opere, iuxta illud non ſatis eſſe in lege Domini meditari, niſi & opere compleatur: & quem non effici virtuoſum eo quòd multa ſciat & loquatur de virtutibus moralibus, niſi opere eas exerceat. Sed quid ſi talis iurans videt ſe vtiliorem, an ſeipſum eligere poſſit? dic quòd non, etiam ſi fuerit in eum compromiſſum. c. per veſtras. de iure pa. Præpo. in c. ſcripturis col. fi. viij. q. j. gl. in. c. qui epiſcopatum. ea. q. j. vbi Præpo. col. fi. P.

b ¶ Promiſſione) Sola promiſſio dandi temporale pro ſpirituali, inducit ſimoniam. c. nobis. ca. veniens. de ſimo. cap. ij. de confeſ.

c ¶ Datione) Pro electione, vel alio iure ſpirituali quærendo non eſt licitum dare pecuniam: etiam ad remouendum vexationem facti. (*) ca. Matthæus. vbi Inno. de ſimo. no. in. c. ad aures. eod. tit. ſecus pro iure quæſito ad redimendum vexationem facti, prout le. & no. in ca. dilectus. de ſimo. & in caſu cap. niſi eſſent de præb.

(* Punctus vexationis redemptionis expeditur vna diſtinctione, quo etiam ad ea quæ concernunt beneficia eccleſiaſtica, ac alia ſpiritualia, quam reperies per nos longo ſtylo tactam in tracta. penſio. parte vij. q. iij. vbi quærimus an penſio redimi poſſit pecunia, vel alio temporali. P.

d ¶ Temporalis) Et etiam ſpiritualis. (*) ſi enim quis dat, promittit beneficium. vel ei renunciat ſub pacto, conditione, vel modo conſequendi prælaturam ex electione, vel aliud beneficium ex præſentatione, vel prouiſione alterius, vel etiam illius in cuius manibus renunciat non ex cauſa permutationis, videtur renunciatio ſimoniaca. ar. no. in. c. ex parte. j. de offi. deleg. c. cum inter ſeniorem. eo. ti. de præ. dilecto. Inno. in cap. quæſitum. in cap. cum vniuerſorum. de re. permuta. j. q. j. ordinationes. no. Hen. in cap. ad audientiam. de reſcrip. pro hoc de pac. c. fin. j. q. ij. quàm pio. c. per inquiſitionem. eo tit. infra de anna. c. j. & textus iſte ibi: aut aliàs qualitercunque.

Dare vel promittere pro haben. beneficio.

(*) Quòd non ſit licitum promittere beneficium vt promittens eligatur, & ſi de facto promittatur, & electio iuxta votum promittentis ſequatur, ſimoniacus vterque dicatur, tenet & probat tribus motiuis Roma. in conſi. cccxvij. circa propoſitum, quod placet Decio in conſi. cxviij. in princip. vbi idem dicit de eo qui promiſit vt patronorũ voces conſequatur. quod proſequitur gloſ. concorda. in tit. de elect. abrogatio. in verbo illicitis. & in verbo ſimoniacis. vbi in verbo illicitis, ſubdit quòd is qui fecit aliquod pactum cum eligentibus, non poteſt eligi, gl. & doct. in. c. per inquiſitionem. & in c. venerabilem. de elect. P.

e ¶ Prece) Preces importunæ (*) præſertim pro indigno videntur inducere ſimo-

Digitized by Google

niam. ij. q. j. ſunt nonnulli. &c. c. ordinationes. cap. per inquiſitionem. eo. tit. no. in. c. tuam. de æta. & quali.

Preces an inducant ſymoniam.

(*) Hunc punctum habes firmatum per nos in ſcala beneficiali parte j. ar. qui dignitatem aut beneficium. P.

a ¶ Indirecte) Si. inf. §. facta. ver. & vt. de anna. c. j.

cte, [a] pro ſe electionem procurare. [b]

Procurator ad incertam perſonam eligendam conſtitutus iurat: prout & compromiſſarius. P.

Idémq; iuramētū † [c] præſtet, cōfiteatur & cōmunicet, qui

b ¶ Procurare (*1) Nam cum ſe ingerit, ſuſpectus eſt. ff. de procu. l. quæ omnia (*2) ideo repellendus. c. cum iamdudum de pre. c. cum poſt petitam. c. officij. eo. tit. Nemo enim debet ſibi aſſumere honorem, ſed vocandus eſt à Deo tanquam Aaron. c. qualiter. eo. tit. & deſiderantibus epiſcopatus eſt auferendus. viij. q. j. in ſcripturis. vnde dicit l. quòd inuitus trahendus eſt ad prælaturam. l. ſi quenquam. C. de epiſ. & cler. j. q. vj. ſicut. ad hoc. c. per inquiſitionem. cum ibi no. eo. tit.

(*1) Procurans videtur ſeipſum eligere, quod eſt iuris impoſſibilitas, id eſt quòd quis ſit actiuus & paſſiuus: vt latè probamus in tract. diſpen. memb. 10. parte j. ideo quis directè vel indirectè ſeipſum non poteſt eligere, tum primo quia vt dicit glo. hic, qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt, & ſuſpectus non promouetur. tum ſecundo, quia non ambitione, ſed labore ad honores decens eſt peruenire. l. contra rem publicam. de re mili. lib. xij. C. text. etiam in ca. miramur. lxj. diſt. tum tertio: quia ſeipſum eligere eſt iudicium de ſeipſo facere, in propria cauſa ius ſibi dicere, quod eſt à iure reprobatum: ſic res mali exempli quæ vitanda eſt. l. diuus. in fine. ff. de cuſt. & exhibi. reo. ideo potius eſt repellendus, vt Iudæus, quàm admittendus vt Phariſæus. dicunt Inno. Hoſt. Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. in c. cum in iure. de elect. tum quarto, quia inquit Pet. de Anch. in cle. j. nume. 16. de teſta. quòd collatio beneficij, prout & diſtributio eſt in propria perſona ſuſpecta: ideo prohibita. l. ſi legatum. & l. vxori. ff. de falc. tum quinto quia qui legationem affectauit cauſa reipublicæ, non iuuatur beneficio reſtitutionis. l. & qui data. ff. ex quib. cau. maior. no. Barba. con. lvij. nu. 7. vol. j. vbi multa ſimilia adducit: prout do. meus de Ripa, in. c. j. nu. 14. de iudi. & Barb. in con. lvj. col. j. viſo puncto. vol. iiij. dixi in propoſito glo. in tracta. de uolu. parte. j. q. xxix. ideo tutori qui tutelam affectauit, non datur excuſatio: vt not. inſtit. de tutor. & l. j. & ij. C. de his qui ſpon. muner. ſube. ad idem impedimentum procuratum non excuſat. clem. ij. §. illis. vbi glo. & Car. de pœnis. Ratio horum & ſimilium videtur: quia affectantes videntur facere in fraudem, & fraus nemini debet patrocinari aut prodeſſe. cap. ij. de renunc. cum ſimilibus. glo. infra proximè in verbo caſibus. hoc notat. P.

Affectans iuris beneficio non iuuatur.

(*2) Et. l. ex ſententia. vbi gl. ff. de teſta. tutel. glo. in. c. quamuis. in verbo ſuſpectum. de procur. doct. in cap. quia propt. de elec. Rota deciſ. cclxxij. in nouis. P.

† c ¶ Iuramentum) De quo per do. meum de Ripa. xij. reſpon. lib. ij. P.

Digitized by Google

Procurator ad præſentandum conſtituitur

constituit † [a] procuratorem ad eligendum certam [b] perſonam. Nec nõ & † [c] procurator generaliter [d] ad eligen-

† a ¶ Procuratorem) De eo procuratore cõſtituto ad eligendum habes per Præp. in c. quanto. lxiij. di. Et ſicut procurator ad eligendum conſtitui poteſt, ita & ad præſentandum: tex. eſt à contrario ſenſu in. c. fi. de conceſ. præb. vbi doc. hoc not. & Car. in cle. j. q. xj. de iure pa. & Fely. in c. cum venerabilibus, in prin. de excep. Dico procuratorem non generalem, ſed ſpecialem. text. eſt ſingula. in Fely. ibi. col. j. in. c. dilecto. de teſtib. ratio eſt ſecundum eundem, quia præſentatio eſt quædam donatio, ſed ad donandum requiritur ſpeciale mandatum c. fi. de officio vicar. lib. vj. l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. P.

b ¶ Certam) Et tunc in illam: & in alia poterit procurator ſuo nomine conſentire. ſecus ſi ſimpliciter eſſet conſtitutus ad eligendum. c ſi quis iuſto. §. porrò. eo. titu. in. vj. (†)

(†) Idem dic de procuratore ad præſentandum, quia ſi ego patronus conſtituo procuratorem compatronum ad præſentandum ſimpliciter, ille tenebitur præſentare illum nomine meo, quem præſentabit nomine ſuo. not. in ſimili Lapus allega. xxij. An ſufficiat. & Fely. in c. olim. col. ij. de re iudic. Et dic ſimpliciter. i. generaliter, quia non eſt neceſſe ſpecificare ad tale beneficium. not. doc. in. c. fi. de conceſ. præbend. Idem ad acceptandum, doct. in. c. accedens. de præbend. Et an patronus præſentans per procuratorem dicatur propriè vel impropriè præſentare, habes in ſimili per Bal. in titu. ſi de feudo fuerit contro. inter do. & agna. vaſ. §. ſi qui deceſſerit. Probus.

† c ¶ Procurator) Non laicus, ſed clericus. Ioan. Andr. in regula ei cui. Domi. in. c. j. de procu. in vj. Anthon. in. c. decreuimus. de iudi. Domi. meus de Ripa in repeti. d. c. decernimus. numer. 110. vbi nu. ſeq. dicit quòd ſi laicus habet mandatum ad eligendum certam perſonam ſimpliciter, vel ad conferendum certum beneficium nominatæ perſonæ pure & ſimplicer, tunc mandatum valeret. Et dic laicus, niſi ſit conuerſus, quia laici conuerſi tanquam procuratores poſſunt eligere, cum ſint iuris ſpiritualis capaces, & præſcribere ius præſentandi & conferendi. gloſ. in. c. ex eo. §. in eccleſiis. vbi Domi. de election. in. vj. Probus.

d ¶ Generaliter) Licet ad eligendum ſufficiat mandatum de eligendo non expreſſa certa perſona, c. ſi quis iuſto. eo. tit. in vj. aliud in matrimonio carnali, ad quod contrahendum requiritur ſpeciale mandatum de contrahendo cum certa perſona. le. & not. in capitulo finali de procurat. in vj. l. generali. ff. de ritu nuptiarum. (*)

(*) Ratio differentiæ, quia in matrimonio carnali contrahendo agitur de grauiori præiudicio quàm in illo quod inter electores & electum contrahitur: vt latè probo in tract. penſio. parte prima, quæſtione v. nume. 30. & ſequentibus multis, quod videre placebit. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Conſtitutus) Repete, præſtet idem iuramentum, confiteatur & communicet. (†)

(†) Et hæc conſtitutio debet legitimè conſtare per litteras, vel teſtes, non per vnicum etiam cum iuramento probationis ſuppletiuo. not. Ang. in l. non ſolum. §. qui alieno. ff. de procurator. P.

dum conſtitutus [a] in caſibus [b] in quibus ſecundum iuris [c] communis diſpoſitionem in huiuſmodi electionis negotio procurator cõſtitui poteſt. Quod etiam iuramẽtum prç̨ſtetur ab his quos cõ-

b ¶ Caſibus) Quatuor requiruntur ad conſtituendum procuratorem ad eligendum. Primo, quòd conſtituens ſit abſens ab eo loco in quo debeat euocari. Secundo, quòd iuſto impedimento detentus venire (†1) non poſſit. Tertio, quod ſi opus ſit faciat fidem iuramento. Quarto, quòd conſtituat procuratorem vnum de (†2) capitulo. c. quia propter. eo. tit. iunct. c. ſi quis iuſto. eo. tit. in vj. Non enim poſſet conſtituere vnum extraneum quod non eſt ſpeciale in electione, ſed (†3) generaliter in explicandis per vniuerſitatem ipſa inuita. not. Ioan. Andr. in c. quod alicui. de reg. iur. in vj. in mercu. in c. conſtitutis. de appel. vbi Panor. quia non debet vniuerſitas compelli communicare ſua ſecreta extraneo. C. de commer. & mer. l. mercatores. poſſent tamen admittere ſi vellent: quia hoc eſt inductum in fauorem eorum, & poſſunt admittere extraneum ad electionem. c. ſcriptum. eo. tit. & ſi nullus ſit de capitulo qui velit ſuſcipere procurationem, non erit propterea cogendus: nec tenebitur capitulum abſentem vlterius citare, nec expectare. le. & no. in d. capi. ſi quis iuſto. niſi vbi nullus vellet abſentis recipere vices procurante capitulo, vel maiori parte capituli: tunc poſſet abſens agere de contemptu, & petere vt electio caſſetur. c. bonæ e. quod ſicut. eod. tit. no. Compo. in dicto cap. quia propter. aliàs fraudulenti de ſua fraude commodum reportarent. ad hoc cap. paſtoralis. §. fina. de offic. deleg. de con. præ. poſtulaſti. Manda. cxiiij.

Vniuerſitatis ſecreta non ſunt extraneo communicanda.

(†1) Non ſic dicas in patrono, quia ille etiam non impeditus ad præſentandum procuratorem conſtituit. Lap. allega. 78. quæ incipit, Vacauerat eccleſia ſancti Laurentij. Probus.

(†2) Qui vnico iuramento poterit huic decreto ſatisfacere, per id quod in ſimili dicit Bald. in tit. de pace Conſtan. §. vaſſalli. in prin. quòd quis vno ſacramento iurabit vt vaſſallus & vt ciuis, ar. l. accipientis. ff. de auctoritate tutor. ſubdens, quòd qui iurat ſimpliciter, videtur iurare in omnem cauſam, ex qua iurare tenetur. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſor. P.

(†3) Ideo dicit Præpo. in ca. epiſcopus. xviij. diſt. quòd ſi epiſcopus eſt impeditus adeo quòd non poteſt venire ad concilium prouinciale, non poterit conſtituere procuratorem extraneum à collegio. c. quia propter. §. illud. de elect. & ca. ſi quis iuſto. eod. titu. lib. vj. Probus.

c ¶ Iuris) in cap. quia propter. (†) eod. titu. in cap. ſi quis iuſto. eo. titu. in vj.

(†) Vbi ponuntur certæ formæ, quarum vna eſt, quòd procedatur via ſcrutinij.

Digitized by Google

quæ difficilis eſt, in qua etiam multi viri perfecti deficiunt ignorantes practicam. facit illud Pſal. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. & ea via ſolum vtatur in electionibus epiſcoporum. & aliorum qui habent iuriſdictionem generalem, ait Fely. conſil. xxxviij. Probus.

a ¶ Prælati) propter hoc ver. dicitur has tres ſolennitates non habere locum niſi in prælatis qui ſunt paſtores, per quorum mortem eccleſia dicitur viduata. not. ſupra. Item no. iunc. princi. huius §. quòd abbas dicitur paſtor. cap. officij. eod. titu. not. doct. in cap. quia propt. eod. titu.

tinget ſuper electione futuri prælati [a] fieri cõpromiſſum [b], qui [c] etiam [d] confiteri, & cõ-

b ¶ Compromiſſum) Via compromiſſi permiſſa eſt ſicut olim. cap. quia propter. eodem titul. cum ſi. & poteſt fieri compromiſſum de eligendo prælatum in extraneum de collegio. cap. cauſam. eodem titul. vbi poteſtas eligendi fuit collata in epiſcopum. not. doctores in dicto capitu. quia propter. Manda. cap. xlj. quanto fortius in Romanum pontifi. poteſt compromitti. ideo dico quòd eligentes poſſunt remittere totum negotium electionis ad ſedem Apoſtolicam, licet quidam voluerunt contradicere. Quid enim eſt huiuſmodi remiſſio niſi via compromiſſi? ad hoc capitu. bonæ. j. de poſt. præ. in fine. vbi per viam nominationis poteſt prouideri eccleſiæ, quod fit (vt ibi dicit Hoſtien.) quando duo vel tres qui ſunt excellentiores de collegio, vel alibi, nominantur, & petitur per collegium vt papa (*) prouideat eccleſiæ de aliquo illorum. fac. cap. obitum. cap. Cathanenſis. lxj. diſtinct. cap. plebs. cap. nobis. lxiij. diſtinct. cap. ſcriptum. eodem titul. vbi canonici poſſunt admittere extraneum ad electionem, ſi remiſerint, non currit eis tempus: ſed dependet negotium à ſe. apoſt. vt le. in poſtulatione. ca. bonæ. ij. de poſtul. præ.

(*) In ſimilibus terminis habes reſponſum Domini mei de Ripa, libro ij. reſpon. cap. xix. vbi ponitur quòd quidam monachi compromiſerunt in papam, vt eorum eccleſiæ prouideret de paſtore. Probus.

c ¶ Qui) Compromiſſarij. (*)

(*) A quibus ſi facta eſt deuolutio, ad quem vel quos facta dicatur, an ad compromittentes vel ſuperiorem immediatum, reperies ſolutum per nos in tract. deuolutio. parte iiij. q. v. Probus.

Virtus dictionis etiam.

d ¶ Etiam) Implicat. (*) l. etiam. ff. de ſolu. ſupra ver. proxi. tit. j. ca. ij. ver. cui quilibet. ver. præmiſſis. infra de col. circa prin. cum ſi. quaſi velit dicere quòd non ſolum electores proceſſuri ad electionem debent iurare, confiteri & communicare: ſed etiam compromiſſarij electi ad eligendum, ſi fuerint ſcilicet extranei, aut alias non fecerint illa tria. ſi enim compromitterent in aliquos de collegio qui iſta feciſſent, non erit neceſſe quòd iterum iurent, confiteantur & communicent.

(*) Et extendit quod prius non erat dictum. facit l. etiam. ff. de verbo. ſignifi. not. Alexand. in conſil. cxvj. nume. 15. animaduerſis. volumi. ij. & Areti. in conſil. lxvij. col. ij. Diligenter, Dec. in conſil. cccccxlij. nume. 7. retenta. & in l. nepotibus. C. vnde legiti. & in ca. j. nume. 7. de præb. vbi inquit quòd de natura dictionis etiam eſt implicare caſum magis dubitabilem. not. in l. ſi putator. ff. ad

Digitized by Google

leg. Aquil. text. & ibi Franc. col. ij. in cap. cum de beneficio. de præbend. in vj. Domi. in ca. vnico. col. fi. poſt text. ibi ne ſede vacan. eod lib. quem vide conſil. cxxxij. caſus talis eſt, vbi ait, quòd hæc dictio etiam eſt talis naturæ quòd importat intendere implicite & augmentare diſpoſitionem ad qualitatem cui adiungitur: vt diſpoſitio verificetur in totum in qualitate prius expreſſa. quod iuribus & doctorum auctoritatibus firmat: prout & conſil. cxxv. Dubia. & ſic includit diuerſam ſpeciem ab expreſſis. cap. tanta de ſimo. & cle. grauis. de ſententia excommunicationis. probat tex. Iob. cap. 1. ibi, affuit inter eos etiam Satan. vide text. & ibi docto. in l. ij. C. de teſtib. & Domi. in conſil. lxvj. col. iij. diſcutiam. & Baldum in conſilio ccix. illa verba. parte iij. vbi ſubdit quòd etiam ponitur pro maxime, & quòd eſt augmentatiua, non reſtrictiua. not. Card. in cap. ſuper eo. colum. penul. ver. tertio quæro. de elec. & Bonifacius in clem. per litteras, nu. 2. de præbend. Probus.

municare teneantur. [a]

Priuatio eligendi ipſo iure, ea vice fit, ſi formam concilij in iuramenti præſtatione datam non ſeruauerint electores. Probus.

Quòd ſi prædicta [b] non fecerint † [c] pro illa vice * [d]

a ¶ Teneantur) Neceſſitatem importat. cle. exiui. §. item ordo. de verb. ſigni. inf. de colla. cap. j. §. ſeq. cum ibi not. (*)

(*) Regulariter tamen neceſſitatem non includit, niſi poſt petitionem quæ tendat ad facti executionem. gl. in clemen. quia contingit. in verbo amicis, de religioſ. domib. text. in cap. j. de ſepul. in. vj. & in capitu. ego N. ibi vocatus ad ſynodum veniam de iureiur. alia penè infinita videre licet ſimilia per nos in tracta. penſio. parte j. q. xxx. In caſu tamen textus videtur, quod alia petitio non requiratur propter materiam ſubiectam quę eſt ex parte vtraque fauorabilis, qui fauor facit iuris communis regulas ceſſare, & hanc teneas: quia pro eccleſia & anima laborat electorum, tum etiam quia hic imponitur pœna contrafacientibus: nam ea vice eligendi ſunt priuati poteſtate ipſo iure: quod petitioni æquiparatur ſi rectè attendatur. Probus.

b ¶ Prædicta) confeſſionem, communionem, iuramentum cum auditione miſſæ ſpiritusſancti. ſupra in princi. §.

† c ¶ Non fecerint) vltra hanc pœnam mortaliter peccant, cum faciant contra iuris prohibitionem, ait Præpo. in. c. in nomine Domini, col. 6. xxiij. di. Probus.

*d ¶ Illa vice) quod fit, quia in ea ſola eſt legi contrauentum: ideo non in alia vice debet de eo puniri, vt dixi in ſimili in trac. deuolu. parte j. q. xx. vrget quod in ſimili notat. Præpo. in. c. ij. diſt. 35. quod epiſcopus promouens indignum ſuſpenditur ſolum à collatione illius ordinis ad quem ſic promouit, non ab aliorum ordinum collatione. & hæc eſt communis doctorum ſententia. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Ipſo iure) Non eſt ergo opus ſententia priuationis. (*1) de reſcrip. j. c. ſtatutum. lib. vj. c. auaritiæ. c. quàm ſit. eo. ti. & lib. cum ſimilibus de hoc ver. vide Cynum in authen. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Bart. in. l. j. ff. de his qui nor. inf. Et not. quod hic eſt maior pœna quàm in cap. quia propter eod. titu. vbi peccantes in forma illius cap. licet electio nulla ſit, non ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligendi, ſed veniunt priuandi per ſententiam. vt no. ibidem in. c. Cumana. eo. tit. in. c. quanquam. eo. titu. in. vj. cum ibi imponatur pœna per verbum priuentur, quod eſt futuri temporis, quo caſu requiritur ſententia. no. c. in pœnis de reg. iur. in. vj. in. c. ſi diligenti. de for. compe. ita quòd ſi eligant ante ſententiam priuationis ſine fraude & idoneum, valet (*2) electio. ar. c. ſi tibi abſenti. de præ. libr. vj. ff. de ſolu. reo. criminis. l. poſt contractum. ff. de donat. not. docto. in. d. cap. quia propter. Hen. in cap. cum terra. in. c. cum Vintonien. eod. tit.

eligendi ſunt ipſo iure [a] poteſtate priuati. [b]

Qualis debeat eſſe in prælatum eligendus, ponitur. Probus.

[c] Deinde [d] † eligãt præfatum

(*1) Sic fit deuolutio conferendi, vt firmo in tract. deuolutio. vj. præludio. Probus.

(*2) Quod fit, quia ius eligendi eſt fructus canonicatus, aut dignitatis: vt probo latè in tracta. penſio. parte j. q. xxix. & canonicus, aut alius beneficij titularius, etiam ob delictum priuandus vſque ad priuationis ſententiam fructus ſuos facit, vt etiam probo in tractatu deuolutio. vj. præludio. vbi etiam firmo de eo qui cedit aut reſignat. Probus.

b ¶ Priuati) Si in. c. cum in cunctis. eod. tit. vbi eligentes ſcienter indignum, priuati ſunt poteſtate eligendi, ſi ex eorum votis ſequatur communis electio. c. perpetuæ. eo. tit. in vj. Sed ad quem in caſu iſto deuoluetur (*) poteſtas eligendi pro illa vice? aut omnes peccauerunt in omiſſione dictarum trium ſolennitatum, tunc deuoluitur poteſtas ad proximum ſuperiorem niſi ſit eccleſia cathedralis: quia hoc caſu deuoluitur ad papam. ca. quanquam. eo. tit. in. vj. aut aliqui tantum omiſerunt dictas ſolennitates, tunc poteſtas deuoluitur ad eos qui non peccauerunt. argu. cap. congregatio. c. cum Vintonien. eo. titu. per not. in dicto ca. quanquam. per Innoc. & doct. in. c. quia propter. eod. tit. Henri. in. d. ca. cum Vintonien.

(*) Dubium hoc habes per nos motum & ſolutum in tractatu deuolutio. parte ij. q. iij. vbi vide. Probus.

¶ Deinde vſque ad §. ad tollendum, primo dicit quatuor eſſe requirenda in eligendo, ſcilicet ætatem legitimam, mores, ſcientiam, & ſacrum ordinem. ſecundo punit eligentes indignum. tertio ſimoniacè electos. ſecunda ibi: quod ſi: tertia, ſimoniacæ.

c ¶ Deinde) Id eſt prædictis tribus ſolennitatibus obſeruatis.

† d ¶ Deinde) prius tamen facta inquiſitione, de ſequentibus qualitatibus, cum eas tempore electionis ignorare non debeant electores, ait Dom. meus de Ripa. xij. reſpon. lib. 2. Probus.

† a ¶ Prælatum)

Digitized by Google

† a ¶ Prælatum) Id eſt Epiſcopum, cuius officium eſt magis oneris quàm honoris, quia miniſterium eſt proprium & ſubſtantiale Epiſcopatui, honor vero accidens, his tamen temporibus Epiſcopi primum ponunt vltimum, & vltimum primum. P.

b ¶ Virum) Ex hoc ver. patet dictas ſolennitates non habere locum in electione Abbatiſſæ, in qua ſpecialiter eſt prouiſum, c. indennitatibus, eod. titu. in vj. ad hoc ſupra proxi. ibi, ad quos Pont. vel Abbatis, cum ibi no. nam licet hominis appellatio contineat maſculum & fœminam, l. hominis, ff. de verb. ſig. infr. tit. j. ca. j. in prin. no. in cle. j. eo. tit. appellatione viri non venit mulier, l. viro, ff. ſolu. ma. l. cum vir. C. de adulte. xxxij. q. ij. non omnis, & q. v. chriſtiana, c. j. de cla. deſpon. vbi doc. Vir notat ætatem, vir ſexum, vir probitatem, per Bar. in l. j. C. de digni. lib. xij. *Diuiſio textus.* *Mulier non venit appellatione viri.*

prælatum † [a], virum [b] † [b] ætatis [c] legitimæ [d], mori-

† b ¶ Virum) .i. virtutibus præditum, non animalem .i. illiteratum, & aliàs inhabilem, & criminibus irretitũ, quia talis irretitus ad dignitates & beneficia Eccleſiaſtica aſſumi non debet, vt per quam abunde eſt per nos probatum in diſcurſu ſcalæ beneficialis. P.

c ¶ Ætatis) prima qualitas requirenda in eligendo. (*)

(*) Lex autem noſtram abrogans, id eſt concor. ſolum vult quo ad ætatem contetnit legitimam, quòd in Epiſcopum promouendus ſit ad minus in xxvij. ſuæ ætatis anno conſtitutus, & in hoc à iure communi & lege præſenti diſcordat. Quæ ſit ratio legis abrogantis, quòd eam ætatem ſic reduxerit, neſcio, niſi quia Papæ Leoni x. legis illius conditori ſic placuit, vel quia in ea ætate viri dicuntur ſatis prudentes, & æque in rebus agendis ſagaces: vt olim in xxx. ætatis anno, ſed Deus ſcit, quia forte ſtolidiores ſunt & minus ad Epiſcopatus habiles, docet experiẽtia: nam multi etiam penè centum annorum pueri reperiuntur actus facere iuueniles, & in his mori, quia facti ſunt magiſtri priuſquam diſcipuli, & Abbates, quàm monachi, ſic dies ſuos in bonis ducunt, & forte ſi crediderimus ſacris ſcripturis, & bene in puncto ad inferna deſcendũt, dicentes illud Prophetæ. Pſal. 29. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Verba ſunt quæ dicere nos in tali ſtatu cõſtituti non multum conuenit, prout nec quempiam decet. Equidem ſanguinem mortuorum pauperibus deſtinatum, id eſt bona dignitatum pleno hauſtu aut Alemanico biberunt: poteſt & in æternum (more epulonis Abrahæ ſitire ſe dicentis Luc. 16. cap.) ſitiunt, quale ſit feſtum, vides in vigilia epulari & in feſto ieiunare præcipi. P.

d ¶ Legitimæ) ſcilicet xxx. annorum in Epiſcopis & ſuperioribus, ca. cum in cunctis, eo. tit. & in Cardinalibus, inf. de nu. & qua. car. ca. j. & xxv. annorum inceptorum in Abbatiis & aliis dignitatibus inferioribus, d. cap. cum in cunctis §. inferiora, idem in priore conuentuali, cle. ne in agro. §. cæterum, de ſta. mo. ſed in Abbatiſſis & Prioriſſis requiruntur xxx. anni completi (*1) c. indemnitatibus, eod. tit. in vj. Poſtulandus autem ad cathedralem debet attingere xxviij. annum, & minor xxvij. annis eſt impoſtulabilis, & poſtulantes eum grauiter puniuntur, in extra. Io. 22. diſpendiis, & de ætate requirenda in aliis beneficiatis no. Guillel. in cle. generalẽ, de æta. & qualit. Henri. & moderni in cap. ſuper inordinata, de præbend. gloſ. & docto. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in vj. (*) *Annorum xxx. ſit in Epiſcopum eligendus. Poſtulandi ætas.*

T

Maritus & vxor ſimul morientes. (* 1) Ratio perſuaſiua poteſt adiici, quia in viro maior eſt vis quàm in fœmina, l. ſi fuerit, in fi. ff. de reb. dub. vbi Bar. & in l. qui duos §. ſi maritus, e. tit. vbi habetur quod ſi maritus & vxor pactum fecerint quòd ſuperſtes dotem lucretur, ſi ſimul moriuntur, ſtipulatio de dote hæredibus mariti competit, niſi probatur vxorem ſuperſtitem viro ſuo fuiſſe, quia maritus præſumitur ſuperuixiſſe propter maiorem vim, & fortitudinem ſexus maſculini. P.

(* 2) Dixi ampliſſime in tracta. diſpen. memb. 4. parte j. nu. 60. P. bus.[a] graue, literarũ ſciẽtia[b],

a ¶ Moribus) ſecunda de grauitate morum habetur xlj. diſtin. per totum, de vita & hon. clericorum, per totum. (*)

(*) De moribus nihil in ſpecie dicitur in lege abrogante, ſed ſolum in genere, ibi, & aliàs idoneum, quod verbum eſt generaliſſimum hic per hanc legem etiam poſt ſpecies citatum ad maiorem expreſſionem ſignificandam. Etiam nec de ordinibus fit verbum: ideo multi Epiſcopi his temporibus non ordinantur ad ſacros: ſed prima contentantur tonſura, vt viſum eſt, inter alios de quodam Pictauen. Epiſcopo, qui vltra xx. annos Epiſcopatus fructus conſumpſit, poſtea illius regimini, vt cum aliqua matrimonium contraheret, in fauorem alicuius ceſſit: & in finalibus nec Epiſcopatum nec vxorem habuit, occaſione cuius ab humanis receſſit, incraſſatus dico, impingatus & dilatatus de bonis crucifixi: ecce qualis vita fuerit Epiſcopi. Videat igitur ſedes Apoſtolica an indulta prorogationes temporis de non conſecrandis Epiſcopis continentia ſint canonica: & quæ præbeant abſurda, nouit quilibet mortalis, & multo magis is qui nihil ignorat. P.

b ¶ Scientia (* 1) Tertia: de qua xxxvj. & xxxvij. diſt. per to. illiterati enim non debent promoueri: præſertim ad beneficia electiua, & curam animarum habentia: vt de hoc & de duabus præcedentibus qualitatibus habetur in cap. cum in cunctis, eod. tit. tamen maior ſcientia in Epiſcopis requiritur. Ignominioſum enim eſt Epiſcopo cum ipſe debeat alios docere: ſi tunc quærat ab aliis edoceri, in authen. de ſan. Epiſcopis, §. damus, col. ix. j. q. j. viliſſimus, & in ipſo ignorantia literarum nec excuſatione digna eſt nec venia, cap. ſi in laicis, xxxviij. diſtinct. vnde defectus penitus ſcientiæ ſufficit (* 2) ad deponendum Epiſcopum, ca. quanuis, de æta. & qualita. & eſt cauſa ceſſionis, cap. niſi cum pridem, §. pro defectu, de renun. Ioan. de deo. q. xxxv. nam debent habere notitiam veteris & noui teſtamenti (* 3) cum omni poſcenti de fide habeant reddere rationem, xxiij. diſtinct. qui Epiſcopus, quod deſignant duo cornua mitræ, & iuris canonici, vt dicit Hoſtien. in d. c. cum in cunctis, vbi doc. ar. ca. j. de conſang. & affinita. & in eo requiritur ſcientia eminens, ſufficiens tamen toleranda eſt, cap. cum nobis, eod. tit. cap. venerabilis, de præbend. in aliis dignitatibus requiritur ſcientia ſufficiens ſecundum qualitatem officij & dignitatis. Geſſ. in clement. j. de ætate & qualitate. Sed in Abbate ſufficit, vt dicit Innocen. in d. c. cum in cũctis, quòd ſciat legere & cantare, niſi habeat curam animarum, vt dicit Compo. Archid. in cap. legi. xvj. quæſtione j. Ioan. de deo. quæſ. xxxviij. vbi dicit, quòd ſi Abbas neſcit loqui latinum: ſi aliàs eſt bonus & vtilis monaſterio, remanebit Abbas, & prædicet vulgariter, ar. ca. ſedulo, xxxviij. diſtinct. & poterit addiſcere, quòd ſi nõ vult addiſcere, dabitur ſibi coadiutor, vij. q. j. quia, no. Io. And. in d. c. quanuis. Henri. in cap. quãuis, de

Epiſcopi ſcientia.

Abbatis ſcientia.

Abbati ignoranti datur coadiutor.

Digitized by Google

re iud. quod non placet Panor. in d. ca. cum in cunctis, vbi ſentit quòd ſcientia requiritur in Abbate, cum habeat curam fori pœnitentialis reſpectu monachorum.

(*1) Quæ per legem abrogan. in ti. de reg. ad præla. nom. fa. §. & canonici, eſt per promotionem graduum deſignata.

(*2) Hunc punctum latè habes per nos firmatum in ſcala benefi. parte j. ar. literarum patiens defectum. P.

prælatum[a], in ſacris ordinibus[b] conſtitutū: & aliàs ido-

(*3) Dixi in trac. diſpen. memb. v. parte ij. num. 78. merito Præpo. poſt Domi. in c. lator. lv. diſt. dicit quòd Epiſcopus præſumitur iuriſperitus: ideo non excuſatur ignorantia iuris. Dicit Inno. in cap. conſtitutus, de appel. & Frede. in concil. ccxxxij. col. ij. Caſus talis vacantibus, dixi latè in trac. deuol. parte j. q. xxxj. P.

a ¶ Præditum) Id eſt munitum & inſtructum. (*)

(*) Aut decoratum poteſtate: vt patet in rubro & nigro. C. ſi quacunque prædi. po. etiam & dignitate: vt l. ſed & qui magna præditus eſt dignitate vel auctoritate, ff. ad Trebellia. P.

b ¶ Ordinibus) Quarta qualitas: & hic eſt deciſa antiquorum altercatio ſuper ſacro ordine requirendo in promouendo ad dignitates, dicebant (*1) enim aliqui quòd promouendus ad dignitates inferiores debet eſſe in ſacris, cap. dudum, inf. eo. tit. ca. præterea, de æta. & qualita. c. ex ore. de his quæ fiunt à ma. parte ca. Ioan. And. diſtinguebat inter dignitatem curatam & non curatam, in d. c. dudum, de quo per eum in cap. j. de æta. & quali. in vj. Io. Cal. Hen. & Panor. dicebant indiſtinctè in d. c. dudū, ſatis eſſe quòd promouendus ſit in minoribus ordinibus, tam reſpectu dignitatum inferiorum, quàm Eccleſiarum curatarū, ar. à ſpeciali de (*2) promouendo in epiſcopum qui debet eſſe ſubdiaconus tempore electionis, c. multis, de æta. & quali. ar. c. cum in cunctis, §. inferiora, eo. tit. vbi tex. requirit in promouendis ætatem, mores, & ſcientiam: in ordinibus vero ſolum diſponit vt recipiātur poſt promotionem. Item ille §. æquiparat dignitates & Eccleſias parochiales: ſed clarum eſt hodie quòd exiſtens in minoribus poteſt conſequi Eccleſiam parochialem, c. ij. de inſti. in vj. c. ſi pro clericis, de præ. eo. lib. igitur idem in dignitatibus. Hodie verò per iura iſta requiritur quòd eligendus etiam ad prælaturam Eccleſiæ collegiatæ & conuentualis ſit actualiter tempore electionis in ſacris, aliàs electio nulla eſſet: vt infra ſeq. ver. quòd ſi aliter, & de eligendo in Abbatem, quòd deberet eſſe in ſacris: ſatis habetur olim in ca. j. iuncto ca. tuam, de æta. & quali. In aliis autem dignitatibus inferioribus ſto opinioni vltimorum doct. quæ hodie ſeruatur, niſi habeant ſacrum ordinem annexum actualiter (*3) ex inſtitutione dignitatis, per no. in cle. vt hi qui de æta. & qualit.

(*1) Hunc punctum habes plenè tractatum per nos in ſcala beneficiali, parte j. ar. ordinum ſacrorum patiens defectum. P.

(*2) Quo vtitur glo. in eos, de fabrican. lib. xj. C. quæ dicit, quòd ſi eſt ſpeciale in primicerio, ergo ſecus in aliis, eo etiam vtitur Panor. in cap. contingit, col. iij. de dolo & contuma. qui pro illo allegat vulgatum, quòd exceptio firmat regulam, cap. dominus xxxij. q. vij. etiam in cap. dudum, el. j. col. fi. de elec. hic per gloſ. alleg. cuius intentum ibi firmare nititur, & in cap. Eccleſia j. col. fi. eo. tit. P. *Argumentum à ſpeciali valet.*

Digitized by Google

Beneficium requirens titularium debet actu eſſe presbyter. (*;) Et tunc requiritur quod titularius tempore collationis ſit actu præſbyter, aliàs collatio non valet. glo. in d. cle. vt hi qui. in verbo annexi. vbi Car. in j. oppo. & Imola. nu. 28. Pet. de Anc. in cap. ſi pro clericis, & in cap. cum in illis, de præbend. in vj. Panor. & Decius in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. vbi idem Panor. co. fi. ait tale beneficiũ cognoſci per verba fundationis beneficij, quod proſequitur Cæſar Lamberti in trac. de iure patro. ar. xxvij. q. vij. partis j. lib. ij. poſt Barbat. concil. xxxiij. col. v. Scripſit Pſalmiſt. vo. ij. & Collec. in cap. cum ſecundum nu. 5. de præbend. vbi ponit an non habenti ordinem poſſit de tali beneficio prouideri. P.

neum ſecundum canonicas [a] ſanctiones [b] †.

Pœna tam conſilij datorum, & ſimoniacè eligentium, quàm ſimoniacè electorum, ac electionis ſimoniacæ participum ponitur. Probus.

Quòd ſi aliter [c], & de alia [d] perſona quàm vt dictum eſt, aut per ſimoniacam [e] prauitatem, electionem fieri cõtigerit, electio ſit ipſo [f] iure

a ¶ Sanctiones) Quod ſit de legitimo matrimonio natus. cap. innotuit. eod. tit. de fil. preſby. per tot. & in Epiſcopo requirũtur multa. c. regulæ apoſtolicæ, quæ tractẽtur à xxv. diſt. vſque ad l. excluſiue. per Hoſtien. in ſumma de temp. or. §. & hic.

† b ¶ Sanctiones) Puta quod ſit fidelis, vitæ laudabilis, c. quamuis, in ſi. vij. q. j. quæ vita cognoſcitur ex operibus & vitiorũ abſtinentia, not. Pano. & Car. in cle. cum ei quem. de conceſ. præbendæ. Roma. in con. lxij. nu. 5. Florentia. Item quod ſit honeſtus & diſcretus, quia ius multum defert honeſtati & diſcretioni. ca. paſtoralis, §. præterea. in fi. de offic. deleg. & cap. niſi. de præben. Ergo defert amplius quando ſunt plures qualitates, & eligendi rationes, quia quo quiſque magis ratione vtitur, eo maioris authoritatis eius verba eſſe videntur. xx. diſt. in prin. Iſta non videntur in conſideratione hoc tempore, nam nunc omnia ſine ordine geruntur ad calamitatem ſubiectorum, & damnationem ſuperiorum, quis ergo ex illis euadet iudicium vltionis? Probus.

c ¶ Aliter) id eſt prædictis tribus ſolennitatibus omiſſis. de quibus in §. proxi.

d ¶ Alia) Non qualificata: vt proxime dictum eſt. (*)

(*) Tanta non imponitur pœna in lege abrogante, vt patet in tit. de regia. ad prelat. nominatio §. & ſi contigerit, vbi dicitur ſi regem perſonam ſecundum legis huiuſmodi dictamen non qualificatam nominare contigerit, & illa à ſede Apoſtolica repulſam paſſa fuerit, tunc rex ipſe intra tres menſes à die repulſæ ſolicitatori notificatæ, alium qualificatum nominare poterit: alioqui ſedes Apoſtolica liberè poterit perſonæ qualificatæ prouidere. Probus.

e ¶ Simoniacam.) Quæ ſimonia multum dominatur in regno Franciæ j. q. j. fertur.

f ¶ Ipſo iure) Si. verb. ſupra §. prox. ver. quod ſi. Et not. electionem ſimoniacam eſſe ipſo iure nullam. fa. cap. ſi alicuius. eo. tit. vbi Panor. idem in collatione

Digitized by Google

(* 1) ſimoniaca. arg. j. q. j. ordinationes, vbi Archid. & in cap. quicunque. Inno. & Hoſtien. in ca. cum vniuerſorum, de re. permu. Archid. in cap. dudum. de præben. in vj. Henri. in cap. ad audientiam, de reſcrip. in cap. querelam. de ſimo. Panor. in cap. ex parte j. de offic. deleg. in cap. cum pridem. de pact. patet infra de anna. cap. j. §. hinc autem in cap. conſtitutus §. cæterum. de reli. do. facit gloſ. in cap. ſuper eod. de renun. quæ dicit quod renuntiatio beneficij ſimoniacè facta nulla eſt, etiam in præiudicium reſignantis, no. de Rot. deciſio. 236. (* 2) ſimoniacus tamen priuandus eſſet propter ſimoniam. Ad præd. ob. cap. nobis de ſimo. vbi habetur quod electio ſimoniacè facta eſt reprobanda, non dicit reprobata. Sed forte olim electio ſimoniaca erat caſſanda: quod hic corrigitur, vel melius ibi dicitur penitus reprobanda, quod verbum penitus intelligitur ipſo iure. (* 3) ſicut ver. prorſus, not. Hoſtien. in cap. in quibuſdam, de pœn. idem de ver. omnino, glo. in ca. j. quod me. cau. in vj. in l. j. §. ſi pecunia. ff. depoſi. cle. j. de vi. & ho. cleri. in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & de ver. funditus glo. in l. decernimus, C. de ſa. ſan. Eccle. & de ver. modis omnibus, glo. in auth. vt defun. ſeu fu. §. ſancimus, col. v. Vel poteſt dici quòd in illo cap. nobis, pecunia fuerit promiſſa. (* 4) vni eligentium pro omnibus ignorante electo, quo caſu non eſt tam odioſa electio: licet ſit ſimoniaca & caſſanda. & quod dicitur hic, haberet locum quando electio eſt ſimoniaca conſentiente vel ſciente electo. Secunda ſolu. verior eſt in horrorem tanti criminis.

Collatio ſimoniaca eſt ipſo iure nulla.

Beneficij renuntiatio ſimoniaca eſt nulla.

re † a irrita & inanis, & ſic ſimoniace eligentes præter b

(* 1) Iſtud latè habes deductum per nos in ſcala benef. parte j. ar. ſimoniacus. Probus.

(* 2) In antiq. vbi dicitur, quod etiam in præiudicium reſignantis non tenet: quod proſequor in trac. penſio. parte j. q. xix. & hæc eſt communis apud Gallicos, quam ſuſtineo ibi pluribus motiuis, vide Domi. in conſil. cxxv. dubia. col. j. vide Præpoſ. in cap. denique, vj. q. iij. Probus.

(* 3) Iſta eſt ſententia glo. in l. ſi qui aduocatorum, C. de poſtu. vbi Fulgo. dicit ſingu. hæc ſententia placet Panor. in c. in quibuſdam, nu. 7. de pœnis, alleg. cap. fi. eo. tit. qui idem dicit, vt hic glo. fatetur de verbo prorſus. P.

(* 4) Hunc punctum vide per nos deductum in ſcala beneficiali, parte iij. ar. electus promiſſione pecuniæ. P.

† a ¶ Ipſo iure) Ideo non eſt opus exceptione, not. Præpoſi. in ſimili in ſumma. ij. q. viij. col. ix. quòd ſi perſona prohibita accuſare, accuſauerit, valebit proceſſus, ſi non fuerit oppoſitum: niſi accuſator ipſo iure prohiberetur accuſare, quia tunc abſque vlla exceptione proceſſus eſt nullus. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo accuſationem. Probus.

Virtus clauſula ipſo iure.

b ¶ Præter) Includit, vt in l. j. cum glo. ff. de pigno. actione. vbi Bart. aliquando excludit. (* 1) infra. §. facta. ver. & nihilominus, ff. de adimen. lega. l. fundo. in clemen. multorum, de pœnis, ſi oratio affirmatiua præcedat, & dictio præter ſequatur: regulariter excludit. (* 1) ſi vero præcedit negatiua, tunc includit, ſicut dicitur de dictione niſi. Pau. in dicta cle. ſic dicit intelligendam. l. iiij. C. de tranſac. vbi Cy. & Bar. hæc vera quando ſub dictione præter ſequitur aliquid quod continebatur in præ-

Præter qualiter accipitur.

Digitized by Google

cedenti oratione, aliàs includit: vt hic, & in dicta l. j. de pigno. act. Bart. in l. ſi eum §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau. Inno. & doct. in c. dudum. ij. eod. tit. Archi. in cap. Ebron. xiij. q. ij. Bar. in l. ſi ita legatum, ff. de lega. j. Pau. & moder. in cle. j. de ſum. tri.

(*1) Excludit quidem, id eſt non includit quando ex incluſione cauſatur odium, vel quando ex ea inſurgit fauor eius rei quam iura habent odio, ſcilicet cauſam pluralitatis beneficiorum in eadem perſona, quod iura abhorrent. Pone, Papa dicit quòd poſſis obtinere tale beneficium præter obtenta, quia per hoc non diſpenſatur iterum ad plura: vt tenet Roma. con. cccxxviij. in princ. præſens conſultatio qui diſtinctionem gl. facit longè ampliorem, & pro ſuo dicto allegat Inno. in c. dudum. ij. de elect. vbi vide Bald. col. fin. diſtinctionem gl. etiam tangen. dixi in tractatu diſpen. memb. vij. nu. 28. & ſeq. & iiij. memb. parte iij. nu. 7. Vide Præpo. in c. fi. §. in omnibus, in prin. 2. q. 3. dicentem quòd dictio præter iuncta ſpeciei quæ includebatur ſub genere, ſtat excluſiue. P.

alias [a] pœnas, ſint ipſo † [b] facto, iure eligendi priuati [c]. Alij [d] verò canonicis [e] pœ-

(*2) Iaſon in l. j. nu. 14. ff. ſi quis cautio. dicit poſt Bald. ibid. ij. not. quod quando dictio præter ponitur in aſſignatione termini ſtat incluſiue. P.

a ¶ Alias. (*1) Quæ multæ ſunt, j. q. j. per totum, j. q. v. cap. j. & quaſi per totum, j. q. vij. c. ij. cap. inquiſitionem, eo. tit. ca. inſinuatum, c. per tuas. de ſimo. cum ſi. per Hoſtien. in ſumma, tit. de ſimo. §. qua pœna. (*2)

(*1) Aliàs ſi text. hoc non dixiſſet, ſuccedebat regula, de qua per nos in tract. penſio. parte j. q. xxv. quod debemus eſſe contenti pœna legis. P.

† b ¶ Ipſo facto) Quod procedit ratione criminis, propter quod etiam Epiſcopus ipſo iure pœnam priuationis incurrit, dicit tex. poſt Præpo. in c. denique. in prin. vj. q. iij. Probus.

c ¶ Priuati) Pro illa vice. ſupra. §. proxi. verſi. quod ſi. alij tex. habent perpetuo. (*) & hoc caſu maior pœna hic imponeretur propter ſimoniam. pro quo infra. §. facta. ver. confirmantes.

(*) Iſta eſt magis iuris diſpoſitioni conſona quàm alia, tum quia magis eſt exorbitans quàm priuatio eligendi, de qua ſupra proximo. in §. quod ſi prædicta. quod patet ex diuerſitate & criminum grauitate. tum ſecundo, quia priuatus ſimpliciter perpetuo dicitur priuatus. l. ſeruus. C. de pœnis. gl. in c. ſi auté de ſi cohabita. cle. & mulie. cum aliis per nos adductis in tracta. diſpen. membr. vj. parte ij. nu. 49. tum tertio, quia correlatiuorum eadem eſt diſciplina, ſed tex. hic dicit quod electi per ſimoniam ſunt perpetuo ad dignitates ad quas ſic electi fuerunt, inhabiles, ergo electores & ad eligendum, quo ad illas concernit, cum electores & electi ſint correlatiua. Probus.

d ¶ Alij) Puta mediatores (*) & participes ſimoniæ. in quibuſdam tex. eſt aliis.
(*) De his mediatoribus vide quæ diximus in ſcala beneficiali, parte iij. ar. qui mediator. Probus.

e ¶ Pœnis) De quibus le. & not. in c. ſi quis Epiſcopus. j. q. j. & j. q. iij. cap. vlt. in

Digitized by Google

l. ſi quenquam, C. de epiſ. & cle. c. per inquiſitionem, eo. tit. de confeſ. c. ij. c. non ſatis, de ſimo.

† a ¶ Pœnis) Ad quas quis poteſt ſe obligare, gl. & Præpo. poſt alios in c. quanquã, xxiij. di. qui col. j. ſubdit, quod quando variæ imponuntur pœnæ, in iudicis eſt optione quam velit imponere: & debet imponere illam, quã videt magis timeri. P. *Electio in pœnis eſt iudicis.*

nis †[a] ſubiaceant: Simoniace autem electi †[b]: & qui huiuſmodi ſimoniacæ electionis participes [c] fuerint, canonicè puniãtur: talitérque [d] eligentes & confirmati [e] in horrorem [f] tanti [g] criminis pœnam ipſo facto [h] excõmunicationis [i] incurrant [k]: nec à

† b ¶ Electi) Inter quos & electores qui modo quo in textu hic cõtinetur proceſſerunt, non eſt fœdus, prout nec coniugium ſpirituale etiam nec inter eos & Eccleſiam vniuerſalem ac particularem: ſecus inter eos qui rite & recte fuerunt electi, ait Præpo. in c. Nouatianus, vij. q. j. P.

c ¶ Participes) Sicut ſunt participes criminis, ſint & pœnæ. ſupra. §. j. ver. & quoniam. ij. q. j. notum. lxxxvj. diſt. facientis, ca. j. cum ibi no. de offi. dele.

d ¶ Talitérque) Simoniacè.

e ¶ Confirmati) Et etiam confirmantes ſimoniacè. infra. §. facta ver. ſi vero.

f ¶ Horrorem) Si. in ca. j. de teſtibus, lib. vj. vbi ob deteſtationem ſimoniæ ſocius criminis non muneris admittitur in teſtem cum agitur ciuiliter, & ad accuſationem ſimoniaci adimittitur ſeruus criminoſus & meretrix. de ſimo. tanta. cap. omnis, prout le. & no. in c. licet Hely. c. per tuas. de ſimo. in ca. cum pa. de accuſa.

g ¶ Tanti) Sui enim magnitudine cætera præcellit crimina. de ſimo. ſicut, & cætera crimina eius reſpectu pro nihilo reputantur. j. q. vlt. c. fin. c. per tuas, de ſimo. quod intellige vt ibi Panor. & in dicto cap. ſicut. *Simonia eſt maximũ crimẽ.*

h ¶ Ipſo facto) Si. inf. §. facta. ver. ſi verò.

i ¶ Excõmunicationes) A qua poterunt Epiſcopi abſoluere ex quo conditor huius canonis ſibi non reſeruat abſolutionem, ca. nuper. de ſen. excom. per no. in c. ſciant. eo. tit. in vj. in cap. graue. in fin. de præben. vbi doct. c. ex frequentibus, de inſti. Ioan. And. in ca. Romana. de ſenten. excommu. in vij. in nouella. (*) aliud eſt infrà in §. facta. ver. & nihilominus, cum ibi abſolutio Roma. ponti. reſeruetur.

(*) Iſta eſt communis doctorum ſententia, quòd Epiſcopus abſoluit quando Papa aut canon abſolutionem non reſeruat, quod non ſic dicas de diſpenſatione, quia licet illa per Papam non fuerit reſeruata, tamen Epiſcopus non diſpenſat niſi in caſu à iure ſibi conceſſo, cum illa ſemper dicatur prohibita, niſi reperiatur permiſſa, & ecõtra de abſolutione, not. glo. in c. cupientes, §. cæterum, in verbo ſupenſos, de elect. ratio diuerſitatis eſt, quia abſolutio eſt fauorabilis, & diſpenſatio odioſa, quod latius firmo in ij. prældio tract. penſio. P.

k ¶ Incurrant) Licet tex. non dixiſſet ipſo facto: tamen hoc ver. intelligitur ipſo iure, nec requirit factum alterius: ſicut dicitur de iſtis verbis amittat, & excommunicationi ſubiaceat, in c. ſi quis ſuadente, xvij. q. iiij. no. in c. clericis. ne cleric. vel mona. vbi Panor. in cap. j. de iniur. lib. vj. Panor. in ca. ſi diligenti. de fo. comp. & hodie

Digitized by Google

non eſt ſpeciale quòd eligentes electi confirmantes & confirmati ſimoniaci ſunt excommunicati: quia per extrauagan. Pan. ij. cum deteſtabile, omnes ſimoniaci ſunt ipſo facto excommunicati. (*)

(*) Iſtud latè firmo in ſcala beneficiali in prima parte ar. ſimoniacus, verſi. vndecimo. Probus.

tali reatu[a], & excōmunicatione electi & cōfirmati †[b] abſolui poſſint: niſi[c] Eccleſiis &

Simonia continet duo mal

a ¶ Reatu) Id eſt peccato ſimoniæ, in quo duo ſunt, malũ culpæ quod eſt ipſum peccatum ſimonię: & malum pœnæ quod eſt excommunicatio, à ſecundo poteſt quis abſolui inuitus, quia eſt pœna duntaxat quæ ſicut poteſt ingeri in inuitum, ita poteſt tolli ab inuito, par enim ius eſt in ligando & ſoluendo, c. verbum, de pœn. diſt. j. l. iij. ff. de re iud. ſed à primo quod eſt peccatum, cum ſit ex nobis, non poteſt tolli ſine voluntate noſtra, l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur. in c. peccati, de reg. iur. in vj. no. Io. And. & alij in c. ab excommunicato, de reſcrip. do. An. & Panor. in c. ſignificaſti, de eo qui du. in ma. Io. And. in c. j. de ſen. excom. lib. vj. in nouella. in c. ex literis, ij. de ſpon. G. in c. ſacris, de ſenten. excommuni. (*) & quādo iſta duo mala emergunt ex vno facto, qui non poteſt abſoluere à malo pœnæ, non poteſt abſoluere à malo culpæ, quia qui non poteſt abſoluere à ſequela peccati, vt eſt excommunicatio vel irregularitas: ergo nec ab ipſo peccato: vt in extrauagan. Bene. inter cunctas, §. obſeruent. ſecus ſi ex diuerſis factis emergerent: vt excommunicatio quæ eſt pœna peccati, & irregularitas quæ contrahitur propter celebrationem excommunicatione vel ſuſpēſione durante: tunc poteſt fieri abſolutio à primo per prælatum: non diſpenſatio, de re iud. cap. j. lib. vj. de ſenten. excommunica. ca. j. eo. lib. glo. & doct. in cap. cleric. excommu. Io. Mo. in dicta extrauag.

(*) Hæc duo membra latius iuribus & docto. auctoritatibus firmo in tract. penſio. parte j. q. xiij. nu. 15. & ſequen. vbi adduco ſimilia quæ videre licet. P.

Confirmatus dicitur.

† b ¶ Confirmati) .i. ſimul firmati, nam per electionis confirmationem, electus, & Eccleſia ad quam regendam datur, ſimul firmantur, vt perpetuo maneant. i. ad mortem vſque, ciuilem videlicet & naturalem. Et dic confirmati, id eſt ordinati, cum verbum ordinare aliquando ponatur pro confirmare, cap. poſtquam, l. diſt. vbi Præpo. ait, iſtud notandum pro reſcriptis beneficialibus, in quibus mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad ordinationem alicuius, his enim confirmatis competit ius in re, & ante confirmationem ius ad rem, licet electioni conſenſerint, dico ius ad rem reuocabile, vel confirmabile, per ſuperiorem confirmatorem. glo. in ca. noſti. in cap. qualiter, in ca. tranſmiſſam, de elect. Ideo ſi electus ante confirmationem moriatur, dignitas non dicitur vacare per eius obitum, ſed per obitum primi, ait glo. in cap. j. in verbo collatio, vt lite penden. Intellige quando electio requirit confirmationem, ſecus ſi non requirat, quia tunc per ſolam electionem ius in re electo acquiritur. glo. in cap. quando lxiij. di. Panor. in cap. nihil, de elect. P.

c ¶ Niſi) includit. (*) ſi. in l. actione, C. de tranſactio. vbi Cyn. in cap. peccatum. de reg. iur. in vj. vbi Dy. & Io. And. in nouella. in c. j. de conſti. lib. vj. vbi Arch. Spec. tit. de ſpon. vbi Io. And. in addi. Archi. in c. ab iſto xxxv. q. vj. Hen. in c. de quarta, de preſcript. Ioan. de Lignia, in c. ex parte de ſpon.

(*) Idem

Digitized by Google

(*) Idem dicit glo. ſupra hoc §. verbo præter, & alia quamplura operatur, vt latiſſimè firmat Alber. in verbo niſi. P.

a ¶ Turpiter) per ſimoniam.

b ¶ Libere) Id eſt ſine aliqua difficultate, aut contradictione, (*1) ad hoc extrauagan. Ioã. xxij. execrabilis, §. ſtatuimus, & §. porrò, c. per venerabilem, §. quod autem, qui fil. ſint legi, vbi Præpo. de teſta. ca. fina. lib. vj. vbi Arch. ff. de ſtatu. homi. libertas, cap. ſi tibi abſenti. de præben. in vj. de cenſibus, Romana, eod. lib. glo. de offic. delegat. cum plures, eod. lib. ff. de rerum diui. l. riparum. Aliquando libere, id eſt nemine vocato, de præbend. de multa, §. his quoque, vbi doct. c. licet Epiſcopus, de præb. lib. vj. Io. And. in nouel. alleg. multas concord. de hoc ver. libere. Ioan. And. in cap. cum quid. de reg. iur. in mercu. & id dicitur fieri libere quod fit canonicè, c. ij. in fin. de tẽp. ord. lib. vj. quandoque quod fit ſine cauſa, c. ij. de procur. eod. lib. aliquando quod fit citatione præmiſſa, no. in c. fina. de arbi. eod. lib. quandoque libere, id eſt ſine aliqua diſpenſatione, cle. generalem, de æta. & qualit. & qui non habet neceſſe requirere dominum, dicitur facere libere, (*2) cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus, aliquando excludit requiſitionem conſenſus alterius, (*3) in cap. ſacroſancta, eod. titu. aliquando dicitur fieri libere, & tamen iniungitur pœnitentia, cap. de illis, de ſpon.

Libere accipitur.

dignitatibus, ad quas turpiter [a] aſſumpti ſunt, libere [b]

(*1) Concordat Iaſon in l. centurio, num. 47. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. vbi dicit quòd verbum libere importat vt ſine aliqua diminutione, & ſine aliqua contradictione res omnino habeat effectum, tex. & ibi Ioan. And. & Domi. in ca. j. de regul. iur. in vj. etiam concordat Hoſtien. in cap. per venerabilem, col. iij. qui filij ſint legiti. & Ioan. And. col. iij. hinc dicit Domi. poſt tex. ibi in c. licet Epiſcopus, num. 6. de præb. lib. vj. quòd ſi in reſcripto ſiue mandato legatur quòd tale beneficium libere conferat, intelligitur quòd poſſeſſore non vocato poteſt conferre: & ſi dicatur quod libere obtineat, intelligitur, vt etiam dicit glo. hic, ſine diſpenſatione, cle. ſi. vbi gloſ. de æta. & quali. ordi. & in ca. lator. de homi. quæ dicit libere, id eſt de iure communi, quod eſt dicere ſine diſpenſatione, gl. in c. gratia, in verbo non potes. de reſ. in vj. Decius in cap. j. col. j. de fide inſtru. & do. de Rota in ſimili deci. viuca tit. de priuileg. in antiquio. P.

(*2) Nam verbum libere importat totalitatem, probat verbum Petri de Ancha. con. ccccviij. num. 2. probata, vbi ait, quod ſi princeps faciens gratiam alicui mandat condemnationes libere cancellari, intelligitur generaliter, & quo ad omnia contenta in condemnationibus, ita quòd nihil remaneat. P.

(*3) Iſtud placet Panor. poſt tex. in ca. ſi. de po. præla. not. in c. licet Epiſcopus, de præben. in vj. & in c. de multa, eo. tit. Etiam placet Iaſoni in l. nemo nu. 43. de leg. j. & in l. j. nu. 5. C. de ſacroſan. eccle. quem tex. Bald. in c. primo nu. 6. de reſcrip. dicit facere ad hoc quòd aduerbium libere quandoque ſignificat libertatem etiam in cauſa, ratione, ſolennitate, & legibus, & aliquãdo ſignificat voluntatem abſolutam, vt quando nemini præiudicatur, l. quia poterat, ff. ad Trebel. & Areti. conſi. lxxvj. nu. 3. viſis, dicit per tex. d. cap. j. Quòd ſi princeps dicit quod concedit priuilegium, & poſtea in

Digitized by Google

conceſſione adiicit verbum libere, debet intelligi vt aliqui vltra ius commune, videatur conceſſum, hinc do. meus de Ripa in d.c.j. nu.55. ait quòd verbum libere appoſitum in diſpoſitione ad quam quis aliàs erat habilis, operatur relaxationem iuris, glo. Bart. & communiter alij in l.ſi quando, C.de inoffi.teſta. P.

Actum de facto reuocatur de facto.

a ¶ Reſignauerint) De facto (*) quia nullum ius habent in eis ſimoniacè electi ſupra ver. quod ſi aliter, & reſignare debent etiam ſi ſimonia eis ignorãtibus non prohibentibus fuerit commiſſa, j.q.v. præſentium, ca. de regularibus, c.ex inſinuatione, c.ſicut.de ſimo.

reſignauerint [a], & ad eas obtinendas (quas nefario [b] ingreſſu adepti ſũt) perpetuo [c]

(*) Sicut enim habuit de facto, ita debet de facto reſignare, ca.noſti.ibi, reuocare, de elect. vbi Hoſtien. ſubaudit, quatenus de facto, & Bald. in princ. ibi dicit, quomodo reuocatur quod nullum eſt, reſpondeo reuocatur de facto, ſicut de facto proceſſit: ſic in l.j.§.j.ff.de feriis, idem Bald. in ca. auditis, col. ij. de elect. vbi ait quòd ſcriptura quæ de iure non tenet, debet caſſari, quia quãtum ad corticem literæ aliqua eſt, licet medullitus nulla ſit, ideo corpus illius literæ petitur caſſari, id eſt cancellari & aboleri, ſicut abolẽtur acta iudicij inualida, l.præſes, C.quo. & quando iudex, iſta eſt praxis curiarum ſupremarum Galliæ, quæ quando declarant contractus nullos, ordinant quòd de facto lacerabuntur. Alia dixi in tracta.penſio.parte j.q. ij.nume.48. & de reſignatione ſimoniacorum ponit Præpo.in ca.nerui.col.pe.xiij.diſt. P.

Nefarium.

b ¶ Nefario) Id eſt turpiſſimo, ſi. ver. in cap. abiit, xj. q. iij. in l.ij.§. & cum placuiſſet, ff. de orig.iur. in l.vt vim. de iuſti. & iu. (*) & ſcribitur per. f. non per ph. cum à nefas veniat.

(*) Et in l.ij. in prin. nefandiſſimum ſcelus fratris, id eſt damnatum, dicit gloſ. ibi. & l.ſancimus, ibi, inefarium crimen, C.de pœnis, & 2.Reg.13.cp. Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas eſt in Iſrael, noli facere ſtultitiam hanc, idem 2. Machabeorum 7.c. P.

Simoniacus à quo poteſt diſpenſari.

c ¶ Perpetuo) Id eſt ſine ſpe diſpenſationis, quia erga ſimoniacos nulla eſt miſericordia adhibenda, j.q.j. erga ſimoniacos, vij.q.j. præſentium, c.ſi alicuius, eo.tit. Aduerte tamen quòd adeptus dignitatem ſimoniacè, aut fuit ſciens, aut ignorans, ſi ſciẽs, dicit Archi. in cap. ex multis, j. q.iij. quòd Epiſcopus non poteſt cum eo diſpenſare ſuper beneficio, ſiue habito per ſimoniam, ſiue alio habito vel habẽdo, ſed ſolus Papa, per ea quæ legũtur & notantur, in c.de ſimoniacè, de ſimo. facit c. quoniã, e.tit. quod eſt conſilium generale, vbi dicitur quòd regulares qui ſcienter (* 1) ingrediuntur per ſimoniam religionem, retrudendi ſunt in arctius monaſterium ad agendam pœnitentiam: ſed conſtat quòd facilius diſpenſatur cum huiuſmodi regularibus quàm cum ſecularibus, de filiis preſbyt.c.j. de apoſt.c.ij. Cum ergo Epiſcopus contra illud generale concilium diſpenſare non poteſt cum huiuſmodi regularibus quòd remaneant in illis locis: multo minus cum ſeculari poterit diſpenſare in beneficio per eum ſimoniacè acquiſito, vel in alio quocunque, quod placet Hen. in cap. poſt tranſlationem, de renunciatio. etiam ſi religionem ingrediatur, j.q.v. eos, & c.primo, ibi quando dicit pro magna miſericordia eos ibidem miniſtrare permittimus, ſed Inno. dicit contra, in dicto c.de ſimoniacè, quòd licet in beneficio ſimonicè adepto Epiſcopus cum

Digitized by Google

eo diſpenſare non poſſit: tamen poteſt cum eo diſpenſare vt in alia Eccleſia obtineat beneficium, vel etiam in eadem, idem Cal. in d.c. poſt tranſlationem. Panor. in d.c. de ſimoniacè, vbi dicit quod ſi ſpõte & liberè renunciat, poterit ſecũ diſpenſari per Epiſcopum ad aliam Eccleſiam: ſed vt habeat illam dignitatem in qua fuit cõmiſſa ſimonia, diſpenſari non põt: niſi vt habeat in eadem Eccleſia aliquod ſimplex beneficium, & ibi miniſtret in minoribus ordinibus: vt ſatis probatur hic tacitè: cũ dicitur ad eas obtinendas, &c. de aliis autem beneficiis nihil dicit, ad hoc dictum, c.j.j.q.v. ſi autem expectat ſententiam condemnatoriam: tunc nullo modo diſpẽſat Epiſcopus nec in iſta Eccleſia, nec in alia, pro hoc c. nobis, in fi. de ſimo. vbi dicitur talem non poſſe aliquam diſpenſationem retinere, & in d.c.j. vbi permittitur diſpenſatio cum tali ſi omnino dimiſerit beneficium, & ſic ſponte: quia mitius agitur cum confeſſo quàm cum conuicto xij.q.j. nolo, & condemnatus de ſimonia efficitur infamis iuris, (* 2) xv. q.iij. ſane, cum quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare: niſi in caſibus expreſſis à iure, no. doct. in c. cum te. de re iud. Si fuit ignorans penitus, quia alius pro eo dedit pecuniam nec ratum habuit, & cum tali ignorante non poteſt Epiſcopus diſpẽſare vt habeat illam dignitatem illa vice, id eſt in illa vacatione, ſed in alia vacatione ſic vt in dicto c. ſi alicuius, cum ibi no. & in d.c.j.j.q.v. vbi non permittitur Epiſcopo diſpenſatio: ſed Papæ vt quis habeat dignitatem illam vbi fuit cõmiſſa ſimonia, ſecus in ſimplici beneficio, vt in d. c. ſi alicuius, oportet enim quod vitium ſimoniæ purgetur per perſonam intermediam, ſicut perſona media purgat vitium ſucceſſionis in benficio paterno, c. ex tranſmiſſa, c. ad extirpandas, de fil. præſbyterorum. Nam ſi poſſet in vacatione promoueri ad illam dignitatem, videretur promotio vitioſa ex proximitate (* 3) vitij, quia ea quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur, l. lecta. ff. ſi cer. pe. ca. officij, eo. tit. quod limita, niſi ſimonia eſſet commiſſa ab inimicis, aut ab alio in fraudem iſtius ignorantis, tunc ſibi non nocet, d.c. nobis, c. ſicut tuis, de ſimon. idem ſi electo contradicente, quia contradicens comparatur ei in cuius fraudem data fuit pecunia, not. Panor. in d.c. ſicut, quod optime fa. licet loquatur in confirmatione: ſed non videtur ratio diuerſitatis inter electionem & confirmationem: vtroque enim caſu agitur de iure quærendo, c. ſuper his, de accu. alia autem beneficia poteſt habere ſine diſpenſatione: ex quo ſimoniam non commiſit, ſi ſtatim vt cognouit ſimoniam, dimittit beneficiũ ſimoniacè ignoranter adeptum: vt d. ca. poſt tranſlationem, §. rurſus, cum ibi no. Et quod dictum eſt Epiſcopum poſſe certis caſibus diſpẽſare cum ſimoniaco: intellige quãdo nõ ſibi, ſed ſuo prædeceſſori, aut alteri eo ignorante data eſt pecunia: quia ſi deliquiſſet, indignus eſſet poteſtate diſpenſandi: vt not. in c. præſentiũ j. q. v. quod innuitur ibi dum dicit in prin. non Epiſcopo, ſed cuidã principũ.

Infamis efficitur de ſimonia condemnatus.

Simoniacus an poſſit per Epiſcopum diſpẽſari.

(* 1) Iſtud expedio in ſcala bene, parte iij. ar. monachus ſcienter per ſimoniam receptus, & in ar. monachus aut regularis. P.

(* 2) Placet Pan. in ca. ex diligenti, de ſimo. vbi glo. tex. eſt in c. inſinuatum, ibi. Et infamia reſperſi. eo. tit. & in extraua. j. eo. tit. & Panor. in c. de ſimoniacè, nu. 9. eo. tit. vbi Io. de ana. Equidẽ infamis ipſo iure cũ ſit crimẽ exceptuatũ, ſicut crimẽ hæreſis, & læſæ maieſtatis, in quibus ſtatim incurritur infamia, ſecundũ glo. in l. j. ff. de inf. dicit Fely. contra Panor. in dicto c. ex diligenti, nu. 2. vbi vide illos, & alios quo ad hanc

Crimina ipſo iure infamiam inducentia.

Digitized by Google

infamiam, & quis eam tollere valeat, & cum ſimoniacis diſpenſare, regulariter tamen cum infame Epiſcopus non diſpenſat, dicit Præpo. in cap. qui ſtudet. col. iij. j. q. j. Probus.

Epiſcopus regulariter cum infame non diſpenſat.

(* 3) De proximitate & actus vicinitate diximus latè in tracta. penſio. parte j. q. iiij. nu. 41. & ſeq. Probus.

reddantur [a] inhabiles. † [b].

Concilium exhortatur reges & alios cuiuſcunque dignitatis Eccleſiaſticæ vel mundanæ ſuperiores, ne electoribus ſcribant, aut preces porrigant, vel aliquid aliud faciant quo minus electores ipſi ad electionem liberè procedant. P.

Ad tollendum [c] autem omnem ambitionis [d] radi-

a ¶ Reddantur) ipſo iure. cum enim lex vel ſtatutum vtitur verbo præſentis (* 1) temporis continente priuationem de ſui natura, non expectatur ſententia, vt hic: ſimiliter ſi dicat, careat tali re. no. in l. prouidendum, in ver. careat. C. de poſtu. fa. c. quiſquis, eod. titu. quod not. Innocen. in ca. nihil. eod. titu. Idem ſi dicat ab omni cadat actione. nota. in authen. de litig. §. omnem. circa fi. collat. viij. gloſ. & doct. in l. iij. C. de iu. emphy. idem de ver. incurrat. & ſi. vt ſupra not. (* 2)

Natura futuri eſt non diſponere.

(* 1) Secus ſi futuri: quia natura futuri eſt non diſponere, dicit Bald. poſt gloſ. ibi. in lib. ſerui electione, de legat. j. vbi Alexand. & in conſil. lxxvij. nume. 4. in cauſa accuſationis, volum. primo. Probus.

(* 2) Idem dic de hoc verbo fiat, vt latiſſimè deduxi in tract. penſio. præludio vij. in princi. vbi deduco de pluribus ſignaturis quæ in curia Romana fiunt, quarum prima eſt Papæ ſignatura quæ fit per hoc verbum fiat, gratiæ perfectionem includens, non tamen illius probationem extra illius præſentiam: de aliis autem ſignaturis, licet videre ibi ad ſatietatem, quod eſt nouum & nunquam deductum. P.

† b ¶ Inhabiles) Ex prædictis videtur quòd hic non habeat locum iuris doctrina, quod quilibet actus ſimoniace celebratus non tenet, etiam in præiudicium facientis. Innoc. in ca. vniuerſorum, de rerum permutatio, & Archi. in c. dudum. in prin. de præben. lib. vj. Rot. in anti. deci. 236. P.

c ¶ Ad tollendum) vſque ad §. facta. primo exhortatur principes & quoſcunque ne minis vel precibus liberas electiones impediant. Secundo præcipitur electoribus ne ad huiuſmodi preces vel comminationes quenquam eligant. ſecunda ibi ſimiliter.

d ¶ Ambitionis) Quæ damnata eſt (*) ſup. in pro. §. quibus ad plenum, ver. ſed proh dolor. cum ibi no.

(*) Vt latè habes probatum in ſcala noſtra benefi. parte j. ar. Ambitioſus, vbi concludimus ambitioſum ſcalam aſcendere prohibitum. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Radicem) Qua infecta non poteſt bonus fructus produci. j. q. j. fertur. c. fundamenta, §. digne. e. tit. in vj. diſti. ca. j. in fi. & cum ex vna radice vitium naſcitur, conſequens eſt vt vna lege tollatur. C. de nup. l. penul.
b ¶ Obſecrat) gl. in c. vbi periculum, §. cæterum, eo. tit. in vj. (*)
(*) Hic obſecro ponitur pro rogo. not. Archi. in ca. j. §. j. de ſta. regula. idem legitur, 3. Reg. cap. 3. & c. 2. de præſum. ibi, Obſecro domine da illi infantem viuum, & non occidatur, & Prouerb. 18. ca. Cum obſecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè. & 2. ad Cor. 5. cap. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. hinc Archi. in c. de hymnis. de conſec. di. j. inquit, quod obſecrationes ſunt quæ dicuntur in miſſa: ad offertorium, & ab eo vſque ad finem dominicæ orationis, ſunt orationes, quæ autem poſtea dicuntur vſque ad communionem, ſunt poſtulationum, & quæ eo fine ſunt gratiarum actiones. Aliquando obſecratio eſt per iuramentum abiuratio. 1. Reg. 6. P. *Obſecro ponitur vario modo.*

cem [a] obſecrat [b] per viſcera miſericordiæ [c] Dei Ieſu Chriſti hæc ſancta ſynodus: ac inſtantiſſime [d] exhortatur. [e]

c ¶ Miſericordiæ) cuius nec menſuras ponere poſſumus: nec tempora diffinire. de pœ. diſ. j. multiplex. & copioſus eſt in miſericordia dominus in extraua. Io. 22. copioſus, qui per miſericordiam non vult peccatoris perditionem: ſed conuerſionem, & ſalutem, delinquentes qui corriguntur ſuſcipiens, auth. vt non luxu. com. na. in prin. col. vj. xxvj. q. vj. hi qui tempore, in l. inter claras, ad fi. C. de ſum. tri. in ca. duo. xxiij. q. iiij. c. ſuper eod. de hære. in vj. ideo nemo in corpore conſtitutus de miſericordia Dei deſperet (*) xxvj. q. vj. agnouimus, de pœ. di. vij. per to. quotidianis enim peccatis noſtris ſemper ignoſcere dignatur: & pœnitentiam noſtram ſuſcipere l. imperialis, C. de nup.
(*) Hinc Deutero. c. 5. Ego ſum do. Deus faciens miſericordiam in multa milia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea, & c. 8. ibi, Cuſtodiés pactum & miſericordiam diligentibus ſe. & Pſal. 22. Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. tex. in ca. qui. xxvj. q. vj. idem Pſal. 24. Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt. & Pſal. 32. Diligit dominus miſericordiam & iudicium. Miſericordia domini plena eſt terra. *Miſericordia cõmendatur.* Miſericordia enim prout veritas à ſacra commendatur ſcriptura: prout legitur Prouer. 14. Miſericordia & veritas præparant bona. & c. 16. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, & c. 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem. Merito legitur Pſal. 83. Miſericordiam & veritatem diligit Deus. ideo ſubditur Pſal. 25. Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes. P.
d ¶ Inſtantiſſime) ſi. ſup. in proxi. §. cum itaque ver. nos plurima.
e ¶ Exhortatur) Curialiter loquitur hic concilium. ſi. infra. §. proxi. ver. ſummum vero. in cap. recolentes, de ſta. mona. & licet hæc exhortatio videatur, concilium eſt tamen reuerentiæ, cui parendum eſt vt not. in clemen. j. de teſtib. (*) ad hoc cap. ſicut inquit, cum ibi nota. ij. quæſt. vij. cap. rogo. xi. quæſt. iij. cap. quia indicante. de præſcriptio. vbi Panormi. cap. j. de teſtamen. cum ibi not. infra de concubina. cap. j. §. iubet. cum ibi not.

Digitized by Google

(*) Vbi glo. in verbo exhortatur, quæ hoc dicit, quam ibi Imola. & Car. ſequuntur, dicentes quòd textus continens conſilium reuerentiæ obligat, quod proſequitur Fely. in cap. j. col. vj. & vij. de conſtitut. facit verbum Apoſt. ad Tit. cap. 1. ibi. Et potens ſit exhortari doctrina ſana, & eos qui contra dicunt arguere: & recte viuentes, atque etiam rectam fidem tuentes conſolidare. Præterea dicit Innoc. in cap. j. de cleri. ægro. quem Hoſtien. & doct. communiter ſequuntur, quòd exhortatio eſt neceſſitas quando procedit à ſuperioribus: ideo rogamen ſuperiorum vim dicitur habere præcepti. not. Card. in cap. dilectus, ij. nume. 15. de præben. & gloſ. in cle. j. in verbo exhortamur. de teſti. & glo. l. j. in verbo quemadmodum, ff. quod iuſſu. Probus.

Rogamen ſuperiorum habet vim præcepti.

reges † [a], & principes, communitates: & alios cuiuſcunque gradus vel dignitatis exiſtãt, Eccleſiaſticæ vel mũdanæ: ne electoribus literas [b] ſcribant † [c], aut preces [d] porrigant pro eo qui per ſe vel

† a ¶ Reges) Quos hic concilium ſub hoc verbo generali & principes, noluit comprehendi, ſed ſpeciali prærogatiua attolli. cap. fi. §. j. de offic. deleg. in vj. facit. l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. P.

b ¶ Literas) Si. in cap. vbi periculum, §. nulli etiam eod. tit. in vj. per literas loquimur ſicut per nuncium, ff. de conſtit. pecu. l. & licet, de act. & oblig. l. conſenſu. vnde mittens excommunicato literas vel nuncium, excommunicatus eſt minori excommunicatione: ſicut ſi ei loqueretur, ar. d. §. nulli etiam, vbi Archid. Io. And. in cap. conſti. de ſen. excom. in vj. in cle. ſi ſummus, eo. tit.

Scribens excommunicato.

† c ¶ Scribant) Potiſſimè per verba acerba, cum illa aliquid timiditatis inferant, prout & pudorem grauant, l. ob hæc verba, ff. de his qui not. infa. non tamen inducunt recuſationem ſi per iudicem proferantur, glo. in cap. cum ceſſante. de appella. Contrarium tamen tenet gl. in c. cum ſuper. de offi. dele. Tu dic pro concordia, quòd illud eſt arbitrarium, conſideratis perſona iudicis, & verborum qualitate, ait Panor. in c. accedens, vt lite non conteſta. Probus.

d ¶ Preces) Hoc eſt modificatum inf. c. prox. §. item nec credit. (†)

(†) Quod fit, quia preces principum dicuntur armatæ. l. denique, §. quid, ff. de minor. l. ſi ſuperſtite, ff. de dolo. Ideo electio facta medio huiuſmodi precum, videtur nulla, tanquam facta per timorem, qui electionis operatur nullitatem, cap. j. q. vj. vbi glo. ait quòd timor verborum electionem vitiat, quod placet ibi Præpoſit. qui ſubdit poſt gloſ. illam, quòd timor non inducit ſimoniam, peccat tamen mortaliter qui beneficium per timorem obtinet, intellige, peccat quando ſcit, ſecus ſi ignorat, ait ibi idem Præpoſi. Dic etiam electionem nullam ſi illa fuerit facta medio aut prece hæretici, per id quod in ſimili legitur, quòd ſi quis per preces hæretici fuerit de beneficio prouiſus, collatio eſt ipſo iure nulla, & prouiſus ad alia beneficia obtinenda inhabilis effectus, text. eſt clarus in cap. ij. §. ad hoc. de hæretic. in vj. quod nota contra illos qui obtinent beneficia medio reſignationis in eorum fauorem ab hæreticis factæ. Nam qui in fauorem alicuius reſignat, ſatis dicitur pro reſignatario preces effundere. Probus.

Beneficium obtinẽs per reſignationem hæretici.

Digitized by Google

a ¶ Procurabit (* 1) Eoipſo ambitioſus eſt, & ſuſpectus: nec eſt eligendus, ſup. §. & cum humanæ. Quicunque enim primatum deſiderauerit in terra, inueniet confuſionem in cælo: nec inter ſeruos Chriſti computabitur qui de primatu tractauerit, xl. diſt. quicunque, & not. ar. à contrario ſenſu, quòd non prohibentur porrigere preces proprio motu pro aliquo digno & idoneo ipſo non (* 2) procurante. *Preces pro digno.* nam multa licitè & honeſtè accipiuntur, quæ non honeſtè petuntur. cap. de eulogiis, xviij. diſtin. xiij. q. j. queſta. c. ſi motu. cap. ſi pluribus, de præbend. in vj. C. de pe. bo. ſub. l. j. li. x. ff. de orig. iur. l. ij. in fi.

alium preces tales vel literas procurabit [a]. Multoque minus [b] comminationes [c], impreſſiones [d], aut aliud faciant quo minus [e] libere [f]

(* 1) Qualis eſt legitimus, qui à ſede apoſt. diſpenſationē obtinuit, vt in Epiſcopum eligi poſſit: vel is qui habet abbatiam, vt cum ea Epiſcopatum obtinere valeat: quia tales dicuntur porrigere preces, ſic ſtante hoc decreto, inhabiles ſunt ad electionem de eis facendam, quia etiam per indirectum eſt porrigere preces prohibitum, vt ex tex. iſto reſultat. Probus.

(* 2) Sic rex motu proprio, & non ad inſtantiam, ſed de mera libertate poteſt canonicè pro aliquo eligendo preces porrigere, ita hic placet concilio à quo rex ipſe hanc facultatem ſumit, non aliàs: & ſi ad inſtantiam preces porrigit, id canonicè non facit, ita debent intelligi verba congregationis Gallicanæ poſita in fi. huius tit. §. item nec credit, quia illa non facit in eo aliud quàm concilium declarare: licet ſatis ſit hic declaratum per arg. à contrario ſenſu in iure validum, dum dicitur in textu, pro eo qui per ſe vel alium preces vel literas procurabit, ergo rex motu proprio poteſt preces & literas porrigere, dicit glo. infra hoc tit. in d. §. item. in verbo vtatur: quod firmamus in verb. benemeritis, inde ſequenti. Probus.

b ¶ Multóque minus) Not. valere arg. à minori ad maius negatiuè: ſi non licet precari, multo minus comminari. nam cui non licet minus, nec maius, cap. cum illorum, cum ibi not. de ſenten. excommu. ff. de ſena. qui indignus, not. in cap. cui licet. de reg. iur. in vj. cap. licet. de transla. præla. & quod non licet minori, nec maiori. cap. cum in cunctis, in princ. eod. tit. vbi de hoc. *Quando nō licet minus.*

c ¶ Comminationes) Verbales. (*)

(*) De comminationibus & iuſſu regis an inducant iuſtum metum, not. Deci. in conſil. ccxix. viſo puncto. quem vide pro gloſ. ſequen. P.

d ¶ Impreſſiones) Reales violentias.

e ¶ Quo minus) Id eſt, vt non.

f ¶ Libere) Not. quòd electio debet eſſe libera. (*1) infra. c. j. in prin. viij. q. ij. dilectiſſimi. Debet enim animus eſſe in conſulendo liber: ait Saluſtius. Vnde electio facta eſt per metum, comminationes & impreſſiones, eſt ipſo iure nulla. Hoſtien. in ca. licet. eo. tit. dicit, quod etiam electio papę facta per ſeditionē, violentiam, vel oppreſſionē, eſt nulla. text. ſingu. in cap. in nomine domini, xxiij. diſtinct. lxxix. diſtinct. ſi quis papa. ca. ſi quis pro pecunia. Quia ſicut in matrimonio carnali conſenſus debet eſſe liber: aliàs matrimonium eſt nullum, cap. cum locum. de ſponſal. ſic & in ſpirituali. glo. in cap. bonæ, j. circa prin. in cap. quiſquis, eodem titu. vbi dicit Innoc. *Electio debet eſſe libera.* *Matrimonium debet habere cōſenſum liberum.*

Digitized by Google

quòd electio facta per minas dicitur facta per ſecularis poteſtatis abuſum, quo caſu nulla eſt: vt ibi, ad hoc cap. vbi periculum, §. cæterum, eod. titu. in vj. vbi dicit quòd ceſſat electio dum adimitur libertas eligendi. Nam vbi conſenſus requiritur cũ qualitate libertatis, non ſufficit conſenſus, niſi aſſit qualitas (* 2.) libertatis, cap. Piſanis, de reſtitu. ſpoliat. gloſ. not. xxxiij. quæſt. v. notificaſti. Panor. in d. cap. cum locum, in cap. Abbas, quod metus cauſa. Bartol. in tracta. de tyran. Bald. in l. decernimus, C. de ſan. eccle. quod limita quando compelluntur eligere certam perſonam, ſecus ſi compellerentur eligere aliquem de certo genere perſonarum: non eſſet libertas omnino adempta. not. Panor. in dicto cap. licet, in ca. cum terra, eodem titulo. in dicto cap. Abbas, in cap. olim. iij. de reſtitut. ſpoliat. de quo per Bald. in quæſtione quæ incipit, Ad honorem: vbi diſputat de validitate electionis Vrbani vj. quæ dicebatur facta per impreſſionem, not. Iaco. de Zothis, & Præpoſ. in dicto cap. cum locum, vbi dicunt, quòd ſi aliquis compellitur contrahere matrimonium cum certo genere perſonarum: puta cum vna ex mulieribus talis villæ, talis ciuitatis, vel talis parentelæ: valet matrimonium, arguendo de matrimonio carnali ad ſpirituale, quod arg. valet, cap. ij. de tranſlat. præ. not. doct. in cap. tuæ de ſponſ. Nam valet cõſuetudo quæ non in totum tollit libertatem cõſenſus, ſed in aliquo eam diminuit ſeu reſtringit ad certum genus perſonarum, de conſuet. cum dilectus, de verbor. ſignifi. cap. Abbate, vbi valet conſuetudo quòd capitulum teneatur eligere prælatum de gremio alterius Eccleſiæ, ſecus ſi conſuetudo compelleret vnum præciſe eligere, vt dicto cap. cum terra, vbi Ioan. Andr. Ex quo patet quòd nõ omnimoda libertas eſt de ſubſtantia electionis vel matrimonij, ſi enim eſſet de ſubſtantia, non valeret dicta conſuetudo contra ſubſtantiam actus: vt not. in cap. non putamus, de conſuetu. in vj. Quòd ergo dicitur, quòd debet interuenire libertas omnimoda in matrimonio ſpirituali vel carnali: debet intelligi, vt non compellatur contrahere cum certa perſona, vel eligere certam perſonam (* 3) ſecus ſi compelleretur eligere de certo genere perſonarum, hoc caſu poteſt intelligi dictum Innoc. in cap. quod ſicut, eodem tit. vbi dicit, quòd ſi metus interceſſit, tenet electio: licet veniat irritanda, & electus renuntiare tenetur, dicto cap. Abbas, tamen antequam irritetur, tenent geſta per eum. Ad prædict. fa. quòd olim matrimoniũ carnale erat de præcepto, xxvij. q. j. nuptiarũ, nihilominus neceſſitatus cõtrahere in genere, non dicebatur cõtrahere cõtra voluntatem: immo tenebat matrimoniũ. Ex dictis videtur, quòd ſicut electio facta per metum iuſtũ eſt ipſo iure nulla, ita & renũtiatio beneficij: quia cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l. j. xxxij. diſt. hoſpitiolũ, ad hoc clem. multorũ, de pœ. & hanc partẽ videtur tenere Hen. in ca. quod in dubiis, de renun. per cap. ad aures, quod metus cauſa, tenent de Ro. deci. cciij. do. Andr. in cap. ſuper hoc, de renun. in dicto cap. ad aures, vbi dicit, quòd in omnibus ſpiritualibus actibus vitiat metus ipſo iure: quia debet interuenire libera voluntas: vt patet in rerum Eccleſiaſticarum alienatione, de iureiuran. peruenit. etiam ſolennitate debita ſeruata: quia conſtat quòd ſine ea non valeret, xij. qu. ij. ſine exceptione, de re. eccleſ. non alie. lib. vj. c. j. in voto, c. licet, de vo. in abſolutione ab excommunicatione, ca. j. quod metus cau. in vj. & ſi. fa. quod not. Ioan. And. in cap. non firmatur, de regul. iur. lib. vj. in mercu. quòd renuntiatio beneficij facta timore mortis, (* 4) non tenet per cap. Gonſaldus, xvij. quæſt. ij. vbi Archid.

Matrimoniũ etiam per vim cõtractũ aliquando tenet.

Electio an poſſit valere licet non omnimoda libertas interuenerit.

Digitized by Google

chid. in cap. fin. de renun. Tamen communis opinio eſt contra, quòd renunciatio beneficij facta per metum, tenet ipſo iure: (*5) ſicut regulariter tenent facta per metum, & renuntians perdit ius & poſſeſſionem beneficij: ſentit gloſ. j. in dicto cap. ad aures not. in dicto ca. ſuper hoc. in cap. j. xv. quæſt. vj. tenent de Ro. deci. cclxxiiij. ar. à ſpeciali. (*6) di. clemen. multorum. §. ſanè. vbi illa renuntiatio metu extorta pronunciatur nulla quæ fuit facta per captionem & detentionem poteſtatum ſecularium in odium iſtorum potentum, qui quandoque incarcerant clericos vt renuntient ſuis beneficijs. ſecus ergo quando non fit ſponte ſine tali captione: vt ibi not. & ſentit ibi Paul. dicens, quòd illud eſt ius nouum. not. Panormit. in cap. ſolicitè. de reſtit. ſpoliat. in dicto cap. abbas. per illum text. vbi papa fundat ſe ſpecialiter ſuper regula generali, quòd ea quæ vi & metu fiunt, debent in irritum reuocari: & ita quòd beneficium coactè reſignatum debet repeti per actionem quod metus cauſa coram ſuperiore qui beneficium reſtituet cuius dominium fuerat perditum. & hanc partem tenendo ſequitur, quòd huiuſmodi renuntians per metum beneficio ſuo, ſi inde poſtea ſpolietur, aut violenter eiiciatur, non poteſt agere interdicto recuperandæ ad reſtitutionem conſequendam: quia per renuntiationem perdidit tam proprietatem quàm poſſeſſionem. l. ſi quis. §. differentia. ff. de acquirenda poſſeſſione. notat Innocentius in dicto capitulo ſuper hoc. Paulus in clementina prima de renuntiatione. gloſa ſecunda, in capitulo inter cætera. de præbendis. ad hoc capitulo accepta. de reſtitutione ſpoliatorum. vbi Dominus Andreas & Panormitanus, doctores in dicto capitulo ſolicite. pariter ſi incumbat poſſeſſioni beneficij poſt renunciationem & inquietetur, non poterit agere interdicto retinendæ cui æquipollet caſus ſaiſinæ & nouitatis, cum perdiderit omne ius proprietatis & poſſeſſionis. ad hoc ca. audita. de reſtitu. ſpoliato. vbi doct. Sibi autem competit actio quod metus cauſa: per quam reſtituentur ſibi omnia quę tradidit per metum cum integritate: vt dicto c. abbas. & videtur noua collatione indigere. iuxta no. per docto. in. c. ſi beneficia. de præben. in vj. in c. j. de rerum permuta. in vj. de reſignante ſuum beneficium cauſa permutationis qui de rigore iuris non poteſt propria auctoritate redire ad aliud ſine noua collatione permutatione non completa, (*7) cum per reſignationem perdiderit ius beneficij: (*8) & per collationem alteri factam fuerit dominium in illum tranſlatum. l. cum precibus. C. de rerum permuta. licet de æquitate aliud dicant vt vitetur circuitus. clemen. auditor. de reſcriptis. docto. in clemen. j. de rerum permuta. Frederi. in tractatu perm. quęſt. viij. Panor. in cap. cum venerabilis. de exceptionibus. in ca. cum vniuerſorum. de rerum permuta. Vel competit ei & aliud remedium quo directè petit beneficium intentando vtilem actionem. l. iij. C. quod metus cauſa. no. Panor. in cap. ad audientiam. quod metus cau. Sed prima opinio plus mihi placet: quòd non teneat (*9) renunciatio beneficij per metum iuſtum facta. pro quo. d. ca. ſuper hoc. ſecundum illorum intellectum qui intelligunt quòd ibi agebatur rei vendicatione: vbi renunciantes beneficijs per vim, metum, & oppreſſionem: admittuntur ad ea repetenda rei vendicatione: ſed rei vendicatio non datur, niſi Domino. l. in rem. ff. de rei vendicatione. not. in cap. ij. de libel. ob. ad hoc dicto cap. ſolicite. vbi renuncians beneficio poſt ſpoliationem admittitur ad repetendum interdicto recuperandæ: quia

Renuntiãs beneficium perdit ius & poſſeſſionem.

Interdictũ recuperandæ æquipollet caſui ſaiſinæ.

Digitized by Google

non eſt verſimile quòd ſpoliatus ſponte ſuo iuri renunciauerit: quia ſi cōſtaret quod ſponte renunciaſſet, non admitteretur: licet aliter intelligat illud cap. Panormitanus ibidem, dicens habere locum cum renunciatio facta eſt in manibus non ſui ſuperioris, licet poſt ſpoliationem, & non vbi eſſet facta in manibus ſuperioris. Sed mihi videtur illud capitulum intelligendum eſſe, quòd illa renunciatio fuit facta in manibus ſuperioris: ſed adhuc non conſtabat de validitate renunciationis: an ſcilicet ſponte, vel coacte fuiſſet facta: vt patet in illo c. ſi bene ponderentur eius verba: & præcipuè ibi, quia non eſt verſimile, &c. & ſic dubitabatur de validitate illius renunciationis. patet etiam quia conſtabat ibi expreſſe renunciationem interueniſſe. nec de hoc erat aliqua dubitatio, cum pars confeſſa fuit: nec allegationes, ſeu probationes reſtabant: vt no. ibi Panor. ſed inducebantur teſtes ad probandum validitatem renunciationis, vt patet ibi, contra eum teſtes, &c. & ſolum papa prohibuit illos teſtes admittendos antequam ſpoliatus fuerit reſtitutus. Item ſi illa renunciatio fuiſſet efficax, non reciperentur alij teſtes, ex quo conſtabat de ea per confeſſionem partis, & ſic notoria erat renunciatio, & per conſequens non eſt neceſſaria alia probatio. arg. c. quoniam. de fil. preſbyterorum. cap. ij. de confeſſ. ca. euidentia. de accu. Item ſi illa renunciatio fuiſſet facta in manibus non ſui ſuperioris, ad quid papa cum tanta ſolicitudine mandaſſet inquiri quo tempore fuit facta iſta renunciatio, cum huiuſmodi renunciatio non præiudicet renuncianti: nec per eam perdatur ius quod habebat in beneficio? immo talis renunciatio non tenet, iuxta no. per doc. in c. quod in dubijs. de renunc. Hoſt. in c. ex ore. de his quæ fi. à maiori parte ca. Pan. in d. c. ſolicite. immo debuiſſet illico ſpoliatum reſtituere. arg. c. ij. & ſi. de or. cog. c. in litteris. c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. Nec talis exceptio habebat reuelare excipientem: cum non concernat defectum proprietatis, nec poſſeſſionis. iuxta no. per doc. in d. c. ſolicite. & exceptiones non reuelantes excipientem, non ſunt admittendæ. c. cum contingat. de of. dele. ca. ad id quod. de ſponſalibus. no. Innoc. in ca. inter dilectos. de exceſ. præla. Item non valet conſequentia. renunciatio eſt facta in manibus ſuperioris: ergo valet. Nam poteſt fieri calore iracundiæ: quo caſu non prę̨iudicat renuncianti. not. Ioan. Andr. in cap. ij. de renunc. libr. vj. in nouella. Archid. vij. q. j. quam periculoſum. fa. de pœ. diſt. j. diuortium. l. quicquid calore. ff. de re iud. quod no. in cap. ex literis. de diuort. in c. de multa. de præb. glo. ij. vbi doct. & ſi fiat per dolum, non tenet. gloſ. in capi. ſuggeſtum. vij. q. j. nec ſi fiat ex turpi cauſa: vt d. c. ſuper hoc. cum ibi not. cap. cum pridem de pac.

(* 1) Sic excludit conſenſum alterius, quia illa dicitur in ſimili libera reſignatio, in qua alterius excluditur requiſitio, dicit Anton. in cap. j. nota. iij. de officio ordina. cap. ſtatuimus. vbi Panor. de regula. Ancha. conſi. lvj. Ioan. Areti. in conſil. xiiij. col. ij. ver. Secundo probatur. Decius conſ. cccvj. col. ij. in fin. P.

(* 2 Iſtud latè firmo multis ſimilibus in tracta. penſio. parte j. q. j. nu. lxxviij. & ſeq. Probus.

(* 3) Iſtud facit, quòd eo in caſu quo rex vel princeps poteſt de iure preces erga electores porrigere. vt no. ſupra proxi. in verbo procurabit. & in fine huius tit. in §. Item. nec credit quòd non pro vnico, ſed pro pluribus debet hoc facere: alias eſſet

Digitized by Google

contra electionis ſubſtantiam, quia non eſſet eligendi libertas: cum eligere propriè ſit vnum ex pluribus ad prælaturam canonicè vocare. Ideo potius diceretur electio facta per regem quàm electores, quod eſt contra mentem & verba concilij. Pro pluribus ergo, id eſt duobus, videlicet vel tribus per regem preces porrigantur, ex quibus vnum canonici eligant. Pro hoc facit tex. in dicto §. item nec credit: ibi, pro perſonis benemeritis, quæ ſunt pluralis numeri. idem in cap. cum longè, ibi, quoſcunque regalis poteſtas elegerit. lxiij. diſtin. P.

Eligere quando dicatur.

(* 4) Quid ſi timore excommunicationis facta fuit renunciatio, Bar. in conc. xxx. bene etenim cuncta geruntur. vol. iij. hoc deducit concludendo quòd renuncians hac non obſtante renunciatione poterit beneficium renunciatum recuperare. quod placet Decio in ca. ij. de reſcrip. conſi. ccxix. viſo puncto. qui in d. c. ij. ait, quòd etiam renuncians beneficium ad effectum vt frater relaxetur à carcere, poteſt beneficium repetere, etiam placet ibi Domi. meo de Ripa, nu. xxv. qui etiam ſubdit, quòd ſi clericus grauatus ab epiſcopo indignatione commotus renunciat beneficio, competit ſibi ius repetendi, quia non ſponte reſignauit, ſecundum Domi. in c. quàm periculoſe. vij. q. j. de renunciatione facta metu reuerentiali ponit Mantua. conſ. cxxxij. nu. xlj. in præſenti caſu. P.

(* 5) Tamen reſtituitur actione quod metus cauſa. c. abbas, &c. ſuper hoc. quod met. cauſa. Et intantum reſtituitur qui per metum renunciauit, quòd non eſt opus noua collatione. c. ſi verò. vbi Panor. & Fely. de iureiur. quod videtur placere do. meo de Ripa in c. ij. nu. 25. de reſcrip. P.

(* 6) De quo arg. dixi ſuprà hoc. c. §. quod ſi aliter. in verbo ordinibus. in ij. additio. Probus.

(* 7) Quia per reſignationem vere vacauit, dicit Rota. deci. cccxcviij. & ſeq. in antiquis, dixi apud Ioan. Mon. in c. vnico. nu. 10. de rerum permut. Quòd ſi verè vacauit, ergo beneficio priuatus fuit. c. ſuper hoc. &. c. ex tranſmiſſa. de renunciatio. & c. quàm periculoſum. vij. q. j. etiam ſi reſignatio aliquo defectu eſſet nulla. cap. quod in dubijs. & ibi Panor. de renunciatio. P.

Per reſignationem vera fit vacatio.

(* 8) Etiam & poſſeſſionem dicit Rota. in antiquis. deciſione lxvij. Probus.

(* 9) Iſta eſt deciſio Rotæ in antiquis. deci. ccciij. vide Deci. conſil. ccxix. viſo puncto. Pro hac parte facit quod tradit Ludoui. de Gozadinis in conſ. xxiij. nu. iij. prima facie, quod vbi poteſt eſſe alia præſumptio quàm renunciatio, tunc non dicitur facta renunciatio. arg. l. cum de indebito. ff. de probatio. & l. ſi cum virum. ff. de ſolutio. Exemplum in receptione facta in canonicum de mandato papæ, quia videtur potius facta animo obediendi papæ, quàm animo renunciandi priuilegio, aut ſtatuto loquenti de numero. Sic in propoſito videtur potius animo euadendi periculum mortis, aut cruciatus corporis quàm renunciandi. Et quidem pars hæc firmatur: quia ſi renunciatio fieri debet liberè, id eſt ſine pacto, conditione vel modo. glo. & doct. poſt tex. in c. ex parte j. de offic. delega. & ſic ſimpliciter abſolutè & totaliter dicit Aymo Crauette. conſil. cxxij. de anno. ſequitur dicendum quòd in ea reſignatione non minus debet ceſſare metus: cum plus libertatis tollat, quàm ſupra deducta. P.

Vbi cadit alia præſumptio quam renunciatio illa non venit.

a ¶ Procedatur) Quid ſi elegerint coacte, an ſi poſtmodum recipiant electum ſponte, validetur electio prius nulla, quaſi purgato metu? Non, quia non firmatur, &c. (* 1) de reg. iur. non firmatur. libr. vj. & cum tractatur de viribus electionis, initium. j. tempus celebratæ electionis inſpiciendum eſt. de conſuet. cum dilectus. c. cum inter R. ſeniorem. eo. ti. j. q. j. principatus. c. dudum. j. eo. ti. & vbi aliquid eſt nullum ex defectu ſolennitatis cuius ſuppletio non dependet (* 2) à poteſtate mea: immo egomet ſi exercuiſſem actum ſine ſolennitate actus non valeret, non poſſum habere ratum. c. auditis. cum ibi no. eo. ti. no. doc. in c. prudentiam. de offic. dele. in c. cum nos de his quæ fi. à præl. Sed iſtud argumẽtum non valet vbi electio fuit alias canonica de iure poſitiuo: quia ſeruata ſunt omnia ſolennia, fuit tamen coacta. ſed fa. quod no. Inn. in c. cum dilecti. eo. ti. Io. And. in d. c. non firmatur. in c. ratum quis de reg. iur. lib. vj. in nouella. Henr. in d. c. dudum. quod no. inf. c. j. in prin. no. Compoſ. in c. quod ſicut eo. tit. dummodo electus fuerit in dolo, & cõſcius violentiæ & impreſſionis. Talis enim fuit intruſus, & executionem non habet, xvj. q. vij. ſi quis deinceps. & c. ſeq. & deeſt puritas in iſtius ingreſſu quæ in beneficijs deſideratur. j. q. j. ſi quis ideo cedere tenetur. (* 3) nec per ſequentem conſenſum eligentium vitium purgatur. de renuc. ca. niſi cum pridem. §. j. cum ibi notatis. Alij cõtra. per. l. ij. C. quod met. cau. l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob turpem cau. ſi fuerit electio aliàs canonica in omnibus ſentit Inno. in d. cap. quod ſicut. An autem epiſcopus poſſit habere ratam collationem beneficij factam à non vicario, vel à vicario generali? Domini. dicit quod ſic, in cap. licet de offic. vica. in vj. vt valeat ex nunc, non ex tunc: (* 4) eum in ea inſpiciatur initium facit quod nota. in cap. dilecto. de præben. An tolerantia (* 5) prælati det ius in beneficio, Ioan. And. & Henri. in c. ex ore. de his quæ fiunt à ma. par. capituli. Panor. in cap. ex officij. de præſcript. quod not. de Ro. deci. cccc xxxix. receptio in canonicum facta per capitulum, ad quod ſpectabat collatio libera præbendarum, habet vim collationis. Cuius contrarium ſentit Freder. conſi. cxliij. quod not. de materia ratificationis per docto. in cap. cum quis de ſent. excommun. in vj. in l. j. C. qui pro ſua iu. in l. ij. C. com. vtri. iu. Henr. in c. mulieres. de ſent. excommu. pulchrè per Bal. in l. obſeruare. ff. de offi. procon.

Collatio facta à non vicario, an poſſit rata haberi.

ad electionem procedatur a.

Electoribus, ne ad literas, preces, cõminationes, vel ĩpreſſiones quorũuis ſuperiorum quẽquã eligere præſumant, præcipitur. P.

Ratificatio præſupponit actus validitatem.

(* 1) Ratificatio enim validitatem præſupponit actus prius facti. Barto. in l. inſiurandum ff. de iureiur. & Innocen. in cap. cum in noſtris de præbend. Frede. conſil. clxxix. quidam prælatus. hinc eſt quòd qui petit contractum reſcindi, quia deceptus vltra dimidiam iuſti precij, præſupponit contractum ab initio fuiſſe validum vel ſaltem talem qui coloratum dat titulum poſſidendi, dicunt do. de Ro. in no. deci. xvj. & Auſ. poſt cap. Thole. deci. cccclxix. P.

(* 2) Iſtum punctũ habes per nos diſcuſſum in tracta. penſio. parte iij. q. vij. vbi quæritur an partes ſuo conſen. poſſint facere vt ſignatura apud iudicem fidem faciat. P.

(* 3) De iure non, ſed ſolum de facto, quatenus de facto electus fuit: vt in ſimili diximus ſupra hoc. tit. poſt glo. in §. quòd ſi aliter. in ver. reſignauerint. P.

Digitized by Google

(*4) Simile habes per Inno. & Panor. in c. cura paſtoralis. de iu. patro. ideo ſi impetratio fiat à papa ante huiuſmodi ratihabitionem, validior erit. Fely. in c. cum Bertholdus. nu. 9. de re iudic. Præterea regula eſt, quòd ea quæ ſpeciale mandatum requirunt, ratificari non poſſunt, vt ſaltem ratificatio retrotrahatur: & quando mandatum eſt de forma, vt latiſſimè firmo in tracta. penſio. parte j. q. v. nu. 21. P. *Impetratio ante patroni ratificationem valet.*

Similiter in virtute ſanctæ obedientię [a] ipſis electoribus præcipitur: [b] ne † [c] ad huiuſmodi [d] literas, preces, comminationes, vel impreſſiones, aut aliàs (vt præmittitur) quenquam † [e] eligere.

(*5) De tolerantia, etiam quo ad effectum diſpenſationis, habes per nos in tracta. diſpen. mẽb. 5. parte iij. nu. 50. & nu. 48. P.

a ¶ Obedientiæ) ſi. ver. in c. cum ſpeciali. de appel. in c. j. de ſepul. in vj. vbi Ioan. mona. in c. j. de ſta. re. §. & quoniam in vj. clem. j. de reliq. & venera. ſancto. § ideoque. cum ſi. vnde contra facientes peccantum inobedientiæ incurrunt. iiij. diſt. in fi. lxxxj. diſt. ſi qui ſunt c. ij. de ma. & obe. cle. j. de æta. & qualit. Guiliel. in cle. j. §. ſane. de foro compet. Hoſt. de tempo. ordi. quæſitum. fa. gloſ. in ver. inhibentes. in clemen. j. de iu. pa. (*)

(*) De his verbis comminatorijs diximus latè in tracta. penſio. parte iij. quæſtio vj. in ver. ſecundum motiuum. Probus.

b ¶ Præcipitur) Ideo neceſſe eſt fieri: (*) quare contrà facientes peccant mortaliter, vt dictum eſt: cum præceptum obliget ad mortale. xiiij. quæſt. j. quod præcipitur. not. doct. in cap. j. in cap. nam concupiſcentiam. de conſtitu. *Præcipitur quid importet.*

(*) Iſtud verificatur per verbum Domini Leui. 20. ibi, cuſtodite præcepta mea, & facite ea. & c. 26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis & feceritis, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, quod vltimum videtur potius ſonare conſilium vt etiam Deut. 4. c. Cuſtodi præcepta atque mandata Dei; quæ ego præcipio tibi: vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te. & Iob. x. Qui timet pręceptum, in pace verſabitur. Probus.

† c ¶ Ne) Ideo ſi contrarium fiat, electio erit nulla, quia clauſula negatiue prolata denotat neceſſitatem præciſam, & priuat omni potentia. l. nemo poteſt. de lega. j. l. non poterit. ff. de furt. gl. in regula prima, in vj. Bar. & Bal. in l. gallus. in princ. ff. de libe. & poſthu. idem Bal. in l. j. col. pe. C. qui admitti. & in l. quæſt. col. vlti. C. de fidei con. vbi expreſſo dicit quòd actus contra dictã prohibitionem eſt irritus. Idem Bal. in l. j. ff. de iniuſt. & irri. teſta. Hippo. in conſi. xxiiij. nu. xxv. & ſeq. Munda cor meum vbi nu. xxxvij. ſubdit, quòd quando lex aliquid prohibet ſimpliciter, intelligitur tacitè exponere clauſulam annullatiuam ſi contra fiat. l. non dubium. C. de legib. c. exhibita. de iudic. c. delicta. de reſ. gl. in l. non intelligitur. §. diuus. ff. de iure fiſci. Bald. in l. ſi tutor. in fine. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt nec. e. P. *Clauſula negatiue prolata neceſſitatem importat.*

d ¶ Huiuſmodi) quę fierent ad inſtantiam alicuius procurantis,

† e ¶ Eligere) quod ſi omnes excepto vno ad eas preces & ſimilia eligant, ille ſolus tanquam iuſtam habens cauſam contradicenti poteſt contradicere, & actum impedire, id eſt electionis effectum. probat Præpo. in c. epiſcopum. lxj. diſt. P.

Digitized by Google

a ¶ Præſumant) Facta autem electio in contrarium, præſertim per comminationes & impreſſiones, eſt ipſo iure nulla. (*). c. bonæ. j. c. quiſquis eo. tit. Hen. in c. Meſſana. c. ti. quod limita vt ſupra no. & vide ſingu. dictum Innoc. in ca. quod ſicut. eo. tit. quod ſi quis ſit electus qui pro ſe rogauerat vnum de electoribus, renunciare tenetur. innuens talem electionem eſſe nullam. alleg. ca. per inquiſitionem, eod. tit. ſed in. c. bonæ. ij. eo. tit. ſentit quòd non eſt nulla, ſed venit retractanda propter vitium ambitionis. præceden. ad hoc. c. ſi quis papa. lxxxix. diſt. c. in nomine Domini. §. quod ſi quis. xxiij. di. idem Panor. in d. cap. bonæ. arg. c. in ſcripturis. viij. q. j. vide no. ſupra. §. & cum humanæ. in ver. vtiliorem. eligentes tamen talem procurantem ad ſolas preces & inſtantias non ſunt priuati poteſtate eligendi: licet peccauerint, quia non inuenitur iure cautum: vt not. doct. in d. c. bonæ. ij. ſed dicit Innoc. in d. ca. bonæ. j. eligentes vel poſtulantes per impreſſiones priuatos eſſe ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: & quòd poteſtas deuoluitur ad alios qui non deliquerunt, licet numero pauciores. (* 2) Inn. in d. ca. quiſquis. ſed glo. ibidem dicit contrarium, quòd non puniuntur. per. c. cum Vintonien. in deciſ. e. ti. in quo. c. reſpondet Inno. quòd. d. c. quiſquis, non emanauerat tempore dicti. c. cum Vintonien. vbi Io. And. concor. dicit quòd dictum Inno. procedit quando electores ſponte conſentiunt impreſſioni & abuſioni laicorum. quod autem dicitur in d. c. cum Vintonien. procedit quando per vim & metum peruenerunt ad electionem. vel illud c. quiſquis, procedit in impreſſione laicorum. in. caſu. c. cum Vintonien. forte interceſſit impreſſio clericorum. Prima ſol. videtur æquior. rigoroſum enim eſſet eligentes per vim & metum puniri: cum metus eos excuſet etiam leuis. j. q. vj. ſi quis autem. vbi Archi. Hen. in d. c. quiſquis. no. inf. c. j. §. Item nec credit. Et tunc dicitur electio fieri per abuſionem laicorum quando eligentes ſponte faciunt laicos intereſſe electioni. vt. d. c. Meſſana. aut quando ſuper perſona eligenda clerici conſulunt laicos, & obligant ſe vel promittunt certam eligere perſonam quam laici conſuluerint: vt. d. ca. quiſquis. tamen per iſtum textum videtur quòd ſint quodammodo puniendi eligentes per impreſſiones & preces: cum ipſis præcipiatur in virtute ſanctæ obedientiæ ne ad huiuſmodi preces & impreſſiones aliquem eligant, cui magis debent obedire quàm hominibus. xj. q. iij. ſi Dominus. c. Iulianus. & huiuſmodi impreſſionibus debent viriliter pro domo Iſraël reſiſtere. xliiij. diſt. ſit rector. in fi. huius lib. §. nos igitur. cum ibi no. & ſi impreſſionibus acquieſcant, peccant: vt dictum eſt ſupra. quod patet per ver. præſumant, quòd ſonat in malum. (* 3) vnde dicit Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſac. quod maior conſtantia requiritur in prælatis & alijs clericis, & audatiores debent eſſe quàm laici: cum defendantur lege Dei: qui dicit. Nolite tangere Chriſtos meos j. ſacerdotes. xj. q. j. ſacerdotibus. no. in authen. de non alie. col. ij. in l. iiij. C. ſi con. ius vel vti. pu. Sed quid facient eligentes cum timent vim & impreſſionem: & ſunt aliqui abſentes qui non audent venire ad eccleſiam, nec mittere procuratorem? dic quòd præſentes debent venire ad aliquem locum tutum vbi abſque metu poſſit fieri electio, cum abſentibus. nam cum metus eſt realis & communis, puta quòd timetur probabiliter quòd electio non poſſit fieri purè ac ſine vitio & violētia, fortè

re a præſumant b †.

Clerici debent eſſe conſtantiores laicis.

Metus quandoque eſt realis, quandoque eſt perſonalis.

Digitized by Google

quia eſt aliquis tyrannus paratus ad impreſſionem, tunc abſentes non tenētur venire nec mittere procuratorem, cum etiam procuratori poſſit inferri violentia: vt di-cto ca. bonæ. j. vbi gloſ. & docto. vnde tunc licitè poſſunt petere vt aſſignetur locus idoneus & ſecurus. (* 4) d. ca. in nomine Domini, ca. quanto. lxiij. diſt. aliàs poteſt recurri ad ſuperiorem, aut appellari. vt. d. c. bonæ. Inno. & doct. in. c. ij. de no. ope. nunc. Bald. in. l. decernimus. C. de ſacroſan. eccle. licet vbi metus eſt perſonalis: quia timetur ſolum de perſona abſentis propter inimicitias vel odium, tunc habet locum cap. quia propter. eo. titu. vt conſtituat procuratorem ad eligendum. vt no. in d. c. bonæ. ſi autem præſentes nolunt conuenire in loco ſecuro cum abſentibus, non debent procedere ad electionem quouſque impreſſionis vel violentiæ metus. ceſſet: nec interim durante hoc impedimento curret eis tempus. per c. ne pro defectu. ibi, iuſto impedimento. eod. titu. cap. quia diuerſitatem. de conſ. præb. ca, fi. eo. tit. per no. per Manda. c. ij. no. Compoſ. & Henri. in d. c. bonę. Manda. c. xiij.

Electione facta, & ea habenti ius illam confirmandi præſentata, coelectus, vel ſe opponens, nominatim vocetur, edictúmque publicum in eccleſia in qua electio eſt facta, proponatur. P.

(* 1) Ideo ſi virtute illius nititur beneficium aut prælaturam detinere, aut occupare, ſpolietur, ſeu à poſſeſſione expellatur, nullatenus poteſt remedium intentare ſpoliatorum. quòd ſi de facto intentauit, eidem obſtat exceptio notoria defectus proprietatisquæ obſtat petenti reſtitutionem, maxime in beneficialibus: vt in c. conſtitutus. iuncto c. quoniam. de fil. preſb. no. communiter doc. in c. in literis. de reſt. ſpol. & in c. ad decimas. eod. titu. in vj. quod fit quia prouiſus contra canones expellitur: ideo expulſus non reſtituitur, quod nota contra eos qui prouidentur contra hoc decretum. Probus. *Spoliatus non habens titulum ſpoliatorum non habet remedium.*

(* 2) Hanc quæſtionem habes per nos deductam in tract. deuolutio. parte iij. q. xxxj. Probus.

(* 3) Quod probari etiam poteſt per verbum Eccleſiaſtici, ca. 18. ibi, Vidit Deus præſumptionem cordis hominum, quoniam mala eſt. & cap. 32. ibi. In medio magnatorum loqui non præſumas. & cap. 34. O præſumptio nequiſſima vnde creata es, cooperire malitiam aridam & doloſitatem illius? Hæc enim mala præſumptio ſub ſe varias complectitur ſpecies, de quibus per Montolo. in promp. in verbo præſumptio, probari quidem per text. in ca. ij. de iudic. & in authen. ſtatuimus. C. de epi. & cler.

(* 4) Quis autem dicatur locus non ſecurus, vel omnino tutus, ponit Iacobat. in tract. concil. lib. vij. ar. j. §. nunc quando in verſiculo quinimmo. etiam de eo loco non tuto vide quæ diximus in tracta. penſio. parte iiij. q. viij. P.

† b ¶ Præſumant) Verbum eſt denotans aliquid fieri de facto. Fely. poſt gl. in c. iudici. de teſtib. ſimilis. in c. ij. de iudic. & in c. cum laicus de iure patro. & in c. cum ſingula. de præb. in vj. Probus.

a ¶ Facta autem) Primo ponitur modus in confirmatione electionum ſeruandus. Secundo prohibetur confirmatori occaſione confirmationis aliquid recipere. Tertio, notarijs & alijs ſcribentibus in cauſa confirmationis moderatum ſalarium reſeruatur. Quarto punit confirmantes indignos aut ſimoniacè aut ſine ſolennitate. Quinto Ro. pon. exhortatur ne pro confirmatione electionum aliquid exigat, aut recipiat. Sexto pro oneribus eccleſiæ Ro. ſupportandis pollicetur ſynodus prouidere. ſecunda ibi, & vt. tertia, notarijs. quarta, ſi vero. quinta ſummum. ſexta, pro oneribus.

[a] Facta † [b] autem electione * [c] & ei ad quem ius [d]

¶ Facta & publicata: prout le. & not. in cr. quia propter. in fi. eo. titu. Manda. ca. xxxv.

† b ¶ Facta) Scilicet à maiori parte eligentium, alias electio eſt nulla, cum vtraque requiratur vt per Præpo. in c. in canonicis. col. 2. xix. diſt. vbi etiam ponit an ſanioritas requiratur in actibus factis in vniuerſitatibus ſecularibus. P.

Electus conſentiat electioni.

* c ¶ Electione) Cui electus habet conſentire. ca. ſi electio. in prin. de elec. in vj. Dico poſtquam fuit illi præſentata per electores, & intra menſem à die illius præſentationis computandum ipſe electus ſuum habet præbere conſenſum: aliàs ipſo iure eſt priuatus iure per electionem quæſito, niſi fuerit iuſto impedimento detentus. tex. eſt ad literam hæc omnia dicens, in c. quam ſit. eo. tit. & lib. Et conſenſu habito debet confirmatio peti per electum aut eius procuratorem, aut electores, ac alios, per gl. concor. nominatos, in titu. de regia ad præla. no. fac. in verbo præſentata, per quos autem fiant confirmationes electionum, ponit. d. gloſ. concor. quam ad hunc effectum videre licet, quia illa hoc tradidit vltra. d. gloſ. præſentata. P.

d ¶ Ius pertinet) iure communi: vt ad ſuperiorem. nam epiſcop. (*1) confirmat ſibi ſubiectos, cap. nullum omnino. xvj. q. vij. de hære. cum ex iniuncto. in fi. cap. cum monaſterium eod. titu. c. j. xviij. q. ij. cum ibi not. ca. ſignificauerunt. cum ibi not. de excep. niſi ſint exempti. cap. cum venerabilis de conſue. ca. ſi abbatem eo. titu. in vj. & niſi ſit prioratus electiuus ſubiectus alteri monaſterio, quia tunc poteſtas confirmandi ſpectat abbatem maioris monaſterij. not. Panormi. in ca. monachi. de ſta. mo. per illum tex. in ver. prioratus quoque & per c. cum ad monaſterium. ver. nec alicui. e. tit. quæ parum faciunt: & loquuntur in regularibus collatiuis & manualibus. vnde doct. tenent ſimpliciter in d. cap. monachi, quòd confirmatio huius prioris ſpectat ad epiſcopum, per iura alle. doc. in d. c. cum venerabilis. de excep. Panormi. in cap. cum veniſſent. de inſtit. archiepiſcopus confirmat epiſcopum lxiiij. diſtin. illud. cap. cum dilecti. eod. titu. archiepiſcopum Primas: vel Patriarcha. cap. bonæ. j. eod. titu. patriarcham vel exemptos papa. ſcriptum. eod. tit. aut legatus de latere in partibus exiſtens, vt d. c. cum ven. d. ca. ſi abbatem. ſiue pertineat confirmatio iure ſpeciali ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta: ſiue ex delegatione, omnes iſti tenentur ſeruare hoc decretum. (*2) not. in ſi. Ioan. Andr. in c. fi. eo. titu. in vj.

Confirmatio per quos fieri debet.

(*1) Quòd ſi negligens fuerit, prout & alij ſequentes quando fiet deuolutio, dico in tract. deuolutio. parte j. q. ix.

(*2) Pro

Digitized by Google

(* 2) Pro hoc vrget verbum Bal. per illum tex. in l. cum ex oratione, ff. de excu. tutor. quod tantum valet dignitas acquiſita per priuilegium, quantum de iure cōmun. hinc idem Bal. in l. imperialis, per illum tex. C. de nup. inquit, quod ſpurius legitimatus perinde haberi debet, ac ſi legitime natus fuiſſet, quia quod fit per priuilegiū vel iure ſpeciali, idem operatur quod factum iure communi, inquit idem Bald. in l. liberos, c. de colla. dum dicit, quòd habens beneficia per diſpenſationem, ita debet tueri ſicut ſi de iure communi poſſideret: vt latius firmo in tract. diſpen. memb. v. parte j. num. 69. & parte iij. num. 124. & ſequen. P. *Dignitas iure communi aut priuilegio habita, idē operatur.*

pertinet † a cōfirmandi præſentata b, ſi appareat eo elect9

† a ¶ Pertinet) Vtpote ad capitulum Eccleſiæ cathedralis ſede vacante Epiſcopali, not. Præpoſi. in c. presbyteri, col. ij. xxiiij. diſt. vbi ponit rationem quare potius ſede ea vacante capitulum confirmet quam cōferat beneficia ad plenam Epiſcopi diſpoſitionem pertinentia, quia confirmans non exercet liberalitatem in confirmando, ſed facit quod iuſtitia eum cogit. Conferens autem liberalitatem conferendo exercet, dando vni magis quàm alteri. Sic confirmans ſolum vtitur iuriſdictione, conferens autem illa & fructu illius, quod licet capitulum conferat, non tamen Archiepiſcopus, quia non eſt illud iure cautum. Quæ ſic dicta ſunt, quòd ſede Epiſcopali vacante ſpectat confirmatio, verùm confirmatio electionum quæ fiunt de dignitatibus inferioribus, Epiſcopatui, non de ipſa Epiſcopali dignitate, niſi eſſet capitulum Eccleſiæ metropolitanæ, quia tunc capitulum ipſum confirmat electiones Epiſcoporum ſuffraganeorum. P. *Capitulū confirmat.*

b ¶ Præſentata) Intra tres menſes computandos poſt conſenſum præſtitū (* 1) per electum electioni c. quàm ſit §. fi. e. tit. in vj. Manda. c. lvj. ſed aliud ſpeciale ſtatutum eſt in electionibus Eccleſiarum cathedralium & regularium, quarum cōfirmationes immediata ſubiectio vel appellatio ad ſe. ap. deuoluit, c. cupientes, eod. tit. in vj. Manda. c. lvj. ſed ſecūdum non ſeruaretur hodie, cum his iuribus ad ſed. apoſt. non appelletur omiſſo medio, infra de cau. ca. j. & non refert per quem electio fuerit præſentata confirmatori, ſiue per electores, c. cum inter canonicos, ca. dudum, in princip. eod. tit. ſiue per electum, c. cum dilectus, de conſue. not. Ioan. And. in dicto cap. quàm ſit, & melius facit electus ſi per eligentes faciat præſentare electionem: ne de ambitione notetur, (* 2) ad hoc not. per Inno. in cap. cum in iure, eo. tit. Manda. cap. xxxvij. & ipſis negligentibus: ſcilicet eligen. & electo. poteſt populus petere confirmationem electionis ſui prælati, cap. quod Dei timorem, de ſta. mo. Io. And. in c. cum nobis eo. titul.

(* 1) Quòd ſi noluerit conſentire nec diſſentire, cogitur per ſuperiorem, vt intra breuem terminum alterum faciat, not. Compo. in c. cum in cunctis, col. iiij. de elect. quod proſequitur latius in tract. deuolut. parte j. q. xij. P.

(* 2) Per hoc tamen non dicas, quòd electus electionis confirmationem petere non poſſit, dicit Pet. de Ancha. in cap. ſi Apoſtolicæ, in fi. de præb. in vj. facit verbum Archi. in c. ſi motu. col. j. eo. tit. & lib. quòd vbi quis vtitur iure ſuo, non poteſt ambitione notari: ſecus in acquirendo. Nam iuris doctrina eſt, quòd nemo tenetur relinquere ius ſuum indiſcuſſum, l. illud, ff. de petitio. hæred. Bald. in con. xxiiij. Titulus, *Electus ſine nota ambitionis, electionem proſequitur.*

Digitized by Google

Indiſcuſſũ nemo tenetur ius relinquere ſuum.

parte iij. Rota in nouis deciſ. cccxliiij. licet in cauſa, ideo electus electionis confirmationem ſine metu ambitionis poteſt proſequi tanquam inuitatus, nec per hoc dicitur ambitioſus, cum per mutuum conſenſum matrimonium ſit inter electum & Eccleſiam initiatum, & confirmatio & conſecratio ſunt conſecutiua, inquit Car. in cap. cum in iure, co. ti. de ele. Probus.

vel ſe opponẽs † 2 electioni, nominatim b ad videndum diſcuti negotium electionis vocetur c, & nihilominus

Opponens quando dicatur conſentiens.

† 2 ¶ Opponens) Qui ſi reperiatur opponens ſine iuſta cauſa, potius conſentiens quàm contradicens dicetur, iuxta doctrinam, quòd contradicens ſine iuſta cauſa, pro conſentiente reputatur, l. ſi cum doté, §. eo autem tempore, ver. ſed ſi taliter, ff. ſolu. matrimo. Roma. in con. ccclxvj. gloſ. in ca. ſanè, lxv. diſt. Intra autem quod tempus debet venire ille opponens, aliàs non auditur, ponit Oldrad. in con. iij. vbi ait, quòd non venit poſt peremptorium edictum. P.

b ¶ Nominatim) Id eſt ſpecialiter & expreſſe, ff. de ædil. edic. l. quæritur, §. ſi venditor, de priuil. cum & plantare, de ſen. ex. conſtitutionem, li. vj. cle. j. de vi. & ho. cle. cle. eos, de ſepult. ff. de li. & poſt. l. ij. nomine proprio expreſſo, l. vxorem, §. codicillis, ff. de le. iij. l. nominatim, de ma. tel. aut demonſtratione corporũ, aut alio modo quo perſona poſſit certificari, ff. de condit. & de. l. nominatim, de ſti. ſer. l. proinde, quod not. in c. ſignificante, de reſcript.

c ¶ Vocetur) Per nuntium vel literas, non per edictum, quæ citatio per edictum regulariter prohibetur niſi in caſibus qui le. & not. in cle. j. de iudic. per Bart. in extrau. ad reprimenda, ſed ſi neſcitur, (* 1) quis ſit citandus, habet locum citatio per edictũ, vt infra ſequitur in cap. fi. qui ma. ac. poſ. cap. ſignificauit, cap. Albericus, de teſti. vbi Inno. & docto. Inno. in c. gratum, de offi. deleg. in cap. humilis, in cap. inter quatuor de ma. & obed. cauſa enim neceſſitatis contra incertos habet fieri citatorium edict. (* 2) C. ſi vt ſe ab hæ. ab. auth. ſi omnes, de remiſ. pig. l. ſi eo tempore, ff. vbi pupil. edu. de. l. fi. & in ſubſidium contra certum vbi non poteſt inueniri in loco, ff. de li. agno. l. j. de damn. infect. l. iiij. §. totiens, quod vi aut clam. l. aut qui aliter, de cleri. nõ reſi. ex tuæ, quo caſu poteſt fieri per præconem, not. Bartol. vbi ſupra. Imo. in d. cle. j. de iud. Requiritur tamen quòd talis citatio per edictum vel præconem fiat in tali loco quòd poſſit veriſimiliter ad notitiam citati peruenire, ff. quod vi aut clam. l. ſemper, §. hoc interdictum, cle. cauſam, eod. tit. in extrauag. Bonifacij viij. rem non nouam, vel vbi poteſt eſſe ſecũdum famam & vulgi opinionem, per §. illo, de exhiben. re. colla. v. vbi iudex examinat in quem locum quem abiiſſe dicatur, & not. quòd iſta vocatio non ſit fraudulenta: vt quia edictum ſit nimis acceleratum, & cum termino breuiſſimo, ne perueniat ad notitiam partis: nam in tali caſu oppoſitor eſſet nimis ſupplantatus, & eſſet præſumptio contra confirmationem, argu. ca. vt noſtrum, vt eccle. bene. cap. quia propter, in fi. eo. tit. Panor. in c. cum olim, de cauſ. poſ. & pro. & caueat electus vt faciat redigi edicta in forma authentica; quia ſi coelectus haberet probare citationem, not. Innocen. de offic. dele. cum in iure, de Roma. deciſ. cccj. ad hoc cap. quoniam contra, de probat. cum ibi not. per gloſ. & doctor. quod

Citatio per edictum vbi fiat.

Digitized by Google

nota.doctor.in capitu. bonæ, in eodem titul.

(*1.) Eſt enim iuris doctrina, quod illi qui ſunt certi, nominatim debent citari, l. ſcire oportet, §. oportet, de excu.tu.l.iiij.§.abeſſe.ff.de dam. infect. Si autem incerti, clama generale ſufficit, gloſ.in l.ciuile, C.de furt. Faciunt no.in cap. Romana. de ſenten.excommunica.in vj. & quod tradit Bald.in l.Scius, in princ. C. de iure deliber. & in authen. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. vbi ait quòd ſi hæres ignorat nomina creditorum, ſufficit generalis citatio, vide quę poſt tex. & gloſ.tradunt doct. in capitulo finali de electio.in vj. P.

generaliter [a] edictum publicum in Eccleſia [b] in qua facta eſt electio, proponatur iuxta conſtitutionem [c] fe.re. Bonifacij viij.

Electionis confirmator ex officio faciat, vt tam forma electionis quàm merita electi, alieque circunſtantie debitè examinentur, vt electio confirmetur vel infirmetur. P.

Comparentibus autem aliquibus, vel non: ipſe confirmator † [d], nihilominus ex officio [e] tanquam † [f] in negotio...

(*2) De hac citatione per edictum dixi apud Ioan.Mona. in cap.fi. nu.8. de elect. in vj. quibus adde quæ tradidit gloſ. concor.in tit.de conſtit.in verbo edictum. P.

a ¶ Generaliter) Id eſt publicè, ad hoc de poſtul.prælat.cap.j.ſupra de autho.ſa. cō. cap.j.ver.quantum, infra de concubi. ca.j. in princ.

b ¶ In Eccleſia) Nota quòd in Eccleſia (†) fienda eſt electio, de quo dic vt not. ſup. §. & cum humanæ.

(†) Etiam & examinatio perſonæ eligēdæ, ait Præpo. in cap. illud, in princ. xxiij. diſtinct. P.

c ¶ Conſtitutionem) cap. quoniam, cod. tit.in vj. cuius diſpoſitio ſeruanda eſt in admiſſione poſtulationis, & in collatione beneficij, not.in d.c.quoniam, paritate rationis, cum iſta tria, electio, poſtulatio, & collatio (*) tendant ad eundem effectum, ad ſupra, §. & cum humanæ.

(*) De arg.de electione ad collationem dixi in tract. diſpen.memb.9.nu.24. vbi hoc not. concludimus illud eſſe validum. P. *Argu. de electione ad collationem valet.*

† d ¶ Confirmator) Qui attendere debet an electio ſit valida, quia ſi eſt inualida, eius confirmatio erit nulla, prout & conſecratio ſubſequens, not.Ioan.Andr. in c.licet, de tranſla.epi. quia vbi eſt defectus fundamenti, non ſolum deficit ordo rei, ſed ipſius eſſe, & ſubſtantia, not.in cap.j.de reb. eccle. non alie. in vj. Etiam debet attendere ad cauſam cōtradictionis, quia in omni cōtradictione ratio contradictionis eſt attendēda, l.vlt.C.de edict.diui Adria.tol.& l.ij.§.j.ibi, tantū iuris, ff.ne quid in loco pub. Poſtremo quòd petens electionem nullam declarari, probet ſua intereſſe, not. Ro.in con.ccccxcix.nu.2. in præmiſſa. P. *Ratio contradictionis dicitur.*

e ¶ Officio) Nobili quo ſuperior ſupplet ad inquiſitionem faciendam in negotio electionis: licet ab aduerſariis nō opponatur, c.cum nobis, c.venerabilē, eo. tit. cū ſi.

† f ¶ Tanquam) Dictio eſt denotās ſimilitudinem & improprietatem, vt Marc. 14. *Tanquam exponitur.*

Digitized by Google

cap.ibi, tanquam ad latronem, &l. pecunia, ff. ſi cert.pet.Bart.poſt glo. in l. omnes. populi,ff. de iuſti.& iure gloſ. in cap.ſolitæ, de maior.& obed. Aliquando eſt veritatis expreſſiua.cap.ex ore.de priuileg.tex.in proœ.decretal.in ver.tanquam, & in cle. j. de ſumma trinit. & fide cath. Probus.

a ¶ Inquiſitionis) Cum inquiſitione enim debet procedi ad confirmationem.tap. de Petro.xlvij. d. c.cum nobis,eod.tit.tamen ver. tanquam hic poſitum non denotat omnimodam ſimilitudinem inquiſitionis quæ fit in confirmatione & aliarum: quia inquiſitionem quæ fit contra promotum vt puniatur, præcedere debet infamia.ca. qualiter, de accu.ſed in inquiſitione iſta contra promouendum ad finẽ vt promoueatur vel repellatur, non exigitur infamia, vt hic: nec ſeruatur forma dicti cap.qualiter,notat Inno.in cap. j. de poſtul. prælat. Geſ. in cle. j. de ætat. & qualitat. Item iſta inquiſitio non fit de certo crimine nominatim: niſi eſſet infamatus,ſed in genere tantum, ſi ſit malæ vitæ.at.ff. de quæſti.l.j.§. qui quæſtionem, de ætate tamen,ſcientia & irregularitate ſpecialiter inquiret. Item in iſta inquiſitione non recipitur neceſſario iuramentum à teſtibus, bo. tex.in d.c.cum nobis, ibi, curauimus indagare, fit enim ſolum ad informationem ſuperioris,& in prædictis ſufficit habere bonas literas teſtimoniales, ex quo nõ eſt contradictor: niſi contraria fama laboraret, vij.q.j. qualiter. Sed dicit Panor. in d. c. cum nobis,quòd hodie (*) in curia recipiuntur teſtes ſuper idoneitate promouendi: quod poteſt ſuperior facere ſi ſibi videtur, non tamen de iure aſtringitur, ad hoc clemẽ. diſpendioſam,de iudi. vnde huiuſmodi examinatio quæ fit ex officio ſuperiorum, & non in contradictorio iudicio, poteſt fieri per teſtes in abſentia electi. not. Domi. in cap.ſi fortè. eo.tit. fa.quod not.Inno.in cap.licet, de tranſlat. præ. in cap. dudum,de præſumpt.in cap.propoſuit.de con.prę.Ioan.Andr.in cle.j.de offic. deleg. fa.cle. Romani. de iureiur.

gotio inquiſitionis [a] procedat,omnem adhibiturus diligentiam: vt tam forma [b] electionis q̃ merita [c] electi † [d] & omnes circũſtantiæ [e] debitè

(*) His tamen temporibus non fit hæc teſtium receptio, vt veriſimiliter videtur dicendum,cum multi prouideantur contra iuris communis etiam & diuini dictamen, etiam vt aliquando viſum fuit, hæretici ſimoniaci, & ſimilibus criminibus irretiti,ac plures alij ſine delectu,in quo multum nunc Eccleſia (etiam gallicana) grauatur,& multo magis grauabitur, niſi concilium Tridentinũ mediante illius præſide,id eſt ſpiritu ſancto,ſuis ſacris decretis prouideat,quia ſaccus nequitiæ & malignitatis eſt plenus,& ferè ex eis replet⁹ crepuit medi⁹ inſtar Iudæ Scarioth. Actuũ 1.c.P.

b ¶ Forma) De qua in cap. quia propter, eo. tit. iunctis aliis tribus ſubſtantialibus electionis,quæ habentur ſupra.§.& cum humanæ.

c ¶ Merita) De quibus ſupra.§.deinde.vbi ponuntur quatuor qualitates requirendæ in eligendo.

† d ¶ Electi) Etiam & eligentium prout & præſentantium, probat Rochus in tractatu de iure patronatus,in verbo honorificum,quæſt.lix. P.

e ¶ Circunſtantiæ(*1) puta de irregularitate & legitimatione,capitulo innotuit.eo.

Digitized by Google

titulo. & de his quæ habentur xxiij. diſtinctione, qui Epiſcopus, & de perſonis eligentium, an eſſent ſuſpenſi, vel excommunicati, capitulo cum dilectus, de conſuetud. capitulo cum in cunctis, capitulo cum Vintonien. capitulo congregato, eod. titulo. & an eſſent ſubdiaconi, cum in Eccleſia Cathedrali & collegiata non habeant vocẽ niſi ſint ſubdiaconi. (*2) clemen. vt hi qui. de ætate & qualitate, & an electio *Eligere non poteſt qui ſubdiaconus nõ eſt.*

examinentur [a], & fuerit facta ad preces & impreſſiones de aliquo ipſam procurãte, ſupra. §. proximo. & ſimoniacè. ſupra. §. deinde, & vbi concurrent duæ electiones, de zelo, merito, & numero ſe informet. cap. Eccleſia veſtra. eo. ti. & an poſtulatio ſit concors, vel ſaltem à duabus partibus celebrata, quando vnus poſtulatur, & alter eligitur. cap. ſcriptum, eo. tit. & an electio redundet in perturbationem regni, vel patriæ, infra capitulo primo. §. primo. verſiculo veruntamen. & de his quæ habentur in capitulo ſecundo. capitulo quorundam, capitulo ex eo. eodem titulo in ſexto. cum ſimilibus.

(*1) Pro expreſſione huiuſmodi circunſtantiarum habes tex. in l. libellorum, ff. de accu. & in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. cap. præſentium, de teſtib. cap. vnico. §. ſi autem Epiſcopus, de cler. ægro. in vj. vbi Domi. colum. iij. inquit non ſufficere factum exprimere, ſed circunſtantias, cle. conſtitutionem, de elec. not. Do. de Rota in no. deciſio. 36. & deciſio. 255. & Freder. con. xij. P.

(*2) Et vt correlatiuorum eadem ſit diſciplina, eligendus in Epiſcopum etiam debet eſſe ſubdiaconus, cap. à multis, de æta. & qualita. Probus.

a ¶ Examinentur) Electus præſumitur idoneus quo ad qualitatem intrinſecam: puta quòd ſit bonus, caſtus, cum ſi. niſi contrarium probetur. c. dudum. de præſumpt. ſed quo ad qualitatem extrinſecam, puta quòd ſit literatus, aut ætatis legitimæ, aut expreſſe profeſſus, cum ſi non præſumitur, not. in c. ſi forte, eo. tit. in vj. fa. cle. conſtitutionem, §. ſi. eod. tit. gloſ. in l. ſi verò. §. ij. ff. qui ſatiſda. cog. Hen. in c. bonæ, j. eo. ti. Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſ. Ideo ſuper qualitatibus extrinſecis debet examinari: vt dicto cap. ſi fortè. (*1) nec eſt confirmandus, niſi ſe probet idoneum, bonus tex. in c. cum nobis, c. cum inter canonicos, in ca. congregato. eo. tit. vbi oppoſito defectu literaturæ ad confirmationem obtinendũ, neceſſe eſt quòd conſtet electum non pati defectum, qui enim allegat qualitatem, illam probare debet, ff. de ingen. rui. nau. l. j. §. fina. C. de repu. l. conſenſu. §. ſi verò, ff. ex quibus cauſis in poſ. ea. l. Fulcinius, circa princ. vj. bo. rap. l. iiij. §. hæc actio. Ioan. And. in c. cum ſit. de fo. compe. l. cum te. cum ibi no. C. de proba. Panor. in c. in præſentia, de proba. & ibi Hen. quod limita vt not. Io. And. in c. in ſumibus, de regul. iur. lib. vj. in mercu. dicens quòd ſi electus habet aduerſarium, ipſi aduerſario incumbit onus probandi exceptionem ſuam: (*2) quia aſſerenti incumbit onus probandi, & excipiens cenſetur actor quo ad onus probandi excep. ſuam, l. in exceptionibus, ff. de probat. d. c. in præſentia, ſed ſi non habeat aduerſarium incũbit ipſi electo onus probandi ſe idoneum, idem ſi habet aduerſariũ: ſed deficit in probando. nam tunc non reſpectu aduerſarij, ſed vt obtineat à ſuperiore confirmationem, debet probare ſe idoneum, no. Hen. in ca. accedens, de purga. cano. doc. in c. cum olim. de do. & contu. *Qualitas eſt duplex ſcilicet intrinſeca & extrinſeca.* *Probandi onus incũbit aſſerenti.*

(*1) Vbi Io. Mo. nu. 9. hæc dicit ſubdens, quòd vbi nihil habeo facere cum homine, habeo præſumere eum dignum, ſed vbi ſibi volo dare filiam meam, id eſt Eccleſiam

Digitized by Google

in ſponſam, debeo inquirere de ſponſi dignitate: ſaltem quo ad illa quæ iure exprimuntur, & quòd eligens tenetur inuenire conditionem debitam filiæ, arg. li. qui liberos, ff. de ritu nuptia. & hoc non faciens punitur maximè in hoc caſu, quia eligendi poteſtate illa vice priuatur: nam electores ex debito eorum officij tenentur indagare de moribus & vita electi. ſic non excuſantur prætextu ignorantię, paria enim ſunt ſcire & ſcire debere, l. ſi duo. vbi Paul. de Caſtro, ff. de acquirend. hæred. & in culpa eſt qui non inquirit quod faciliter poteſt inueniri, ſecundum glo. in l. ſi locus, ff. de acquirend. poſſ. intellige quòd priuantur, niſi defectum aut delictum ignorauerint, & inquiſitionem præcedentem fecerint: vt latè proſequitur do. meus de Ripa lib. ij. reſpon. cap. xij. Probus.

Electores inquirant de moribus eligendi, ac de aliis requiſitis.

diſcutiãtur† [a]: vt ſi electio cõfirmanda ſit vel [b] infirmanda

(* 2) Eſt enim tritum in iure, quod quilibet tenetur probare, id ſuper quo eſt fundata intentio, vt firmatum habes per nos in tracta. penſio. parte j. q. xvij. vbi quæritur an penſionarius teneatur ad verificationem qualitatum in forma reſeruationis penſionis expreſſarum.

† a ¶ Diſcutiantur) In diœceſi vel territorio confirmationis, ſi illud non poteſt fieri ſine contradictorio iudicio, ſecus ſi poteſt, quia tunc etiam extra territorium poteſt. ait Præpo. in c. fi. co. ij. ver. quæro an ordinarius, lj. di. P.

b ¶ Infirmanda) Si. propter defectum in materia: quia elegerunt ſcienter (*1) indignum ex crimine vel ex defectu: puta patientem defectum in ætate, ſcientia, ordine, & natalibus, tunc non tenetur ſuperior remittere electionẽ ad eligentes qui ſunt priuati poteſtate eligendi, c. cum in cunctis, c. dudum, eo. tit. ſupra §. deinde, idem ſi propter vitium in forma. c. quia propter, eo. tit. c. quanquam, eo. tit. in vj. ſupra. §. & cum humanæ, aliàs ſemper tenetur remittere, licet infirmetur electio propter occultum crimen electi. c. innotuit. eo. ti. ſiue quia electus erat indignus, vt vitiatus, bigamus, vel irregularis. not. per Ioan. Andr. in c. odia. de reg. iur. li. vj. in mercu. vbi dicit quod pœna. d. c. cum in cunctis, §. ſanè clerici. habet ſolum locũ in defectibus ibid. expreſſis, & in d. c. dudum. Ideo ſi canonici eligerent patiẽtem alium defectũ, non incurrerent illam pœnam: quia iure non cauetur. (*2) not. Hen. in cap. nihil. eo. tit. Pan. in d. §. ſanè clerici. cuius contrariũ ſentit Mand. c. xxvij. ſed primũ verius, cum pœnæ ſint reſtringendæ, non ampliandæ, de pœni. diſt. j. pœnę. cum ſi bonus tex. pro hoc inf. c. j. §. j. ver. veruntamen. vbi caſſata electione ex iuſta cauſa ipſa remittitur ad eligẽtes, idem ſi infirmaretur electio cum proceſſerunt ad electiones, quarum neutra eſſet à maiori & ſaniori parte glo. eſt not. in c. Eccleſia veſtra ij. in fine. eo. ti. vel propter cõtemptum abſentium, aut inhabilitatem eligentiũ qui non eſſet in mora petendi tolli inhabilitatẽ, c. cum dilectus, de conſuet. aut quia facta eſſet contra priuilegia Eccleſiæ, vel appellationem legitimam, aut poſt primam electionem non caſſatam. c. conſiderauimus, vbi Panor. eo. tit.

(*1) Quod ſi dubium, an ſcienter, vel ignoranter indignũ elegerint, quid debeat præſumi, vide per nos in trac. deuolutio. parte ij. q. xxxij. & q. præcedenti, vbi tractatur de pœna eligentis ſcienter indignum. P.

(* 2) Vrgent quæ diximus in 5. prælud. tract. deuolutio, vbi firmamus quod deuo-

Digitized by Google

ſutio non fit, niſi quando iure cauetur. Probus.

a ¶ Iudicialiter) Arg. quod oblatio libelli, litis conteſtatio, & alius iudiciarius ordo eſt ſeruandus in confirmatione electionis, quod verum ſi vult confirmator, vbi fieret apparente contradictione in iudicio. Poteſt tamen confirmator procedere ſummariè & de plano, cle. diſpendioſam, de iudi. & cum facta eſt confirmatio iudicialiter contradictore apparente partibus auditis, habet vim diffinitiuæ, & decætero non admittetur aliquid contra electum confirmatum, niſi ab ipſa ſententia fuerit appellatum: quia ſententia confirmatoria tranſit in rem iudicatam contra opponentes, & in præiudiciũ eorum, c. cum dilecti. in fin. eo. ti. not. Inn. in cap. cũ olim. de dolo & contu. non negat tamen quin poſſit accuſari propter crimen quod ante electionem commiſiſſet: non ad caſſandum confirmationem; ſed vt deponatur, vel puniatur. Sed pluribus aliis videtur contra quòd non poſſit accuſari: quia ſententia tranſiuit in rem iudicatam; & vt ſit litiũ finis, C. de fide inſtru. l. vlt. & dic vt per doc. in c. cum olim. de cauſa poſ. & propri. Frede. conſi. xxiij. ſi autem nullo contradictore apparente ſuperior procederet ad confirmationem cum ſummaria cognitione: tunc huiuſmodi cõfirmatio non habet vim diffinitiuæ, quia eſt actus extraiudicialis, not. Arch. & Io. And. in no. in c. auaritiæ. eo. tit. in vj. doct. in c. fi. eo. tit. & li. Inn. & Panor. in c. conſtitutis, de ap. vtroque tamen caſu ſi fieret confirmatio non ſeruata ſolennitate, di. cap. fi. nulla eſſet, vt ibidem, & hic in ver. ſi vero. *Ordo iudiciarius in confirmatione obſeruatur.*

iudicialiter [a] confirmetur * [b] vel infirmetur. † [c]

Confirmator ratione confirmationis (etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij) per ſe vel alium aliquid exi-

* b ¶ Confirmetur.) Et tunc actus electionis perfectionẽ ſumit: nam inquit Arch. in cap. cum in illis col. ij. de præb. in vj. quod electio confirmatur, & quod confirmatio eſt propriè approbatio proceſſus in electione habiti, & quantum ad formam electionis, & perſonam electi. hinc Petr. de Ancha. in cap. j. in ij. oppo. de elect. in vj. ait quod electus ante confirmationem habet ius, ſed magis debile quàm ſit poſt confirmationem, & Anto. in cap. cum in cunctis col. iij. eodem, quod ſicut ex cauſa oritur obligatio, & ex obligatione actio. l. licet. §. ea obligatio, ff. de procuratorib. ſic ex electione confirmatio, & ex confirmatione adminiſtratio. & tunc Eccleſiam dicitur habere cum effectu: iuxta verbum diui Ludouici Francorum regis ſupra citati in §. ſed per electiones, in verbo iuris ibi, & effectum electiones eſſentialiter habeant. Alios confirmationis effectus videre licet in tracta. noſtro deuolutio. parte j. quæſtione xix. Probus. *Virtus confirmationis ponuntur.*

† c ¶ Infirmetur.) Hæc fiunt per Epiſcopum, quando electio fuit facta per regulares, ſuos ſuperiores eligentes, quia Epiſcopus eſt præfectus curæ & regimini animarum totius diœceſis: quod proſequere vt Præpo. in ſumma xxj. di. col. 8. vbi vnum notandum ſubdit poſt Hoſtien. in cap. j. de ſupplen. neg. prælat. quod patres abbates non poſſunt confirmare alios de iure habentes ſibi ſubiectos, niſi habeant ex conſuetudine, vel priuilegio. P.

Digitized by Google

a ¶ Mundè) Si.in cap.fin.de cuſto.Eucha.infr.quo.di.of.ſit ce. in cap.j. (*)

(*) Scriptum enim eſt, Mundamini qui fertis vaſa domini, ſic neceſſe eſt vt munda ſit manus quæ diluere ſordes curat, ne tacta quoque deterius inquinet ſi ſordida ſequens lutum tenet, ca.neceſſe,j.quæ.j.Domini enim vaſa ferunt, qui proximorum animas ad interiora perducendas, in conuerſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt. P.

gere quantumcunque paruum non præſumat. P.

Et vt omnia munde [a] fiant & ſine labe [b]: à labis ſuſpicione [c] procedant, nõ ſolum exigere [d] aliquid quantumcunque paruum [e]: ſed etiam gratis [f] oblata † [g] cõfirmator ratione * [h] cõfirmationis † [i]

b ¶ Labe) Id eſt peccato ſimoniæ, ſupra in proœ. §. quibus ad plenum, ver. abuſus, cum ſimilibus. (*)

(*) Aliquando pro labe hæretica, ca. vt officium, de hæretic. in vj. nonnunquam pro labe tempeſtatis, l.licet, C.de loca.licet ibi ponatur lue, quod gloſ. exponit ibi, id eſt labe. Probus.

c ¶ Suſpicione) Non ſolum enim à malo: ſed ab omni ſuſpicione occaſionali mali eſt abſtinendum, ca.cum ab omni, de vi.& ho.cler.cle.cupientes, de pœnis.

d ¶ Exigere) A nolente, illud enim propriè exigitur quod ab inuito extorquetur, ff.de lega iij.fideicommiſſa, §.ſi rem, l.Thais, § libertatem, ff. de fideicõmiſſ.li.l.inductum, C.de ſol.no.ff.de furtis, l.falſus, ca.parochianos, de deci.

e ¶ Paruum) Sic de modico curatur, de quo gl.& doct.in c.& ſi queſtiones, de ſimo. & quantumcunque ſit modicum, inducit ſimoniam ſi detur ex pacto, c.ex tuæ, c.tua, de ſimo. vbi pacto interueniente ſex ſolidi inducunt ſimoniam & quinque oboli, (*) j.q.j.iudices, & tremiſſis, id eſt tertia pars ſolidi, j. q.j. placuit. Simoniacus enim comparatur furi, j.q.j.ordinationes, & in furto non diſtinguitur quantitas, xiiij. qu. vj.c.fin.quod committitur pro vna gallina, & pro ouo, propter frequentiam delicti le.& not.inſtitu.de rerum diuiſi.§.gallinarum, ff.de acquiren.rerum do.l.naturalem, §.gallinarum.Nam quantitas numeri diuerſitatem iuris non inducit, xiiij. q.iij. plerique, c.item eſca, de vſu. conſuluit.

Simoniam inducunt quinque oboli.

(*) Etiam per denarium committitur vſurarum crimen, cap.inter dilectos, de exceſſib.prælato. P.

f ¶ Gratis) Simi.in cap.ij.de cenſib.lib.vj.ca.ſtatutum, §.inſuper, de reſcrip.eod.lib. cap.j.de ſimonia, C.pu.le.vel con.nun.l.j.libro xij.

† g ¶ Oblata) Contrarium habes in c.quicquid inuiſibilis, ibi, niſi voluntariè oblata j.q.j. Ideo ad euitandum hoc argumentum dicit tex.hic gratis oblata. P.

* a ¶ Ratione) Hic ponderatur intuitus ſeu contemplatio: vt in multis aliis caſibus not.per do.de Rota in antiquio.deci.vnica.tit.de dona. inter virum & vxorem, pone etiam in quæſitis per prælatum intuitu Eccleſiæ, de quo per Firmia. in tracta. de Epiſcopo, lib.iiij.p.iiij.q.iij. Et de donatione facta conuentui contemplatione aut intuitu vnius ex fratribus. Frederi. conſi. iiij. Alia habes per nos in tractatu penſio, parte ij. quæſt.vj. P.

Donatio intuitu alicuius facta operatur.

† i ¶ Confirmationis) quæ donec fuerit facta, prima vacatio non ceſſat, glo. in clemen. j.

Digitized by Google

men.j.in verbo collatum,vt lite penden.Præpo.in cap.quanto,col.iij. diſtinct. lxiij. Probus.

a ¶ Colore) ſimi.infra de anna.c.auaritiæ,eod.tit.in vj.cum ſimilib.

b ¶ Conſuetudinis) ſi.in ca.quia ſæpe,eo.tit.in cle.ſtatutum,eo.tit.infra de anna.ca. j.§.procurationes,de cenſi.in vj.cum ſi.& facit tex.iſte quòd non valeat conſuetudo in foro Eccleſiaſtico vt iudex aliquid exigat à partibus pro labore iudicandi, nota. in d.clemen. per cap.cum ab omni.de vita & honeſt.cleri. vbi damnatur illa conſuetudo,& ibi doct. cuius contra dicit Specu. tit.de falſa.§.j.ver.in præmiſſis. (*) *Iudex an poſſit pro labore aliquid exigere.*

ſub nomine ſubuentionis, ſubſidij,gratitudinis,aut alio colore [a], prætextu cuiuſuis conſuetudinis [b], aut priuilegij † [c] per ſe vel per alium † [d] nullatenus recipere [e]

(*) Et opinioni Specul.communis practica adſtipulatur, docet experiētia rerum magiſtra: maximè in officialibus Epiſcoporum,& cæterorum prælatorum quibus non datur competens aut nullum ſtipendium vel ſalarium : ideo inoleuit conſuetudo iuri communi contraria. Ratio quod huiuſmodi conſuetudo non valeat, quia ſic exigere eſt prohibitum à iure,ideo non valet,arg.not.per gl.in cap.vnico de cle.non reſi.in vj.quod conſuetudo ſemper valet,niſi ſit prohibita à iure.Bartol.in l. de quibus,ff.de legib.dum ait quod ſemper valet conſuetudo quando lex non reſiſtit. P.

† c ¶ Priuilegij) per quod intelligitur denegatum, ſi in eo non reperiatur cōceſſum, not.in c.inter,de tranſla.præl.Pet.de Anch.in con.ccvij.col.j.in quæſtione, illud tamen interpretatur vt aliquid vltra ius commune afferat,c.in his de priui.l.j.ff.ad municip.c.j.& ibi Fely.col.iiij.de reſ.de Ripa.xvij.reſpon.lib.ij. P.

† d ¶ Nullatenus) .i.nullo iure,dicit do.meus de Ripa in ca.eam te. num.42. de reſ. vel ipſo iure,quia importat decretum irritans,gl.in l.ſi.qua. C.ad.Velleia.& in cle.j. in verbo nullatenus,de ſequeſt.poſ.vbi Imola,colum.3. per illam dicit quod lex vtēs hoc verbo nullatenus videtur tacite inſerere decretum irritans, videlicet ſi ſecus fiat, actus ſit ipſo iure nullus,quod placet Ioan.de Ana.in cap.fruſtra.colum.3.de vſur.& Fely.in cap.ex parte el.ij.col.pen.verſic.Quintus caſus,de conſtit. dum ait quod huiuſmodi dictio nullatenus quo ad actus nullitatem tantum importat quantum clauſula decreti irritantis,vide Oldra.in conſil.106.Quod literas. Probus. *Nullatenus habet vim decreti irritantis.*

e ¶ Recipere) à volente,arg.contra cap.& ſi quæſtiones,de ſimo.& ca.dilectus ij.ad finem cap.placuit,j. q.ij. vbi gratis oblatum licite recipitur à confirmatore & conſecrante,& ab ordinante,j.q.ij. ſicut, forte confirmator poſſet recipere aliqua encenia modici precij pacto ceſſante,non ratione confirmationis,aut eius colore data:ſed ex charitate quadam ſponte ſibi oblato,ar.de delegato Papæ, qui licet gratis oblata recipere prohibeatur,poteſt tamen recipere eſculentum & poculentum paucis conſumendum diebus,ca.ſtatutum,§.inſuper,de reſcrip.in vj.ſa.not.in c.ij.de cenſi.lib.vj. talia enim encenia non ſunt lucra,l. (†1) ſolent,in fi.ff.de offic.procon.de offi.præ. plebiſcito, nec eſt præſumendum quòd propter huiuſmodi encenia moueatur confirmator,d.c.& ſi quæſtiones,conſultius tamen faciet ſi ab omni (†2) munere abſtineat,j.q.j.ſunt nonnulli,etiam ab enceniis,propter ver. quantuncunque, ver. nulla-

Digitized by Google

Iudex ordinarius eſculentum recipere nõ debet.

tenus, quæ ſunt dictiones vniuerſales omnia excludentes, gloſ. in dicto §. inſuper, in ver. nullum, gl. in cle. vt hi qui, de æta. & qualita. in cle. j. de præb. Ioan. And. in c. graue de offic. ordina. Sic & iudices ordinarij ex publico ſalariati prohibentur recipere eſculentum & poculentum, in authenti. iuſiurandum quod præſ. & ibi gl. col. ij. in auth. ſcrip. exem. ea. col. not. in d. l. plebiſcito, in auth. de mand. prin. §. oportet igitur, col. iij. munera nempe ſumpta ligãt, & encenia & dona excæcant (* 3) oculos iudicum Eccle. 20. xj. q. iiij. quatuor, ca. j. de re iudi. in vj. Hen. in ca. cum ab omni, de vita & honeſta. cleri. quanto minus debent pecuniam accipere? debent enim eſſe cõtenti ſtipendiis ſuis. Luc. 3. c. militare, ca. paratus, xxiij. q. j. lxxxvj. diſtin. non ſatis, vide pulchrè per Iaco. tit. de ac. man. com. & tit. de ſta. cu.

Iudices excæcãtur per munera.

(† 1) Vbi Bald. inquit, quod pro quibuſdam minimis non offenditur lex, vt pro vno pari faſianorum, vel pro duabus fialis maluaſiæ, l. quamuis, de cõditio. & demon. quia pro tam paruo iudicis animus non flectitur, gloſ. in cap. non licet, xj. quæſt. iij. Probus.

præſumat [a].

Notariis & aliis qui in confirmationum ſcripſerunt cauſis, emolumentum taxetur, moderatum habendo reſpectum ad laborem & operam, non ad fructuum prælaturæ valorem. Probus.

Notariis [b] autem [c] & his [d]

(* 2) Id eſt ab omni receptione cuiuſuis doni, cum verbum munus multas habeat ſignificationes, l. minus, ff. de verborum ſignifica. de quibus per Guiller. de cuneo in tract. de munerib. & per Petr. Antibolum eo. tracta. Probus.

Receptio munerum operatur mala.

(* 3) Hinc Exodi ca. 23. Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Idem Deuter. c. 16. ibi, Non accipies munera nec perſonas, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum, & Pſal. 25. In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorũ repleta eſt muneribus, & Prou. c. 15. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet, & ca. 17. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Non ſic dicas de muneribus diuinis, prout eſt hominis intellectus, qui dicitur diuinum munus, ſeu beneficium ab illa ſumma luce profluens, ait Bald. in proœ. feudor. vbi vnum ſubdit, quod eo tempore quo hæc ſcribebat, fere legerat, xlvij. annis, ſubdens, non erubeſco aliquid diſcere, famelicus fio, micas de ore ſapientum cadentes rumino. P.

a ¶ Præſumat) In malum ſonat, ſupra, §. ad tollendum, inf. cap. j. §. cenſuit, ver. quòd ſi quis.

Cõfirmatio nõ fiat ſine notariis.

b ¶ Notariis) Quos debet habere confirmator, vt fideliter cuncta proceſſus confirmationis acta conſcribant, c. quoniam, de prob. c. ſtatutum, §. notarium, de reſcript. in vj. clemen. multorum, §. notarij, de hære. cap. vt officium, eod. tit. In vj. in extraua. Bonifa. viij. debent, ad hoc cap. quia propter, ibi, & in ſcriptis redacta, cum ibi not. per doct. eodem tit. Manda. cap. xxviij.

c ¶ Autem) pro ſe reſcriptiue venit ad præced.

d ¶ Et his) puta aduocatis & procuratoribus.

Digitized by Google

a ¶ Scripſerint) non ergo pro aſſeſſore qui aſſumitur ad cõſulendum: licet enim delegatus licitè petat ſalarium pro aſſeſſore, dummodo fraudulenter hoc non faciat, ca. ſtatuum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in vj. non licet tamen confirmatori vel alij ordinario, not. Ioan. And. & doct. in cap. cum ab omni, de vita & honeſtate cleric. quia non reperitur iure cautum, vt ordinarius hoc caſu poſſit collectare ſubditos x. qu. iij. quia *Aſſeſſori quis ſalariũ dabit.*

qui ſcripſerint [a] in huiuſmodi cauſis [b], emolumentum [c] aliquod [d] moderatum [e] taxe-

cognouimus, nec valet excuſatio, ſi dicat Epiſcopus quòd ſit iuris ignarus, quia debet eſſe in iure peritus, c. j. de conſang. & affi. vbi doct. (*) ideo nõ eſt audiendus, cũ allegaret ſuam turpitudinem, l. cum profitearis, C. de reuocan. do. ca. inter dilectos, de dona. Turpe enim eſt patricio & nobili viro, & cætera, l. ij. §. poſt hos, ff. de origine iuris, etiã habet redditus beneficij, vt ſubeat omnia onera, d. c. cum ab omni, ideo ſuis expenſis debet ſibi prouidere de aſſeſſore ſi indigeat. Geſſe. in clemen. j. de vita & honeſtate clericorum. Specu. tit. de ſala. §. j. ver. ſi vero eſt ordinarius, ad hoc extrau. Bene. xj. ex eo. §. verum, vbi habetur quod cum Epiſcopi ſint ordinarij: officiũ quod eis incumbit, propriis oportet eos explere ſtipendiis.

(*) Iſtud iuribus & doct. auctoritatibus firmo in tract. deuolu. parte j. q. xxxj.

b ¶ Cauſis) confirmationum, electionum.

c ¶ Emolumentum) Id eſt ſalarium, ca. ſtatutum, §. notarium, de reſcript. in vj. propriè autem lucrum eſt proueniens ex molendino, capitur tamen pro omni lucro & commodo, vndecunque proueniat (*) de ſimo. nemo, de teſti. c. j. lib. vj. in cle. ſtatutum, eod. tit. vbi Pa.

(*) Etiam pro lucro ſeu commodo ſpirituali, teſte Apoſtolo, ad Philip. ca. 1. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Pro temporali autem Matth. 16. c. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Probus.

d ¶ Moderatum) diminutionem ſonat hoc ver. non augmentum, de verbo. ſignifi. cap. fin.

e ¶ Taxetur) Si in loco vbi fit proceſſus confirmationis, taxatio pro notariis aduocatis & procuratoribus ſcripta ſit, vel conſueta, ſtandum eſt ei quod ſcriptum vel ſolitum eſt ſeruari, de offic. ord. dilectus, de ſent. excommuni. venerabilibus, §. denique, lib. vj. ff. de decret. ab ordin. fa. l. fi. de euicti. l. ſi fundus, ſicut & in aliis ſtylus & conſuetudo curiarum locorum ſingularium ſeruandi ſunt circa proceſſus, ar. C. de vete. iu. enu. l. j. §. ſed & quæ leges, de conſtitut. ex literis, vbi Hoſtien. & Panorm. Innocen. in cap. quod tranſlationem, de offic. le. in ru. de conſuetu. Panor. in cap. cum olim, de re iudica. Si taxatio non ſit ſcripta in loco vel conſueta fieri in ſcripturis iudicialibus quæ fiunt in proceſſu confirmationis, ad officium confirmatoris pertinebit talia ſalaria moderari, & à grauaminibus partes releuare, de pœni. diſtinct. j. nemo, de offi. deleg. ca. j. cap. ſtatutum, §. notarium, de reſcrip. in vj. & ſi de certo ſalario non fuerit conuentum, inſpecta qualitate cauſæ, labore, conditione perſonæ & conſuetudine loci taxabit, aut faciet taxari per viros expertos, ff. de va. & extraordi. cog. l. j. iij. q. vij. §. tria. ver. *Salarij taxatio.*

Digitized by Google

apud vrbem, ſed in ſcripturis extraiudicialibus ad ordinarium ſpectabit taxatio. de quo dic per Specu. titu. de ſala. §. ij. Io. And. in dicto §. notarium, hodie vero circa taxas notariorum & ſcriptorum literarum Apoſtolicarum eſt prouiſum in extrauag. Ioan. xxij. cum à ſacroſanctæ, quam allegat Io. And. in dicto §. notarium, in no. additionibus Specu. in fi. pro. & in extrauag. Bene. xij. ratio exigit. §. cæterum, eſt etiam prouiſum circa ſalaria aduocatorum & procuratorũ in extrauag. Greg. x. properandũ, quę eſt reuocata quia non eſt in vj. tamen per Bene. xij. fuerunt poſtea taxata ſalaria. in extraua. decẽs. verſi. in ſalariis quam alleg. Ioan. And. in addi. Specu. titu. de ſala. §. ij. & de aduoca. §. j. verſi. item quod non habet. & ſecundo ver. ſeq. & vult illa conſtitutio apud cancellariam nomina aduocatorum annotari qui in conſiſtorio proponere poſſunt, dãs eis ordinem in ſedendo & proponendo ſecundum ordinem ſeſſionis, & ſecundum diſtinctionem proponendorum cauſas pauperum gratis præmittendo, vult etiam quod illi & alij aduocati curiæ abſtineant à multitudine cauſarum, & ſingulis annis iurent. ſtatuit de ipſorum & procuratorum ſalariis, & de pœnis tranſgredientium, taxans duos aduocatos pro vna cauſa ſufficere, & de ipſorum æqua diſtributione ſi petatur etiam per regias ordinationes circa huiuſmodi ſalaria eſt prouiſum: ſed malè obſeruatum (*)

tur [a]: habendo reſpectum ad laborem [b] & operam ſcriptu-

(*) Quod fit, quia inferiores vident principes leges etiam diuinas tranſgredi: ideo eorum principum non verentur negligere & ludibrio habere ordinationes.

† a ¶ Taxetur) & taxatum ſoluatur quod recipere non erit ſpecies ſimoniæ, licet cauſa ſit ſpiritualis, cum ipſi notarij non interponant niſi nudum miniſterium, nec ſpirituale dicuntur exercere, ſic poſſunt recipere mercedem pro labore, cum illud nõ ſit prohibitum, ſed lege (etiam diuina) permiſſum, dum legitur quod dignus eſt mercenarius mercede: & qui laborat, manducet, & officium nemini debet eſſe damnoſum, quodque nullus propriis ſtipendiis militare tenetur. Quod recipere nõ eſt magnæ gratiæ, quia debetur, ſecus ſi non deberetur, iuxta illud quod magis gratiæ eſt offerre quod non debes, quam reddere quod teneris, ideo Chriſtus plus amat virgines, quia Chriſto ſponte tribuunt quod ſibi non fuerat imperatum. P.

Recipere pro labore eſt licitum.

b ¶ Laborem) Concor. infra de anna. ca. j. debet enim merces conſtitui (*) pro labore, xij. q. ij. charitatem, infrà quo tempore quis debeat eſſe in cho. ca. j. §. iubet. ita quod longior ſcriptura magis, & minus breuior æſtimetur. in extrauag. Ioan. xxij. cum ad ſacroſanctæ, §. ſi vero. ver. videlicet.

Multiplex labor.

(*) Nam inquit Bar. in lib. j. C. de ſenten. quod labor corporis etiam minimus eſt maior quolibet precio. Et attende quod multiplex reperitur labor, videlicet bonus & malus, de bono habes Eccle. ca. 1. in fine ibi, qui addit ſcientiam, addit & laborem, & Sapien. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus, & c. 10. Sapientia reddit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & Eccle. 7. Non oderis laborioſa opera. & 1. ad Cor. 4. Laboramus operantes manibus noſtris, & 15. c. Abundantius omnibus illis laboraui. Act. 2. ad Tit. c. 2. Labora ſicut bonus miles. De eo bono labore habes per Leonem Papam, epi. 42. in prin. dum ait, Dulcius ſiquidem munera gratię diuinæ proueniũt,

Digitized by Google

quotiens non ſine magnis ſudoribus acquiruntur, & minus bonum videri ſolet pax continuata per ocium, quàm reddita poſt laborem. De malo autē Eccl. 4. Contemplatus ſum labores hominū omnes, & induſtrias, & animaduerti patere inuidię proximi, & Eccle. 5. Quid prodeſt homini qui laborauit in ventum cunctis diebus vitæ ſuæ? comedit in tenebris & in curis multis, & ærumna atque triſtitia, & c. 6. Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima eius non implebitur bonis, faciunt quę not. in c. quemadmodum, xxiij. q. vij. quòd labor malus eſt in mūdi delectationibus & peccatis. Probus.

Multiplex labor bonus & malus.

ræ, non ad fructuum [a] prælaturæ valorem [b].

Confirmationes electionum contra decretum concilij factæ, aut per ſimoniacam prauitatem, ipſo iure ſunt nullæ, & confirmantes ea vice ſi alias perſonas quàm per concilium deſignatas confirmauerint, iure confirmandi ſunt priuati, ac excommunicationis ſententia innodati, à qua niſi per Papam (præter quàm in articulo mortis) poſſunt abſolui. P.

Si verò confirmatores prædicti, electiones, non ſeruatis ſuperius [c] ordinatis, & de perſonis non idoneis, vt præmittitur [d], factas, vel aliàs per ſimoniacam [e] prauitatem

a ¶ Fructuum) Secundū tamen fructuum & reddituum quantitatem fienda eſt rei ęſtimatio, ff. de iu. fiſ. li. iij. §. diui. l. ſi quos, C. de reſcin. vend. & not. in l. ij. eodem tit. Probus.

b ¶ Valorem) Concor. extra. proxi. allega. Et hoc eſt contra ſecretarios nonnullorum prælatorum qui plus exigūt pro litera collationis pinguis beneficij quā tenuis & modici valoris: cum tamen in vna literarum nō ſit maior ſcriptura quàm in alia. ar. contra cap. j. de ſimo. vbi notarius prohibetur aliquid accipere in ordinatione clericorū, igitur nec in confirmatione electionū. Sed illud c. loquitur in notario qui habet ſalariū ex publico ab Epiſcopo, qui nihil debet accipere pro litera ordinationis, ſi autem non habere huiuſmodi ſalarium, poſſet accipere moderatū ſalariū pro ſcriptura, no. ibidem Innoc. qui dicit, quòd illud ca. voluit tollere conſuetudinem quorundam locorum in quibus omnes officiarij & miniſtri Epiſcopi petebant pecuniam, ſed hic ſermo eſt de notariis & aliis ſcribentibus in proceſſu confirmationis: qui non ſunt ſalariati ex publico. ideo pro labore ſalarium licitè accipiūt, xj. q. iij. non licet. nemo enim de ſuo cogitur facere beneficiū, x. q. ij. precare. (*)

(*) Iſtud latè firmo in trac. deuolut. parte j. q. xxx. P.

c ¶ Superius) In prin. huius §.

d ¶ Præmittitur) Supra. §. deinde.

e ¶ Simoniacam) Sicut ſententia ordinarij venalis nulla eſt. l. venales, C. quando pro. nō eſt ne. ij. quæſ. vj. §. venales, ca. cum ab omni. de vit. & honeſt. clerico. ſic venalis & ſimoniaca confirmatio quæ habet vim ſententiæ ſupra. not. nulla erit. & li-

Digitized by Google

cet in prophanis non committatur ſimonia ſi detur pecunia pro obtinenda ſententia, licet grauiſſimum ſit peccatum, vt not. j. q. iij. vendentes: tamen in ſpiritualibus ſecus, & committitur ſimonia: vt hic not. Panor. in d. cum ab omni. Hen. in cap. nemo. de ſimoni. & in cap. tua. Quid ſi pecunia data eſt confirmatori pro confirmatione ignorante electo, & non conſentiente, an valeat confirmatio? Goffred. in capitulo ſicut tuis, de ſimo. dicit quòd non, tanquam emptitia ſimoniaca, quem ſe do. An. dicens, quòd etiam ſi contradicente electo data eſſet pecunia: non valeret cõfirmatio: quia quantumcunque contradixerit: non poteſt negari quin talis confirmatio ſit ſimoniaca, & ad dictum capitulum ſicut, vbi dicitur quòd tali electo non debet imputari, reſpondent quòd debet intelligi quo ad hoc, vt non reprobetur electio prius de eo facta: & facit pro ipſis, quia electio etiam eſt ſimoniaca, data pecunia ignorante electo. vt habetur, j. quæſt. v. ca. præſentium, & petens confirmari tractat de iure quærendo, vnde videtur acquiſiuiſſe ius mediante ſimonia: licet per aliũ commiſſa. facit iſte textus qui loquitur generaliter, quòd confirmatio facta per ſimoniacam prauitatem, ſit nulla non diſtinguendo ſi fuerit ſimonia cõmiſſa ab electo, vel ab alio. Ioannes Andreas in dicto capitulo ſicut. diſtinguit inter ignorantẽ & contradicentem. Hoſtienſ. verò dicit quòd licet electio taliter facta non valeat: tamen confirmatio bene valeat, quod limitat Panormitanus, vbi pecunia data eſt confirmatori contradicente electo, vel etiam eo non contradicẽte: vbi interuenerit fraus. Tunc enim non debet talis cõfirmatio annullari propter dictum capitulũ ſicut tuis, ſic inducendo, nam ver. quanuis, ibi poſitum venit aduerſatiuè ad ſequentia, & dicit, quòd quanuis etiam paruuli teneantur dimittere beneficia acquiſita per ſimoniam eis ignorantibus: tamen quia longe diuerſum eſt, &c. non debet imputari cõtradicenti ad culpam vel ad pœnam vt annulletur confirmatio, facit oppoſ. cap. nobis, de ſimonia. vbi pecunia data in fraudem electi, non nocet electo. Si autem pecunia fuiſſet data confirmatori ignorante electo, duntaxat non cõtradicente, & ſine fraude, non valeret confirmatio ſicut nec electio. vt dicto capitulo præſentium, ſupra. §. deinde. cum ſimilib. nec videtur ratio diuerſitatis inter electionem & confirmationem.

Confirmatio ſimoniaca an conualidetur ex electi ignorantia.

confirmauerint, eoipſo confirmationes†[a] huiuſmodi ſint nullæ[b]. Confirmãtes autem

† a ¶ Confirmationes) Quæ de iure communi ad Epiſcopos & illorũ capitula pertinent, cap. nouit. & cap. quanto. de his quæ fiunt à prælat. Ideo ſi ſtatutum Eccleſiæ dicat, quòd Epiſcopus ſolus facit confirmationem electionis, nihilominus requiritur ſui capituli conſenſus, quia conſtitutiones debent interpretari ſecundum ius cõmune. cap. ex literis, de conſti. dicit Prępo. in cap. Epiſcopus, co. ij. xxiiij. di. vbi ponit de dictione ſolus. P.

b ¶ Nullæ) An caſſata confirmatione electio remaneat valida, le. & no. in ca. ſi confirmationem, eo. tit. in vj. & an caſſata electione poſſit electus amplius eligi, in cap. ſuper ea. eodem tit. (†)

(†) Poſſunt quidem dici nullæ, cum de iure non poſſint tales fieri confirmationes quia doctrina iuris eſt, quòd dicimus non poſſe, quod non poſſumus de iure. not,

Digitized by Google

Præpo. in ca. Catinenſis, lxj. di. vbi glo. ait quid eſſe impoſſibile, quod non eſt honeſtum, vel quod iuſtè non fit. P.

a ¶ Alias) Indignas prælatura.

b ¶ Supra dictum) Suprà. §. deinde.

c ¶ Ea vice (* 1) Sunt priuati poteſtate confirmandi. concor. cap. nihil. eod. tit. vbi etiam ſuſpendūtur à propriis beneficiis donec viſum fuerit ſuperiori, quòd ſi per malitiam indignum confirmauerint, grauius ſunt puniendi. Quid ſi confirmator alteri commiſerit confirmationem electionis, & iſte commiſſarius ex negligentia, ignorantia, vel malitia indignum (* 2) confirmauerit? Dicunt Hoſt. & Io. And. in d. c. nihil, quòd ſi iſte ſuperior malitiosè hanc poteſtatem non delegauit, ſed bona fide: non punitur, fa. c. ſi quando, xxiiij. diſt. de prçb. cũ ſequentibus, ſecus ſi malitiosè hoc fecerit, quia dicebatur electus indignus quem ipſe fauore perſonæ intendebat confirmare, ſed nolens facere per ſe, commiſit minus idoneo vel corruptibili poteſtatem examinandi & confirmandi, & dicit. Hoſtien. quòd in dubio non præſumitur (* 3) dolus, l. quotiens, §. qui dolo. ff. de procu. ca. ij. de renun. in vj. Panor. dicit in d. c. nihil. quod niſi prælatus ex aliqua iuſta cauſa alteri delegauerit, tenetur (* 4) ipſe ex culpa ſeu malitia commiſſarij ſui quaſi ex facto illius cuius opera vtitur. l. j. ff. de public. per Bart. l. ne quid. ff. de incen. ru. nau. fa. quod not. Hoſtien. in ca. ad hæc. de offi. archid. quod Epiſcopus tenetur de facto ſui vicarij. (* 5) & ſibi imputet qui talem elegit. l. cum mandato, ff. de minoribus, l. j. §. quæſitum, de ſepara. videtur glo. ſentire in cap. generali, eodem tit. in vj. in ver. miniſtros, not. in cap. eos, in ver. ſcienter. de temp. ord. eodem lib. quod Epiſcopus tenetur qui promouit indignum ad examinationem alterius, glo. & Inno. in d. cap. ad hæc Inno. in ca. cum ſit ars, de æta. & qualita. fa. l. ij. ff. de liti. l. cum mancipium, de ædil. edi. ſecus ſi ex probabili cauſa hoc delegaſſet. Prima opinio placet vbi communis opinio eſſet pro bonitate vicarij. ar. cap. ſignificante, de pignoribus, per not. per glo. & Innoc. in cap. ad hæc. Innb. in cap. accepimus, de æta. & qualita. fa. cap. ſi compromiſſarius, eodem tit. in vj. vbi ſi compromiſſarius eligat indignum, ſolus punitur, non compromittentes: niſi ſcienter talem electionem ratam habuerint, fa. d. l. cum mancipium. cap. ſi Epiſcopus, §. j. de præb. in vj. l. fi. C. de acquir. poſſ. vbi procurator nocet domino in omittēdo (* 6) non in cōmittendo, & dolus procuratoris nō obeſt domino. l. eleganter, ff. de do. cap. ij. de in integ. reſtit. not. in cap. j. vt lite non conteſ. facit quod not. Ioan. And. & Pau. in cle. ij. de magi. in fi. Henr. in cap. cum venerabilis, circa prin. de exceptionibus, l. ſi procurator, C. de procurat. de offic. deleg. cum olim abbas, cum ibi not. in fi. quod not. de Rota. deciſ. cccxxxij.

Electio de indigno ſi confirmetur per cōmiſſarium an puniatur ſuperior.

alias [a] perſonas quàm ſupra dictum [b] eſt pro ea vice [c] per

(* 1) In ſimili habes quæ diximus in tracta. deuolutio. parte j. q. xx. de collatore qui indigno contulit, vt ea vice tantum priuetur iure conferendi. P.

(* 2) Pro diſcuſſione huius quæſtionis vide quæ in ſimili diximus in tracta. deuolut. parte iiij. q. v. Si dolo vel negligentia eſt à compromiſſario facta deuolutio, ad quem ſit tranſlata prouidendi aut eligendi poteſtas. P.

(* 3) Obſtat tamen regula dicens, Qui non facit id quod tenetur, in dolo præſu-

Digitized by Google

mitur, l. dolus, ff. mandati, carceri, ff. de cuſto. reo. hinc Panor. dicit in cap. fi. de eo qui mit. in poſ. quòd ſi prælatus abeſt ab Eccleſia in qua reſidere tenetur, & maritus ab vxore, malitioſa præſumitur abſentia, pro qua reſidentia in Eccleſia, & cum vxore, vide do. de Rota in antiq. deci. cccccxxiij. P.

Qui nõ facit quod tenetur, in dolo præſumitur.

(*4) Regula enim en communis, quòd vtens opera mali miniſtri eſt in culpa, l. ſi ſeruus, §. Proculus, ff. ad leg. Aquil. & l. cũ mandato, ff. de minorib. & l. j. §. quæſitum, ff. de ſepara, & in ca. dura, de cri. fal. vbi Panor. no. j. ait, quòd is qui tenetur per ſe aliquid facere, ſi per nuntium facit, debet eligere idoneum, aliàs factum nuntij ſibi imputatur. P.

Vtens opera mali miniſtri eſt in culpa.

(*5) Firmat Rota deci. cclxxviij. in nouis. Inno. in cap. ad hoc, de offi. archi. etiam de dolo vicarij tenetur Epiſcopus. Frederi. con. cliij. col. j. in quæſtione, dixi in tracta. deuo. parte j. q. xvj. P.

ſimoniacam autem prauitatem, aut labẽ, perpetuo, ipſo facto † [a], iure confirmandi ſint priuati [b]. Et nihilominus propter dictá ſimoniacam labem ſi eam commiſerint etiam ſententiam excom-

(*6) Tractant hunc punctum doct. in c. j. poſt. tex. de po. præ. & Caſſado. deci. iij. tit. de reſ. & Bellemere deciſion. cccccxxxix. licet citatio. & deci. cccccxcv. factum apo. ad Rotam deci. clv. in fi. in nouis. Ioan. de Firmo. in tracta. de epiſco. lib. iiij. parte iiij. q. vij. & Bolo. apud Ioan. de Ana. con. xcvj. viſo dubio. Aufre. apud cap. Tholo. deci. cxxv. & cclxxj. Ex quo infero, quòd lata eſt differentia in delicto facto in omittendo, & in facto in committendo: vt latè etiam probo in tract. penſio. parte j. quæſt. xxxj. P.

† a ¶ Ipſo facto) Id eſt ſine hominis miniſterio, aliàs opus eſſet ea hominis priuatione, ait Præpo. in cap. neque, col. j. q. j. P.

b ¶ Priuati) Et his caſibus fit deuolutio poteſtatis confirmandi de Epiſcopo ad capitulum, c. cum in cunctis, §. fi. eo. tit. vbi gloſ. licet Innoc. aliter ſentiat ibidem, dicens, quòd fit deuolutio ad proximum ſuperiorem. Primum ſequitur Panor. (*1) nam tex. illius §. non poteſt recte intelligi in verbo conſenſerit: niſi intelligatur quando Epiſcopus conſenſerit confirmando indignum, vel admittendo præſentationem de indigno, ideo ſi Epiſcopus perdiderit poteſtatem conferendi, confirmandi, ſiue inſtituendi ex delicto vel negligentia, ſemper fit deuolutio ad capitulum ſuum: vt ibidem iunc. cap. ij. de con. præ. niſi in beneficiis deuolutis ad Epiſcopum ex delicto vel negligentia inferiorum: quo caſu capitulum non ſupplet defectum Epiſcopi, ſed fit deuolutio ad proximum (*2) ſuperiorem, ar. c. ne pro defectu, eo. tit. gloſ. in addi. in d. c. cum in cunctis, vbi doct. Panor. in d. ca. ij. quia in his quæ pertinent ad Epiſcopum & capitulum iure proprio, eſt maior coniunctio quàm in aliunde (*3) obuenientibus, ar. de teſta. requiſiti. Io. And. in c. quanquam, eod. tit. in vj. in c. j. ne ſe. vac. eo. li. inno.

Deuolutio quãdo non fiat de Epiſcopo ad capitulum.

(*1) De veritate puncti vide per nos in tract. deuol. par. ij. quæſt. vij. P.

(*2) Iſta eſt propria natura deuolutionis, vt probamus, in tracta. deuolutio. præ-lu. iij. & iiij. P.

(*3) Iſtud

Digitized by Google

(* 3) Iſtud firmo in tract. deuolu. parte iij. q. xxj.

a ¶ Incurrant) Sic & eligentes & electi per ſimoniam ab ipſis commiſſam. ſup. §. deinde. ver. ſimoniace.

b ¶ Romanum pontificem) Non puto quòd hoc caſu poſſet abſoluere legatus etiam de latere. Speciale enim eſt quòd legati papæ abſoluunt excommunicatos. pro iniectione manuum c. quod tranſlationem c. pe. de offi. le. c. ad eminentiam c. quod de his. de ſenten. excom. etiam ſi iniuria ſit enormis. no. Arch. in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. per. c. ea noſcitur. de ſen. excom. c. eos. §. fi. eo. ti. in vj. de off. le. c. j. eo. li. Henr. in c. quoniam de vi. & ho. cle. c. peruenit. de ſent. excom. nec eſt extendendum ad alias abſolutiones reſeruatas papæ. (* 1) no. Pan. in d. c. pe. ad hoc capitulum ſtuduiſti. de offi. le. cum in iſtis exorbitantibus & prohibitis non fit extenſio de vno caſu ad alium eiuſdem naturæ: vt d. c. quod tranſlationem. per no. per Inno. in c. fi. de offic. Arc. in c. dilectus de ca. mo. Hen. in c. ſopitæ. de cen. Bart. in l. j. ff. de iti. actuque priua. (* 2)

municationis incurrant[a] eo ipſo: à qua niſi per Romanum pontificem[b], prætterquam in mortis articulo[c] abſolutionis beneficium obtinere non poſſunt.

Per concilium, papa exhortatur, vt pro electionum confirmatione nihil exigat, aut recipiat: alias ſi hoc fecerit, futuro deferatur concilio. P.

Summum vero pontificem hæc ſancta ſynodus exhortatur[d], vt cũ ſpeculum[e] & nor-

(* 1) Doctrina enim in iure legitur communis, quod in reſeruatis expreſſe & ſpecifice ſedi apoſtolicæ vel papæ, legatus (etiam de latere) non poteſt ſe intromittere. probat Io. de Ana. in conſ. xciiij. viſis & ponderatis, vbi dicit hoc probari ex nota. ex his quæ habentur in c. niſi. & in c. quod tranſlationem de offi. leg. & in c. ſicut veniens. de exceſ. præla. P. *De reſeruatis papæ nemo ſe intromittit.*

(* 2) Iſtud indiſtincte non placet, quia etiam legimus exorbitantia propter rationis paritatem extenſionem pati, & extendi ad caſum non proprium, ſed qui ſublata verbi ſignificatione poteſt comprehendi, dicit gl. in cle. j. in verbo eligatur. de elec. fa. tex. iunc. glo. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. quod per alia firmat Hiero. gigantis. in tract. penſio. q. lxxxvj. in fi. P.

c ¶ Articulo) Qui ſemper excipitur in tali caſu c. non dubium de ſenten. excom. c. eos qui de ſent. excom. in vj. cum ſi. (*)

(*) Aliàs ſi exceptio hæc non daretur, multos contingeret in excommunicationis vinculo mori, ſic eccleſiæ ſuffragijs & ſacramentis priuari, contra illud, quòd eccleſia nemini gremium claudit, ſed omnes pœnitentes & contritos recipit in filios. Probus.

d ¶ Exhortatur) Si. ſupra. §. ad tollendam.

e ¶ Speculum) Id eſt exemplum c. enimuero. xix. diſt. ne cleri. vel mon. ſuper ſpe-

Digitized by Google

cula. de mag. ſuper ſpecula. (†)

(†) Vel ſpeculator Ezechielis. c. xxxiij. ibi, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël. ſit igitur papa ſpeculum, & non in ruinam, quia legitur quòd diu eccleſia ſtare non poterit ſi in ruinam eius proni ſunt quibus incumbit illius procurare ſalutem. verba ſunt beati Thomæ Cantuarien. P.

ma [a] oĩs ſanctitatis [b] & mundicię eſſe [c] debeat † [d], pro cõfirmatione earum electionum, quas ad eum deferri cõtigerit [e], nihil [f] penitus exigat [g], aut recipiat [h], alioquin ſi ſecus [i] faciendo notorie & incorrigibiliter eccleſiam ex hoc ſcandalizet † [k], futuro cõ-

a ¶ Norma) Id eſt regula, vnde dicit Ioan. xxij. dat viuendi normam minoribus maiorum regulata modeſtia. in extraua. dat viuendi.

Papa ſemper præſumitur ſanctus.

b ¶ Sanctitatis) Quæ præſumitur ſemper in papa eſſe, niſi contrarium conſtet, quis enim ſanctum dubitat, quem apex tantæ dignitatis attollit? xl. diſ. c. j. ideo pro facto papæ præſumitur, vt ibi not. xvij. q. iiij. §. qui autem l. ij. C. de cri. ſac. nor. Bal. in l. reſcripta. C. de præc. impe. of. vbi ponit multa de imperatoris & papæ poteſtate, quod limita vt no. ſup. §. j. ver. decreuit.

Debeat exponitur.

c ¶ Debeat) Hoc verbum de ſui natura neceſſitatem importat. no. in c. propoſuit, de ap. in cle. attendentes de ſta. re. Bar. in l. creditores. C. de pign. doct. in c. j. de deſpon. impu. (*)

(*) Aliquando exponitur i. poteſt. l. iij. ff. de pig. & l. obſeruare. §. fina. ff. de offic. procon. Aliquando pro ſolet. not. in l. j. ff. de hæred. inſti. Aliquando pro expedit. l. non ſolum, §. j. ff. de noui ope. nuncia. P.

† d ¶ Debeant) Legitur enim in xxiij. ſeſſio. hujus concilij Baſilien. in forma conſenſus per papam præſtandi, col. ij. quòd pontificalis domus, ac curia, tanquam ſpeculum mundum eſſet debet, & in xxix. ſeſſione, quòd difficile cæteri corriguntur ſi regimen ipſius, ac curiæ ſuæ non viderint commendatum, quod ab ipſis trahitur in exemplum. debet igitur exemplum eſſe epiſcopus & pontifex Romanus iuxta verbum apoſtoli. j. ad Tim. cap. 2. Exemplum (ait) eſto fidelium in verbo, & in conuerſatione, in charitate & fide, in caſtitate. idem ad Titum. c. 2. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, &c. Probus.

e ¶ Contigerit) In caſu. c. cupientes. eo. tit. in vj.

f ¶ Nihil) Quantumcunque paruum. ſup. ver. & vt omnia.

g ¶ Exigat) A nolente.

h ¶ Recipiat) A volente. ſi autem contrarium faciat papa, an committat ſimoniam no. inf. de anna. c. j.

i ¶ Secus) Per ſ. id eſt aliter. aliquando pro iuxta. ff. de acquiren. re. do. l. Marcus. aliquando id eſt contra, de vita & hone. clerico. cap. j.

† k ¶ Scandalizet) Nam ſicut imperator non poteſt quidpiam facere per quod imperium ſcandalizetur, ait Alber. in l. quoties. C. de precib. imper. offer. ita nec

Digitized by Google

papa poteſt aliquid attentare per quod eccleſiæ ſtatus decoretur. not. poſt text. Præpo. in cap. & ſi illa. j. quæſtio. vij. poſt Innocen. in ca. quanto. de conſuetud. P.
a ¶ Concilio) Quod debet congregari (*) de decennio ad decennium. ſupra de aucto. ſac. conc. c. j. ſed proh dolor! hodie nequaquam celebratur.
(*) Et conuocari, niſi fiat hæreticus, quia tunc ad alium ſpectat: vt legitur in c. nunc

cilio [a] deferatur [b].

Concilium pro ſuſtentatione papæ, & cardinalium, ac aliorum curiæ officialium, congruenter dicit ſe ante illius diſſolutionem prouiſurum: quod ſi non fecerit cuicunque præiudicare non intendit. P.

Pro oneribus autem quæ ipſum [c] pro regimine vniuerſalis eccleſiæ ſubire oportet, próq́ ſuſtẽtatione ſanctæ † [d] Romanę eccleſiæ, cardinaliũ & aliorum neceſſariorum officialium, hoc ſacrũ conciliũ ante ſui diſſolutionẽ omnino debite & congruẽter prouidebit [e]. Quòd ſi contingat aliquam circa hoc prouiſionem nõ facere, per hæc, eadẽ ſancta ſynodus non intẽdit in aliquo præiudicare [f] ſanctæ

autem. xxj. diſtinct. quod fit, quia tunc papa deſinit eſſe. Probus.
b ¶ Deferatur) No. quòd papa poteſt accuſari de notorio crimine de quo eſt incorrigibilis, & ſcandalizat eccleſiam concor. infra de anna. c. j. no. ſupr. de auct. ſac. conc. c. ij. (*) *Papa an poſſit accuſari.*
(*) Vide glo. & doc. in c. ſi papa. xl. diſt. quæ glo. communiter approbatur ſecundum Panor. in c. ſignificaſti. de elect. P.
c ¶ Ipſum) Papam.
† d ¶ Sanctæ) Sancta dici poteſt ipſa Romana eccleſia, quia illa per Dei omnipo. gratiam à tramite apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis prauitatibus deprauanda ſuccubuit, ſed vt in exordio normam fidei apoſtolicæ percepit ab auctoribus ſuis apoſtolorũ Chriſti principibus, illibata fine tenus manet ſecundum ipſius Domini ſaluatoris pollicitationem dicẽtis. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. P.
e ¶ Prouidebit) Quod non fecit, ſed eccleſia Gallicana prouidit infr. de anna. §. voluit.
f ¶ Præiudicare) ſi. de conſt. c. j. li. vj. non enim intendit condens alicui præiudicium generare (*) niſi aliàs conſtet. ff. ne quid in lo. publ. l. ij. §. ſi quis à principe. l. nec auus. C. de eman. li. c. licet. de offi. or. cum ſi. hinc dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. quòd ſi conſtitutio fiat contra certam perſonam, ſi prætendit ex ea læſionem, licitè appellat is contra quem fit conſtitutio: etiam ſi loquatur per verba generalia, ſi ex coniecturis poteſt colligi quod ſit edita in odium illius. arg. l. j. §. ſolent. ff. quando app. ſit. l. j. ff. de do. ex. vbi ſuccurritur contra dolum admiſſum in lege condenda arg. c. cum omnes de conſt. vbi Panor. & in rub. de conſtit. quia non debent naſci iniuriæ vnde iura naſcuntur, l. memi-

Digitized by Google

nerint. C. vnde vi. c. qualiter. de accu.

Priuilegiũ tollens ius, falſum præſumitur.

(*) Pro hoc facit verbum Panor. in. c. ex parte. el. ij. de officio deleg. quòd priuilegium tollens ius tertij, præſumitur prima facie falſum: quia princeps non ſolet ſimilia priuilegia concedere, etiam ſi ſit appoſita clauſula motu proprio. probat Dominus meus de Ripa lib. ij. reſponſio. ca. xxviij. nu. 22. latius dixi in tracta. penſio. præludio vij. P.

Romanę † [a] & vniuerſali [b] eccleſiæ, nec alteri [c] cuicunque. Datum Baſileæ in maiori eccleſia in ſeſſione publica celebrata, Anno Domini

† a ¶ Romanæ) Eccleſiæ; de cuius patrimono eſt tota Sicilia. probat Fely. in con. 46. nu. 12. illa enim ſuper omnes alias ordinarię poteſtatis obtinet principatum, vt pote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra. c. antiqua. de priuileg. P.

b ¶ Vniuerſali) Eccl. Ro. vniuerſalis eſt, cui omnes obedire tenentur. xix. diſ. ita Dominus. in extra. Boniſa. viij. in extra. vnam ſanctam. in extra. Ioan. xxij. execrabilis. §. nos itaque. vbi Geſ. in extra. ſancta Romana. & licet etiam vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum: tamen ferendum eſt, & pia deuotione tolerandum. c. in memoriam xix. diſt. (* 1) Ipſa enim omnium eccleſiarum mater eſt & magiſtra. († 2) xxij. diſt. c. ij. vij. q. j. Nouatianus. c. ſi. de fo. compe. noluit tamen beatus Greg. vocari papa vniuerſalis, ex humilitate. c. ecce. xcix. diſ. vbi dicit: Ego verbis proſperari non quæro, ſed moribus, & recedant verba quæ vnitatem inflant, charitatem vulnerant.

(* 1) Rota deciſ. ccclxxx. in nouis, ſi iudex. quod nota pro multis legibus, ſiue principum ordinationibus, ac parlamentorum arreſtis quæ ſæpe ſpiritu carent, tamen ſunt obſeruanda: quia ſunt diſponentium voluntas. P.

(† 2) Et caput, & qui tali non obediendum eſſe dicit, ipſo iure eſt excommunicatus. not. in c. multi fas. xix. di. Ideo legitur in d. extrauag. vnam ſanctam, quod ſubeſſe Romano pontifici omni humanę creaturæ eſt de ſalutis neceſſitate. Oportet igitur ſequi quæ ipſa eccleſia Romana cuſtodit. quod autem illa ſit magiſtra, probat Oldr. in con. 63. qui in con. 85. probat etiam quòd illa eſt propria & peculiaris ſedes papæ. Probus.

c ¶ Alteri) Si enim inferiorum iura illibata ſeruantur, quanto plus & Roma. eccle. in extrauagan. Ioan. xxij. ſi fratrum. ſcriptum eſt: Iuſtitiam noſtram & eccleſię noſtræ ſponſæ noluimus negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus de ſupplen. negligen. prælato. licet. de imminuta. eccleſ. cap. quoniam lib. vj. ideo eccleſia Romana non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe. (*) ar. C. de ſac. ſanct. eccl. l. iubemus nulla. cap. cum ex officij. de præſcriptionib. c. cum inſtantia. cum ibi no. de cenſibus.

Quis non præſumitur dare priuilegium contra ſe.

(*) Idem dicit Ioan. Mona. in cap. j. in fine de cenſib. in vj. notat Domi. in con. xliiij Domi. no. papa. Bal. in l. milites, in fi. C. de teſt. milit. dum inquit, non creditur quòd reſpublica per generale arbitrium ciuibus conceſſum iura fiſcalia contra ſe conceſſerit, per. l. ſi pecuniam §. ſunt ff. de pecu. lega. Idem Bal. in l. ij. C. an ſeruus ex ſuo facto Neapoli. deciſ. cccxix. nu. 8, quondam Stephanus. Alexan. in conſil. cxlix. nu. 6. viſo proceſſu. volu. ij. Cal. conſil. j. tit. de conſue. Card. in clemen. ij. q. j. vbi. Boniſ.

Digitized by Google

nu.j.& Petrus de Ancha.in princi. de ſenten. excommu. dixi latius in tracta. penſio. parte iij.q.iij.quę & alia adduco ad probationem quòd ſi papa conceſſerit iudicibus laicis Galliæ quòd de cauſis poſſeſſoris beneficialibus poſſint cognoſcere, illud habere verum non priuatiuè, ſed cumulatiuè. l. fin. C. de iuriſdict. omnium iudic. & l.j.C.de officio præfect. vrbis.quod eſt fatendum, cum plus papa non intendat dare laicis quàm clericis, qui poteſtatem beneficia conferendi habent non priuatiuè,ſed cumulatiuè,cum papa cum omnibus concurrat, & maiorem ſibi poteſtatem retinuerit quàm alijs dederit cap. dudum de præben.in vj. Vulgatum eſt quòd fatuum ſe oſtendit, qui ſe mandat obliuioni. Pro prædictis facit quod tradidit Præpoſi. in cap. quoniam 32. diſtin. quòd licet ſit conceſſum alicui vt poſſit cõtrahere cum alijs, tamen talis conceſſio intelligitur cõceſſa quòd non poſſit contrahere cum inimicis concedentis, cum illud eſſet per indirectum contrahere contra concedentem ipſum. Probus.

millesimo quadringenteſimo triceſimotertio, tertio [a] idus Iulij.

¶ Item aliud decretum †[b] incipiens.

Decretum circa electiones & reſeruationes factum, pro præambulo in hoc titulo deciſorum concilium enunciat, ac quaſcunque beneficiorum electiuorum reſeruationes damnat. P.

Licet [c] dudum hæc ſanctaſynodus, abolita [d] per eam generali omnium †[e] eccleſiarum & dignitatum electiuarũ reſeruatione, ꝓuide [f] decreuit: vt p̄dictis [g] eccleſijs & dignitatibus ꝑ canonicas [h]

a ¶ Tertio idus) Id eſt decimatertia die Iulij.

† b ¶ Decretum) Quod legitur in antepenul.ſeſſione concilij Baſien. c. xxiij. P.

Licet vſque ad. §. cenſuit. Primo ponitur cauſa conſtitutionis, & damnantur generales & particulares beneficiorum electiuorum reſeruationes. Secundo conſtitutio ſuper faciendis electionibus & confirmationibus ſine aliquo impedimento. Tertio vult electionem canonicam reiectam per papam ex iuſta cauſa remitti ad eligen. ſecunda ibi : ſtatuit.tertia ibi : veruntamen hoc decretum cum ſeq. factum eſt ante diſſolutionem concilij Baſi. anno.ſ. à natiuitate Domini. M. ccccxxxvj. ix. Kal. Aprilis.

c ¶ Licet) Id eſt quamuis c. licet de ſup. neg. præla. cum ſi.

d ¶ Abolita) ſup. cap. j. §. j.

† e Omnium) dictio eſt vniuerſalis reſtringenda ad proportionabilia quibus adiungitur no.poſt tex.Præpo.c.ij.ij.q.2.vbi legitur,omnes leges eccleſiaſticę dicũt quòd ſpoliatus ante omnia reſtituatur, verum omnes leges de materia reſtitutionis ſpoliata loquentes. Probus. *Omnis ad proportionabilia reſtringitur.*

f ¶ Prouide) Id eſt prudenter & ſapienter cap.prouida.eod.titu.in.vj.

g ¶ Prædictis) Electiuis.

h ¶ Canonicas) dicit Innoc.in c.quod ſicut eod.titu.quòd electio poteſt dici cano- *Electio dicitur canonica tripliciter.*

Digitized by Google

nica largè, ſtrictè, & ſtrictius. largè: quando electio tenuit de iure naturali, quia interuenit conſenſus eligentium & electi, licet nulla fuerit de iure poſitiuo, quia nulla forma ſeruata eſt ſtrictè, quando tenuit de iure naturali: & interuenerunt ſubſtantialia iuris poſitiui (* 1) quæ ſunt in ca. quia propter. eo. titu. ſupra. c. j. §. & cum humanæ, ſed ſolennia omittuntur, quia facta eſt aliquo contempto. ſtrictius verò quando tenuit de iure naturali, & interuenerunt omnia quæ requiruntur de iure poſitiuo: ſiue ſubſtantialia, ſiue ſolennia non ſubſtantialia: ita quòd nihil deeſt de requiſitis. & dicunt in dicto c. quod ſicut. Innocen. & Compoſt. quod vbi electio eſt canonica largè, licet non ſtrictè vel ſtrictius, quod valet confirmatio ſequens, ita quod electus confirmatus eſt vere prælatus, nec tenetur (* 2) renunciare dignitati, ſicut condemnatus iniuſtè ad reſtitutionem rei ſuæ, quanuis de iure ciuili ad reſtitutionem tenetur, Dominus tamen remanet: nec peccat retinendo eam ſi ſibi non auferatur per iudicem. ar. ff. de condi. inde. Iulianus. Innocen. in c. quia plerique. de immu. ec. Hoſtien. in ſum. de ſen. & re iudi. §. quot ſunt eius ſpecies. ver. ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verum. ius enim poſitiuum adinuenit formam ad ſcandala euitanda, quæ ceſſant in caſu prædicto. & ſi forma non fuit ſeruata, omnia ſupplentur in confirmatione. not. Hoſtien. in ca. prælatorum. de accuſa. Hæc opinio non placet Archi. in c. ſi cui. eo. titu. in vj. per. c. nihil eo. titu. vbi dicitur quod cõfirmatus eſt deiiciendus. eſt expreſſum in d. c. ſi cui. quod vbi electio non eſt canonica propter formam & ſubſtantialia omiſſa quæ ius poſitiuum præcipit obſeruari, non roboratur (* 3) confirmatione ſecuta, videtur caſus in cap. cum dilecti. §. metropolitanus iunct. §. ſi vero. eo. titu. vbi hoc vult Innoc. not. Io. And. in d. c. quod ſicut in c. quorundam. eod. tit. in vj. vbi enim fundamentum non eſt, nihil ædificari poteſt. j. q. j. cum Paulus Io. And. in ca. j. de poſtu. præla. in vj. in c. quàm ſit. eo. titu. in vj. in clem. j. eod. tit. vbi Pau. Hen. in ca. poſtulaſtis. de ele. exc. mi. Nam ſi ſententietur pro aliquo ſuper aliqua re quòd ſit Dominus, non propter hoc fit ſua. d. l. Iulianus not. in c. cum ſuper gl. j. de cau. poſ. & proprie. vbi Panor. cum enim forma electionis ſit de ſubſtantia: vt no. Innocen. in c. eccleſia. ij. eo. tit. patet in dicto c. ſi cui. ſup. d. §. & cum humanæ. deficiente ſubſtantia deficit (* 4) ipſum totum. ar. ff. de auro & arg. le. l. Seïa. xxxviij. diſt. quæ ipſis & vbi certa forma deſideratur: illa eſt ſeruanda neceſſario. (* 5) ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. C. de iur. fiſ. l. certa forma. lib. x. xij. q. ij. ſine exceptione. c. fi. eod. titu. in vj. ſup. c. j. §. facta. ver. ſi vero. & ſi non tenet principale, nec acceſſorium. de fide inſtrumen. inter dilectos. de no. ope. nun. c. ij. ideo ſi non tenet electio, nec confirmatio. notat Barto. in l. ſi conſtat. ff. de appel. niſi fieret ex certa ſcientia per papam aut alium habentem poteſtatem purgandi omnem defectum electionis, tunc valet. ar. c. propoſuit. de conceſ. præb. ca. illa quotidiana. eod. titu. l. adoptio. ff. de adop. l. quidam conſulebant. de re iudi. ca. cum viceſimum. de offic. delega. l. imperialis. §. ſimiles. C. de nuptijs cum ibi nota. per Bart. in l. item Vlpianus. ff. de excu. tu. ibi dic quòd certa ſcientia principis æquipollet diſpenſationi (* 6) Henri. in cap. veniens de fil. præsby. Panor. in cap. nonnulli. de reſcript. quod no. in ca. paſtoralis. de offi. delegat. in cap. cum inter. de exceptioni. docto. in cap. diuerſis fallacijs de cle. coniuga. Et tunc huiuſmodi confirmatio eſt potius datio de nouo quàm confirmatio. Hoſtienſis in ſum. c.

Sententia non facit quem dominum.

Digitized by Google

titu. §. qualiter facienda. ver. & ſanior. poteſt tamen ſaluari opinio Innocen. (* 7) quod valeret confirmatio electionis nullæ ex defectu formæ, ſi ab ea non fuerit appellatum in preiudicium opponentium: quia ſententia in ipſis beneficialibus tranſit in rem iudicatam (* 8) in partis preiudicium. ca. cum dilecti. ad fi. vnde non poteſt amplius defectus iuris poſitiui opponi à parte opponente. tamen iudex ex officio vel ad partis denunciationem euangelicam poſſet inquirere an canonicè fuiſſet electus. not. Innocen. in c. conſtitutus. ca. ad audientiam. de reſcrip. Imo. in d. cle. j. ad hoc infr. de paci. poſ. c. j. §. ordinarij. cum ibi not. per Domi. latè in d. cap. ſi cui. Si autem electio nulla eſſet ex parte materiæ propter crimen vel defectum perſonæ, & diſpenſatio ſuperioris ſuperueniat ſine conſenſu eorum qui elegerunt: puta minor xxv. annis fuit electus ad dignitatem non curatam: & electus videns electionem nullam vadit ad epiſcopum qui cum eo diſpenſat. iuxta ca. j. de æta. & quali. in vj. nulla de nouo facta collatione, nec interueniente conſenſu eligentium, dicit Ionnoc. in c. innotuit. e. tit. valere diſpenſationem ſuperuenientem, & quòd poterit licite dignitatem retinere, quia diſpenſatio confirmat illud quod erat inualidum, & tollit impedimentum propter quod erat electio nulla, ergo poterit nunc licite retinere dignitatem cum bona conſcientia. per d. c. poſtulaſtis. ca. niſi cum pridem. §. perſonæ. de renun. vbi idem not. Innoc. Tu dic quòd aut collatio vel electio pertinebat ad diſpenſationem: tunc vera eſt opinio Innoc. ſi diſpenſauerit infra tempus iuris conferendi: aliàs diſpenſatio poſtea facta non valeret, nec tolleret (* 9) ius ſuperioris quæſitum per deuolutionem. arg. l. bonorum. ff. rem ra. habe. per no. in c. quam ſit. e. tit. in vj. in c. ratihabitionem. de reg. iur. e. li. non enim poteſt diſpenſari cum aliquo in præiudicium alterius. not. Inno. & Compo. in c. dudum. j. eo. tit. Specu. tit. de leg. §. nunc de epiſcoporum. in fi. ad hoc. c. quamuis. cum ibi no. de reſcri. in vj. quod not. Panor. in c. quia diligentia. eo. tit. aut collatio vel electio non pertinet ad diſpenſantem: tunc aut erant eligentes vel conferentes priuati poteſtate eligendi vel conferendi, quia ſcienter elegerunt indignum propter defectum vel delictum, vel non ſeruauerunt ſolennitates d. §. & cum humanæ, tunc poteſt tolerari dictum Innocen. quia non poſſunt (*10) electores allegare nullitatem ex facto eorum arg. c. nulli. eo. titu. in vj. d. ca. diuerſis fallacijs. ſi vero eligentes ignorabant defectum vel crimen tempore electionis: tunc non credo diſpenſationem ſuperuenientem (* 11) roborare priorem electionem. ar. d. ca. nulli. vbi electores poſſunt impugnare electionem propriam ex facto nouiter eis detecto. facit c. expoſuiſti de cor. vi. not. Panormi. in d. cap. innotuit. facit quod not. Henri. in d. cap. poſtulaſtis. quòd epiſcopus non poteſt diſpenſare cum excommunicato qui tempore excommuninationis adeptus eſt beneficium, vt illud retineat: niſi ius prouidendi de illo beneficio iure deuoluto vel aliàs ad ipſum pertineat (* 12) pleno iure, & quod tali nunc habili de nouo conferat. & ſic haberet ex iſta noua collatione non ex prima. ſic intellige. d. c. poſtulaſtis. c. cum terra. eo. titu. vbi dicitur quòd ſi in perſona vel in electionis modo peccatum fuerit, electores tamdiu in electione diligentiam inquiſitionis apponant donec vacanti eccleſiæ de perſona congrua valeant prouidere: quod non poſſent ſi ſuperior per ſuam confirmationem vel diſpenſationem primam electionem roboraret.

Electionis nulla confirmatio an valeat.

Diſpenſatio in præiudicium alterius.

Digitized by Google

Quis dicatur canonicè prouiſus.

(* 1) Canonicè enim quis prouiſus dicitur, quando ſecund. regulas canonum. c. canon. diſt. iij. ita dicit Dominus de Ripa. lib. ij. reſpon. c. xxiij. col. fi. Iulius papa. Et canonicè dicitur eccleſiam intrare, quando intrat per oſtium. cap. relatum de iure patro. pone in papa, qui dicitur canonicè eccleſiam intrare, id eſt papatum quando à duabus partibus ex tribus vel à maiori parte cardinalium, & aliàs canonicè fuit electus cap. licet. de elec. & cap. vbi eod. titu. in vj. ratio, quia ſic in eccleſiam intrare eſt à canonibus diffinitum, dicit in ſimili Ioan. mo. in ca. j num. 10. de ſup. neg. præla. eod. lib. quòd pœna à canonibus expreſſa illa propriè eſt pœna canonica. vel canonicè, id eſt non ſimoniacè. cap. ſuper eo. de elec. vel ſeruata canonum forma. Car. in cap. ne pro defectu. in §. is verò in princ. eo. tit. Poteſt etiam beneficium dici canonicè collatum, ſi fuerit ſecundum conſuetudinem datum per id quod tradit Car. in ca. certificari. q. xj. de ſepulturis quod canonica portio non ſolum dicitur à canonibus ſtatuta, ſed etiam conſuetudinaria cenſetur canonica, quia à canonibus comprobata, quamuis ab illis non ſtatuta, pone, quia licet beneficiorum pluritas ſit canonibus inimica. c. quia in tantum de præb. cum ſimilibus, tamen conſuetudo generalis inoleuit in eccleſia (quam papa ſcit & tolerat) vt plura ſimplicia beneficia canonice quis obtineat liberè, id eſt ſine diſpenſatione glo. in cap. gratia de reſ. in vj. dixi latè in tract. diſpen. in 5. memb. parte ij. P.

Canonicè prouiſus aut electus dicitur.

Canonica portio dicitur.

(* 2) Facit quod tradidit glo. in c. cupientes, in ver. malignantium in prin. de elec. in vj. quam ibi & vbique approbant docto. dicentes poſt eam, licitum eſſe alicui ius legitimum fauenti per fraudem, aut alio quouis modo aduerſarium repellere, quod firmat Neuiſa. in ſilua in arti. monitoriæ. col. mihi. v. verſic. licet. P.

Confirmatio non tenet ſi electio non valet.

(* 3) Doctrina eſt, quod ſi electio non valet, confirmatio non prodeſt. gloſſ. in cap. vnico in verbo irritum. de poſtula. prælat. quam ſequitur, & alias adducit Panorm. in cap. ſicut. in fin. de elect. & Decius in cap. iij. nume. v. eod. titu. & in ca. cum in cunctis. §. cum vero, in princip. eod. titu. dixi latius in tracta. diſpen. prę ludio iiij. nume. 103. P.

Subſtantia

(* 4) Quod ſit, quia ſubſtantia eſt ſuſtentamentum. c. ſi epiſcopus. xij. quæſtio. ij. Hinc pſalm. 38. Nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt. & Eccleſiaſtici 40. Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuiam perſonabunt. P.

(* 5) Iſtud firmo in tracta. diſpen. memb. x. parte ij. nume. 37. & Brunus Aſten. in tract. de forma & ſolennita. P.

Clauſula ex certa ſcientia quando operetur.

(* 6) Quod intellige ſanè, quia legitur quòd clauſula ex certa ſcientia non operatur aliquem effectum quando ſuperior non fuit certificatus de omnibus quę potuiſſent eum mouere ad denegandum conceſſa, dicit Panormita. in cap. paſtoralis. §. præterea. de officio deleg. & in ca. inter dilectos, de fide inſtrumen. quod firmat Decius in conſil. cxcviij. numer. 6. Et pro eo tenui, quia ſicut principalis confirmatio recipit tacitam interpretationem ſi preces veritate nitantur. cap. ij. de reſp. ita eandem interpretationem recipiunt clauſulæ acceſſoriæ. not. Bald. in l. ſi abſentis. col. fina. C. ſi cert. peta. & in rub. C. de conſtitu. pecu. & in l. ex teſtamento. C. de fidei com. qui in l. fi. col. ij. ſenten. reſcindi non poſſe. ait quòd in his quibus princeps non præſumitur habere ſcientiam, hæc clauſula nihil operatur, quod placet

Digitized by Google

cet Alexan. in conſil. cxxv. col. fina. viſo titulo quæſtionis, lib. ij. & Corne. conſil. cclxxxix. col. iij. quanquam, volu. iiij. P.

(*7) Quam latè & multipliciter firmarè nititur Gulielmus de Monſerrat in commen. huius lib. in ij. parte ante finem, & eam dicit tenere Anto. in ca. quia plerique de immu. eccl. vbi Panor. P.

electiões & cõfirmationes† [a] prouidere deberet [b]: volens ſpeciales [c] ſeu particulares ipſarũ Eccleſiarum & dignitatum electiuarum prohibere reſeruationes [d]: per quas

(*8) Non tamen quo ad iudicem quin eam ex officio poſſit retractare, nec quo ad partem quin audiatur per viam querelæ ex cauſa, petendo eam reuocari per antea non diſcuſſa, dicit Anto. de Butrio. in c. cum dilecti. col. iij. ver. venio ad iij. partem, de ele. quod firmat Caſſador. deci. v. nu. 4. tit. de reſtit. ſpoliat. P.

(*9) Iſtud habes in ſimili firmatũ per nos in tract. deuolu. parte ij. q. xxviij. facit illud quod per nos ponitur in tracta. diſpenſ. memb. iiij. parte j. nu. 85. quod quis non diſpenſat ſuper pœnam quam non imponit. P.

(*10) Quod fit, quia allegatio talis quandam in ſe includit turpitudinem, quam quis ſuam allegans non auditur regulariter. Probus.

(*11) De qua latè diximus in tract. diſpenſatio, in iiij. memb. parte ij. num. 49. & parte j. nu. 24. & in tract. deuolu. parte iiij. quæſt. xv. P.

(*12) Quomodo probetur beneficium ad aliquem pertinere, probamus in tract. deuolu. parte j. q. xxij. in fi. Probus.

† a ¶ Confirmationes) Quæ ſi procedant à Papa, operantur tria, Primum, quia maiorem auctoritatem præſtant. Secundum, quia quod eſt inualidum, ſupplent eius defectum. Tertium, quia ſine Papæ licentia non poteſt retractari quod ille confirmauit, gloſ. in cap. fratre, xvij. q. iiij. P. *Confirmationes Papæ quid operentur.*

b ¶ Deberet) Supra cap. j. §. j. ver. ſed quid.

c ¶ Speciales) Concor. infra, §. item acceptat.

d ¶ Reſeruationes) Dicit Ioan. And. in addit. ſpecu. ſuper rubri. de con. præ. Panor. in cap. mandatum, de reſcript. quòd olim Ro. pont. raro faciebant gratias beneficiales, vnde in volumine decretorum non fatigamur in his, inceperunt demum dare, tamen curialiter primo rogando, poſtea præcipiendo, & executores dando: nec facile grauabat vnus Papa Eccleſiam, niſi de vno tantum: vnde ponebat clauſulam, pro alio non ſcripſerimus (*1) vel æquipollentem, patent iſta, cap. conſtitutus, cap. capitulum, cap. ex inſinuatione, cum tribus ſequen. de reſcript. procedente tempore à princip. factæ ſunt gratiæ datis executoribus, de præben. pro illorum, & ca. dilectus ij. & iij. de con. præ. propoſuit, demum tempore Innocen. iiij. dabatur beneficium acceptandi, ca. quia cunctis, de con. præb. in vj. ad quod fortificandum addita eſt poſtea clauſula menſis, cum inhibitione & decreto: vt ibi not. & terminatum eſt in cle. j. de con. præ. ſic in reſeruationibus olim Roma. ponti. eas non faciebant, nec vnam inuenies in volumine decretorum, not. Domi. in cap. duobus, de reſcrip. in vj. inceperunt tamen poſtea dari ſpeciales ſuper certo beneficio & pro certa perſona. cap.

cum dilectus, de iure patro. vbi fit mentio de reſeruatione legati, cap. deliberatione. cap. præſenti, de offic. leg. in vj. cap. ſi eo tempore, eo. tit. in vj. vbi fit mentio de reſeruatione Papali, poſtmodum cœperunt generales: ſed qualificatæ ad certa beneficia, cap. ij. de præben. in vj. in extrauag. Ioan. 22. execrabilis, demum generales reſeruationes omnium beneficiorum electiuorum per extrauag. ad reprimen. infra eod. §. item acceptat. & per regulas cancellariæ. Sed contra olim diſpoſitio omnium Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum ſpectabat ad Papam, ca. j. xxij. diſt. cap. perlectis, xxv. diſt. not. Ioan. And. in cap. quanquam, eo. tit. in vj. facit, §. decretis, xxj. diſt. vbi habetur quòd maiorum & minorum ſacerdotum diſcretio veteris & noui teſtamenti ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes inſtituit, & lxxij. diſcipulos quaſi minores, & quòd Apoſtoli hanc formam ſecuti in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos & Presbyteros ordinauerunt: & Moyſes Aaron in ſummum ſacerdotem, & filios eius in minores ſacerdotes eligit: vt ibi dicitur, & not. in cap. cum Eccleſia, eo. tit. Dic quòd Romana Eccleſia in primitiua Eccleſia à principio Epiſcopatus & ſuperiores dignitates inſtituit, id eſt ordinauit, ita quòd ver. inſtituit in d. c. j. poſitum eſt præteriti perfecti temporis, not. Compoſ. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. Archidia. in d. cap. j. ſic in primitiua Eccleſia Epiſcopi ad regenda loca transmiſſi omnia prouidebãt: ita intellige Ioan. And. in d. c. quanquã, vt ipſe not. in cap. quod alicui de regu. iur. in vj. in mercu. Henri. in cap. querelam, eo. tit. Dic etiam quòd Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum diſpoſitio ad ſolum Papam ſpectat in noua creatione & erectione. Solus enim poteſt erigere Epiſcopatum aut ſuperiorem dignitatem: (*2) vt not. in cap. quod tranſlationem, de offic. leg. in ca. ſicut vnire, de exceſ. prælat. ſic poteſt intelligi prædic. §. decretis, & dictum cap. j. xxij. diſt. vt ibi not. Sed ex quo Eccleſia cathedralis eſt erecta, non inuenies ius quo Papa eam ſuæ diſpoſitioni reſeruauerit: ſemper enim fuit eidem prouiſum per electionem vel cleri, vel populi, vel vtriuſque ſecundum varietatem temporum, lxj. lxij. & lxiij. diſt. quaſi per totum. Nam mortuo Iuda Apoſtolo alij Apoſtoli proceſſerunt ad electionem, & ſors cecidit ſuper Mathiam. Act. 1. xxj. diſt. cleros, xxvj. q. ij. non ſtatim, deinde Ro. pon. electiones à fratribus fieri voluerunt, lxj. lxij. & lxiij. diſt. per totum, & ſacra generalia concilia, viij. q. j. Epiſcopo, lj. diſt. qui autem aliquo, de elc. per totum, & Imperator, l. ſi quenquam, C. de epiſc. & cleri. & reges Francorum ſemper pro electionibus inſudauerunt: vt refert Vincen. in Spe. hiſt. lib. xxij. c. xxiij. de Clodoueo primo Franciæ rege Chriſtiano: qui conuocatis Aurelianis ſui regni prælatis, inter quos erat ſanctus Melonus, ſtatuit electiones & confirmationes fiendas eſſe ſecundum canones antiquos, ſimiliter rex Karolus magnus ſtatuit, cap. ſacrorum, lxiij. diſt. & Philippus deodatus auus beati Ludouici, nec inuenies quòd à principio Eccleſiæ vſque ad tempora dicti beati Ludouici Francorum regis Romani põti. ſe de electionibus prælaturarum intromiſerint: ſed quia tunc niſi ſunt electiones impedire, & onera pecuniaria beneficiis imponere, iterum decreuit electiones in ſuo regno fieri debere, exactionéſque ceſſare: (*3) quæ decreta inuiolabiliter obſeruari fecerunt Ludouicus Hutin, & Ioannes, multíque alij reges Francorum. Nec ob. cap. bene nouit. lxj. diſtin. vbi Gregorius prouidit Eccleſiæ Aprucen. in cap. Reatina, lxiij. diſtinct. Leo prouidit Eccleſiæ Reatinæ: quia ibi non per reſeruationem, ſed

Chriſtus 12. Apoſtolos & 72. diſcipulos habuit.

Dignitates à quibus fuerunt ordinatæ.

Clodoueus primus rex Franciæ Chriſtianus.

Digitized by Google

ex negligentia vel remiſſione eligentium facta fuit prouiſio, illi enim Epiſcopatus longo tempore vacauerant, nec poterat adhuc aliquis idoneus inueniri: ideo Papa apposuit manum, ſic intellige cap. quanto, cum duobus ſequentibus, cap. principali, lxiij. diſtin. vbi ad Papam eligen. remittunt electionem, quo etiam caſu bene faciet ſi remittat electionem ad eligen. vt in cap. obitum, & cap. ſequen. lxj. diſtin. vbi licet Papa Gregorius ſciuiſſet vacationem Panormitanæ & Catanen. Eccleſiarum, noluit eis prouidere, ſed remiſit electionem ad eligen. & in diſtin. cap. quanto, & cap. ſequen. in cap. ex literis, in fin. de exceſ. præla. in cap. conſiderauimus, in cap. innotuit, eod. titu. Papa remittit electionem ad eligen. infra ver. veruntamen, quia non poteſt habere notitiam de perſonis vbilibet promouendis: ideo debet dimittere huiuſmodi prouiſiones eligentibus qui habent notitiam (* 4) illorum quos debent eligere, ad hoc bo. tex. in cap. bonæ, ij. §. quia vero, de poſtulat. prælat. Item cum Epiſcopatus videtur eſſe de iure poſitiuo, nam olim tempore Chriſti non erant propriè Epiſcopi: ſed propter ſchiſma Apoſtoli congregato concilio Preſbyterorum ſtatuerunt vt ordinaretur Epiſcopi qui eſſent ſuper alios, vnus enim volebat præferri alteri, dicens ſe eſſe meliorem, quia fuerat baptizatus à Petro, alius quia fuerat baptizatus à Paulo, & ſic fiebat per eos ſchiſma: ad quod ſedandum fuit ſtatutum inter Apoſtolos & alios, vt ex Preſbyteris eligerentur aliqui qui vocarentur Epiſcopi, quibus alij obedirent: vt in cap. cum olim, xcv. diſtinct. cum ibi nota. per Archid. & Epiſcopi in ſuis diœceſibus ſunt Papæ vicarij, ij. q. vij. puto, de præſump. mandata. not. Archidia. in tractatu contra hæreticos, vbi dicit, quòd Papa vt ſupremus iudex omnium ordinariorum poteſt inhibere & reſeruare, de pœniten. diſtinct. vj. cap. j. in fin. latè per Gaſ. de Peruſio in tractat. reſeruationum. (* 5) Videtur ergo quòd pro libito poſſit Papa reſeruare omnes Epiſcopatus, dicit Panorm. in cap. fin. de confirmatione vtili, quòd Epiſcopi (* 6) ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum, cap. in nouo, xxj. diſtin. cap. quorum vices, lxviij. diſtinct. cap. videntes, xij. quæſt. j. & Chriſtus non tribuit poteſtatem ſoli Petro, dũ ſibi ſpecifice dixit: Paſce oues meas, vt dicto ca. in nouo. c. ita dominus, xix. d. omnibus enim Apoſtolis dixit: Accipite Spiritũ ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c. Ioan. 20. Et quæcunque ligaueritis in terris, &c. Matthæi 18. Et euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Matthæi vlti. Sed Petrum conſtituit principem Apoſtolorum, dicendo ſibi ſeorſum: Paſce oues meas, vt dictum eſt Ioan. vlt. cap. ſignificaſti, eodem titu. Compoſ. & Panor. in cap. tranſlato. de conſtit. ideo poteſtas Eccleſiaſtica eſt penes totam Eccleſiam vniuerſalem: ſed debet explicari per Papam tanquam per caput, niſi in defectum Papæ, ſuprà de aucto. ſacroſan. con. cap. j. & ij. cum ibi not. vnde non poſſet Papa remouere omnes Epiſcopos ſi vellet, cum repræſentent omnes Apoſtolos, not. in cap. per principalem, ix. quæſtio. iij. ſic nec reſeruare omnes Epiſcopatus, cum ex hoc turbetur Eccleſia. Et ſi dicatur quomodo apud Papam libera eſt diſpoſitio beneficiorum, cap. ij. de præbend. in vj. clemen. j. vt lite pend. illud intelligitur de vacantibus beneficiis, non de plenis, & de vacantibus in curia. Item eſt apud eum libera diſpoſitio ſecundum quid, videlicet quòd poſſit liberè diſponere de omnibus cum viderit ex cauſa iuſta, & rationabili, non indiſcretè: ſicut in ſimili dicit gloſa in cap. relatum, de præbendis, quòd licet apud ordi-

Electio cathedralis Eccleſiæ à Papa ad eligentes remitti debet.

Epiſcopi ſunt vicarij Papæ.

Eccleſiæ poteſtas apud quem eſt.

Beneficiorũ diſpoſitio vt apud Papam, qualiter intelligatur.

Digitized by Google

narium ſit libera diſpoſitio beneficiorum ſibi ſubiectorum, de offic. ordina. conquerente, tamen illa liberalitas attenditur duntaxat vt de illis poſſit prouidere cui velit, dum tamen idoneo, capitulo, gaue. de præbendis, nõ quod poſſit pro ſe retinere, (* 7) vel illicitè de illis diſponere. Inſuper cõſiderandum eſt quod inter Epiſcopum & Eccleſiam ſuam eſt matrimonium ſpirituale, cap. requiſiſti. de teſtamen. in extrauagante Ioan. 22. ſi fratrum, ideo eligendus eſt à ſponſa voluntariè: cum per electionem initietur huiuſmodi matrimonium, firmetur per confirmationem, conſummetur per conſecrationem, de tranſlat. prælatorum, licet. Non ergo ex reſcripto principis petatur tale matrimonium inſtar nuptiarum carnalium, C. ſi nupt. ex reſcript. petan. lib. j. nec detur inuitæ ſponſæ ſponſus, lxj. diſtinct. nullus inuitis, & vide ſingulare dictum Innocentij in capitulo, innotuit. eodem titulo, quod in electionibus Papa vtitur plenitudine poteſtatis, (* 8) qua non eſt generaliter vtendum, ſed ex cauſa duntaxat, & hoc eſt quod voluit hic decretum Baſilienſ. quod in literis Apoſtolicis illa cauſa nominatim exprimatur. Vnde dicit de Gerſon in tractatu de Eccleſiæ poteſtate. Meminerit ſummus pontifex datam ſibi à Deo poteſtatem ſummam in Eccleſia ad ædificationem eius, non deſtructionem, non confuſionem ordinis hierarchici: nec velit tot iura, tot leges, tot decreta, & decretales ſummorum pontificum & generalium conciliorum tantis vigiliis edita ad prouide & vtiliter regendam Eccleſiam, per electiones & collationes canonicas vnico verbo reſeruatorio ſubuertere. argum. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. cap. Eccleſia. ij. eodem titulo, quæ quandiu obſeruata fuerunt, Eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis fœlici vbertate produxit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtitit, &c. ſuprà in proœmio. §. quibus ad plenum. ver. qui quandiu. vbi enumerantur inconuenientia quæ proueniunt ex huiuſmodi reſeruationibus & gratiis expectatiuis, & infrà de collat. capitulo primo. aliàs tot iura eſſent ludibrio, quod eſſe non debet. C. de bonis quæ libe. l. fi. §. vbi autem. capitulo commiſſa. §. porro. eodem titulo. in vj. & de codicibus deleri deberent, quid enim membranas occupant, cum non habeantur accepta? cap. ſi Romanorum, xix. diſtinctio. & ipſe Papa eſt qui iura debet tueri. vt d. §. decretis, xxv. q. j. per totum. vnde dicit Greg. Si ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non constructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, teſtante veritatis voce quæ ait, Omne regnum in ſe diuiſum nõ ſtabit. xxv. quæſt. ij. ſi ea deſtruerem, & dicit Iſido. Iuſtum eſt principem ſuis obtemperare legibus, cap. fina. de reſcrip. in vj. tunc enim exiſtimet ſua iura ab aliis ſeruanda, quando ipſe prius eis reuerentiam præbet. cap. imperatores, quod eſt palea. ix. diſ. & dominus Ieſus improperauit eis qui imponunt aliis onera grauia & importabilia, & digitio ſuo nolunt ea mouere, Matth. 23. xxvj. q. vij. alligant. vnde quantum ad Dei iudicium Papa non eſt ſolutus legibus quantum ad vim directiuam earum, & debet voluntarius non coactus eas ſeruare, & ipſe eſt ſupra legem, inquantum cum expediens fuerit poteſt eam mutare, & in ea pro loco & tempore diſpenſare, & licet habeat plenitudinem poteſtatis, cap. illa. eo. tit. ca. quanto. cum ibi not. de tranſla. præla. de qua Hoſtien. ſcribit de conceſ. præb. propoſuit. de vo. magnę, qui filij ſunt legit. per venerabilem, Geſ. in extrauag. Ioan. xxij. ad onus, tamen non debet ea vti ſine cauſa, vt dictum eſt, quia iura ſunt fundata ſuper ratione. cap. conſuetudo. j. diſt. Hoſtien. in cap. ad

Papa ad quid habet tantam poteſtatem.

Papa an ſit ſolutus legibus.

Digitized by Google

decorem de vſu. pal. Ioan. mona. in extraua. Bonifa. viij. vnam ſanctam. Ioan. And. in ca. de multa. de præben. vbi dicit quòd princeps non debet ſine legitima cauſa contra ius ſcribere vel ſtatuere: aliàs faciendo non facit vt bonus paterfamilias, ius poſitum violando. Data eſt enim ſibi poteſtas paſcendi oues, non turbandi, & debet procedere ex rectitudine iuſtitiæ & æquitatis, non ex affectione ſpeciali. Vnde Chriſtus cuius vicarius eſt in terris, nõ venit ſoluere legẽ, ſed adimplere. Matth. 5. c. xj. q. j. magnũ xxv. q. j. ideo. §. his ita. & licet omnia poſſit, nõ debet prætermittere clauem diſcretionis, not. Hoſtien. in dicto c. quantoad hoc no. in c. ad Apoſtolicæ, de re iudica. in vj. plenitudo nanque poteſtatis in executione bonitatis, non auctoritate prauitatis conſiſtit, aliàs mutato vocabulo non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis diceretur. Reſtringitur ergo ſub ratione poteſtatis, xj. q. iij. illa. & Roma. Eccle. quæ mater eſt iuſtitiæ, in nullo ab ea diſſentire videatur, & ſub rationis æquabilitate omnia moderentur, d. §. his ita. verſic. item Gregorius. Nã videmus quòd ſi alicui poteſtati tribuatur plenum arbitrium, non poteſt propterea ex tali plenitudine contra rationem aliquid indiſcrete facere, l. creditor. §. Lucius Titius. ff. man. no. in ca. cauſam, eo. ti. Bar. in l. filius familias, ff. de don. in extra. ad reprimenda. no. in cle. ſæpe. de ver. ſig. Pan. in c. j. de conſt. quod not. de Ligni. in cle. paſtoralis, de re iud. Card. flo. in trac. ſuper vnione Eccleſiæ, vbi vehementer inſurgit cõtra iſtos blanditores dicentes Papam poſſe omnia, dicens eum non poſſe niſi quod licet, non quod libet, & dicit quòd ex his blandimentis infiniti ſurrexerunt errores, Papæ enim inferiorum poteſtates vſurpant, quod non fecit Petrus. nam quanuis eſſet princeps Apoſtolorum, & Papa ſanctiſſimus, contentus fuit Antiochena ſede cum titulo principatus. Cum autem vidit magnam neceſſitatem vrgere, ſe tranſtulit Romam: & illa ſede contentus alios Apoſtolos in ſibi commiſſis prouinciis non turbauit. vij. q. j. mutationes, & licet quæſtione legalium mota in Eccleſia Hieroſolymitana ipſe B. Pet. Hieroſolymis eſſet, beatus tamen Iacobus loci præſul protulit ſententiam diffinitiuam ſuper illa legalium quæſtione. Act. 15. nam vt dicit ibidem Ly. & Vin. in Spe. hiſt. lib. ix. ca. xj. quia quæſtio erat mota in Eccleſia Hieroſolymitana, cuius Iacobus erat Epiſcopus, nec poterat ad alium transferri, niſi per appellationem, protulit ſententiam, & vide glo. no. in c. inter corporalia. de tranſla. præla. in ver. diuina. quod fit auctoritate Papæ, dicitur fieri auctoritate Dei, cum ex iuſta cauſa facit. alle. xxiiij. q. j. quæcunque. & q. iij. ſi quis non recto. dicit itaque de Gerſon vbi ſupra, ceſſent reſeruationes & gratiæ expectatiuæ: quę non ex charitate, ſed ex cupiditate ambitioſa & auaritia quærente quæ ſua ſunt, creſcentibus beneficiorum dotationibus impudenter excreuerunt, & Ro. pon. dictamen tantorũ pon. totius Eccleſiæ. vel concilij generalis circa prouiſionem beneficiorum ſequatur vti Moyſes qui Deo familiariter loquebatur, ſicut amicus amico, audiuit etiam conſilium Iethro gentilis hominis in regimine totius ſynagogæ. Exodi 18. vbi ſic habetur: Stulto labore conſumeris tu & populus tuus qui tecum eſt. vltra vires tuas eſt negocium: ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea atque conſilia, & erit dominus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinẽt, vt referas quæ dicuntur ad eum, oſtendáſque populo cærimonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, &c. Prouide autem de omni plebe viros potentes & timen-

Papa nihil contra ius ſtatuere debet.

Petrus inferiores poteſtates non vſurpauit.

Digitized by Google

tes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam,& conſtitue ex eis tribunos & centuriones,&c. Quibus verbis reprobantur iudicia minora in Moyſe, amplius ergo in ſummo ponti. qui non eſt conſumendus in continuis cauſarum occupationibus,in beneficiorum reſeruationibus & gratiis expectatiuis,anatarū exactionibus & ſimilibus: relicta omni cura,ſolicitudine vel ſtudio de omni illo quod ſpirituale eſt, quod diuinum eſt, quod fidem concernit, religionem Chriſtianam, & morum reformationem,ad hoc infra de colla.c.j.§.cui rei.ver.Romaníque,de cau.c.j. ibi & quod vniuerſo. & dimittat inferiores prælatos ſua officia exercere qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis,iij.q.vj.multum.d.c.mandata.ca.decreto.ij.q vj. Vnde dicebat Pan.in c. mandatum quod olim poterant ordinarij multum conqueri, cum ex reſeruatione Ro.pont.& ex literis expectatiuis ius conferendi erat quaſi abdicatum ab ipſis.quod eſt contra c.cccc.xcix.di.quia non debet Papa ita prouidere ſuis commodis,ſeu vtilitatibus Ro.cu.cum tam graui preiudicio ordinariorum, pulcher tex. in d.c.ideo.§.his ita. ver. item Greg. & ordo Eccleſiaſticus confunditur cum ſua iuriſdictio.&c.c.peruenit.xj.q.j.inf.de colla.c.j.circa prin.de cau.c.j.Nam etiam ex iure antiquo ordinarius dicitur grauari cum Papa confert beneficia ad ipſius collationem ſpectantia: vt.d.c.mandatum,cum duobus,c.ſeq.quia collatio cenſetur quædā donatio,(*9)cum ordinarius vtatur libertate in conferendo:vt d.c.relatum,ca.fi.de offic.vica.in vj.hinc dicit gl.in c. cum olim. de maio. & obedien. quòd collatio beneficiorum computatur inter fructus (*10) merito ergo grauatur cum priuatur hac liberalitate & facultate donandi. Sed opponunt plurimi nolentes ad ordinarios remitti miniſtrorum Eccleſiaſticorum inſtitutiones,neque per electionem,neque per collationem, expertum eſt,inquiunt, quod turbant omnia, venderent, diſſiparent: partim carnali affectione, partim auaritia & ambitione, partim ſeculari poteſtate tracti, indignos & illiteratos promouerent, de literarum ſtudiis actū eſſet.In promptu eſt reſponſio, inquit de Ger. vbi ſuprà, corrigeret ſummus pontifex abuſus huiuſmodi, & auctoritatis ſeueritate ſuprema vigilanter adhibita poneret aſpera in vias planas, deponeret potentes intruſos de ſede, & exaltaret humiles ſine vel prece vel munere. hoc enim eſt architectoris officium,ſup.ca.j. in princi.dum vero peccat in his ſummus pontifex,quis miniſtrorum corrigere vel præſumet,vel poterit?dices quòd hoc poterit concilium generale,vide quòd nec crebro nec facile,immo hodie nullatenus habetur,vix nempe ſtatuit libenter aliquis ſibi correctionis iudicium.

(*1)Quæ clauſula his temporibus eſt data pro forma: vt patet in tit. de mand. apo. in concor.& hoc in deſcriptione formæ manda.de prouidendo:aliàs ſi non eſſet data,Eccleſia ad quam mandatum dirigitur,mille recipere teneretur, ſecundum Barba. in c.mandatum,col.x.de reſ.meminit And.de falco.in tractatu reſeruatio.prælud.2. nume.3.quem vide prælud.primo pro intentione princi. huius glo. & latius per do. Ruzeum in princi.tract.de manda.apo. P.

Erectio beneficiorū & dignitatū ad quos ſpectet.

(*2) Iſtud tractat Firmia.in tractatu de Epiſcopo.lib.ij.parte j.q. xxij. Inferiorum autem beneficiorum erectio ad Epiſcopos ſpectat. no.do.de Rota deci.xix. quidam patronus, in antiq. & deciſ. xvij. titu. de præbend. in antiquio. Not. etiam Petr. de Anchar. in cap. ij. colum. ij. verſicu. quid enim refert. de inſti. & Collec. in cap. pe. in princip. eodem titu. text. in cap. nemo Eccleſiam. & cap. Eccleſias,

Digitized by Google

de conſecra. diſtinctio. j. gl. in clementi. ij. in glo. j. fine. de deci. Et quo ad dignitates inferiores ad eos Epiſcopos etiam pertinet interueniente capituli conſenſu. no. Compo. Innocent. & Hoſtien. in capitulo cum acceſſiſſent. de conſuetudine. Probus.

(*3) Dixi ſuprà hoc titulo in §. Sed per electiones, in verbo iuris. Probus.

libera [a] in eiſdem eligendi & confirmandi facultas impediri [b] poſſet: quodque aduerſus hoc decretum Romanus pontifex nihil at-

(*4) Quam Papa nec eius legati non præſumũtur habere, vt probamus in tractatu diſpen. x. membr. parte ſecunda, nume. 33. Probus.

(*5) Intellige de verè Epiſcopis, quia non dicitur Epiſcopus vel comes, niſi qui de iure eſt Epiſcopus vel comes. nam iſta & ſimilia nomina appellatiua veritatem & eſſentialitatem ſignificant. Probat Bald. in titu. qui feud. dare poſ. col. vj. ſubdẽs, quòd illa non debent eſſe prætenſa, vel abuſiua, quia ius ſignificant, ideo omnia poſſeſſoria pro iuribus quandam proprietatis ſapiunt cauſam, l. ij. §. quædam, ff. de interdict. & id quod poſſidetur vel quaſi, habet in ſe aliquam realitatem, vnde ſubſtantia poſſeſſionis corporalis eſt in corpore, ſubſtantia vero quaſi poſſeſſionis iuris eſt in iure, & ſic in iuribus incorporalibus cauſa poſſeſſionis ſeparata eſt à cauſa proprietatis, c. præterea. de iu. pat. & ca. conſultationibus, eo. tit. P.

Verba appellatiua eſſentialitatẽ ſignificant.

(*6) Per hoc tamen non dicas quòd dignitas Epiſcopatus non ſit de iure diuino, & ante Chriſti aduentum: vt probatur Pſal. 108. ibi, Fiant eius dies pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Idem Actuum 1. ca. Etiam apud gentiles, vt in l. fina. § Itẽ Epiſcopi, ff. de muneribus & honoribus. Erectio tamen & limitatio, qua mediante vnuſquiſque finibus ſuis & limitibus contentus eſſe debet, fuit & eſt de mero iure poſitiuo, videlicet ex inſtitutione Ro. Eccle. ſeu ſedis apoſt. P.

Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino.

(*7) Quod latè firmo in tract. diſpenſatiõ. memb. 8. P.

(*8) Contra quam nullus quærit poſſeſſionem, quæ Papæ præiudicet. Dicit Hoſtien. poſt. Innocen. in cap. bonæ. ij. col. iij. de poſtula. præla. P.

(*9) Tex. in ca. quia diuerſitatem, ibi, donatio deuoluta. de conceſſ. præben. & c. penul. eodem tit. Etiam præſentatio dicitur donatio. not. doct. poſt tex. in cap. fin. eodem titulo. & doct. in cap. j. de iuſti. in vj. diximus latius in tracta. penſio. parte j. quæſt. ix. vbi etiam probamus quòd collatio & præſentatio propriè non dicuntur gratiæ. Probus.

Præſentatio dicitur donatio.

(*10) Notant glo. & docto. in ca. cum olim. de maior. & obedien. Idem in præſentatione probat Cal. in con. ix. ti. de iure pat. Idem in electione dicit La. alle. ſi. dixi latius in tract. pen. parte j. q. xxviij. Probus.

a ¶ Libera) No. quòd electiones & confirmationes debent eſſe liberæ. ſupra capitul. j. ad tollendum, cum ibi nota.

b ¶ Impediri) Vnus eſt effectus reſeruationis, quòd ligabat manus ordinarij ſine inhibitione & decreto: vt vult Archid. in c. fina. de conſue. in vj. vbi dicit quòd paria ſunt beneficia eſſe reſeruata & vacare in curia, & in iſtis manus ordinariorũ ligantur

Digitized by Google

abſque decreto,de præben.ca.ij.in vj.ergo & in reſeruatis.Archid.in ca.j. de conceſ. præben. in vj. facit quod legitur & not. in l. non dubium, C. de legi. vbi dicit Bald. quòd quando lex ſtat in finibus prohibitionis, tacite incluſa cẽſetur clauſula de nullitate, vnde non eſt neceſſarium quòd lex procedat vltra annullando, nec caſſando, vel inutilem actum reddendo,cum ſit idem, quia ſemper ſubintelligitur ipſo iure. Idem La.& Domi.in cap.ſi eo tempore,eod.tit. in vj. quando Papa beneficium à ſe conferendum reſeruat.tunc enim illud de manu ordinarij collatoris accipit, & videtur inhibere,nec habet amplius collator poteſtatem conferendi, cap.vt noſtrum, de ap.dicto cap.ſi eo tempore.Inn.in cap.cum m.de conſti.Hen.i.in cap.dilectus, ij.de præbend.Fre.in tract.permuta.q.j.Panor.in c.Eccleſia,ij.vt lit.penden.ſic & ſola inhibitio Papæ annullat poſtea geſta,c.veritatis,in fin.de dolo & contu. Inno. & Cõpo.in ca.nihil,eo.ti.Henri.in d.ca.dilectus. Ioan. And. & Panor.in c.conſtitutus,de conceſ.præben.Sed Ioan.And.aliter vult.in d.c. ſi eo tempore, quòd ſola reſeruatio ſine inhibitione non liget ordinarium : ſed reſeruatio cum notificatione & inhibitione bene afficeret,facit cap.ſi capitulo,cum ibi notatis de conceſ.præb.in vj. Aliud eſt in manus appoſitione Papæ: quæ continet in ſe inhibitionem & decretum. (*1) Inno.in d.c.vt noſtrum,dictum Ioan.And.eſt verum in reſeruatione legati, quę minus afficit quam reſeruatio Papæ,not.Ioan.And.c.hi qui,de præben.in vj. in nouel. ideo minus durat.de offi.lega.præſenti,eo.lib.ſic & decretum legati non ligat ignorantes,no.Ioan.And. in ca. ſi apoſtolicæ,de præbend.in vj.vbi doct. (*2) Alius eſt effectus reſeruationis,quia impetrantes beneficia reſeruata tenentur facere mentionem de reſeruatione,prȩſertim ſpeciali,alias collatio eſſet ſurreptitia,c.cum olim,vbi Panor.de re iudi.vbi collatio Papæ eſt ſurreptitia: quia contra ordinationem Papæ facta fuit.Ioan.Cal.in cap.cum dilectus,de iure patro.ipſa tamen nõ impediret permutationem, ſicut nec gratia expectatiua cum inhibitione & reſeruatione executoris,c.j.de re.permu.in vj. quia ſicut literæ beneficiales ſunt reſtringendæ,ca.quamuis, c.ſi motu proprio,c.ſi pluribus,de præb.in vj.ſic & reſeruationes,odioſæ enim ſunt: quia per eas datur via ad vacatura,& præiudicant ordinariæ poteſtati,no.in d.c.præſenti,licet contrarium teneat Hen.in d.ca.dilectus,ij. de præbend. ſiue fiat permutatio in manibus ordinarij,niſi reſeruatio eſſet fauorabilis. Dico autem eam fauorabilem,non quæ facta eſt motu proprio : vt vult Frede.in tract.permuta.q.j. ſed vbi de nullius iure quæritur,ſed tantum de iure Papæ : vt dicit Lap.in d.c. ſi eo tempore, & hoc caſu beneficia taliter reſeruata,nec per ordinarium, nec per legatum poſſunt cõferri etiam titulo permutationis,ſicut nec vacantia in curia.Fred.q.ij.pro.in extraua. Ioan.xxij.execrabilis,§.quæ omnia,in extra.dudum.Bened.xiij. ſiue fiat permutatio de beneficiis reſeruatis in manibus Papæ non facta mentione de reſeruatione in caſu quo permutatio per reſeruationem non violatur,valet permutatio.prout in d.c.j.de re.permu.in fi.dum dicit,nullatenus impediri,& ſic omne impedimẽtum tollit: cum ſit permutatio coram ordinario,multo magis ſi coram Papa, & hoc placet, licet aliter dicat Frede.in tract.permu.q.iiij.no.Gaſ.de Peruſio in trac.reſerua.& vide Arch. in c.ſi poſtquam. de præb. in vj. vbi dicit, quod ſi Papa poſt collationem canonicatus alicui per eum factam ſub expectatione præbendæ vacaturæ, ipſam præbendam conferat alteri nõ facta mentione de primo,quod non valet collatio : quia ſurreptitia, (*3)

Lex ſtans in finibus prohibitionis operatur nullitatem.

Appoſitio manus Papæ operatur.

Reſeruationes ſunt odioſæ.

Digitized by Google

tia. (* 3) arg. c. ſi beneficia, de præb. in vj. & d. c. cum olim, nam præbenda erat affecta & reſeruata primo, & habebat ad eam ius ad rem, quod non intendit Papa tollere, etiam ſi ſcribat motu proprio: vt no. La. in d. ca. ſi poſtquam, quia motus proprius tollit ſurreptionem, ſed non alteri ius quæſitum, ſiue re, ſiue ad rem, (* 4) arg. cap. quanuis, de reſcri. lib. vj. & quod ibi no. La. & præſumitur Papam fuiſſe oblitum, facti enim ſui obliuiſci poteſt, (* 5) vt no. in c. j. de conſti. in vj. poſſet tamen ſi vellet conferre alteri non obſtante affectione, & hodie ponuntur clauſulæ reſeruantes ius expectantium, ſed in dubio niſi exprimat non præſumitur velle derogare iuri alterius, non ex defectu poteſtatis, ſed voluntatis: vt dicit Domi. ſi. dicit Bal. in l. reſcripta, C. de pre. impe. offer. quod reſcriptum contra ius eſt nullum: non ex defectu poteſtatis principis, ſed voluntatis (* 6) nam præſumitur ceſſare voluntas ſcribentis propter clauſulam derogatoriam legis, l. nec damnoſa, C. de pre. impe. offe. ſi ergo princeps illi clare derogaret, cum diſpoſitio illius ſit de iure poſitiuo, valeret reſcriptum, ff. quod quiſ. iu. l. iij. §. ſi is pro quo. c. ex parte de capel. mo. cum ibi nota. Alius effectus reſeruationis eſt quòd impedit optionem, arg. d. c. vt noſtrum, d. ca. Eccleſia, de pre. inter cætera, ſicut in vacan. in curia (* 7) non habet locum optio, cap. ſi. de conſue. in vj. ita nec in reſeruatis, de quo dic vt ibi per doct. per Gaſ. in tract. reſer. & impedit reſeruatio vnionem, ſaltem illam ſuſpendit durante ipſa reſeruatione, in extrauag. Ioan. xxij. dudum. La. in cap. deliberatione, de offi. leg. in vj. de Rota deci. xix. & doct. alij contra, vt no. Ioan. And. & Paulus in cle. ſi. de reſcri. Frede. conſilio, cvj. vbi dicunt quòd per vnionem præiudicatur expectanti: quanto magis reſeruationi, nam per eam non acquiritur ius Papæ, ſed ſolum præiudicatur ordinario: vt dicit Archi. in cap. ij. de præbend. lib. vj. & dicit Frede. vbi ſuprà, quòd Epiſcopus poteſt ex cauſa licita & non in fraudem vnire Eccleſiam, cuius collatio eſt ad ſedem Apoſt. deuoluta, (* 8) no. Panor. in c. ſicut vnire, de exceſ. præla. in c. conſultationibus, de dona. quia licet perdiderit ius, & deuolutum ſit ad Papam, non tamen ius vniendi. Collatio enim reſpicit titulum: vnio verò proprietatem beneficij, & ſi talem vnionem neceſſariam omitteret Epiſcopus, poſſet reprehendi de negligentia, c. vlt. de eccle. ædifi. Nec ob. quod not. Io. And. in c. ſi tibi, de præb. in vj. vbi dicit quòd qui nō poteſt conferre, non poteſt vnire, vel aliter ordinare, quia ibi iam erat quæſitum ius alteri. Domini. tamen ibidem ſentit contra Frederi. quòd operaretur reſeruatio dicti effectus, vbi licitè & in caſibus permiſſis fieret.

Papam capis obiiuſte.

Vnio an impetretur per reſeruationem.

(* 1) Iſtud firmatur per Caſſad. deci. ij. nu. 6. tit. de reſtitu. ſpolia. vbi ait, quòd decretum habet implicitam inhibitionem, & inhibitio implicitum decretum, cum ſufficiat legiſlatorem aliquid inhibuiſſe, vel irritum decreuiſſe abſque inhibitione expreſſa, quæ ſolum requiritur quando à iure exprimitur, cap. tibi qui, de reſ. in vj. Ideo actus contra iuris prohibitionem factus, ipſo iure eſt nullus, not. in cap. ſi ſoli de conceſſ. præb. in vj. Panor. in cap. dilectus, ij. de præbend. Fely. in cap. ex parte, colum. iiij. de conſtitut. Probus.

(* 2) Etiam not. latè Æneas de Falco, in tracta. reſerua. q. iiij. prin. in princi. & ante eum Frederi. in repeti. c. dilectus, ij. de præd. quam reperies inter eius con. ſub nu. 290. vbi col. ij. ſubdit, quòd decretum principis ligat ignorantes, quod tamen non accidit in inferioribus à principe, cuius principis decretum irritans omnia inferiora

Digitized by Google

& occultiſſima affixit & aſtringit, ait Guliel. in clem. ſi Romanus, de præb. Dico ignorantes etiam dato quòd in eo non ſit ſcriptum verbum ſcienter vel ignoranter, glo.in c.ſi eo tempore,de elect.in vj.cum aliis adductis per Æneam de Fal.in d.q.iiij. in princ.vbi ponit caſus in quibus illud non afficit. Iſta placent Staphileo in tract.de literis gratiæ in viij.forma manda. de prouiden. col. penul. Et dicit Gomes in tract. expecta.nu.18.& ſeq.quòd natura decreti irritantis eſt,quòd per illud ſuperior habere videtur pro illicito & nullo quicquid fieret in contrarium, ſecundum Panor. in c. dilecto,iiij.col. de præb. & quòd eſt tam malignantis naturæ, quòd quicquid inuenit deſtruit,& in oppoſitum dixit, allegat Rotam in antiquio. deci. j. vt lite penden. Pone in eo qui dicit habere titulum qui reperitur factus contra Papæ decretum irritans,quia propter illud non ſolum titulus inficitur,veruntetiam poſſeſſio,d.cap.ſi eo tempore,de elect.in vj.Ideo conſenſus partium nihil operatur.not.Mantua.concil. xxxviij.num.26.ſi Bal. Merito Belleme. deci. cccccxxxvj. in poſſeſſorio dicit, quòd decretum inficit nedum titulum, imò etiam poſſeſſionem ſecundum omnes. Probus.

Natura decreti irritantis ponitur.

Subreptio ex ſimplicitate vel ignorantia etiam ſuũ operatur effectum.

(*3) Nec refert an ſubreptio fiat malitia,ſimplicitate vel ignorantia, vt latè probo in tract.diſpen.memb.ij.nu.76.& ſeq. & in tract.penſio.parte j.q.xix. Ratio eſt, dicit Cal.in conſi.penult.tit.de reſ.quia ea quæ ſunt gratiæ,non dependent ab impetrantium voluntate, ſed à ſuperiorum intentione, ideo impetrantium ignorantia à ſubreptione gratiæ non releuat. P.

Prouiſio Apoſtolica poſt præſentationem patroni facta, non valet.

(*4) Ideo ſi quis ad beneficium ſit realiter præſentatus inſtituenti, poſtea ante inſtitutionem Papa de eo beneficio prouideat, non facta mentione de huiuſmodi præſentatione,prouiſio ipſa eſt nulla,vt latè firmo in tract.pen.parte j.quæ.xix.& in tract.deuolu.parte iij.q.ix.in fi.colum. P.

(*5) Notat gloſ. j. in cap.cum à Deo,de reſ.& Hoſtien.in cap.illud,col.j.de cleri. excom.mi.hinc Bal.in d.ca.cum adeo,ait,quòd Papa homo eſt, & ſæpe patitur lethargum.dicit enim tex.in l.ij.§.ſi quis,C.de vete.iure enu. quòd omnium memoriam habere non poſſumus: ideo Panorm.in c.cum à nobis,col.ij.de teſtib. inquit, quòd Papæ poteſt dici ſalua maieſtatis reuerẽtia,aliquid eſt de quo non recordamini, quia plerunque vos fallit obliuio,l.ij. C. de ſupelle. lega. quem decet hoc patienter audire.Et hoc procedit,dicit hæc gl.in his quæ ſunt facti,l.tanta,§.ſi quid, C.de veteri iure enucle. ſecus in his quæ ſunt iuris, quia Papa omnia iura in pectoris ſcrinio dicitur habere,c.de conſtitu.in vj. Probus.

Obliuio cadit in Papam.

(*6) Et quibus duobus omnis actus inter homines perficitur, dicit Bald. in cap. cum ſuper Abbatia,de officio deleg.vbi latè Decius in iiij.not.pro quo allegatur ca. cum ad hæc.el.j.ibi,poteſt ſi voluerint,de appel.dicit Hierony.gigan.in tracta. penſio,q.xxij.quòd ſi Papa intendebat clerico reſeruare penſionem, & reſeruauit laico, reſeruatio ex defectu intentionis eſt nulla: alias inſtantias pono in tract.penſio.prę- ludio ij. Probus.

Omnis actus ex voluntate & poteſtate perficitur.

(*7) De quibus latè diximus in tracta. deuolutio.parte iij.q.xxxij.vbi etiam vide an optio in eis locum habeat. P.

(*8) Hunc punctum vide per nos deductum in tracta.deuo. parte iiij. quæſtio. xxvj. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Attentaret (*) ſi.ſuprà cap.j.§.verſi.decreuítque.

(*) Simile habes in cap. penul.in fine, de deſponſ. impube. & in l. ſi quis non dicam,C.de epiſ.& clericis. P.

† b ¶ Rationabili) Simile in c.ſi quando,de reſ. quòd illa præſumatur in Papa regulariter,non tamen quando illa facit contra conſtitutionem generalem ſtatuin Eccleclesiæ concernentem, not. Roma. in conſil.499.nu.3.in præmiſſa. P.

tentaret [a] niſi ex magna, rationabili † [b] & euidenti * [c] cauſa [d] in literis Apoſtolicis nominatī exprimēda. Quia tamen contra ipſius decreti

* c ¶ Euidenti) quæ debent probari & liquidari per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici,& competentis,ca. ſi clericus laicum, de foro competen.& gloſ.in cap.j. de officio deleg.in vj.Idem dic de clauſula, infra hoc titu.§.item nec credit, quod proſequitur Guiliel.de Mōferrat, in commento huius lib.parte iiij.dico probari niſi ſit tam in prouincia quàm iudici notoria, per glo.in c. ad noſtram iij.in verbo obſeruandus,de iureiuran.quæ ſingulariter not. ibi à Panor. ad hoc quòd de eo quod eſt notum iudici vt notorium, licet extra iudicium, poteſt iudex iudicare.Idem gloſ.in l.j.C.qui & aduer.quos,& in c.quoniam, in verbo manifeſtum,de fil.preſbyterorum. P.

d ¶ Cauſa) Quid ſi Papa ex cauſa nominatim expreſſa reſeruauit prælaturam,an ipſo mortuo expiret reſeruatio,ſi reſeruauit ſibi,ſic,ſi collationi ap.non,ca. ſi gratioſe, de reſcrip.in vj.vbi Archidia. Guiliel. & Geſ. & Flo.in clemen.j. de proba.aliud in gratia facta,c.ſi ſuper gratia,de officio deleg.in vj.& in commiſſione data alicui de conferendo beneficium vacans,ca.ſi cui,de præb.eo.lib.not.Archi.in c.ſi Apoſtolica, de præb.in vj.vbi dicit ſatis eſſe prouiſum per Papā de beneficio vacante in curia,quando per viam commiſſionis prouidit: ideo ſede apoſt.vacan. ordinarius non prouideret.Sed nunquid prouiſio beneficij reſeruati facta per Papam non tenuit, (*1) vel propter indignitatem perſonæ,quia irregularis vel illegitimus, aut quia Papa illi cōtulit,ſed ante conſenſum præſtitum mortua eſt,aut eſt aliud beneficium aſſecuta, redeat poteſtas ad Papam,vel ad eligentes. Si Papa reſeruat motu proprio in fauorem Eccleſiæ,ex quo collatio Papæ non habuit effectum (*2) non poſſunt eligentes ſe intromittere in illa vacatione, & poterit papa prouidere,cum ſemper duret cauſa reſeruationis,c.ſi compromiſſarius,c.ſi electio,eod.tit.in vj.not. Oldra.conſi.lvij.quia ex quo Papa ſemel ſe intromiſit de illo beneficio,inferior ſe intromittere non poteſt in illa vacatione,arg.c.vt noſtrum,de appella.ca.ſi eo tempore,eod.titu.in vj.Si verò reſeruat ad inſtantiam alicuius, & pro certa perſona: tunc licet collatio non habuit effectum, redit ad eligentes poteſtas: quia cauſa reſeruationis ceſſat: & intendebat prouidere tantum illi perſonæ expreſſæ,in cuius fauorem reſeruauerat, ideo cum illa perſona non poteſt habere dignitatem, redit poteſtas eligendi ad eligen. (*3) quia ceſſante cauſa ceſſat effectus,de ap.cum ceſſante, ca. poſt tranſlationem, de renuncia.cum ſi.facit quod no.Innocen.& Panorm.in c.inter dilectos,de exceſſi.præla.Compoſ.in c.capitulum,de reſcri.in gloſ.magna,ver.item quid ſi prouiſio.Archi. in ca.fin. de tem. ordin.in vj.Gaſ.in tracta.reſer.§. iij. quæro.& ſeq.quod not.La.&

Beneficium vacās quādoque committitur cōferendū.

Digitized by Google

cum dilectus, de iure patro. vbi fit mentio de reſeruatione legati, cap. deliberatione. cap. præſenti, de offic. leg. in vj. cap. ſi eo tempore, eo. tit. in vj. vbi fit mentio de reſeruatione Papali, poſtmodum cœperunt generales: ſed qualificatæ ad certa beneficia, cap. ij. de præben. in vj. in extrauag. Ioan. 22. execrabilis, demum generales reſeruationes omnium beneficiorum electiuorum per extrauag. ad reprimen. infra eod. §. item acceptat. & per regulas cancellariæ. Sed contra olim diſpoſitio omnium Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum ſpectabat ad Papam, ca. j. xxij. diſt. cap. perlectis, xxv. diſt. not. Ioan. And. in cap. quanquam, eo. tit. in vj. facit, §. decretis, xxj. diſt. vbi habetur quòd maiorum & minorum ſacerdotum diſcretio veteris & noui teſtamenti ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes inſtituit, & lxxij. diſcipulos quaſi minores, & quòd Apoſtoli hanc formam ſecuti in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos & Preſbyteros ordinauerunt: & Moyſes Aaron in ſummum ſacerdotem, & filios eius in minores ſacerdotes eligit: vt ibi dicitur, & not. in cap. cum Eccleſia, eo. tit. Dic quòd Romana Eccleſia in primitiua Eccleſia à principio Epiſcopatus & ſuperiores dignitates inſtituit, id eſt ordinauit, ita quòd ver. inſtituit in d. c. j. poſitum eſt præteriti perfecti temporis, not. Compoſ. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. Archidia. in d. cap. j. ſic in primitiua Eccleſia Epiſcopi ad regenda loca tranſmiſſi omnia prouidebãt: ita intellige Ioan. And. in d. c. quanquã, vt ipſe not. in cap. quod alicui de regu. iur. in vj. in mercu. Henri. in cap. querelam, eo. tit. Dic etiam quòd Epiſcopatuum & ſuperiorum dignitatum diſpoſitio ad ſolum Papam ſpectat in noua creatione & erectione. Solus enim poteſt erigere Epiſcopatum aut ſuperiorem dignitatem: (* 2) vt not. in cap. quod tranſlationem, de offic. leg. in ca. ſicut vnire, de exceſ. prælat. ſic poteſt intelligi prædic. §. decretis, & dictum cap. j. xxij. diſt. vt ibi not. Sed ex quo Eccleſia cathedralis eſt erecta, non inuenies ius quo Papa eam ſuæ diſpoſitioni reſeruauerit: ſemper enim fuit eidem prouiſum per electionem vel cleri, vel populi, vel vtriuſque ſecundum varietatem temporum, lxj. lxij. & lxiij. diſt. quaſi per totum. Nam mortuo Iuda Apoſtolo alij Apoſtoli proceſſerunt ad electionem, & ſors cecidit ſuper Mathiam. Act. 1. xxj. diſt. cleros, xxvj. q. ij. non ſtatim, deinde Ro. pon. electiones à fratribus fieri voluerunt, lxj. lxij. & lxiij. diſ. per totum, & ſacra generalia concilia, viij. q. j. Epiſcopo, lj. diſt. qui autem aliquo, de ele. per totum, & Imperator, l. ſi quenquam, C. de epiſc. & cleri. & reges Francorum ſemper pro electionibus inſudauerunt: vt refert Vincen. in Spe. hiſt. lib. xxij. c. xxiij. de Clodoueo primo Franciæ rege Chriſtiano: qui conuocatis Aurelianis ſui regni prælatis, inter quos erat ſanctus Melonus, ſtatuit electiones & confirmationes fiendas eſſe ſecundum canones antiquos, ſimiliter rex Karolus magnus ſtatuit, cap. ſacrorum, lxiij. diſt. & Philippus deodatus auus beati Ludouici, nec inuenies quòd à principio Eccleſiæ vſque ad tempora dicti beati Ludouici Francorum regis Romani põti. ſe de electionibus prælaturarum intromiſerint: ſed quia tunc niſi ſunt electiones impedire, & onera pecuniaria beneficiis imponere, iterum decreuit electiones in ſuo regno fieri debere, exactionéſque ceſſare: (* 3) quæ decreta inuiolabiliter obſeruari fecerunt Ludouicus Hutin, & Ioannes, multíque alij reges Francorum. Nec ob. cap. bene nouit. lxj. diſtin. vbi Gregorius prouidit Eccleſiæ Aprucen. in cap. Reatina, lxiij. diſtinct. Leo prouidit Eccleſiæ Reatinæ: quia ibi non per reſeruationem, ſed

Chriſtus 12. Apoſtolos & 72. diſcipulos habuit.

Dignitates à quibus fuerunt ordinata.

Clodoueus primus rex Franciæ Chriſtianus.

ex negligentia vel remiſſione eligentium facta fuit prouiſio, illi enim Epiſcopatus longo tempore vacauerant, nec poterat adhuc aliquis idoneus inueniri: ideo Papa appoſuit manum, ſic intellige cap. quanto, cum duobus ſequentibus, cap. principali, lxiij. diſtin. vbi ad Papam eligen. remittunt electionem, quo etiam caſu bene faciet ſi remittat electionem ad eligen. vt in cap. obitum, & cap. ſequen. lxj. diſtin. vbi licet Papa Gregorius ſciuiſſet vacationem Panormitanæ & Catanen. Eccleſiarum, noluit eis prouidere, ſed remiſit electionem ad eligen. & in diſtin. cap. quanto, & cap. ſequen. in cap. ex literis, in fin. de exceſ. præla. in cap. conſiderauimus, in cap. innotuit, eod. titu. Papa remittit electionem ad eligen. infra ver. veruntamen, quia non poteſt habere notitiam de perſonis vbilibet promouendis: ideo debet dimittere huiuſmodi prouiſiones eligentibus qui habent notitiam (* 4) illorum quos debent eligere, ad hoc bo. tex. in cap. bonæ, ij. §. quia vero, de poſtulat. prælat. Item cum Epiſcopatus videtur eſſe de iure poſitiuo, nam olim tempore Chriſti non erant propriè Epiſcopi: ſed propter ſchiſma Apoſtoli congregato concilio Presbyterorum ſtatuerunt vt ordinarētur Epiſcopi qui eſſent ſuper alios, vnus enim volebat præferri alteri, dicens ſe eſſe meliorem, quia fuerat baptizatus à Petro, alius quia fuerat baptizatus à Paulo, & ſic fiebat per eos ſchiſma: ad quod ſedandum fuit ſtatutum inter Apoſtolos & alios, vt ex Presbyteris eligerentur aliqui qui vocarentur Epiſcopi, quibus alij obedirent: vt in cap. cum olim, xcv. diſtinct. cum ibi nota. per Archid. & Epiſcopi in ſuis diœceſibus ſunt Papæ vicarij, ij. q. vij. puto, de præſump. mandata. not. Archidia. in tractatu contra hæreticos, vbi dicit, quòd Papa vt ſupremus iudex omnium ordinariorum poteſt inhibere & reſeruare, de pœniten. diſtinct. vj. cap. j. in fin. latè per Gaſ. de Peruſio in tractat. reſeruationum. (* 5) Videtur ergo quòd pro libito poſſit Papa reſeruare omnes Epiſcopatus, dicit Panorm. in cap. fin. de confirmatione vtili, quòd Epiſcopi (* 6) ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum, cap. in nouo, xxj. diſtin. cap. quorum vices, lxviij. diſtinct. cap. videntes, xij. quæſt. j. & Chriſtus non tribuit poteſtatem ſoli Petro, dũ ſibi ſpecifice dixit: Paſce oues meas, vt dicto ca. in nouo. c. ita dominus, xix. d. omnibus enim Apoſtolis dixit: Accipite Spiritũ ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c. Ioan. 20. Et quæcunque ligaueritis in terris, &c. Matthæi 18. Et euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Matthæi vlti. Sed Petrum conſtituit principem Apoſtolorum, dicendo ſibi ſeorſum: Paſce oues meas, vt dictum eſt Ioan. vlt. cap. ſignificaſti, eodem titu. Compoſ. & Panor. in cap. tranſlato. de conſtit. ideo poteſtas Eccleſiaſtica eſt penes totam Eccleſiam vniuerſalem: ſed debet explicari per Papam tanquam per caput, niſi in defectum Papæ, ſuprà de aucto. ſacroſan. con. cap. j. & ij. cum ibi not. vnde non poſſet Papa remouere omnes Epiſcopos ſi vellet, cum repræſentent omnes Apoſtolos, not. in cap. per principalem, ix. quæſtio. iij. ſic nec reſeruare omnes Epiſcopatus, cum ex hoc turbetur Eccleſia. Et ſi dicatur quomodo apud Papam libera eſt diſpoſitio beneficiorum, cap. ij. de præbend. in vj. clemen. j. vt lite pend. illud intelligitur de vacantibus beneficiis, non de plenis, & de vacantibus in curia. Item eſt apud eum libera diſpoſitio ſecundum quid, videlicet quòd poſſit liberè diſponere de omnibus cum viderit ex cauſa iuſta, & rationabili, non indiſcretè: ſicut in ſimili dicit gloſa in cap. relatum, de præbendis, quòd licet apud ordi-

Electio cathedralis Eccleſiæ à Papa ad eligentes remitti debet.

Epiſcopi ſunt vicarij Papæ.

Eccleſiæ poteſtas apud quem eſt.

Beneficiorũ diſpoſitio vt apud Papam, qualiter intelligitur.

Digitized by Google

narium ſit libera diſpoſitio beneficiorum ſibi ſubiectorum, de offic. ordina. conquerente, tamen illa liberalitas attenditur duntaxat vt de illis poſſit prouidere cui velit, dum tamen idoneo, capitulo, gaue. de præbendis, nõ quod poſſit pro ſe retinere, (* 7) vel illicitè de illis diſponere. Inſuper cõſiderandum eſt quod inter Epiſcopum & Eccleſiam ſuam eſt matrimonium ſpirituale, cap. requiſiſti. de teſtamen. in extrauagante Ioan. 22. ſi fratrum, ideo eligendus eſt à ſponſa voluntariè: cum per electionem initietur huiuſmodi matrimonium, firmetur per confirmationem, conſummetur per conſecrationem, de tranſlat. prælatorum, licet. Non ergo ex reſcripto principis petatur tale matrimonium inſtar nuptiarum carnalium, C. ſi nupt. ex reſcript. petan. lib. j. nec detur inuitæ ſponſæ ſponſus, lxj. diſtinct. nullus inuitis, & vide ſingulare dictum Innocentij in capitulo, innotuit. eodem titulo, quod in electionibus Papa vtitur plenitudine poteſtatis, (* 8) qua non eſt generaliter vtendum, ſed ex cauſa duntaxat, & hoc eſt quod voluit hic decretum Baſilienſ. quod in literis Apoſtolicis illa cauſa nominatim exprimatur. Vnde dicit de Gerſon in tractatu de Eccleſiæ poteſtate. Meminerit ſummus pontifex datam ſibi à Deo poteſtatem ſummam in Eccleſia ad ædificationem eius, non deſtructionem, non confuſionem ordinis hierarchici: nec velit tot iura, tot leges, tot decreta, & decretales ſummorum pontificum & generalium conciliorum tantis vigilijs edita ad prouide & vtiliter regendam Eccleſiam, per electiones & collationes canonicas vnico verbo reſeruatorio ſubuertere. argum. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. cap. Eccleſia. ij. eodem titulo, quæ quandiu obſeruata fuerunt, Eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis fœlici vbertate produxit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtitit, &c. ſuprà in proœmio. §. quibus ad plenum. ver. qui quandiu. vbi enumerantur inconuenientia quæ proueniunt ex huiuſmodi reſeruationibus & gratiis expectatiuis, & infrà de collat. capitulo primo. aliàs tot iura eſſent ludibrio, quod eſſe non debet. C. de bonis quæ libe. l. fi. §. vbi autem. capitulo commiſſa. §. porro. eodem titulo. in vj. & de codicibus deleri deberent, quid enim membranas occupant, cum non habeantur accepta? cap. ſi Romanorum, xix. diſtinctio. & ipſe Papa eſt qui iura debet tueri. vt d. §. decretis, xxv. q. j. per totum. vnde dicit Greg. Si ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non constructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, teſtante veritatis voce quæ ait, Omne regnum in ſe diuiſum nõ ſtabit. xxv. quæſt. ij. ſi ea deſtruerem, & dicit Iſido. Iuſtum eſt principem ſuis obtemperare legibus, cap. fina. de reſcrip. in vj. tunc enim exiſtimet ſua iura ab aliis ſeruanda, quando ipſe prius eis reuerentiam præbet. cap. imperatores, quod eſt palea. ix. diſ. & dominus Ieſus improperauit eis qui imponunt aliis onera grauia & importabilia, & digitio ſuo nolunt ea mouere. Matth. 23. xxvj. q. vij. alligant. vnde quantum ad Dei iudicium Papa non eſt ſolutus legibus quantum ad vim directiuam earum, & debet voluntarius non coactus eas ſeruare, & ipſe eſt ſupra legem, inquantum cum expediens fuerit poteſt eam mutare, & in ea pro loco & tempore diſpenſare, & licet habeat plenitudinem poteſtatis, cap. illa. eo. tit. ca. quanto. cum ibi not. de tranſla. præla. de qua Hoſtien. ſcribit de conceſ. præb. propoſuit. de vo. magnę, qui filij ſunt legit. per venerabilem, Geſ. in extrauag. Ioan. xxij. ad onus, tamen non debet ea vti ſine cauſa, vt dictum eſt, quia iura ſunt fundata ſuper ratione. cap. conſuetudo. j. diſt. Hoſtien. in cap. ad

Papa ad quid habet tantam poteſtatem.

Papa an ſit ſolutus legibus.

Digitized by Google

decorem de vſu. pal. Ioan. mona. in extraua. Bonifa. viij. vnam ſanctam. Ioan. And. in ca. de multa. de præben. vbi dicit quòd princeps non debet ſine legitima cauſa contra ius ſcribere vel ſtatuere : aliàs faciendo non facit vt bonus paterfamilias, ius poſitum violando. Data eſt enim ſibi poteſtas paſcendi oues, non turbandi, & debet procedere ex rectitudine iuſtitiæ & æquitatis, non ex affectione ſpeciali. Vnde Chriſtus cuius vicarius eſt in terris, nõ venit ſoluere legẽ, ſed adimplere. Matth. 5. c. xj. q. j. magnũ xxv. q. j. ideo. §. his ita. & licet omnia poſſit, nõ debet prætermittere clauem diſcretionis, not. Hoſtien. in dicto c. quanto ad hoc no. in c. ad Apoſtolicæ, de re iudica. in vj. plenitudo nanque poteſtatis in executione bonitatis, non auctoritate prauitatis conſiſtit, aliàs mutato vocabulo non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis diceretur. Reſtringitur ergo ſub ratione poteſtatis, xj. q. iij. illa. & Roma. Eccle. quæ mater eſt iuſtitiæ, in nullo ab ea diſſentire videatur, & ſub rationis æquabilitate omnia moderentur, d. §. his ita. verſic. item Gregorius. Nã videmus quòd ſi alicui poteſtati tribuatur plenum arbitrium, non poteſt propterea ex tali plenitudine contra rationem aliquid indiſcrete facere, l. creditor. §. Lucius Titius. ff. man. no. in ca. cauſam, co. ti. Bar. in l. filius familias, ff. de don. in extra. ad reprimenda. no. in cle. ſæpe. de ver. ſig. Pan. in c. j. de conſt. quod not. de Ligni. in cle. paſtoralis, de re iud. Card. flo. in trac. ſuper vnione Eccleſiæ, vbi vehementer inſurgit cõtra iſtos blanditores dicentes Papam poſſe omnia, dicens eum non poſſe niſi quod licet, non quod libet, & dicit quòd ex his blandimentis infiniti ſurrexerunt errores, Papæ enim inferiorum poteſtates vſurpant, quod non fecit Petrus. nam quamuis eſſet princeps Apoſtolorum, & Papa ſanctiſſimus, contentus fuit Antiochena ſede cum titulo principatus. Cum autem vidit magnam neceſſitatem vrgere, ſe tranſtulit Romam: & illa ſede contentus alios Apoſtolos in ſibi commiſſis prouinciis non turbauit. vij. q. j. mutationes, & licet quæſtione legalium mota in Eccleſia Hieroſolymitana ipſe B. Pet. Hieroſolymis eſſet, beatus tamen Iacobus loci præſul protulit ſententiam diffinitiuam ſuper illa legalium quæſtione. Act. 15. nam vt dicit ibidem Ly. & Vin. in Spe. hiſt. lib. ix. ca. xj. quia quæſtio erat mota in Eccleſia Hieroſolymitana, cuius Iacobus erat Epiſcopus, nec poterat ad alium transferri, niſi per appellationem, protulit ſententiam, & vide glo. no. in c. inter corporalia. de tranſla. præla. in ver. diuina. quod fit auctoritate Papæ, dicitur fieri auctoritate Dei, cum ex iuſta cauſa facit. alle. xxiiij. q. j. quæcunque. & q. iij. ſi quis non recto. dicit itaque de Gerſon vbi ſupra, ceſſent reſeruationes & gratiæ expectatiuæ: quę non ex charitate, ſed ex cupiditate ambitioſa & auaritia quærente quæ ſua ſunt, creſcentibus beneficiorum dotationibus impudenter excreuerunt, & Ro. pon. dictamen tantorũ pon. totius Eccleſiæ vel concilij generalis circa prouiſionem beneficiorum ſequatur vti Moyſes qui Deo familiariter loquebatur, ſicut amicus amico, audiuit etiam conſilium Iethro gentilis hominis in regimine totius ſynagogæ. Exodi 18. vbi ſic habetur: Stulto labore conſumeris tu & populus tuus qui tecum eſt. vltra vires tuas eſt negocium : ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea atque conſilia, & erit dominus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinẽt, vt referas quæ dicuntur ad eum, oſtendáſque populo cærimonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, &c. Prouide autem de omni plebe viros potentes & timen-

Papa nihil contra ius ſtatuere debet.

Petrus inferiores poteſtates non vſurpauit.

Digitized by Google

tes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam,& conſtitue ex eis tribunos & centuriones,&c. Quibus verbis reprobantur iudicia minora in Moyſe, amplius ergo in ſummo ponti. qui non eſt conſumendus in continuis cauſarum occupationibus,in beneficiorum reſeruationibus & gratiis expectatiuis,anatarũ exactionibus & ſimilibus: relicta omni cura,ſolicitudine vel ſtudio de omni illo quod ſpirituale eſt, quod diuinum eſt, quod fidem concernit, religionem Chriſtianam, & morum reformationem,ad hoc infra de colla.c.j.§.cui rei.ver.Romaniſque,de cau.c.j. ibi & quod vniuerſo. & dimittat inferiores prælatos ſua officia exercere qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis,iij.q.vj.multum.d.c.mandata.ca.decreto.ij.q vj. Vnde dicebat Pan.in c. mandatum quod olim poterant ordinarij multum conqueri, cum ex reſeruatione Ro.pont.& ex literis expectatiuis ius conferendi erat quaſi abdicatum ab ipſis.quod eſt contra c.cccc.xcix.di.quia non debet Papa ita prouidere ſuis commodis,ſeu vtilitatibus Ro.cu.cum tam graui preiudicio ordinariorum, pulcher tex. in d.c.ideo.§.his ita. ver. item Greg. & ordo Eccleſiaſticus confunditur cum ſua iuriſdictio.&c.c.peruenit.xj.q.j.inf.de colla.c.j.circa prin.de cau.c.j.Nam etiam ex iure antiquo ordinarius dicitur grauari cum Papa confert beneficia ad ipſius collationem ſpectantia: vt.d.c.mandatum,cum duobus,c.ſeq.quia collatio cenſetur quædã donatio,(*9)cum ordinarius vtatur libertate in conferendo: vt d.c.relatum,ca.fi.de offic.vica.in vj.hinc dicit gl.in c. cum olim. de maio. & obedien. quòd collatio beneficiorum computatur inter fructus (*10) merito ergo grauatur cum priuatur hac liberalitate & facultate donandi. Sed opponunt plurimi nolentes ad ordinarios remitti miniſtrorum Eccleſiaſticorum inſtitutiones,neque per electionem,neque per collationem, expertum eſt,inquiunt, quod turbant omnia, venderent, diſſiparent: partim carnali affectione, partim auaritia & ambitione, partim ſeculari poteſtate tracti, indignos & illiteratos promouerent, de literarum ſtudiis actũ eſſet.In promptu eſt reſponſio, inquit de Ger. vbi ſuprà, corrigeret ſummus pontifex abuſus huiuſmodi, & auctoritatis ſeueritate ſuprema vigilanter adhibita poneret aſpera in vias planas, deponeret potentes intruſos de ſede, & exaltaret humiles ſine vel prece vel munere. hoc enim eſt architectoris officium,ſup.ca.j. in princi.dum vero peccat in his ſummus pontifex,quis miniſtrorum corrigere vel præſumet,vel poterit?dices quòd hoc poterit concilium generale,vide quòd nec crebro nec facile,immo hodie nullatenus habetur,vix nempe ſtatuit libenter aliquis ſibi correctionis iudicium.

(*1)Quæ clauſula his temporibus eſt data pro forma: vt patet in tit. de mand. apo. in concor.& hoc in deſcriptione formæ manda.de prouidendo:aliàs ſi non eſſet data,Eccleſia ad quam mandatum dirigitur,mille recipere teneretur, ſecundum Barba. in c.mandatum,col.x.de reſ.meminit And.de falco.in tractatu reſeruatio.prælud.2. nume.3.quem vide prælud.primo pro intentione princi. huius glo. & latius per do. Ruzeum in princi.tract.de manda.apo. P.

Erectio beneficiorũ & dignitatũ ad quos ſpectet.

(*2) Iſtud tractat Firmia.in tractatu de Epiſcopo.lib.ij.parte j.q. xxij. Inferiorum autem beneficiorum erectio ad Epiſcopos ſpectat. no.do.de Rota deci.xix. quidam patronus, in antiq. & deciſ. xvij. titu. de præbend. in antiquio. Not. etiam Petr. de Anchar. in cap. ij. colum. ij. verſicu. quid enim refert. de inſti. & Collec. in cap. pe. in princip. eodem titu. text. in cap. nemo Eccleſiam. & cap. Eccleſias,

Digitized by Google

de conſecra. diſtinctio. j. gl. in clementi. ij. in glo. j. fine. de deci. Et quo ad dignitates inferiores ad eos Epiſcopos etiam pertinet interueniente capituli conſenſu. no. Compo. Innocent. & Hoſtien. in capitulo cum acceſſiſſent. de conſuetudine. Probus.

(* 3) Dixi ſuprà hoc titulo in §. Sed per electiones, in verbo iuris. Probus.

libera [a] in eiſdem eligendi & confirmandi facultas impediri [b] poſſet: quodque aduerſus hoc decretum Romanus pontifex nihil at-

(* 4) Quam Papa nec eius legati non præſumũtur habere, vt probamus in tractatu diſpen. x. membr. parte ſecunda, nume. 33. Probus.

(* 5) Intellige de verè Epiſcopis, quia non dicitur Epiſcopus vel comes, niſi qui de iure eſt Epiſcopus vel comes. nam iſta & ſimilia nomina appellatiua veritatem & eſſentialitatem ſignificant. Probat Bald. in titu. qui feud. dare poſ. col. vj. ſubdẽs, quòd illa non debent eſſe prætenſa, vel abuſiua, quia ius ſignificant, ideo omnia poſſeſſoria pro iuribus quandam proprietatis ſapiunt cauſam, l. ij. §. quædam, ff. de interdict. & id quod poſſidetur vel quaſi, habet in ſe aliquam realitatem, vnde ſubſtantia poſſeſſionis corporalis eſt in corpore, ſubſtantia vero quaſi poſſeſſionis iuris eſt in iure, & ſic in iuribus incorporalibus cauſa poſſeſſionis ſeparata eſt à cauſa proprietatis, c. præterea. de iu. pat. & ca. conſultationibus, eo. tit. P.

Verba appellatiua eſſentialitatẽ ſignificant.

(* 6) Per hoc tamen non dicas quòd dignitas Epiſcopatus non ſit de iure diuino, & ante Chriſti aduentum: vt probatur Pſal. 108. ibi, Fiant eius dies pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Idem Actuum 1. ca. Etiam apud gentiles, vt in l. fina. §. Itẽ Epiſcopi, ff. de muneribus & honoribus. Erectio tamen & limitatio, qua mediante vnuſquiſque finibus ſuis & limitibus contentus eſſe debet, fuit & eſt de mero iure poſitiuo, videlicet ex inſtitutione Ro. Eccle. ſeu ſedis apoſt. P.

Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino.

(* 7) Quod latè firmo in tract. diſpenſatio. memb. 8. P.

(* 8) Contra quam nullus quærit poſſeſſionem, quæ Papæ præiudicet. Dicit Hoſtien. poſt. Innocen. in cap. bonæ. ij. col. iij. de poſtula. præla. P.

(* 9) Tex. in ca. quia diuerſitatem, ibi, donatio deuoluta. de conceſſ. præben. & c. penul. eodem tit. Etiam præſentatio dicitur donatio. not. doct. poſt tex. in cap. fin. eodem titulo. & doct. in cap. j. de iuſti. in vj. diximus latius in tracta. penſio. parte j. quæſt. ix. vbi etiam probamus quòd collatio & præſentatio propriè non dicuntur gratiæ. Probus.

Præſentatio dicitur donatio.

(* 10) Notant glo. & docto. in ca. cum olim. de maior. & obedien. Idem in præſentatione probat Cal. in con. ix. ti. de iure pat. Idem in electione dicit La. alle. fi. dixi latius in tract. pen. parte j. q. xxviij. Probus.

a ¶ Libera) No. quòd electiones & confirmationes debent eſſe liberæ. ſupra capitul. j. ad tollendum, cum ibi nota.

b ¶ Impediri) Vnus eſt effectus reſeruationis, quòd ligabat manus ordinarij ſine inhibitione & decreto: vt vult Archid. in c. fina. de conſue. in vj. vbi dicit quòd paria ſunt beneficia eſſe reſeruata & vacare in curia, & in iſtis manus ordinariorũ ligantur

abſque decreto, de præben. ca. ij. in vj. ergo & in reſeruatis. Archid. in ca. j. de conceſ. præben. in vj. facit quod legitur & not. in l. non dubium, C. de legi. vbi dicit Bald. quòd quando lex ſtat in finibus prohibitionis, tacite incluſa cēſetur clauſula de nullitate, vnde non eſt neceſſarium quòd lex procedat vltra annullando, nec caſſando, vel inutilem actum reddendo, cum ſit idem, quia ſemper ſubintelligitur ipſo iure. Idem La. & Domi. in cap. ſi eo tempore, eod. tit. in vj. quando Papa beneficium à ſe conferendum reſeruat. tunc enim illud de manu ordinarij collatoris accipit, & videtur inhibere, nec habet amplius collator poteſtatem conferendi, cap. vt noſtrum, de ap. dicto cap. ſi eo tempore. Inn. in cap. cum m. de conſti. Hen. i. in cap. dilectus, ij. de præbend. Fre. in tract. permuta. q. j. Panor. in c. Eccleſia, ij. vt lit. penden. ſic & ſola inhibitio Papæ annullat poſtea geſta, c. veritatis, in fin. de dolo & contu. Inno. & Cōpo. in ca. nihil, eo. ti. Henri. in d. ca. dilectus. Ioan. And. & Panor. in c. conſtitutus, de conceſ. præben. Sed Ioan. And. aliter vult. in d. c. ſi eo tempore, quòd ſola reſeruatio ſine inhibitione non liget ordinarium: ſed reſeruatio cum notificatione & inhibitione bene afficeret, facit cap. ſi capitulo, cum ibi notatis de conceſ. præb. in vj. Aliud eſt in manus appoſitione Papæ: quæ continet in ſe inhibitionem & decretum. (*1) Inno. in d. c. vt noſtrum, dictum Ioan. And. eſt verum in reſeruatione legati, quę minus afficit quam reſeruatio Papæ, not. Ioan. And. c. hi qui, de præben. in vj. in nouel. ideo minus durat. de offi. lega. præſenti, eo. lib. ſic & decretum legati non ligat ignorantes, no. Ioan. And. in ca. ſi apoſtolicæ, de præbend. in vj. vbi doct. (*2) Alius eſt effectus reſeruationis, quia impetrantes beneficia reſeruata tenentur facere mentionem de reſeruatione, prȩſertim ſpeciali, alias collatio eſſet ſurreptitia, c. cum olim, vbi Panor. de re iudi. vbi collatio Papæ eſt ſurreptitia: quia contra ordinationem Papæ facta fuit. Ioan. Cal. in cap. cum dilectus, de iure patro. ipſa tamen nō impediret permutationem, ſicut nec gratia expectatiua cum inhibitione & reſeruatione executoris, c. j. de re. permu. in vj. quia ſicut literæ beneficiales ſunt reſtringendæ, ca. quamuis, c. ſi motu proprio, c. ſi pluribus, de præb. in vj. ſic & reſeruationes, odioſæ enim ſunt: quia per eas datur via ad vacatura, & præiudicant ordinariæ poteſtati, no. in d. c. præſenti, licet contrarium teneat Hen. in d. ca. dilectus, ij. de præbend. ſiue fiat permutatio in manibus ordinarij, niſi reſeruatio eſſet fauorabilis. Dico autem eam fauorabilem, non quæ facta eſt motu proprio: vt vult Frede. in tract. permuta. q. j. ſed vbi de nullius iure quæritur, ſed tantum de iure Papæ: vt dicit Lap. in d. c. ſi eo tempore, & hoc caſu beneficia taliter reſeruata, nec per ordinarium, nec per legatum poſſunt cōferri etiam titulo permutationis, ſicut nec vacantia in curia. Fred. q. ij. pro. in extraua. Ioan. xxij. execrabilis, §. quæ omnia, in extra. dudum. Bened. xiij. ſiue fiat permutatio de beneficiis reſeruatis in manibus Papæ non facta mentione de reſeruatione in caſu quo permutatio per reſeruationem non violatur, valet permutatio. prout in d. c. j. de re. permu. in fi. dum dicit, nullatenus impediri, & ſic omne impedimētum tollit: cum ſit permutatio coram ordinario, multo magis ſi coram Papa, & hoc placet, licet aliter dicat Frede. in tract. permu. q. iiij. no. Gaſ. de Peruſio in trac. reſerua. & vide Arch. in c. ſi poſtquam. de præb. in vj. vbi dicit, quod ſi Papa poſt collationem canonicatus alicui per eum factam ſub expectatione præbendæ vacaturæ, ipſam præbendam conferat alteri nō facta mentione de primo, quod non valet collatio: quia ſurreptitia, (*3)

Lex ſtans in finibus prohibitionis operatur nullitatem.

Appoſitio manus Papæ operatur.

Reſeruationes ſunt odioſæ.

Digitized by Google

tia. (* 3) arg. c.ſi beneficia,de præb.in vj. & d.c.cum olim, nam præbenda erat affecta & reſeruata primo,& habebat ad eam ius ad rem, quod non intendit Papa tollere,etiam ſi ſcribat motu proprio: vt no.La.in d.ca.ſi poſtquam,quia motus proprius tollit ſurreptionem,ſed non alteri ius quæſitum,ſiue re, ſiue ad rem, (* 4) arg. cap. quanuis,de reſcri.lib.vj.& quod ibi no.La.& præſumitur Papam fuiſſe oblitum,facti enim ſui obliuiſci poteſt, (* 5) vt no.in c.j.de conſti.in vj.poſſet tamen ſi vellet conferre alteri non obſtante affectione, & hodie ponuntur clauſulæ reſeruantes ius expectantium, ſed in dubio niſi exprimat non præſumitur velle derogare iuri alterius, non ex defectu poteſtatis,ſed voluntatis: vt dicit Domi.ſi.dicit Bal.in l.reſcripta,C. de pre. impe. offer. quod reſcriptum contra ius eſt nullum: non ex defectu poteſtatis principis, ſed voluntatis (* 6) nam præſumitur ceſſare voluntas ſcribentis propter clauſulam derogatoriam legis,l.nec damnoſa,C.de pre.impe. offe. ſi ergo princeps illi clare derogaret, cum diſpoſitio illius ſit de iure poſitiuo, valeret reſcriptum, ff.quod quiſ.iu.l.iij.§.ſi is pro quo.c. ex parte de capel. mo. cum ibi nota. Alius effectus reſeruationis eſt quòd impedit optionem,arg.d.c.vt noſtrum,d.ca. Eccleſia, de pre.inter cætera,ſicut in vacan.in curia (* 7) non habet locum optio,cap.ſi.de conſue.in vj. ita nec in reſeruatis,de quo dic vt ibi per doct. per Gaſ.in tract.reſer. & impedit reſeruatio vnionem, ſaltem illam ſuſpendit durante ipſa reſeruatione, in extrauag.Ioan.xxij.dudum.La.in cap.deliberatione,de offi.leg.in vj.de Rota deci.xix.& doct.alij contra,vt no.Ioan.And.& Paulus in cle.ſi.de reſcri.Frede.conſilio,cvj. vbi dicunt quòd per vnionem præiudicatur expectanti: quanto magis reſeruationi, nam per eam non acquiritur ius Papæ, ſed ſolum præiudicatur ordinario: vt dicit Archi.in cap.ij.de præbend.lib. vj. & dicit Frede. vbi ſuprà, quòd Epiſcopus poteſt ex cauſa licita & non in fraudem vnire Eccleſiam,cuius collatio eſt ad ſedem Apoſt. deuoluta, (* 8) no.Panor.in c.ſicut vnire,de exceſ.præla.in c. conſultationibus, de dona.quia licet perdiderit ius, & deuolutum ſit ad Papam, non tamen ius vniendi. Collatio enim reſpicit titulum: vnio verò proprietatem beneficij, & ſi talem vnionem neceſſariam omitteret Epiſcopus,poſſet reprehendi de negligentia, c.vlt.de eccle.ædifi.Nec ob.quod not.Io.And.in c.ſi tibi,de præb. in vj. vbi dicit quòd qui nõ poteſt conferre, non poteſt vnire,vel aliter ordinare, quia ibi iam erat quæſitum ius alteri.Domini.tamen ibidem ſentit contra Frederi.quòd operaretur reſeruatio dicti effectus,vbi licitè & in caſibus permiſſis fieret.

Papam capit obliuio.

Vnio an impetretur per reſeruationem.

(* 1) Iſtud firmatur per Caſſad.deci.ij.nu.6.tit.de reſtitu.ſpolia. vbi ait, quòd decretum habet implicitam inhibitionem,& inhibitio implicitum decretum, cum ſufficiat legiſlatorem aliquid inhibuiſſe, vel irritum decreuiſſe abſque inhibitione expreſſa,quæ ſolum requiritur quando à iure exprimitur,cap.tibi qui,de reſ.in vj.Ideo actus contra iuris prohibitionem factus,ipſo iure eſt nullus,not.in cap.ſi ſoli,de conceſſ.præb.in vj.Panor.in cap.dilectus,ij.de præbend.Fely.in cap.ex parte,colum.iiij. de conſtitut. Probus.

(* 2) Etiam not.latè Æneas de Falco,in tracta.reſerua.q.iiij.prin, in princi. & ante eum Frederi.in repeti.c.dilectus,ij.de præd. quam reperies inter eius con. ſub nu. 290.vbi col. ij. ſubdit, quòd decretum principis ligat ignorantes, quod tamen non accidit in inferioribus à principe, cuius principis decretum irritans omnia inferiora

Digitized by Google

a ¶ Attentaret (*) ſi. ſuprà cap. j. §. verſi. decreuitque.

(*) Simile habes in cap. penul. in fine, de deſponſ. impube. & in l. ſi quis non dicam, C. de epiſ. & clericis. P.

† b ¶ Rationabili) Simile in c. ſi quando, de reſ. quòd illa præſumatur in Papa regulariter, non tamen quando illa facit contra conſtitutionem generalem ſtatum Eccleſiæ concernentem, not. Roma. in conſil. 499. nu. 3. in præmiſſa. P.

tentaret [a] niſi ex magna, rationabili † [b] & euidenti * [c] cauſa [d] in literis Apoſtolicis nominatī exprimēda. Quia tamen contra ipſius decreti

* c ¶ Euidenti) quæ debent probari & liquidari per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, & competentis, ca. ſi clericus laicum, de foro competen. & gloſ. in cap. j. de officio deleg. in vj. Idem dic de clauſula, infra hoc titu. §. item nec credit, quod proſequitur Guiliel. de Mōferrat, in commento huius lib. parte iiij. dico probari niſi ſit tam in prouincia quàm iudici notoria, per glo. in c. ad noſtram iij. in verbo obſeruandus, de iureiuran. quæ ſingulariter not. ibi à Panor. ad hoc quòd de eo quod eſt notum iudici vt notorium, licet extra iudicium, poteſt iudex iudicare. Idem gloſ. in l. j. C. qui & aduer. quos, & in c. quoniam, in verbo manifeſtum, de fil. presbyterorum. P.

d ¶ Cauſa) Quid ſi Papa ex cauſa nominatim expreſſa reſeruauit prelaturam, an ipſo mortuo expiret reſeruatio, ſi reſeruauit ſibi, ſic, ſi collationi ap. non, ca. ſi gratioſe, de reſcrip. in vj. vbi Archidia. Guiliel. & Geſ. & Flo. in clemen. j. de proba. aliud in gratia facta, c. ſi ſuper gratia, de officio deleg. in vj. & in commiſſione data alicui de conferendo beneficium vacans, ca. ſi cui, de præb. eo. lib. not. Archi. in c. ſi Apoſtolica, de præb. in vj. vbi dicit ſatis eſſe prouiſum per Papā de beneficio vacante in curia, quando per viam commiſſionis prouidit: ideo ſede apoſt. vacan. ordinarius non prouideret. Sed nunquid prouiſio beneficij reſeruati facta per Papam non tenuit, (* 1) vel propter indignitatem perſonæ, quia irregularis vel illegitimus, aut quia Papa illi cōtulit, ſed ante conſenſum præſtitum mortua eſt, aut eſt aliud beneficium aſſecuta, redeat poteſtas ad Papam, vel ad eligentes. Si Papa reſeruat motu proprio in fauorem Eccleſiæ, ex quo collatio Papæ non habuit effectum (* 2) non poſſunt eligentes ſe intromittere in illa vacatione, & poterit papa prouidere, cum ſemper duret cauſa reſeruationis, c. ſi compromiſſarius, c. ſi electio, eod. tit. in vj. not. Oldra. conſi. lvij. quia ex quo Papa ſemel ſe intromiſit de illo beneficio, inferior ſe intromittere non poteſt in illa vacatione, arg. c. vt noſtrum, de appella. ca. ſi eo tempore, eod. titu. in vj. Si verò reſeruat ad inſtantiam alicuius, & pro certa perſona: tunc licet collatio non habuit effectum, redit ad eligentes poteſtas: quia cauſa reſeruationis ceſſat: & intendebat prouidere tantum illi perſonæ expreſſæ, in cuius fauorem reſeruauerat, ideo cum illa perſona non poteſt habere dignitatem, redit poteſtas eligendi ad eligen. (* 3) quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, de ap. cum ceſſante, ca. poſt tranſlationem, de renuncia. cum ſi. facit quod no. Innocen. & Panorm. in c. inter dilectos, de excelli. præla. Compoſ. in c. capitulum, de reſcri. in gloſ. magna, ver. item quid ſi prouiſio: Archi. in ca. fin. de tem. ordin. in vj. Gaſ. in tracta. reſer. §. iij. quæro. & ſeq. quod not. La. &

Beneficium vacās quādoque committitur cōferendū.

Digitized by Google

Domi. in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. in vj. vbi dicunt quod ſi ordinarius contulit beneficium, b. & antequam ille acceptaret, Papa illud contulit alij vel conferri mandauit cum clauſula ſi non erat alteri tempore datæ ius quæſitum, deinde dictus b. recuſauit acceptare, quod iterum ordinarius poterit ipſum beneficium conferre, quia collatio Papæ erat ſubreptitia: cum erat illi b. acquiſitum ius ſaltem ad rem ad beneficium per collationem ordinarij, adeo quod per Papam hoc tacito facta collatio non valeret, vt dicto cap. ſi tibi abſen. cap. ſi poſtquam. de præbend. in vj. ergo illa collatio Papalis nulla erat, & per conſequens non potuit impedire collationem fiendam in poſterum per ordinarium, c. non præſtat. de re. iu. in vj. Sed ſi Papa commendat alicui huiuſmodi dignitatem reſeruatam, an expirata commenda redeat poteſtas eligendi ad eligentes? Frede. in tracta. permu. quæſtio. xv. dicit quod non, quia per commendam non eſt plenè prouiſum dignitati, & durante commenda vacat beneficium de iure, licet non de facto. not. Archidia. in cap. qui plures. xxj. quæſt. j. nec etiam interim ordinario curreret tempus ad conferendum, cum non poſſet conferre. Archidia. in cap. nemo. eodem titu. in vj. deciſ. Rot. xxvij. nec habet commendatarius ius in beneficio commendato. not. communiter docto. in d. cap. nemo. vnde dicit Panor. in cap. cum olim. de re. permu. quod beneficia commendata non poſſunt per commendatarios permutari (*4) ſine conſenſu eius qui ea commendauit, quia non ſunt commendatariorum. Permutatio autem debet fieri de beneficiis ſuis. ca. j. de re. permu. in vj. ibi, ſua. Et dicit Frede. vbi ſupra, quod ſublata commenda remanet vacans in curia. fa. quod not. Archi. in c. is cui. eo. titu. in vj. quod ſi Papa Eccleſiæ vacan. dat viſitatorem vel adminiſtratorem, nemo poterit illi Eccleſiæ prouidere de paſtore: hoc enim faciendo videtur eius prouiſionem ſibi reſeruaſſe. arg. cap. fina. lxj. diſtin. ca. cum nobis. eod. titu. cap. vt noſtrum, de ap. cap. cum veniſſent. de iudi. Sed hodie dictum Archidia. non obtinet. licet enim Papa Eccleſiis electiuis vacantibus poſſit dare viſitatorem: vt iur. allega. de ſupplen. negligen. prælato. cap. fina. in vj. tamen eius officium expirat facta electione, nec impediuntur eligentes eligere, cum omnis reſeruatio ſit damnata: niſi in certis caſib. ſi. vides quo ad beneficia ſpectãtia ad collationem Papę iure deuolutionis, vel aliàs: ſi non eſt aliquis qui interim illis beneficiis poſſit prouidere, poteſt Epiſcopus ibidem deputare adminiſtratorem idoneum donec per Papam fuerit prouiſum. ar. x. quæſt. j. regenda. & hunc adminiſtratorem poſſet dare capitulum ſede vacan. (*6) in beneficiis ſpectantib. ad collationem Epiſcopi, donec illis fuerit prouiſum: licet illa non poſſit conferre. (*7) not. Ioan. And. in cap. j. ne ſe. vac. in vj. Panor. in d. cap. cum nobis, in cap. cum vos. de offi. ordi. in cap. cum olim. de ma. & obed. Similiter ſi Papa det coadiutorem Epiſcopo. iuxta cap. j. de cle. ægro. in vj. per mortem Epiſcopi expirabit eius officium, cap. grandi. in fi. de ſup. neg. præla. in vj. not. Ioan. And. in cap. fin. de cle. ægro. & habebunt eligentes eligere abſque aliquo obſtaculo, cum hoc decretum omnem viam impedientem directè vel indirectè liberas electiones aboleat. Quod dictum eſt de commenda: multi non approbarent tenentes commendam eſſe verum titulum. cap. dudum, in eo. tit. not. in d. ca. nemo. & quod commendatarius præſertim ad vitam habet ius in beneficio commendato, nec vacat (*8) interim: vt dicit La. in addi. ad Frederic. vbi ſuprà, quod Ioan. Andr.

Commẽda an tollat vacationẽ beneficii.

Reſeruationes ſunt damnatæ.

Digitized by Google

ſibi reſpondit, quòd per mortem commendatarij in curia vacat beneficium in curia, ad hoc cle. quia regulares, de ſup. neg. præla. vbi prioratus obedientiales vacant, licet ſint reuocabiles ad nutum. & iſti opi. inhærendo quam ſentiunt citramontani: expirata commenda de beneficio electiuo reſeruato, rediret poteſtas eligendi ad eligentes, quod videtur verius: maximè ſi cauſa reſeruationis ceſſat: aliàs poſſent diutiſſimè eligentes fraudari iure eligendi. (* 9) cum Papa non prouideret huiuſmodi beneficio de prælato intitulato, ſed illud ſemper commendaret: quod eſſet contra mentem huius decreti.

(* 1) Hanc quæſtionẽ habes latè per nos diſcuſſam in tracta. deuolu. parte iij. q. x. P.

(* 2) Eſt enim iuris doctrina, quòd ſemel affectum ſemper durat affectum, donec plenè illud fuerit ſublatum, not. Rota deci. 617. in antiq. & deciſ. xx. in antiquio. tit. de præb. Papa. dixi latè apud Io. Mo. in cap. fi. de ſup. neg. prælat. in vj. Et dic durat etiam ſi cauſa affecti ceſſet, quia initium attenditur, probat Gomes in regula de infir. reſig. q. xxxij. vbi ponit doctrinam poſt Rotam deciſ. 553. & 617. in antiq. quòd beneficia ſemel reſeruata, licet ceſſet cauſa reſeruationis, nihilominus durant reſeruata. idem in regula de trien. poſſeſ. q. xiiij. nume. 4. vbi ponit alia ſimilia, quæ nota pro nominatis regularibus: quia beneficia ad quę ſunt nominati, debentur illis, licet fuerint per Papam ad ſecularitatem reducta. P. *Semel affectum ſemper durat affectum.* *Semel reſeruatum beneficium ſemper durat reſeruatum.*

(* 3) Contra iſtud vrgent quæ ſupra diximus in additione proxima, quibus iunge per nos deducta in tracta. deuolut. parte iij. quæſt. xj. Probus. *Permutatio de cõmenda cum titulo, an procedat.*

(* 4) Etiam commenda cum titulo non permutatur propter diuerſam naturam vtriuſque, notat Caſſado deciſione. 5. titu. de priuileg. poſt Rom. in conſi. cccl. in caſu propoſitæ conſultationis, quam naturam compermutantes ſuo facto non poſſunt mutare: vt in ſimili tradit Car. in cap. de multa. col. ij. ver. Tertio quæro, de præbend. dico non permutatur coram locorum ordinariis, ſed bene coram Papa debitè certificato: ita debes intelligere Imol. in cap. fi. de rerum permuta. dicentem permutationem procedere de beneficio commendato cum beneficio in titulum dato, quod tamen Galli ſimpliciter admittunt per rationes infrà in hac gloſ. in fine dictas. Probus.

(* 5) Sic non fauorabilis, ſecus ſi non fuit reſeruatio facta pro certa perſona: quia tunc eſt fauorabilis facta à Papa, & proprio motu, dicit Æneas de Falco. in ij. prælud. tract. reſerua. quod lacet Lap. allega. xxvij. Alia videre licet in puncto in tract. noſtro deuolutio. parte iij. q. xiiij. Probus. *Reſeruatio quando dicitur fauorabilis.*

(* 6) Iſtud placet Car. in cap. ij. q. ij. ne ſede vacan. vbi Panor. hoc proſequitur ibi. Probus.

(* 7) Text. in cap. ij. ne ſede vacan. & cap. vnico eod. tit. in vj. hic per gloſ. allegat. quod fit, quia conferre gratia eſt, & fructus honorificentiæ ſucceſſori reſeruandus. Et quòd conferre ſit prælaturæ fructus, probat hoc quod eſt ſupra. ca. in gl. reſeruationes in x. addito. & fructus ſunt reſeruandi futuro ſucceſſori. cap. fi. de offic. ordi. in vj. vbi dixi apud Io. Mo. not. Rota in antiq. deciſio. 856. & deciſ. 137. & deci. 227. dixi etiam & latius in tract. deuolutio. parte iij. q. xvj. vbi probo quòd etiam capitulum ſede vacante non præſentat ad beneficia quæ ſunt de iure patrona. Epiſcopi. ait Archid. in cap. vnico de iuſti. in vj. poſt Speculat. in ti. ne ſede vacã. circa mediũ. P. *Fructus reſeruantur ſucceſſori.*

Digitized by Google

Commendatarius ad promotionē tenetur.

(* 8) Hunc punctum & alios materiam commendæ concernentes, habes latè examinatos per nos apud Ioan. Mona. in cap. nemo. de elect. in vj. quibus adde quæ tradidit do. Petrus Rebuffi in tracta. de pacific. poſſ. nu. 35. & ſeq. vbi nume. 42. concludit commendatarium teneri ad promotionem, ſicut tenetur titularius, quod nobis placet in tract. diſpen. memb. v. parte iij. nu. 98. & memb. vj. parte ij. nu. 76. P.

mentem non pauca[a] ſine huiuſmodi cauſa geſta ſunt, vnde[b] grauia hactenus[c] ſucceſſerunt, & grauiora in dies[d] timentur ſcandala[e]: Cupiens hæc ſancta ſynodus his obuiare[f], volens vt ipſius de-

An beneficium commendatum dicatur vacare per mortem cōmēdatarij.

(* 9) Iſta eſt ratio Gallorum contra curiales dicentes beneficium commendatū vacare eo modo quo priuſquam cōmendaretur vacabat, quod patet ex forma prouiſionis apoſtolicæ, quæ poſt commendam ſequitur immediate, tamen cōtra eos curiales militat clauſula in commendis per eos apponi ſolita, videlicet quod commendatarius habeatur ſicut ille qui beneficium hoc in titulum pro tēpore obtinet, vt latè deduxi apud Io. Mo. in c. nemo. de elec. in vj. Opinio Gallorū, inquantum reſeruationes damnat, eſt optima, quia aliàs ſequitur quòd ſi ego titularius reſigno in curia beneficium quod ſic in ea vacat, poſtea illud commendatur, quòd nunquam extra curiam vacabit, id eſt donec de eo per modum tituli fuerit prouiſum, ſic eo titulario defuncto aut reſignante: & ex conſequenti per longa tempora, & penè infinita durabit reſeruatio ipſa, ſic de ſingulis aliis beneficiis quæ ſucceſſu temporis reperirentur reſeruata, & per conſequens ordinariorum poteſtas in eis conferendis euacuata, quæ omnia ſunt contra iurium vota, ſeu ſacrorum canonum dictamina, quæ ſemper obſeruare conata eſt Eccleſia Gallicana: licet in hoc ſæpe non conueniant iudices laici, iuriſdictionem Eccleſiaſticam fruſtratim eneruātes, eiúſque libertatem tollentes. Ad quæ attendat & attentiſſime vigilet concilium œcumenicum Tridenti in ſpiritu ſancto congregatum, aliàs (vt ſequitur hic in textu) grauia ſucceſſerunt, & grauiora in dies timentur ſcandala. P.

a ¶ Non pauca) Id eſt multa.

b ¶ Vnde) Notat cauſam, l. iuriſgentium, circa prin. ff. de pac. Aliquando locum, ff. de vi & vi ar. l. j. in prin.

c ¶ Hactenus) Id eſt olim. & vſque nunc. ſi. ver. in c. nihil. eod. tit. infra cap. & quia. de paci. poſ. cap. j.

d ¶ In dies) Id eſt quotidie. ſi. ver. ſup. in proœ. §. cum itaque, ver. qui quidem.

e ¶ Scandala) Quæ quantum poſſumus vitare debemus, & pro eis ſedandis abſtinendum eſt etiam ab his quæ ſine peccato poſſunt committi & omitti cap. ij. de no. oper. nun. & iuris ſeueritas temperanda eſt. infrà de excom. non vj. cap. j. cap. ſane. de tempo. ordi. l. diſ. vt conſtituerentur, de renun. niſi cum pridem. §. pro graui. nō debet tamen cōmitti peccatū. c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur. per Henri. in d. c. ij.

f ¶ Obuiare) Futuris eſt obuiandum quantum poſſumus, xxiij. diſt. in nomine domini. l. ſi quis domum, ff. loca. ca. j. de ſer. non ordi. & exempla præſentia nos cauere præmonent à futuris. lxxxij. diſt, plurimos, in extra. Ioan. 22. quia nonnunquam, &

Digitized by Google

melius eſt obuiare quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.l.fi. C. in qui. cau. in integ. reſt.

creti mens[a] quæ fuit obſtaculum à canonicis electionibus & confirmationibus tollere, ſuo non fruſtraretur[b] effectu.

Electiones de dignitatibus electiuis in Eccleſiis ſine obſtaculo fiant ſecundum iuris communis diſpoſitionem, prout & concilij quæ poſtea confirmentur vel infirmentur cauſa cognita. P.

Statuit vt electiones in dictis Eccleſiis ſine impedimento aut obſtaculo [c]

a ¶ Mens) Ad quam ſemper recurrendum eſt. ar. cap. fi. de præb. Non enim in foliis verborum: ſed in cortice rationis & ſenſu conſiſtit lex. j. q. j. Marcion. ff. de leg. ſcire. cap. fin. de reg. iur. in vj. vbi Dynus. Et ſicut homo conſiſtit ex anima & corpore: ita lex ex verbis & mente, ſeu ratione. not. Bald. in l. ſcire. ff. de excu. tuto. vnde verba cuiuſcunque diſpoſitionis ſunt amplianda vel reſtringenda ſecundum mentem diſponentis, cap. ſecundo requiris, de appellat. vbi Panor. fac. quod leg. & not. in cap. intelligentia. & ca. ſeq. de verb. ſigni. in l. cum pater. §. dulciſſimis. vbi Bart. ff. de leg. ij. in l. pater. §. fundũ, ff. de leg. iij. quod not. infra de excom. non vj. cap. j. & mens colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione. ar. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. in d. c. intelligentia. Idẽ ſi non ſit expreſſa: dummodo poſſit rationabiliter coniecturari, & indubitanter, quæ mouere potuit diſponentem, in d. c. ſecundo requiris, facit l. ſi hominem, ff. man. quod not. in l. tale pactum. ff. de pac. Cy. in l. non dubium, C. de leg. Bal. in l. maximum vitium. C. de li. præ. Panor. in c. & ad audientiam. de deci. & illud dicitur in lege expreſſum, quod ex eius mente colligitur, l. prætor. §. j. iuncta gloſ. in ver. expreſſum, ff. de noui operis nuntia. (*)

Lex in verbis & mente conſiſtit.

(*) Succedunt prædictis conuenientia, quòd reſcriptum vires ſumit ex mente reſcribentis, not. Imola poſt Innoc. in ca. cum in Eccleſiarum, de excep. glo. in c. ſuper eo. in verb. intentionis, de offic. deleg. Barba. latè in con. xxij. in v. dubio, volu. j. & Bald. in l. ij. reſcripta. col. pe. C. de prec. imp. offer. Fely. in c. cauſam quæ. col. viij. ver. prædicta declaro. de reſcript. Rota in nõ. dec. cclxxxix. licet in inſtrumento. Frede. in con. cxlix. lex dicit. facit glo. in cle. in ver. obſeruare. de ſent. exc. quæ ait, licet regulariter cõtrariorũ eadẽ ſit diſciplina, tamen non habet verum quando mens & verba reſiſtũt. Attenditur igitur mens in quibuſcũque, no. Sozi. in con. lviij. col. ij. viſis priuilegiis, etiã in cõtractibus, ait gl. in l. blanditus, C. de fide. & in l. in venditione, in fi. C. cõ. prędio. Alia prout & de intẽtione lõge maiora, dixi in trac. pẽſio. p. j. q. xxiiij. P.

Reſcriptum vires ſumit ex mente reſcribẽtis.

b ¶ Fruſtraretur) Id eſt careret.

c ¶ Obſtaculo) Hic ſatis patet quòd dignitates electiuæ non vacant in curia, & quod in eis non habeat locum, cap. ij. de præben. in vj. d. enim cap. ij. quod loquitur de dignitatibus, non comprehendit Epiſcopatus: vt interpretatus eſt Nicol. iiij. in Eccleſia Bracaren. not. Gar. in ca. ſtatutum, de præb. in vj. nec abbatias, no.

Appellatione dignitatum quæ cõprehendũtur.

Digitized by Google

Ioan.And.& Archi.in d.c.ij. Io.Mo. in ca. inquiſitores,de hære.vbi not.quod vidit declarari appellatione dignitatis Abbatiam non contineri, facit,xvj.quæſ.vij. ſi quis deinceps.Io.Mo.in c.in generali, (*1) de reg.iur.in vj.facit,c.ſi poſtquam,eod. tit. in vj. Eccleſia cathedralis & regularis æquiparantur, licet Io. de Lig. teneat contrarium in d.c.ij.quia Abbatia dignitas eſt,c.indemnitatibus,eo.tit.in vj.& propter verbum electio poſitum in d.ca.ij.pro quo, fa.c.quanquam, eo.tit. vbi Abbatia quo ad deuolutionem ad ſuperiorem, æquiparatur Eccleſiis inferioribus Epiſcopatu: nec prioratus electiui qui ſunt per ſe, nec habent Abbatem ſuperiorem, vacant in curia,no.Archi. in diſt. c.ij. nec etiam alij prioratus electiui & Eccleſiæ collegiatæ quorum prælati per electionem aſſumuntur, & per quorum mortem ipſæ Eccleſiæ dicerentur viduatæ, præſertim ſi habeant iuriſdictionem in illos de collegio, cum in ipſis habeat locum concilium generale,ne pro defectu,gloſ.in cle. quia regulares, in ver.Lateranen.de ſup.ne.præ.fa.no.ſup.c.j.§.& cum humanæ,d.c.ij.ſolum comprehendit prouiſa per con.Lateranen.de con.præben.c.ij.no.per.d.concil.generale: vt no.in d.c.ij.Henr.in c.innotuit,eo.tit.fa.op.d.c.ſtatutum,ibi,ſpectat collatio,& ibi, conferre valeant, de dignitatibus autem electiuis non ſic loqueretur, ſed in aliis dignitatibus inferioribus: licet in eis prouideatur per electionem,habet locum,d.c.ij. quia in ipſis non ſeruatur forma,c.quia propter,eo.tit. & comprehenduntur ſub d. cōcil.Lateranen.ita intellige verbum electio in d.cap.ij.& tales non debent propriè dici dignitates electiuæ,ſed collatiuæ,no.ſuprà in d.§.& cum humanæ. (*2)

omnino [a] fiant [b]: quæ cauſa

(*1) Vbi nu.19.ait,quod Epiſcopalis dignitas non dicitur dignitas,ſed culmen dignitatum: ex quo dicto & præcedenti poteſt inferri quòd ſicut Epiſcopalis dignitas non eſt dignitas, ſed culmen dignitatum ſecularium: ita Abbatia eſt culmen dignitatum regularium, ſic ſpeciali nota digna, aliàs dicitur neglecta, ſic intellige dictum huius glo.& his adde quæ dixi in propoſito huiuſmodi dignitatum,in tract. penſio, præludio vij.in ver.nec mireris. P.

(*2) Propoſitum huius glo.habes per nos latè deductum in tract.diſpen.memb. 6.parte ij. Probus.

Omnino exponitur. a ¶ Omnino) Id eſt libere & ſine difficultate, omni via prohibitiua electionum ſemota, (*) ſi.ver.in l.ſi cum exceptione,§.quatenus,ff.quod met.cau.in ca.dudum, cum gl.j.de con.coniu.ſuprà c.j.§.fi.in fi.inf.de concubi.c.j.§.j. cum ibi no.

(*) Sic non cumulatiuè,ſed priuatiuè electio hoc iure ad capitula ſpectat:ita concludit per multa Guliel.de Monferrat in ſuo commento huius lib. parte j. vbi parte ij.in princ.ait,quòd prouiſio Papæ per præuentionem facta eſt nulla,nō autem poſtquam ius eſt deuolutum. Probus.

b ¶ Fiant) Bene facit iſte tex. quòd Eccleſiæ cathedrales regulares & collegiatæ electiuæ non cadunt (*1) ſub præuentionibus,ſicut nec vacant in curia, (*2) facit c. deliberatione,de offi.legat.in vj.ſatis pro.infra de collat. cap. j. ver. nec etiam collationes, vbi beneficia collatiua cadunt ſub præuentionibus. Secus ergo in veris electiuis,arg.à ſpeciali,l.j.ff.ad municipa.ca.nonne,de præſumpt.cap. præſenti, de præbend.in vj.nec expreſſa collatione venit electio.cap.cum in illis,de præbend.in vj. & de hoc

Digitized by Google

de hoc ſunt arreſta in curia Parlamenti vt ferunt.

(†) Ideo ſi iuſtitiæ & gratiæ concurrant qualitates, potius debet attendi iuſtitiæ qualitas, tum primo, quia magis firmetur iure communi Bald. in l. ſi quis decurio. C. de fal. text. in l. nam & miles, ff. de iniuſto teſta. hinc dicimus quòd in dubio princeps videtur habere reſpectum ad ius commune. Inno. in ca. innotuit. in prin. de ele. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. Panor. in c. ad hæc. de reſ. Nam quando factum ſuperioris poteſt ad ius commune referri in dubio ad illud ſemper intelligitur. Barto. in l. bonorum, C. qui admitti. Firmat Caſſa. in deci. xij. nu. 13. titu. de præb. Tum ſecundo, quia qualitas iuſtitiæ eſt fauorabilior. Barto. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolutio. ſic magis attendenda. Probus.

Qualitas iuſtitiæ potius attenditur.

b ¶ Sanctitatis) Cuius ſpeculum debet eſſe Papa, ſuprà de elec. cap. j. §. facta. ver. ſummum.

c ¶ Ne.). i. vt no. de pœ. & re. ca. fi. ca. ne captandæ. de conceſ. præb. in vj. & aliquando facit modum, gloſ. & Bar. in l. qui abſenti. ff. de acqui. poſſeſ. per. l. cum pater. §. Titio. vbi gloſ. ff. de leg. ij. no. iu. l. cum tale. ff. de cond. & demon. Bar. in l. quibus, ff. e. tit. aliquando conditionem. i. ſi non. in authen. cui relictum, C. de indi. vidu. vbi Bal. Ioan. de lig. in c. verum, de com. ap. vbi dicit quod ſi illud quod dicitur, venit implendum antequam diſpoſitio ſortiatur effectum, tunc facit conditionem, aliàs modum. (†)

Ne capitur.

(†) Vide quæ dixi ſuprà titu. de elect. in cap. ſicut. §. ſimiliter. in verbo ne. in prin. Probus.

d ¶ Prætextu). i. colore vel occaſione, l. imperatores, ff. de re iu. ca. inter monaſterium, ca. ſe. eod. tit. C. de tranſac. ſub prætextu.

e ¶ Variarum) ſi. in cle. ne Romani. in prin. de elec. de com. præ. quia diuerſitatem, per huiuſmodi varias & contrarias doctorum ſententias totum ius pene turbatum eſt, quemadmodum & antiquis factum eſt temporibus, C. de ve. iu. enu. l. j. §. nullis iuriſperitis, & dicit Gof. in prin. ſum. quod gloſarum diuerſitas intelligentiam textus nonnunquam obtenebrat, & Senec. diſtrahit librorum multitudo, itaque cum legere non poſſis quantū habueris, ſatis eſt habere quantū legas, & probatos ſemper lege. no. Ioā. fa. in proœ. inſti. & vtrū expediat habere multos li. no. Old. cōſi. lxxxiiij.

Gloſarum diuerſitas quandoque textum obtenebrat.

Digitized by Google

nionũ [a], aut Romani pontifices, aut alij quicunq; nõ ſatis vniuerſalibus conciliis obedirẽt: prædiſpoſuit eadem diuina pietas in ſacro Conſtantienſi concilio ſynodorũ vniuerſalium iuriſdictio-

O inionũ inuẽtio reprobatur.

a ¶ (Opinionum) Dicit Ioan. Fab. in proœ. inſti. non ſis opinionum inuentor, nec facilis reprehenſor, ſed in dubio ſequere communes (* 1) opiniones doct. & illorum qui cõſueuerunt in plurimis approbari, ſicut facit legiſlator, ff. de excuſa. tuto. l. ſcire §. aliud, de vſufr. acqui. l. j. §. interdum, in clemen. j. in fi. de ſum. tri. not. Ioan. And. &

Opinio cõmunis doctorum tenenda eſt.

Panor. in c. j. de conſti. non debere recedi à communi opi. doct. niſi ſit euidenter falſa, (* 2) vel poſſit confutari probabilibus rationibus, (* 3) pro quo. l. j. ver. ſed neque, C. de veteri iure enucleãdo, vbi habetur, quòd ex multitudine auctorum nõ eſt iudicandum, quia vnius auctoritas in aliqua parte eſt ſubtilior, ca. Nicæna, xxxj. diſt. vbi opinio Phanutij prælata fuit toti concilio. fa. cap. capellanus, cum ibi no. de deci. quamuis enim auctoritas maiorum mouere debeat ad contrarium, veritas minorum præfertur, ff. de ſup. le. Labeo. C. de offi. re. pro l. potioris, no. doct. in ca. vt

Opinio cõmunis excuſat ab expenſis.

debitus, de ap. vbi dicunt quod communis opinio excuſat litigantem à condemnatione (* 4) expenſarum, tanquam habentem probabilem cauſam litigandi, quæ excuſat. ff. de legat. ij. qui ſolidum, §. etiam, vbi Barto. Geſ. in cle. ne Romani, de elect. Henri. in c. ſacro. de ſenten. excom. & loquuntur etiam de opinione vnius doct. Panor. in d. c. capellanus, in c. fi. de dolo & contuma. in c. j. de re iud. in cap. j. de poſtul. prælat. vbi dicit quòd excuſat à pœna legis, nam communis opinio inducit probabilem errorem, facit ca. j. cum ibi no. de poſtulat. prælat. in vj. l. ij. ff. de iuris & fac. igno. Bart. in l. de eo C. de pœ. iu. qui ma. iu. & excuſat à dolo. not. Old. in l. quæſitum, ff. de

Opinio cõmunis excuſat à dolo.

fun. inſtru. Dom. And. & Panorm. in cap. ex literis, j. de ſpon. vbi dicunt quod iudex etiam ſi male fecerit, quia contraria opinio ſit verior, excuſatur ſi iudicet ſecundum eam, per illum tex. fa. not. per Bar. in diſt. l. qui ſolidum, in §. quibus, in j. conſti. C. in l. cum prolatis, ff. de re iu. no. Bal. in ij. conſt. C. dom. And. in c. j. de ſa. vn. Dom. in ca.

Iudex non tenetur ſequi communẽ opinionem.

de ſum. tri. in vj. Imo. in diſt. cle. ne Romani. Dicunt tamen Ioan. And. Panor. Imo. & Domi. vbi ſuprà quod non arctatur iudex ad ſequendum (* 5) communem opinionem quando probabili (* 6) ratione vel ſubtili ingenio ipſe tenet opi. ſingularem, per. diſt. §. ſed neque. Præp. in diſt. c. ex literis, in c. ſi vir. de co. ſpi. nam ſubtilior opi. præferenda eſt, diſt. c. capellanus, de iud. dilecti, vnde licitum eſt diſcipulo quandoque magiſtrum reprehendere, ff. de con. ob cauſ. l. dedi. §. ſi quis tamen ſi poteſt, debet eum potius excuſare exemplo Sabini, qui ſententiam magiſtri ſui Caſſij excuſauit, ff. de arbit. l. qualem, ideo opi. gloſ. (* 7) quantum poteſt, ſuſtinenda eſt, quæ

Opinionibus pluribus recitatis quæ videtur approbari.

quando plures recitat opi. videtur gloſator ſtare vltimæ (* 8) no. in l. qui filium, ff. ad Trebel. fa. text. in l. ſi mater, C. ne de ſtat. de vbi Bald. & in l. j. ff. de conſtit. princ. ad hoc dicto capit. capellanus, capit. ſi vir. Bald. in authen. ex teſtamento, C. de col. niſi vltima eſſet humanior: vt diſtinct. cap. ſi vir. de præbend. rationabilior vel æquior. ca. fi. de tranſa. Io. And. in d. c. ſi vir. ſimiliter inter opiniones quas recitat In-

noc. in

Digitized by Google

noc. in ſuo apparatu, vltima videtur ſua. notat. Hoſtien. & Ioan. in no. in cap. Romana. de pœ. in vj. Ioan. Andr. in ca. j. de ſenten. excommunica. in vj. in no.

(*1) Quòd ſi non reperiatur communis, bonum eſt habere iudicem propitium: quia poterit adhærere opinioni cui voluerit, & non tenetur in ſyndicatu, dicit Decius in ca. j. nu. 32. poſt Panor. ibi de conſti. quem vide pro hac. gloſ. prout & Fely. quia ibi eſt locus communis in puncto. P.

(*2) Vt quia eſt contra canones, quia illa non attenditur ſi illi leges vel canones contradicunt. Nam auctoritatem canonum iudex præciſè ſequi tenetur. cap. iudicet. iij. q. vij. (†) *Auctoritatem canonum iudex ſequi debet.*

†) Ne clementior ipſo canone videatur, quia licet iudex ſemper præ oculis debeat habere æquitatem. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. verum à lege informatam. §. oportet. in authen. de iudic. aliàs leges & canones Iudaicè intelligerentur, id eſt ad corticem. Non ſit igitur iudex lege clementior, nec crudelior, dicit Mantua. in conſil. xiiij. nume. 49. & 94. & conſ. 24. in prin. vbi ſubdit, quòd ſi non habeat informatam, æquitas non eſt, ſed iniquitas. d. §. oportet. & c. ratio nulla. de præbend. Panor. in cap. ex parte. de offic. delega. merito dicitur, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, non ſecundum ſuam conſcientiam cauſas pertractare. Barto. poſt text. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. glo. in cap. j. de offic. ordi. quod fit, quia iudex fungitur officio publico, & tanquam perſona publica iudicat. l. numerum. §. iudicandi. ff. de munerib. & honor. & tanquam perſona publica habet vnam conſcientiam, quæ cauſatur ex allegatis & probatis ſibi tanquam iudici præſentatis, & ſecundum hoc debet iudicare, nec conſideratur quòd aliud ſciat tanquam priuata perſona, quia tanquam priuata non iudicat. Pro his facit quod tradidit Bal. in l. ſi. circa princ. C. de pœna iudic. qui male iudic. quòd triplex eſt conſcientia, vna eſt rebus viſis ligata, alia rationibus legum nutrita, tertia eſt conſcientia motiua adhærens quibuſdam imaginationibus proprij intellectus, contra quam faciens non obligat animam ſuam. Poſtremo habes in puncto opinionum, quòd procedens contra iura propriè non dicitur ſequi ſuam opinionem, ſed ſuam voluntatem. nam voluntas ſumitur pro inſtantia animi non regulati à tramite iuris, opinio verò pro ſua intentione regulata ſecundum iuris terminos, ait Præpo. in cap. iudicet. ij. col. iij. quæſt. vij. vbi vnum ſubdit notandum, quòd iudex in iudicando debet potius ſequi ſuam opinionem à iure informatam, quàm conſilium doctorum in contrarium conſulentium. P.

Iudex non ſit lege clementior. *Triplex eſt conſcientia.* *Voluntas & opinio differunt.*

(*3) Quæ attenduntur, non loquentium auctoritates: vt latè probo in tracta. penſio. parte. iij. q. vj. P.

(*4) Etiam ab eis excuſat conſilium famoſi doctoris. notat Angel. in l. terminato. C. de fruct. & liti. expen. & Panor. in cap. calumniam. in fi. de pœn. meminit Decius in cap. vt debitus nu. 21. de appellat. vbi ſubdit, quòd etiam illud conſilium excuſat iudicem. P. *Opinio famoſi doctoris excuſat ab expẽſis.*

(*5.) Iſtud indiſtinctè eſt verum, quia in matrimonio ſtatur opinioni ſingulari, quando concludit pro matrimonio, ait Hoſtien. in cap. ſi vir. de cog. ſpiri. vbi Panor. & in cap. ſi. in princ. de re iudic. quod placet Fely. in cap. j. ver. tertio limita. de conſti. quem vide poſt alios. P.

Digitized by Google

(*6) Firmat Mar. Mantua. conſil. lxix. nume. 10. & aliqua. & ſi. conſil. clxxxij. nume. 7. quidam Ioannes. P.

Opinio gl. commendatur. (*7) Qua non poteſt haberi melior teſtis in iure poſt textum ait Bald. in cap. j. de natura feudi. & in l. ij. C. de ſent. quæ ſine quan. & in. l. fi. C. de pœna iudic. qui male iudica. hinc idem Bal. in. l. cum hæreditas. C. de epiſc. & cle. inquit, quòd gloſa omnes doctores antecellit, adeò quòd opinio glo. præualet opinioni Innocen. dicit Imol. in cap. paſtoralis. de offic. ord. quod verum, niſi communis opinio ſit in contrarium. Ideo dicit Cuma. in conſil. xl. quidam filio, non eſſe recedendum à gloſa quando eſt roborata auctoritate & opinione multorum. P.

Vltima doctoris opinio eſt tenenda. (*8) Ratio, quia quæ poſteriori aut vltimo loco fiunt aut deducuntur, magis deliberata videntur, inquit Iaſon in conſil. cxxj. col. iij. viſo themate. vol. iiij. qui in l. ſi idem. §. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. ait per illum text. quòd doctoris vltima opinio eſt tenenda, quia videtur per eum approbata, tanquam magis deliberata, vbi Claudius de Seiſſello dicit hoc etiam habere locum ſiue loquamur in legibus, ſiue in ſtatutis, ſiue in glo. & docto. dictis, quod de dictis firmat Calca. in conſil. lxxvj. numero 30. Alia dixi in tracta. penſio. parte j. quæſt. xxxj. vbi vide, prout de alijs vltimo loco factis, concludendo non eſſe curandum de opinione doctoris non deliberata & appenſita, cum viribus dicatur vacua. *Prima opinio mulieris eſt validior.* Excipio tamen opinionem mulieris, nam eius opinio non deliberata eſt validior & ſanior, cum termutetur in hora, & ſolidis conſilijs non ſit apta, ait Iaſon in conſil. lxviij. col. antepenult. viſo themate. volumi. iij. Ideo quicquid mentis impetu tradidit primo, firmius eſt. Ratio varietatis opinionum dici poteſt, quia tempore mutantur homines. Res autem ſemper manent eædem. Etiam quia homines natura ſunt ad diſcutiendum procliues. §. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbit. Probus.

nem ita declarari, vt nulli relinqueretur ambigēdi occaſio [a]: cum decreto ſolēni diffinitum extitit [b] vniuerſale concilium habere auctoritatē immediate à Chriſto, cui [c] quilibet, cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis fuerit, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem eccleſię Dei in capite & in membris, ac pertinentibus ad ea.

Occaſio dicitur, & differt à cauſa. a ¶ Occaſio) Eſt illicita excuſatio, & conſiſtit in facto, cauſa in iure. cauſa infert ſuum cauſatum, occaſio non. not. Hoſtienſ. de maio. & obedien. ſolitæ. Ioan. And. in cap. ſtatutum. de reſcript. in vj. in cap. j. de iureiur. in cap. felicis. de pœ. eodem lib. & occaſio comprehendit omnem cauſam quantumcunque remotiſſimam. C. vt omnes tam ci. l. j. §. nec vllam. l. fi. C. de fur. §. ſed cum. (†)

(†) Pro different. inter cauſ. & occaſio. vide Archid. in c. ſi quis vſuram. xiiij. q. iiij. P.

b ¶ Extitit) Suprà de aucto. ſac. concil. cap. ij.

c ¶ Cui) Concilio generali. Hoc demonſtratiuè tenetur. l. hoc articulo. ff. de hæ-

Digitized by Google

redi.inſtit. & ibi Bart. gloſ. in l. ex hoc iure. de iuſtitia & iure. Bartol. in l. Mæuius §. duobus. ff. de lega. ij. in l. j. ff. de noui operis nun.

a ¶ Vnum) Id eſt ſpeciale. & multis alijs modis capitur. G. in cap. ij. de ſum. tri. Archid. in cap. ſicut. xl. diſtinc.

b ¶ Solicitudine) Prælati debent eſſe ſoliciti (*) de regimine ſubditorum. j. q. iiij. quia præſulatus. xxj. diſtinct. cleros. §. j. cap. ad hæc. de offic. Archid. cle. paſtoralis. in princ. de re iud. cap. ſolicitudinem. de appellat. infra de cau. cap. j. in princ.

(*) Teſtatur Apoſtolus ad Roma. cap. 11. dicens: Qui præeſt præſit in ſolicitudine. &, Sitis in ſolicitudine non pigri. Sola ergo ſuffocans, & à vero rationis tramite deuians ſolicitudo damnatur. Alia autem commendatur, vt in cap. peruenit. xxv. q. v. de qua multi prælati huius tempeſtatis non curant, ſed de ea de qua Matthæi 13. cap. dicitur: Et ſolicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Et hæc non eſt bona, vt etiam ibidem cap. vj. probatur, dum Dominus ait: Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. nónne anima plus eſt quàm eſca, & corpus pluſquam veſtimentum? Hic rurſus ſequitur: Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt, ſcit enim pater veſter quia his omnibus indigetis. P. *Solicitudo commendatur.*

In ſingulis eccleſijs miniſtri inſtituantur idonei, qui virtutibus effulgeant, & ſcientiis. Et hæc eſt ſecunda pars huius decreti P.

Dum autem hæc cura reformandæ eccleſiæ huic ſanctæ vniuerſali ſynodo Baſilienſi incumbit: hoc vnum [a] ſingulari ſolicitudine [b] proſequendum arbitratur, vt per ſingulas [c] eccleſias miniſtri inſtituãtur idonei [d], qui ſciẽtiis

c ¶ Singulas) Concor. cap. j. lxxxix. diſtinct. cap. cum ſingula. de præbend. in vj.

d ¶ Idonei) Cap. graue. cap. extirpandæ. c. ſuper inordinata. c. de multa. de præb. cap. ij. cap. ad decorem. de inſtit. cum ſi. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. inſtituens. vnde cum papa ſcribit pro promouendo, infert clauſulam, ſi dignus repertus. & c. cum adeo. de reſcrip. quæ clauſula ſi non ponatur ſemper intelligitur. ca. cauſam de elect. cle. j. de offic. delega. cum ibi no. cle. j. de. con. præben. no. in ca. mandatum. de reſcrip. & dicit Ioan. And. in dicto cap. cum adeo. quòd ſi papa ſcribit pro notorie indigno, vt ſibi conferatur certum beneficium, ſi eſt tanta indignitas quòd non poſſet fieri ſine peccato, non eſt ei parendum. Panor. ibidem in cap. ſi quando. de reſcr. in dicto ca. graue. quia papa non habet poteſtatem non peccandi. xl. diſt. c. j. & principis mandato contra Deum non eſt obediendum. c. Iulianus. cap. qui reſiſtit. xj. quæſt. iij. Innoc. in c. inquiſitioni. de ſenten. excommunica. in c. paſtoralis. §. quia vero. de offic. deleg. Ioan. de lig. in clem. paſtoralis. de re iudi. Bart. in j. conſti. ff. Arch. j. diſtin. ius ciuile. in ca. non licet. xxij. diſtinct. *Principi quando non ſit obediendum.*

Digitized by Google

& virtutibus † [a] effulgeāt [b], ad Chriſti gloriam & vniuerſi populi Chriſtiani [c] ædificationem † [d] ſalutarem.

Multitudo gratiarum expectatiuarum, grauem perturbationem, variáque diſcrimina ordini & ſtatui eccleſiaſtico ingerit, prout & alia pene infinita mala hic deſcripta. hæc eſt tertia pars huius decreti: Prob.

Cui rei [e] graue impedimētum hactenus afferre viſa eſt gratiarum [f] expectatiuarum.

Homines ſolum propter virtutes ſunt laudandi.

† a ¶ Virtutibus) Propter quas quis eſt laudandus, non propter alia, ſecundum Socratis ſententiam, dicentis, ſi laudas aliquem quia generoſus, eius parentes laudas, ſi quia diues, diuitias laudas: ſi quia formoſus, expecta modicum, & non erit. Si quia virtuoſus, tunc ipſum hominem laudas.

b ¶ Effulgeant) Ca. cum in cunctis. de elec. de æta. & qua. indecorum. inf. de nu. & qua. card. c. j ſup. de elect. c. j. in princ. & in §. deinde. in proœ. §. quibus ad plenum.

c ¶ Aedificationem (*) ſuprà de elec. c. j. in prin. populos enim docēdus eſt. lxij. diſt. docendus. de of. ord. inter cætera. & delinquentes de populo ſunt puniendi: quia aliquando vno peccante deſcendit ira Dei ſuper omnem populum, quando hi qui præſunt, eum non corrigunt. j. q. iiij. §. item peccato Achor. xlv. diſt. ſed illud. vbi tamen totus populus peccat, miſericordia adhibenda eſt. xliiij. diſ. comeſſationes. xxiij. q. iiij. non poteſt. c. ſanè. de temp. or. vbi glo.

Ædificatio in bonum & in malum.

(*) Ad quam vnuſquiſque tenetur: iuxta verbum Apo. ad Roma. 15. c. dicentis: Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem, dicit in bonum, quia alia eſt quæ tēdit ad malum: de qua ſentit idem Apoſt. dum ait: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. De bona autem loquitur ille ad Corinth. 1. cap. 3. Dei ædificatio eſtis. & c. 8. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Et ad Ephe. 2. ca. In Chriſto Ieſu omnis ædificatio conſtructa creſcit in templū ſanctum in domino, in quo & vos ædificamini in tabernaculum Dei in ſpiritu ſancto. Et 1. Theſ. c. 5. Conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. P.

† d ¶ Salutarem) Sic reſultat quòd dignitates & beneficia debent conferri ſecundum merita, ait glo. c. Vulteranæ xij. q. ij. P.

e ¶ Rei) Inſtitutioni miniſtrorum idoneorum in eccleſijs.

f ¶ Gratiarum) Quæ gratis concedi deberent (*) ſi permitteretur: aliàs ſi non gratis dantur, gratiæ non ſunt j. q. j. gratia. vnde Ro. pon. in eis dandis ſe dicit liberalem. c. ſedes. de reſcri. vbi dicit Io. And. quod magna eſt liberalitas ſi pro modico plumbo accipiatur aurum vel argentum, tamen pro ſcriptura ſalarium moderatum dandum eſt, ſuprà de elect. c. j. §. facta. ver. notarijs. quod taxatum eſt in extraua. Io. xxij. cum ad ſacroſanctæ. vbi dicitur, ſcriptura non reddat onuſtum quod liberalitas fecerat gratioſum.

Digitized by Google

(*) Verbum eſt euangelij, quod gratis accepiſtis, gratis date. c. ij. de magiſ. Hinc Apoſt. hoc intuens inquit. Gratis euangelium Dei euangelizaui vobis. 2. Cor. 12. c. quod intellige quando hoc ex officij debito incumbit, ſecus ſi non incumbat: quia dicit ipſe Apoſto. Qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnum ſi metat carnalia: cum nemo cogatur ſuis ſtipendijs militare. c. cum ex officij. de præſcrip. non tamen propterea dicitur gratis non euangelizare, quia expenſarum præceptio non impedit quo minus aliquid dicatur fieri gratis. glo. poſt tex. in c. cum ab omni. de vita & ho. cle. in verbo gratis. P.

multitudo[a], quæ grauem ordini[b] & ſtatui[c] eccleſiaſtico perturbationẽ, variasque inordinationes, ac plurima diſcrimina cõperitur iniecisſe. Ex his[d] enim frequentius[e] dati ſunt ĩ eccleſijs miniſtri †[f]

a ¶ Multitudo) Quæ multum erat oneroſa eccleſijs. ſuprà titu. j. cap. & quia.

b ¶ Ordini) i. gradui vel ſtatui: vt ſi. xxj. diſt. cleros. c. in nouo. iiij. diſ. denique. l. qui indignus. ff. de ſena.

c ¶ Statui) Eccleſia & magiſtratus dicuntur habere ſtatum. ff. de iuſti. & iu. l. j. §. huius ſtudij. l. inter claras. C. de ſum. trini.

d ¶ Ex his) Gratijs expectatiuis. vnde inconuenientia quæ proueniunt ex gratijs expectatiuis num. 14. ſi. & multo plura habes ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. & præſertim. *Gratiæ expectatiuæ multa pariunt incõuenientia.*

e ¶ Frequentius) Aequum fuit ergo huiuſmodi gratias damnare. ff. de legi. nam ad ea. de re. iur. l. ea quæ de re. ſpo. c. j. in vj. cle. j. de exceſ. pręla. & expone frequentius. j. frequenter. Interdum enim comparatiuus ponitur (*) pro poſitiuo. ff. de dam. infe. l. vtique. l. ſi merces. §. qui columnam. ff. lo. C. ſi quis. al. ve. ſi. l. qui aliena. C. de. fur. l. ij. ff. de ne. geſt. l. hæres.

(*) Etiam per poſitiuum exponitur, & id quidem elegantius. l. benignus. ff. de legib. & l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. P.

† f ¶ Miniſtri) i. prælati, quia ſubditis miniſtrant, dicit glo. in c. quia in omnibus. de conſecra. di. v. quorum gloria non eſt æqualis, quia aliqui meliores & doctiores ſunt alijs, prout & prudentiores. ca. cum tantum de conſecra. d. 4. Equidem miniſtrant diuinum cultum ad communem populi ſalutem, & illis à populo neceſſaria vitæ ſubſidia miniſtrantur, ſiue miniſtrari debent, ſicut illa principibus & militibus qui communi inuigilant vtilitati, quod fuit obſeruatum apud gentes, quia illis qui intendebant diuino cultui, à toto populo, vel ab his qui curam habebant communitatis, neceſſaria ipſa miniſtrabantur. ideo ſacerdotes Ægyptij tempore famis vendere ſuas poſſeſſiones non fuerunt compulſi, quia alimenta de publicis horreis eis præbebantur. Gene. c. 42. quod nota contra principes modernos tam laicos quàm eccleſiaſticos, qui fere ſingulis annis nos cogunt non ſolum vendere aut alienare propria, ſed etiam quæ ſunt eccleſijs & pauperibus dicata, vt illis ſoluantur infinita ſubſidia charitatiua appellatiua, quę per nos exactiones vtroque iure dicuntur, quod fit, quia Simon dormit, prout & omnes apoſtoli. j. papa & epiſcopi, loco Simonis & ipſorum apoſtolorum ſubrogati. Defende igitur cauſam noſtram Domine Ieſu Chriſte, qui pauperes facti ſumus nimis. P. *Qui dicantur miniſtri.*

Digitized by Google

a ¶ Non probati) Dicit beatus Ber. ad Euge. papam, probatos eligi oportet, non probandos. fa. c. in Lateranen. de præ cle. dudum. §. ac deinde. de ſepul. vbi Ioan. Andr. (*)

Homo probatus dicitur.

(*) Dicitur enim homo probatus, quaſi promulgatus j. bonæ famæ experimentis firmatus, ait Arch. in c. fi. xxiiij. q. iij. & in c. ſaluator. j. q. iij. generaliter enim dicitur homo probatus, qui bene poteſt docere, inquit tex. in d. c. fi. ideo probus dicitur quaſi proba faciens, vel quaſi probatus. Hinc Apo. ad Rom. c. 16. Salutate Apellem probum in Chriſto. j. probatum. dicit gl. facit verbum Hoſt. in c. fi. col. j. de præſby. non bapti. quod nemo eſt bonus vel probus ſine Deo, & ille ſi male tractetur, vel à principe contemnatur, ſi eſt ſcientificus, cedit in detrimentum bonorum & proborum ac ſcientificorum, dicit Bonifa. in cle. j. num. 8. de hæreti. Probus.

Probus dicitur proba faciens.

nō ꝑbati a, nec cogniti b: vacaturorūque beneficiorū † c expectatio, ſicuti d antiqua iura e teſtantur, occaſionem

Vita promouendi vbi debet inquiri.

b ¶ Nec cogniti) Primum inconueniens. concor. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. & plerunque. incogniti enim non debent promoueri, quia debet prælatus habere notitiam promouendi. c. bonę. ij. §. quia vero. de poſtu. pręla. Io. And. in c. conſtitutis de ap. & ſi eum ignorat, antequam promoueat inquirat de eius vita, literatura & conſeruatione, & alijs qualitatibus requiſitis in loco vbi fuit conuerſatus: quia vbi præſumitur magis notus. c. poſtquam. c. intonuit. de elec. xxiij. diſ. illud xlvij. diſ. de Petro. xxiiij. q. j. pudenda. de præſum. quoſdam. quia talis æſtimationis habetur quis, qualis eſt in ciuitate ſua. ff. de quæſt. l. minore. in fi. & ſi in pluribus locis fuerit conuerſatus, tunc in omnibus eſt inquiſitio facienda. arg. ff. ad mun. l. aſſumptio. §. iuris prudentibus & nemini cito manus imponat. c. qualiter. de elec. c. fi. e. ti. in vj. Chriſtum imitando, qui & ſi conſcientiarum factor & cognitor ſecretorum exiſtat, cum tamen ouium ſuarum curam Petro committeret, indagationem trinam pręmiſit dicens: Si diligis me, paſce oues meas. Io. vol. vj. q. j. imitare. c. ſignificaſti. de ele. Quanta ergo debet prælatus vti inquiſitione ſuper promouendis, quorum conſcientias non videt? ad hoc ſup. de ele. c. j. §. facta. vnde ſi indignum promouerit, pręſumitur (*) ſciuiſſe indignitatem. ff. de confir. tu. l. ſi patronus. vbi Bar. de reg. iur. l. qui cum alio. de ſepa. l. j. §. quęſitum bo. tex. in d. c. innotuit. ibi, nec probare cogimus c. j. vt eccle. bene. ca. quanuis. de regu. iur.

Inquiſitio fiat in loco conuerſationis.

(*) Iſtud habes latiſſimè & in terminis firmatum per nos in tractatu deuolutio. parte ij. q. xxxij. Probus.

† c ¶ Beneficiorum) Quæ apud gentiles vocantur ſacerdotia, vt per multa probat Fernandus Cordubenſis in tract. de Annatis parte 3. incipiente, in contrariam partem. ver. Delinquebant præterea. Probus.

Sicuti ponitur.

d ¶ Sicuti) Exemplificatiuè ponitur. ff. de ædil. edic. l. Pomponius. l. j. de re. di. ſuprà de elec. c. j. in prin. aliquando conditionaliter, aliquando cauſatiue. no. de offi. de leg. quoniam abbas de confir. vti. c. penulti. vbi Panor. & in c. examinata. de verb. ſig. c. abbate. c. ex ore. de priui. Io. And. in c. damnamus. de ſum. tri. in c. j. de ſac. vnc.

e ¶ Iura) c. nullam de con. præb. cap. deteſtanda. c. captandæ. eod. tit. in vj.

Digitized by Google

a ¶ Mortis) Ob quam cauſam pactum de futura ſucceſſione uon valet. l. pactum. C. de col. de quo per doc. in l. fin. C. de pac. Barto. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de ver. obliga. Bald. in cap. fi. de feu. da. in vj. le. con. in cap. ſi mino r. ſi de feu. fu. contro. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de pac. §. ij. docto. in cap. nulla. de conceſſ. præben.

deſiderandæ mortis [a] alienæ præſtare ſolet [b], quod plurimum præiudicat animarum [c] ſaluti. Sed [d] & inſuper lites [e] innumeræ & conten-

b ¶ Solet) Attendendum (*) eſt quod ſolet fieri. ff. de pig. ac. l. vel vniuerſorum. de vſu. l. qui ſemiſſes. §. j. de his qui no. infa. l. qui liberorum. in princi. de nego. geſt. l. ſi negocia. j. q. j. iudices. vbi Archi. de cele. miſ. cum Marthæ. §. cæterum. vbi glo. ca. illo vos de pigno. cum ibi no. de offic. de leg. prudentiam. j. reſpon. & hic eſt ſecundum inconueniens. ſi ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum ver. cæterum. *Quod fieri ſolet.*

(*) No. Roma. in con. cxiiij. col. ij. viſis. vbi ait quòd in generali mandato veniunt ea quæ ſunt de conſuetudine contrahentium. l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. actio. l. qui ſemiſſes. §. vlt. ff. de verbo. ſignifica. l. j. de paſc. publi. libr. xj. C. vel de conſuetudine ciuitatis. Bar. in l. ſi fraudator. ff. de his quæ in fraudem credit. Bal. in l. j. C. ſi propter public. penſita. per. l. miſſi. de exacto trib. libro. x. C. Et tacitè venire videtur in diſpoſitione vel conuentione, quod eſt fieri conſuetum. not. do. de Rota in cauſa. xxiiij col. ij. die Mercurij. glo. pe. in l. iiij. ff. de leg. commiſ. Accedat dictum Bald. in l. ſi certis annis. col. iiij. C. ſi certum peta. vbi ait, quod conceſſio facta præſumitur, prout erat fieri ſolita in vnam perſonam vel plures. Et dic ſolitum etiam ſemel tantum. nam etiam ex vnico actu quis dicitur ſolitus. l. Mela. §. j. vbi Bar. ff. de alimen. & cibar. lega. Angel. in l. j. C. quomodo & quando iudex. Et ſecundum Bonifacium in clem. j. in vj. not. de cenſib. illud dicitur ſolitum, quod eſt ab ipſo exordio inſtitutum, vel ex poſt facto conſtitutum & obſeruatum longo tempore idoneo ad præſcriptionem. cap. cum de beneficio. de præbend. in vj. Probus. *Solita tacite intelliguntur dicta.* *Solitum quid dicatur.*

c ¶ Animarum) Quarum maxima cura habenda eſt. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. ſic dimittitur. cum ibi no.

d ¶ Sed) Superabundat. capitu. ſed nec cleri. vel mona. capitu. j. de ſucceſſ. ab inteſta.

e ¶ Lites) Ad quas ſopiendas debet elaborare (†) bonus iudex. cap. finem. de dolo & contuma. de re iudica. iurgantium. de appella. cordi. in vj. *Lites ſunt ſopiendæ.*

(†) Et laborando potius facere liberationem quàm condemnationem, quia pro liberatione animus iudicantis ſemper inclinare debet. Bald. in l. precibus. C. de impuber. & alijs ſubſti. Facit verbum Decii in capitu. j. colum. fina. de conſtitu. quòd in materia criminali eligenda eſt opinio quæ fauet liberationi, etiam ſi eſſet ſingularis, præſertim ſi pro illa opinione ſint meliores rationes & fundamenta, cap. capellanus. de feriis. l. j. §. ſed neque. C. de veteri iure enuclean. Et attendat ipſe iudex habere duo, primum videlicet ſalem ſcientiæ, aliàs eius ſententia eſt *Animus iudicis ſit pro liberatione.* *Iudex habeat duos ſales.*

Digitized by Google

inſipida. Secundum ſalem conſcientiæ, aliàs eſt diabolica. Bald. in l. ij. C. de ſenten. ex periculo reci. Etiam habere notitiam boni & æqui. l. j. in princi. ff. de iuſti. & iur. etiam ſeparare iniquum ab æquo, propter quod iudex ſacerdos vocatur. d. l. j. Probus.

tiones inter ſeruos [a] Dei excitantur [b], rancores [c] & iurgia [d]

Clerici dicuntur ſerui Chriſti. a ¶ Seruos Dei) Id eſt clericos qui ſunt ad obſequium Chriſti vocati. xxj. diſtinct. clericos. xciij. diſtinct. diaconi ſunt. cap. cum ſecundum. de præbend. liiij. diſtinct. multos. tamen omnes Dei ſerui ſunt. Vnde papa ex humilitate ſe ſeruum ſeruorum (*) Dei appellat, & religioſi per excellentiam appellantur ſerui Dei. ca. j. de ſynd. Et dicit beata Agatha, ſumma ingenuitas eſt in qua Chriſti ſeruitus comprobatur.

(*) Iſtud firmo latè apud Ioan. mona. in proœ. Bonif. col. ij. P.

b ¶ Excitantur.) iij. cum tamen deberent à ſtrepitu cauſarum quieſcere. de ſynd. c. j. vnde litigioſi prohibentur (*) promoueri. xlvj. diſtinct. per totum.

(*) Quod latè probo in ſcala beneficiali, parte j. arti. litigioſus. Pericula autem litis dixi in tract. penſionum, prælud. vj. Probus.

c ¶ Rancores) Id eſt odia, quæ retinens contra proximum peccat mortaliter. peccatum enim mortale eſt quod contrariatur charitati, per quam vita eſt ſpiritualis. charitate autem diligitur Deus & proximus. Matth. 19. Luc. 10. de pœni. diſtinct. ij. *Dilectio Dei dicitur* charitas. Dilectio autem Dei (*) eſt vt eius mandatis obediatur. dicitur enim, Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Ideo non eſſe obedientem præceptis Dei, eſt peccatum mortale, quaſi dilectioni contrarium. no. Henri. in c. j. de rap. vnde rancorem ſiue odium in affectu offenſus debet ſtatim remittere. Matth. 18. cap. fi. de pœ. diſ. v. xc. diſt. ſi quis contriſtatus. ſed non tenetur ſibi remittere ſignum rancoris in effectu, id eſt ei oſtendere ſignum amicitiæ & dilectionis: niſi pœnitenti & parato emendare. ſic intelligi- *Iniuria ſatisfactionẽ quis remittere non tenetur.* tur Lucæ 17. Si peccauerit in te frater tuus, & conuerſus fuerit ad te, dicens: pœnitet me, dimitte illi. Satisfactionem autem iniuriæ non tenetur remittere. xiij. q. v. de occidendis. not. glo. & docto. in ca. j. de maleſi. Io. And. in c. ij. de homic. in vj. Specu. ti. de treuga & pace. Anto. in ſecunda parte ſummæ. tit. viij. c. iij. §. vj. Bart. in. l. non ſolum ff. de iniurijs. in l. ſi tibi. §. j. ff. de pact. vbi dicit quod ſi infirmus dicat ſacerdoti, remitto iniuriam mihi illatam per talem: cenſetur remiſiſſe odium, & non ſatisfactionem iniuriæ. no. Panor. in d. c. j. ſic ſol. q. in glo. fi. inſti. de iniur. Ioan And. in addi. Specu. tit. de inſtru. edi. §. nunc autem aliqua. ver. item pone.

(*) Etiam dicitur honorabilis ſapientia, Eccleſiaſti. c. 1. Et timor Dei initium dilectionis eius. c. 25. Cuius ſpiritum dedit Deus, dicente Apoſtolo. 2. ad Timo. 1. Non dedit Deus nobis ſpiritum timoris, ſed virtutis, dilectionis & ſobrietatis. P.

Iurgium dicitur. d ¶ Iurgia (*1) quaſi iuris garrium dicitur iurgium, eo quòd hi qui cauſam agunt, iure diſceptant. cap. forus. de verb. ſigni. (*2) & appellatione iurgiorum minores cauſæ continentur. cap. ad hæc. de offic. Archi. Aliquando tamen latè pro omni controuerſia. c. ij. de re iudicata.

(*1) Quæ inter ſuperbos ſemper ſunt, Prouerbio. cap. 13. vbi. c. 17. dicitur, Semper

Digitized by Google

per iurgia quærit malus. Angelus autem crudelis mittitur contra eum, id eſt diabolus qui à domino contra peccatores mittitur, vt in præſenti eos affligat: & ita ſit eis temporale ſupplicium, & æterni futuri principium, cap. ſunt plures, ver. fi. & ſequ. de pœniten. diſtin. iij. A quibus autem procedant iurgia, dic quòd à ſuſurronibus, iuxta verbum Sapien. Prouerb. ca. 26. Suſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt, qui cap. 28. inquit. Qui ſe iactat, & dilatat, iurgia concitat. Fuge ergo iurgia, quia etiam ibi ca. 17. legitur quòd melior eſt buccella panis cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio, & aliud 6. ca. Homo apoſtata vir inutilis omni tempore iurgia ſeminat. P. *Iurgia reprobantur.* *Iurgia à quibus procedant.*

nutriũtur [a], pluralitatis [b] be-

(* 2) Hinc tex. in c. ij. de re iudica. iurgantium controuerſias celeri ſententia terminare, & æquitati conuenit & rigori. P.

a ¶ Nutriuntur) iij. inconueniens.

b ¶ Pluralitatis) quæ inimica eſt canonibus, de præb. quia in tantum, de ea tractatur in iure in pluribus locis, in c. ſanctorum, lxx. diſt. c. j. xxj. q. j. ca. dudum, ij. de elect. vbi Innocen. Idem in c. cum iam dudum, de præbend. vbi moder. Roſ. titu. de præbend. Spec. titu. de leg. §. videndum, §. illud autem. Innocen. in cap. fi. de cler. non reſiden. Guliel. & Moder. in cle. gratiæ, de reſcrip. Ioand. And. & alij in c. gratia, eo. titu. in vj. Guliel. in extrauag. Io. xxij. execrabilis. Henri. in c. de multa, de præbend. Panorm. in rep. cap. extirpandæ, §. qui verò, de præbend. Ioan. de Lign. in tract. de plura. benefi. (* 1) Et dicit quòd de iure communi quis nõ poteſt habere titulata, quorum vnum ſit ſufficiens ad ſui ſtatus ſuſtentationẽ. De Epiſcopatibus & ſuperioribus clare patet de elect. cum in cunctis, capitu. ſicut vnire, de exceſ. præla. de tranſla. præla. per totum, de dignitatibus inferioribus & curatis, in diſtinct. c. de multa, in diſtinct. extrauagan. execrabilis, in clemen. j. de offi. vica. de regularibus, de præbend. cum ſingula. in vj. in clemen. j. de ſup. negli. præla. De ſecularibus ſimplicibus in vna eadémque Eccleſia, patet quòd non poteſt quis habere duos titulos vniformes & difformes in eadem Eccleſia cap. literas, de conceſ. præbend. c. j. de conſue. in vj. cle. fi. de præbend. Et de aliis beneficiis ſimplicibus conſtat: quia propter officium datur beneficium, lxxxix. diſtinct. cap. j. d. ca. j. de conſue. cap. fi. de reſcrip. in vj. inde quilibet titulus requirit reſidentiam perſonalem, de celeb. miſſa. cap. j. quia nonnulli, & quaſi per totum, de cleri. non reſident. not. ſupra in procem. §. quibus ad plenum, ver. & plerunque. Impoſſibile autem eſt aliquem reſidere in pluribus locis, tex. ſunt expreſſi generaliter loquentes in dicto cap. ſanctorum, in diſtinct. cap. xxj. quæſt. j. vbi ponuntur tres rationes (* 2) cum ſi, ſingula namque beneficia ſunt ſingulis committenda perſonis, dicto cap. cum ſingula, ſuprà ver. dum autem, & vix ſufficit vnus vni bene deſeruire, dicto cap. quia nonnulli. Idem reperitur in honoribus & militiis ſecularibus, duos enim honores ſimul quis capere non poteſt, ff. ad municipa. libertus, §. præſcriptio, C. de aſſeſ. l. fi. de poſtul. quiſquis, de proxi. ſa. ſcrinio, l. hac parte lib. xij. de ho. & mu. non con. l. j. lib. x. præſertim vbi per actum vnius impeditur exercitium alterius, facit quod not. in l. à decurionatu, ff. de va. mu. nec duo officia, quod ſi acceptet, caret acceptato: & priuatur ſalario primi, caſus eſt ſingu. in l. quiſquis, C. de cohor. lib. xij. vbi Bar. per Bald. in l. j. C. de noua, C. comm. nec duas militias, C. qui mi. *Pluralitas beneficiorũ eſt canonibus inimica.* *Beneficia ſingula ſingulis perſonis ſunt cõmittenda.*

Digitized by Google

Beneficia quædã ſunt quæ reſidentiam nõ requirunt.

poſ.l.his quidem,§.in poſterum,lib.xij.nec duobus collegiis ſimul ſocia. ff. de colle. illi.l.j.§. vltimo. De conſuetudine autem quis habet plura beneficia ſimplicia non requirentia reſidentiam continuam (*3) de conſuetudine vel ſtatuto Eccleſiæ: & excuſat huiuſmodi conſuetudo quo ad Eccleſiam militantem, vt vides ad oculum, facit dictum ca.cum iam dudum,& quo ad Deum: dummodo ille qui pluralis eſt in talibus beneficiis,ſit dignus,prouidus & literatus iuxta qualitatẽ beneficij: ita quòd illa idoneitas induceret ad diſpenſationem, tantum enim operatur conſuetudo quãtum diſpenſatio.Si autem non eſt idoneus prædicto modo,conſuetudo non excuſat (*4) quo ad Deum à peccato: quia eſſet contra ius & irrationabilis,reipublicæ cõtraria,ideo non excuſat,viij. diſtinct. mala conſuetudo,& quaſi per totum cap. fina. de conſue.Et ſicut iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis,xxij. quæſt.iiij. inter cætera,cap.quanto,de iureiuran.ſic nec conſuetudo,ca.ex parte, de conſuetud. Etiam vbi eſſet nimia pluralitas præbendarum, beneficiorum, conſuetudo non excuſaret,not.Innocen.in dicto capitu.cum iamdudum,glo.in dicto capi.dudum,quę vult quòd peccat mortaliter tenens plura beneficia ſimplicia: quorum alterum per ſe ſibi ſufficit, quod limita vbi eſſet nimia pluralitas, vel vt ibi dicit Panor: quando quis ſibi lucrifaceret fructus ad vtilitatem priuatam: & ad augendum patrimonium, ad iſtum enim effectum non valeret,cum eſſet irrationabilis,cap. nulla ratio, cum ibi not.de præbend.xciij.diſtinct.diaconi,& contra officium pietatis,capitu.finali.xvj. quæſt.j.vnde iura quæ videntur innuere in hoc valere conſuetudinem: ſeu vt verius (*5) dicam,glo.& doctores,intellige quando conſuetudo diſponit ſolum circa potentiam retinendi plura beneficia ſimplicia ſine nimia multitudine, ſecus ſi diſponeret vt pro libito voluntatis poſſet habere quod vellet, aut diſponere de fructibus illorum. Panor.in c.cum Eccleſiaſticæ, de excep. nec in caſibus prædictis valeret diſpenſatio quo ad Deum: & in foro conſcientiæ,niſi fuerit facta ex iuſta & rationabili cauſa,bona glo.in c.non eſt,de vo.in c.quanto,de iureiuran.ad hoc.c.is qui præeſt. xj.q.iij.no.Innoc.de renun.cum inter,de Ancho.in repe.c.j.de conſti.Archi.xij.diſt. c.j.vbi dicit poſt B.Tho.bona Eccleſiæ eſſe in poteſtate Papæ,vt adminiſtratoris,nec autem habet verum dominium vel veram poſſeſſionem illorum, (*6) hæc enim Dei ſunt,c.cum ex eo.de elect. in vj. non poteſt Papa ea ſine cauſa legitima alienare, not.Archi.in c.non liceat,xij.quæſt.ij. Panor. conſi. xiij. ita nec alij dare poteſtatem male adminiſtrandi,argu. c. nuper. de do. poſt diuor. re. nam debet fieri diſpenſatio non propter bonum priuatum: ſed qui diſpenſat, debet habere intuitum boni publici,vtilitatem ſcilicet vel (*7) neceſſitatem Eccleſiarum, vij. quæſt.j.ſcias,j. q.vij. §.niſi rigor.cap.in cauſis,de re iud. c.expoſuiſti, de præbend. aut propter euidentem prærogatiuam perſonæ,dicto c.de multa, aliàs ſi fieret ſine cauſa legitima, non eſſet diſpẽſatio,ſed diſſipatio: mutato nomine,ſicut in fi.dicit tex.in c. poſtquã,xiij.q.ij. not.Ioan.Andr.& alij in cap.de multa.Ioan.Andr.in capitu.ſi quando,de reſcriptis, doct.in capitu.quia intantum,in capitu.ad hæc,de præbend.in capitu. per venerabilem,qui fil.ſunt legitimi, debet enim Papa eſſe diligens paterfamilias: & cum gerat vicem Dei in terris, debet ſe conformare quantum poteſt voluntati diuinæ, capitu. vt noſtrum,vt Eccle.bene.Card.in clemen.j. de pœniten. & remiſ. Vbi dicit beatus Bernard. quòd fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam

Beneficia plura etiam ſimplicia tenere periculoſum eſt.

Papa eſt adminiſtrator bonorum Eccleſiæ.

Digitized by Google

ſuam: ita tantum nouit vſurpare diſpenſationem: vnde bonam ſperat habere recompenſationem, ideo diſpenſator debet habere præ ſe rationem boni communis, aliàs eſſet diſſipator, & infideliter ageret contra decretum Apoſtoli dicentis, diſpenſatio mihi credita eſt: hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Ber. ad Eugenium Papam: Non prohibeo diſpenſare: ſed diſſipare, non ſum tam rudis vt ignorem vos poſitos diſpenſatores: ſed ad ædificationem, non ad deſtructionem. Deinde quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt, vbi vtilitas prouocat, laudabilis diſpenſatio. Vtilitas dico communis (*8) non propria, nam cum nihil horum eſt, non fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Et dicit Panor. in d. §. qui verò, in cap. conquerente, de cleri. non reſiden. quòd diſpenſatus propter diſpenſationem non excuſatur quo ad Deum, ſi fructus qui ſuperſunt non conuertat in pias cauſas. Videas ergo qui plura poſſides beneficia ex diſpenſatione, ſi tibi aſſint cauſæ requiſitæ ad diſpenſationem. Alioqui timendum eſt tibi in foro conſcientiæ, vt non valeat tibi diſpenſatio prodeſſe, nam in decreto de multa, inſcriptum eſt quòd Papa diſpenſat vt quis habeat plura beneficia: ſed conuenienter additur hæc not. clauſula, cum ratio poſtulauerit, ibi, circa ſublimes, &c. Quæ autem ratio poſtulat vt vnus habeat in Eccleſia tot præbendas, tot beneficia ſufficientia: vnde tres vel quatuor ſacerdotes ſeu forte plures honeſtè & commodè poſſent ſuſtentari? vtique non apparet rationabile, (*9) ad hoc bo. tex. in capitu. diaconi ſunt, xciij. diſtinct. propter hoc enim fuerunt data bona Eccleſiis, & adminiſtratio Epiſcopis, & aliis prælatis conceſſa, vt nullus in Eccleſia penuriam patiatur, xij. quæſtione prima, capit. videntes, capitul. ex his, cap. Epiſcopus, ideo hanc multitudinem abhorrent iura, dicto capit. quia nonnulli, d. extrauag. execrabilis, vbi ponuntur, xj. inconuenientia quæ proueniunt ex iſta pluralitate beneficiorum, quę in effectu enumerat Panor. in d. §. qui verò, vbi dicit quod ſola reſidentia nõ eſt cauſa prohibendæ accumulationis beneficiorum, ſed ambitio, & quia occupat ſtipendia pauperum (*10) contra intentionem fundatorum, qui propter officium fundauerunt beneficium: & vt fructus ſupereſſentes in pias cauſas elargirentur, impotentia pluribus deſeruiendi præſtatur materia diſſolutionis & vagationis tam in veſtibus quam in moribus, (*11) iuxta illud Pſal. Procedit ex adipe iniquitas. Et propter periculum animarum, vnde dicit Hoſtien. in cap. cum ſuper, de cauſa poſ. & proprie, quòd diſpenſationes conceſſæ ſuper beneficiorum multitudine, ſunt odioſæ & reſtringendæ, (*12) Compoſ. in capitu. cauſamque, de reſcript. in dicto c. dudum, ad hoc capitu. j. & ij. de fil. preſby. in vj. capit. non poteſt, de præbend. eodem lib. fa. quia illud quod poteſt fieri per diſpenſationem, cenſetur impoſſibile, (*13) not. Innoc. in c. paſtoralis, de cau. poſſ. & propric. Io. And. in c. poteſt, de regul. iur. in vj. not. l. in poſtquam, C. de pac. in l. cõtinuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. Bart. in l. apud Iulianum, ff. de leg. j. Panor. in ca. ex parte de reſti. ſpol. doct. in c. ſuper eo. de con. ap. ideo non debet facilè dari ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſatio. nam & licet Papa de plenitudine poteſtatis poſſet indifferenter diſpenſare: de poteſtate tamen ordinata non debet, ar. l. digna vox, C. de legib. ij. q. vij. nos ſi incompetenter, vnde omnis indecentia in principe eſt impoſſibilis: ſaltem moris, not. Archid. in c. ſuper eo. de hæret. in vj. Henri. in c. nulla, de conceſ. præ-

Diſpenſatio an excuſet quo ad Deum.

Beneficiorũ multitudo producit 11. incõuenientia.

Digitized by Google

ben. & valde iniquum & iniuſtum eſt vt multi eſuriant forte meliores, & vnus forte ebrius, vilis in verbo, & peſſimus in exemplo abundet, æqua nempe debet fieri diſtributio attenta qualitate (* 14) perſonarum, cap. j. de ma. & obed. ca. cum omnes, de conſtit. Vnde ob huiuſmodi pluralitatem dicit quidam ſanctus doc. quòd medietas miniſtrorum Dei eſt quaſi reſecata per hoc genus auaritiæ, quòd vnus plura beneficia ſufficientia permittitur habere: ſi enim cuilibet beneficio permitteretur dari ſuus poſſeſſor, numerus ſeruorum Dei eſſet duplex, qui modo eſt ſimplex, fa. quod not. Ioan. And. in q. mer. in cap. quæ contra iura. de reg. iur. in vj. Henri. in cap. ſicut vnire. de exceſſ. prælato. & tam magna multitudo ſacerdotum & literatorum (* 15) virorum bonæ famæ abunde ſuſtentaretur, qui propemodum in opprobrium cleri mendicant. Sequere ergo conſilium tantorum virorum qui tot beneficia coadunas, & Ber. in Epiſtola quam ſcripſit Roberto ſuo cognato & monacho, qui de licentia domini Papæ relicto rigoroſiori Ciſtertien. ordine, Cluniacen. ordinem introiuit latiorem, Non tibi fruſtra quis blandiatur de diſpenſatione apoſtolica, cuius conſcientiam diuina ſententia tenet ligatam, & Henric. de Ganda. ij. quoli. quæſt. xvij. alleg. gloſ. ſuper dicto ca. non eſt. dicit. Non eſt ſecurus quo ad Deum, cum quo Papa diſpenſat, niſi ſubſit cauſa diſpenſandi. Henri. in cap. j. de vo. quis enim neſciat quòd ſæpe Papa per falſas rationes decipitur? cap. ſuper literis, de reſcrip. cum ſi. aliquando immo ſæpiſſimè precum importuna inſtantia vincitur, C. de pe. bo. ſub. l. j. lib. x. cap. deteſtanda. de con. præb. in vj. de reſcrip. quia per ambitioſam, eod. lib. d. extrauag. execrabilis, in princ. & forte ſecundum affectiones interdum facit: quia homo eſt peccabilis, & licet habeat plenitudinem poteſtatis quantum ad Eccleſiaſtica bona temporalia & ſpiritualia: non tamen habeat illam vt dominus, ſed vt miniſter, & diſpenſator principalis domini, ſcilicet Chriſti, qui eſt dominus bonorum Eccleſiaſticorum, ca. non licet Papæ, cap. prædia. xij. q. ij. & licet omnia ſint eius: iſta tamen ſpecialis, ar. j. q. iij. ſaluator. xvj. q. j. in canonibus, d. cap. cum ex eo. vbi Ioan. And. & Innocen. & alij in d. cap. cum ſuper. gloſ. & Henri. in cap. cauſa. de ver. ſigni. Hoſtien. & Ioan. And. in cap. cum veniſſent. de iudi. & refert Henri. vbi ſuprà illud Bernard. ad Eugenium Papam. Conſideres ſanctam Romanam Eccleſiam cui auctore Deo præes, omnium Eccleſiarum eſſe matrem, non dominam, te vero non Epiſcoporum eſſe dominum: ſed vnum ex ipſis, ad hoc. vij. q. j. mutationes. Archid. in cap. j. de ſumma trinit. lib. vj. facit quod not. x. diſtinct. cap. j. xxij. diſtincti. cap. j. quòd Papa ſine cauſa non poteſt auferre (*16) bona vnius Eccleſiæ & dare alteri. quod not. Paul. de Lig. in clemen. j. de ſumma trinit. nec etiam tibi blandiaris de commenda cauſa legitima ceſſante. Nam commendæ beneficiorum ſine iuſta cauſa vtilitatis vel neceſſitatis Eccleſiarum fieri non debent. cap. nemo. de elect. in vj. non pro libito voluntatis. Et cum beneficia regularia ſint deſtinata religioſis qui regulam ſciant, & obſeruent, non debent transferri ad vſus ſecularium, qui ſunt diſciplinæ regularis expertes. (* 17) ad hoc. l. j. cum ibi not. ff. de admi. re. ad. ci. per. de. quia contingit. circa prin. de relig. domi. vbi poſſunt inueniri boni religioſi. de religio. do. inter quatuor. de rebus eccleſ. non alie. poſſeſſiones. Vnde quidam bonus Epiſcopus Pariſien. cum ſibi offerretur abbatia, abſit, inquit, quòd habeam cum ſponſa concubinam, & Paul. ij. cum pro filio regis ſibi ſupplica-

Commēdæ non fiunt ſine cauſa.

Digitized by Google

retur vt duos Epiſcopatus concederet, tertiam inquit, ſi eſſet filius Dei, non concederem: abſit vt in Eccleſia Dei ponam bigamiam, & Innocen. vj. ſuo tempore omnes commendas reuocauit. in extraua. eiuſdem quæ incipit: paſtoris, vbi habetur quòd occaſione huiuſmodi commendarum, ſicut experientia docet, vt plurimum diuinus cultus minuitur, animarum in eis quibus imminet cura negligitur, hoſpitalitas conſueta etiam debita non ſeruatur: ruinis ædificia patent: ipſorumque iura in ſpiritualibus & temporalibus collabuntur. Et quanuis Papa non habeat ſuperiorem in terris: illum tamen habet in cælis, ideo diſpenſatio bonorum Eccleſiaſticorum non debet ab eo fieri niſi in illis caſibus in quibus veriſimiliter apparet quòd dominus eorum Chriſtus conſenſum adhiberet, vt poteſtas ſub ratione reſtringatur, xj. q. iij. illa. xij. diſtinct. cap. j. not. Cardina. in extrauag. Bonifac. viij. antiquorum, in extrauag. rem non nouam. Hoſtien. in ſum. titu. de pœniten. & remiſ. aliàs eſt ſub rub. de diſp. §. qualiter autem. Et debet reſpicere ad tria, ſcilicet quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum neceſſitatem, vel vtilitatem, cap. magnæ, §. & quidem tria. de voto. vnde optime dicit Henri. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monac. quòd diſpenſatio Papæ quæ fit contra ius poſitiuum fundatum ſuper aliqua ratione naturali: vt ſi Papa diſpenſaret cum indigno totaliter, quòd haberent beneficium Eccleſiaſticum, contra cap. nihil. de electio. cap. graue. de præben. cap. indecorum, de æta. & qualit. non excuſat quo ad Eccleſiam triumphantem facta ſine cauſa, propter ver. cum ratio poſtulauerit, poſitum in d. c. de multa. Henri. in cap. propoſuit, de conceſ. præb. Panor. in d. cap. non eſt. in cap. à nobis, de deci. ſatis poteſt colligi ex di. extra. execrabilis, in princi. Secus in diſpenſatione quæ fit contra ius poſitiuum voluntarium, non fundatum ſuper aliqua ratione naturali: puta ſi diſpenſet cum aliquo maiore, xxiij. annis qui nondum compleuit, xxiiij. annum, quòd poſſit ad ſacerdotium promoueri contra cle. generalem de æta. & qualit. tunc enim credit Henri. veram Innocen. opi. qui dicit in d. cap. cum ad monaſterium, quòd Papa poteſt diſpenſare ſine cauſa contra ius poſitiuum, & per prædicta limita opi. Floren. in d. cle. gratiæ, vbi concludit non eſſe peccatum obtinere plura beneficia ſufficientia cum diſpenſatione, vnum eſt quòd etiam poſita per poſſibile diſpenſatione Papæ ad omnem nutum tuum adhuc tua ambitio non euaſit periculum, nec tu inde reportabis profectum in foro conſcientiæ, ſi tu propter neceſſitatem aut iuſtam cauſam tali te ſubmitteres diſpenſationi. Hinc ſancta Clara reſpondit quibuſdam fratribus minoribus qui priuilegia relaxationis regulæ impetrauerant. Volo, inquit, abſolui à Papa à peccatis meis: non ab obſeruantiis regulæ & conſiliis Ieſu Chriſti. Et quòd diſpenſatio facta ſine cauſa non teneat in foro conſcientiæ, non eſt ex defectu poteſtatis diſpenſatiuæ Papæ in ſe, quæ plenè reſidet apud Papam: ſed ex defectu voluntatis: (*18) quia fuit per importunitatem, ſurreptionem vel obreptionem inductus ad diſpenſandum: ſicut in ſi. dicit Bald. in l. reſcripta. C. de prec. imper. offer. & ex parte tui qui non es qualificatus prædictis circunſtantiis quæ requiruntur ad diſpenſationẽ: ideo nõ es eius capax: & ſi te non moueant rationes: ſaltem terreant exempla. (*19) quæ vide in vita Chriſti. parte ij. cap. vij. Guiller. Pariſien. in tracta. de collat. beneficiorum. Cantuarien. in faſcic. tem. in li. l. de vi. & vir. ill. Ep[...]apum.

Bigamia non ſit in Eccleſia.

Eccleſiæ bona diſpenſentur ſecundum quod placere Chriſto præſumitur.

Diſpenſans tria cõſideret.

Diſpenſatio ſine cauſa eſt periculoſa.

Digitized by Google

(* 1) Et moderni per nos in tract. noſtro diſpenſatio. vbi formam diſpenſationis pro themate ſumptam ad verbum examinamus. Etiam in ſcala beneficiali, parte j. ar. Pluralis in dignitatibus aut beneficiis. P.

(* 2) Quas & alias latè habes diſcuſſas, & iuribus ac rationibus firmatas per nos in tract. diſpen. memb. v. parte iij. P.

Effrenata multitudo beneficiorũ ſimplicium eſt damnata.

(* 3) An illa operetur incompatibilitatis qualitatem, multæ ſunt opiniones, de quibus per nos in tracta. penſio. memb. v. parte iij. nume. 51. P.

(* 4) Equidem non excuſat, quando quis effrenatam beneficiorum ſimplicium pluralitatem obtinet, cum conſuetudo non plus operetur quàm lex mortua, vel viua, quæ non permittit ex ſua diſpenſatione illam, aliàs non eſſet diſpenſatio dicta prouida iuris communis relaxatio: vt dixi in tracta. diſpenſa. mem. v. parte iij. ideo non plus operatur conſuetudo quàm ius commune, vt ibidem probo memb. ix. nu. 51. Probus.

(* 5) Quia non reperitur text. qui diſponat pluralitatem beneficiorum eſſe permiſſam, bene tamen qui hoc enuntiat, notat Hoſtien. in cap. dudum, ij. col. xiij. de elect. vbi Panor. nu. 24. & in cap. cum non ignores, not. ij. de præbend. & idem in cap. cum iamdudum, col. iij. eod. tit. vbi Car. q. ij. docto. poſt text. in cap. ad hæc. illo tit. Probus.

(* 6) Iſtud firmo latè in tracta. penſio. parte j. q. xix. & latius in tracta. deuolu. parte x. quæſtio. xxij. Probus.

(* 8) Et illa non eſt ſtricti iuris, vt probo in tracta. diſpenſat. xj. memb. parte j. nu. 64. vbi dico quòd illa debet fieri motu proprio, quod etiam ibi nu. 61. firmo. illa autem quæ facta eſt ad inſtantiam, dicitur eſſe ſtricti iuris, ſiue ſtrictè interpretanda, vt ibi nume. 65. Probus.

(* 9) Et minus, quod clericus ſecularis, etiam minoris ætatis, tres vel quatuor dignitates in commendam, vel verius in commedendam obtineat abbatiales: prout & quod Epiſcopus tribus vel quatuor Epiſcopatibus præſit cum dignitate cardinalatus, cum quilibet illorum continuam requirat reſidentiam in Eccleſia, non in principis ſecularis curia, cum effrenata familiarium barbatorum multitudine, & non minima pecuniarum exburſatione, & laſciuia. Qui habet aures audiendi, audiat, inquit dominus Ieſus Chriſtus, Lucæ 8. cap. & ad iudicium diuinum ſubeundum ſe præparet ſecundum illius miſericordiam, aut legis dictamen, vnum tamen tibi dico, ſecurius eſſe legis dictamen obſeruare, quàm periculo ſe ſubmittere, fac igitur vt te non pœniteat, & melius tibi eſſe poterit in die illa tremenda, quando cæli mouendi ſunt & terra. Noli, inquam, amare periculum, ne pereas in eodem. Eccleſ. cap. 3. Probus.

Attendant hic prælati.

(* 10) Etiam pauperes clericos moleſtat. notat poſt text. dominus meus de Ripa in ca. ad aures, not. v. de reſc. ſubdens poſt Anton. quòd iſta eſt ratio quare prohibeatur pluralitas beneficiorum in eodem, & ſecundum Panormit. in cap. extirpandæ, §. quia verò, col. xj. de præbend. quòd pluralitas nullo caſu reperitur de iure permiſſa, dixi. v. in additio. Si modo quærit aliud beneficium habere dicitur victum aliorum quærere, prout & cultus diuini diminutionem, cum tot ſint inſtituendi, quot ex redditibus viuere poſſunt, ca. ij. de inſtit. ideo retinens plura bene-

Digitized by Google

ſicia in caſu non permiſſo, continuè eſt in peccato, ſecundum Panor. in ca. iij. poſt Hoſtien. de exceptio.

(*11) Iſta his temporibus in factis ſunt frequentia, & barbæ oblongæ delationis cauſa, prout & habituum ſericorum more militum, bipartitorum quoque, fraudationis alimoniæ pauperum ac cultus diuini, & perditionis rerũ Eccleſiarum ratio. P.

(*12) Non tamen intelligas de diſpenſatione in corpore iuris clauſa, quia illa non eſt ſtricti iuris, vt probo in tracta. diſpen. vj. memb. parte j. nu. 99. Probus.

neficiorum fouetur [a] ambi-

(*13) Iſtud firmo in tract. diſpenſ. v. memb. parte j. nu. 39. Probus.

(*14) Quæ ſi non attenderetur, non eſſet æqualitas: nam dicunt Ioan. And. & Anto. in cap. de multa. de præbend. quòd non dicitur acceptio perſonarum ſi magis prouidetur literato quàm illiterato: ideo ſubdit ibi idem Anton. quòd non eſt diſparitas ſi maioribus virtutibus imbuti melius præmientur & ſtipendientur. Nam plus prodeſt vnus bonus literatus decem Eccleſiis, quàm decem miniſtri illiterati vni Eccleſiæ, dicunt Hoſtien. Innoc. & communiter alij docto. in cap. cum iam dudum, de præben. idem Hoſtien. in cap. graue, col. ij. eo. tit. & Panor. in ca. extirpandæ, in repet. §. qua vero. nu. 27. eod. tit. P.

(*15) In diſpenſa. enim maior habetur ratio in literatura quam in bonitate, vt probamus in tracta. diſpen. memb. v. parte iij. nu. 63. & xij. memb. parte j. nu. 129. Et maior in maioribus quàm literatura. probat gloſ. inf. hoc §. in verbo virtuoſis. P.

(*16) Hunc punctũ latè habes per nos examinatũ in tract. penſio. parte j. q. ij. vbi mouetur dubiũ an Papa inuito tit. penſio. ſup. fructibus beneficij reſeruare poſſit. P.

(*17) Hodie tamen fit contrarium, adeo quòd in Gallia vix poſſet reperiri decimus abbatum numerus profeſſionis regularis, non immerito videmus omnes pene domos regulares ad nihilum in vita & moribus prout & rebus reduci, & caducitatem amplecti, monachóſque mendicantium ordinum fieri, & extra ſepta monaſtica potius eos langueſcere quàm viuere. quæ ſit horum occaſio vel cauſa, dicitur ex eo quòd commendatariis aperta eſt ſuperiorum porta, quibus his & aliis de cauſis poterit claudi ianua cæli. Aduertant igitur, & idem magni iudicij ad memoriam ſæpe reducant, vt in æternum non confundantur, aut cum iniquis pereant, prout & ipſi commendatarij qui ſe immiſcent de rebus quæ ad eos nec de ouibus pertinent tanquam mercenarij. Probus.

Commendatarij attendãt hic.

(*) Quæ cum poteſtate ad eſſentiam cuiuſlibet actus requiritur, notat Decius poſt Bald. & alios in cap. cum ſuper abbatia. de officio delega. quod firmo latius in tracta. penſio. prælu. ij. & vij. regulariter enim voluntas & poteſtas ſe habent, prout dicitur de gratia & voluntate: quia gratia ſine voluntate nihil operatur, nec voluntas ſine gratia, probat dom. Rober. Arboricen. Epiſcopus in tracta. de tuendo ſacro cœlibatu. tomo. iij. colum. iij. Probus.

(*19) Vtpote de cancellario Pariſien. nomine Philippo, de quo fecimus verbum in tract. diſpen. v. mem. parte iij. nu. 82. & ſupr. in proœ. §. proh dolor. in verbo deformationes. Probus.

a ¶ Fouetur) Quintũ incõueniẽs, cõcor. ſup. in proœ. §. quibꝰ ad plenũ, ver. fouetur.

Digitized by Google

a ¶ Ab) Pro id eſt.

Prouincia qualiter accipitur.

b ¶ Prouinciarum) Nota quòd prouincia differt à regno, (* 1) ſi,infrà de cau.ca.j. §.j.ver. pecuniæ, & à ciuitate, ff. de le.cum de conſuetudine. Aliquando tamen appellatione prouinciæ veniunt regiones: vt Francia, Italia, (* 2) & ſimiles, l. ij. §. capta,ff. de origi.iur.in l.etiam,in fi.de ma.vin.in extrauag.Henr.quoniam, vbi Bar. Aliquando vnus præſidatus dicitur vna prouincia. Pręſes enim erat caput prouinciæ, & ei ſuberant plures ciuitates: vt in omnibus legibus quæ faciunt mentionem

tio:facultates, ac [a] pecuniæ regnorú & [b] prouinciarum

de præſide prouinciæ, & ſi fuerint facti duo præſides in eadem prouincia, cenſentur duæ prouinciæ,ff.de offi.aſſeſſ.ſi eadem. Aliquando totum quod ſubeſt vni metropolitanæ ciuitati,dicitur prouincia,l.ſi in aliam,iuncta gloſ.ff.de offic.procon.l.j.C. de metropo.lib.xj.vbi Bar. Et ita prouincia ſecundum canones diſtinguitur per Archiepiſcopatus,& Archiepiſcopus eſt caput prouinciæ,xcix.diſt.prouinciæ, vj.q.iij. ſcitote, (* 3) c.quanuis,de præbend.in vj.c.fi.de ma.& obe.c.j.de vſu.pal.c.non eſt de ſpond.vbi doct.cum ſi.per Card.in cle.dudum.§.ſtatuimus,de ſepult. Aliquando capitur prouincia pro quolibet territorio,ſiue diſtrictu, (* 4) in authent.qua in prouincia,C.vbi de criagi opor.& pro qualibet ciuitate,l.fi.C.de præſcrip.lon.tem. vbi glo.& Cy.lxxvj.diſt.vtinam, de ſepul. certificari. Aliquando fit appellatio prouinciæ eo reſpectu, quòd maior eſt diſtantia, quando eſt extra prouinciam quàm quando in prouincia: ſecundum quod no.in c.coram,de elect.vt exiſtens intra prouinciam,ſi eſt multum à remotis,habeatur acſi ipſe eſſet extra,& eodem modo ſi exiſtens extra prouinciam ſit propinquus multum, quia prouincia eſt parua, habeatur ac ſi eſſet intra,ſic intelligitur,l.j.C.de dil.iij.qu.iij. §. ſpacium. l.notionem,§.ij.ff.de reg.iu.ſentiunt Inno.& doct.in c.vltra tertiam, de reſtitu. (* 5)

Archiepiſcopus eſt prouinciæ caput.

(* 1) Iſtud proſequitur Lucas de Penna in l.iij. col. ij. de diſcuſſoribus, lib. x. C. Probus.

(* 2) Quam Accur.in l.fi.C.ſine cenſu vel reliq. vocat prouinciarum principem; prout & in authen.vt omnes obe.iudic.prouin.§.ſi igitur, colla. v. appellat prouinciarum dominam,quod non placet Alber.in verbo Italia,dum dicit,Hodie prohdolor!ex ingentibus delictis Italicorum non eſt domina, ſed ancilla, & miſerabilibus ſeruitutibus ſubiecta: quod his temporibus oculata fide perpenditur,cum in ea non ſit pax,nec vnquam pacis ſpes,ſi credideris Lauren. Calca.in conſ.xxiiij.nu.7. Capio primum,dixi latius in tract.penſio.parte v.q.v.& ſuprà in proœ.in §.qualiter,in verbo excoluerunt. P.

Italia eſt ſeruitutibus ſubiecta.

(* 3) Qui tex.optimè declarat quid propriè dicatur prouincia, per quem Panor. in c.ſicut olim, in j. not. de accu. dicit quòd quælibet prouincia debet habere vnum Archiepiſcopum,& x.Epiſcopos,hodie tamen aliquæ habent plures, & aliæ pauciores.Sed illud fuit ab initio ſtatutum, vt ſi contingeret Epiſcopum iudicari, iudicaretur in ſua prouincia: quod fieri non poſſet, niſi x. vel xj. Epiſcopos prouincia haberet,vt ſic,x.Epiſcopi, metropolitanus & primas, vel xj. Epiſcopi & metropolitanus ad xij. aſcenderent Epiſcoporum numerum, qui eſt ad iudicandum Epiſcopum requiſitus,c.ſi quis tumidus,xv.q.vij. P.

Epiſcopus à quibus iudicatur.

(* 4) Sic

Digitized by Google

(* 4) Sic poteſt intelligi illud quod legimus Heſter,c.j.ibi. Aſſuerus regnauit ab India vſque ad Æthiopiam ſuper centum viginti ſeptem prouincias. P.

(* 5) Hodie tamen eſt recurrendum ad vulgarem, id eſt communem loquendi vſum, ita quòd prouinciam vocamus ſecundum quod in vnaquaque patria vocatur,ait Hoſt.in c.nonnulli,de reſer.& Alber.in l.fi.C.de præſcrip.lon.tem. & Archi. in c.factus,viij.quæſt.j. P.

mirum [a] in modum exhauriuntur [b]: pauperes [c] diſcurrendo [d] ad Romanã curiam [e] innumerabiles [f] vexationes

a ¶ Mirum) Id eſt admirabilem & pauendum, cum forſitan eorundem regnorum & prouinciarum depreſſo ſacerdotio, exhauſtóque theſauro,ipſa regna & prouinciæ reddantur debiliora in aduerſis,ſup. in procœ.§.quibus ad plenum.verſic.ſub tali.

b ¶ Exhauriuntur) Subtili ingenio tanquam à barbaris,l.ij. C. de commer. & mer. cle.abuſionibus,in princ.de pœ.& remiſ.& hic eſt,vj inconueniens,ſi.inf.de cau.c.j. §.j.ver.pecuniæ,& in dicto §.quibus,proxi.alleg.

c ¶ Pauperes) Quos defendere debet Eccleſia,lxxxiiij.diſt.c.j.& ij.lxxxviij.diſt. epiſcopus,xxiij.q.iij.ſi quis de potentibus,c.licet,de cenſi.ca. ex parte c.tenore,cum ibi no.de foro compe.

d ¶ Diſcurrendo) Pro obtinendis gratiis expectatiuis.

e ¶ Curiam) Quæ eſt vbi Papa eſt,nam vbi Papa,ibi Roma.no.doct.in c.ego.de iureiu.Archi.vij.q.j.ſcire,in ca.præſenti.de præben.in vj.Geſ.in extrau.Ioan.xxij. execrabilis. Nec debet Papa transferre (*) curiam ſiue ſedem ſuam de Roma ad alium locum niſi ex magna cauſa,ad hoc,c.quamuis,xxj.diſt.xxiiij.q.j. rogamus, vbi Arch. c.per venerabilem,§.rationibus,ver.ſane.qui filij ſint legi.cap.fundamenta,§.ne autem,de electio.in vj. vbi Archi.& Ioan.And.in nouella. *Roma ibi, vbi Papa.* *Sedes Apoſto. nõ trãſferatur extra Romã.*

(*) Quod fit,quia ibi ſedes Apoſtolica diſpoſitione diuina eſt collocata,ideo Papam non licet mutare illam, nam cum ab ea Petrus vellet abire, apparuit ei Chriſtus in via, quem cum interrogaſſet, domine quò vadis? reſpondit Chriſtus,vado Romam iterum crucifigi, quod Petrus intelligens in ſuam admonitionem dictum, reuerſus eſt Romam, vbi martyrio ſibi & ſucceſſoribus ſedem vna cum Paulo ſtabiliuit,c.beati,ij.quæſt.vij.quod proſequitur Præpo.in ca.nolite.xj diſtinctio.vbi colum.fin.ait quòd Papa ad ſemper in ea manendum non neceſſitatur, quia vbique eſt tribunal ſuum, & ſedes ſua, & in ordinatis à Chriſto, quæ fidei ſubſtantiam, & animarum ſalutem non impediunt, Papa habet libertatem & dominium iuriſdictionis & poteſtatis, vt poſſit illa limitare, & ex cauſa mutare: tamen conuenientius magis congruit vt Papa ſedem habeat Romæ quàm alibi, tum propter præſentiam Apoſtolorum Petri & Pauli, in quorum martyrio & ſanguine eſt fundata ſedes Apoſtolica,& Romana Eccleſia: tum vt illa ſit diſciplina veritatis, quæ aliquando fuit magiſtra erroris. Probus.

f ¶ Vexationes) Id eſt labores & penurias. (*)

(*) Et ſic vexationes tales non dicuntur de his de quibus loquitur Eſaias 28. cap. ibi, Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. Nec Sapien.3.ibi, In paucis vexati, in multis benè diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos *Vexatio commemoratur.*

Digitized by Google

dignos ſe, pro quo vide glo. poſt tex. in c. communiter, xxxiij. diſtinct. Probus.

a ¶ Subeunt) Sunt tamen ſub protectione Papæ cum bonis ſuis, xxiiij. quæſtio. j. ſi quis romipetas, cap. j. de peregri. ſed illa iura loquuntur de peregrinis qui ex pia cauſa peregrinantur Romam: ſi autem ex alia cauſa, non ſunt propterea ſub protectione Papæ, ad hoc cap. cauſam, ij. qui filij ſint legiti. de quo per Inno. in cap. vt debitus, de appel. Panormi. in cap. meminimus, eod. titu. niſi ſecundum quòd habetur in extrauag. Euge, iiij. diuina. & hic eſt vij. inconueniens.

ſubeunt [a], & inter viarum [b] diſcrimina, nonnunquam [c] ſpoliãtur [d], occidũtur, & variis affligũtur [e] peſtibus [f]: atq; etiã ſuis patrimoniis [g] ac parentum opibus exhauſtis [h]

b ¶ Diſcrimina) Id eſt pericula quæ ſunt in mari (*) & in terra, l. ſenatus, ff. de donat. cauſa mor. l. iiij. C. de inſti. & ſub. C. de offi. re. pro. l. ciuitas.

(*) Quod teſtatur Eccleſiaſt. 43. ca. ibi, Qui nauigant mare, enarrant pericula eius & Apoſto. 2. ad Corinth. 11. ibi, Nocte & die in profundo maris fui, in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, &c. Probus.

Multa pericula hic ponuntur.

c ¶ Nonnunqnam) Id eſt aliquando.

d ¶ Spoliantur) Bonis.

e ¶ Affliguntur) viij. inconueniens.

f ¶ Peſtibus) Id eſt morbis. (*)

(*) Et meritò, quia peſtis propter ſui magnitudinem omnes alios ſuperat morbos, c. ſicut ſimonia. de ſimo. per quem tex. dicitur quòd etiam eſt regina omnium ægritudinum, & omnium inſolentiſſima, ſeruis ſtipata ſuperbis. Alia de peſte vide deducta per do. meum de Ripa in tract. de peſte. Probus.

Peſtis omnes ſuperat morbos.

g ¶ Patrimoniis) Id eſt bonis, propriè dicitur patrimonium, quod à parentibus procedit, C. quando & qui. quar. pars, l. ij. lib. x. C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. Sed latè bona alicuius vndecunque proueniant, vocantur patrimonium: vt hic, & ff. fami. her. Lucius, C. de ſact. ſanct. eccl. iubemus, cap. tuis, de præbend. c. Abbas, quod met. cau. (*1) Et bona Eccleſiæ dicuntur patrimonium Chriſti, cap. cum ſecundum, de præb. c. cum ex eo. de elect. in vj. (*2)

Patrimonium dicitur.

(*1) Iſta placent Lucæ de Penna in rub. de fundis patrimo. li. xj. C. dum ait, quòd patrimonium dicitur bona vel hæreditas quæ alicui obuenit à patre, vel omne lucrum ad quod debet quilibet honeſtis rationibus anhelare, l. cura, §. j. ff. de mune. & hono. cum ſimilibus. Sic & liberti noſtri paterni dicuntur, l. licet, §. j. ff. de verbo. ſignifi. Probus.

(*2) Iſtud firmo latè in tract. de uoſu. parte iiij. q. xxij. P.

h ¶ Exhauſtis) Id eſt conſumptis, tum quia ſine magnis laboribus & expenſis non poteſt quis Romam proficiſci, c. tum ex literis, in ſi. de in integ. reſti. inf. de cau. c. j. §. j. ver. ſic beneficia, tum quia gratiæ expectatiuæ non poterant ſine ſumptibus obtineri: & quod peius erat, adhuc reſtabant proceſſus qui ſuſcitabantur ex multipli-

Digitized by Google

catione dictarum gratiarum, ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, ver. ſuſcitantur.

a ¶ Graui) Non ſibi, ſed domino grauis eſt, cui ſeruit egeſtas, no. in c. cum ſecundum de præbend. & infeliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe felicem, ait Boe. (* 1) alle. Ioan. Andr. in cap. parte de conſuetud. difficilis enim eſt vitæ mutatio, in authent. de mona. §. hoc autem nobis, col. j. no. in c. reperiuntur, de pœ. diſt. iij. vnde paupertatem vincens victor habetur, de pœ. diſt. ij. ſi enim inquit, & ideo quia pauperes egeſtate grauantur, multis priuilegiis releuantur, de quibus no. in l. ſi quis ad declinandam, in l. nulli. C. de epiſ. & cleri. Archi. in c. pauper. xj. q. iij. in c. ſtatum, §. inſuper. de reſcri. in vj. vbi dicit quòd à talibus priuilegiis liberet nos dominus. (* 2)

graui [a] egeſtati [b] ſubiacere coguntur [c], plurimi abſque iuſto titulo [d] beneficia ſibi vendicant [e], & non quibus iure debentur, illi obtinent: ſed nonnunquam hi quibus

(* 1) Qui dicitur virtuoſus, & cui proſpera fortuna eſt coniuncta, dicit Lucas de Penna in l. ij. col. ij. de naui. non excu. li. xj. C. qui in l. j. col. ij. de veteranis, li. xij. C. inquit quod verè felix eſt, qui nullo indiget, ſed per ſe ſufficiens eſt, vel vt etiam ait in l. vnica de obla. votorum, eod. lib. eſt is cui & accipere lucem proſpere & reddere placide contingit, aut qui non habet animu ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua. P. *Felix qui dicatur.*

(* 2) Equidem nos liberet dominus à paupere vel ruſtico dominante: quia vulgatum eſt verbum quod eſt Egid. de regi. prin. lib. j. infelices ſunt quibus pauper vel ruſticus dominatur. Ideo ſub potentiori domino ſubditi gaudent ſecuritate maiori, §. audiant, in auth. de defen. ciuita. ſic ſubditorum conditio fit deterior ſi ſubiiciantur alteri domino non ita nobili, propter iuramentum fidelitatis quæ turpiter iuratur non æquè nobili. P.

b Egeſtati) .i. paupertati, ff. de po. l. bona fides.

c ¶ Coguntur) In opprobrium cler. xciij. diſtin. diaconi, ibi, Mendicat infelix, vbi inuehitur in Epiſcopos auaros & ambitioſos, & hoc eſt ix. inconueniens.

d ¶ Titulo (* 1) ſine quo beneficia Eccleſiaſtica (* 2) obtineri non poſſunt, cap. ex frequentibus, de inſti. ca. j. de reg. iu. Et de multiplici ſignificato huius dictionis titulus, not. in c. dudum, ij. de elect. in ca. fi. de offi. Archipreſ. Archi. l. diſtinct. ſi quis diaconus.

(* 1) Habes in fi. quod beneficium ſine redditibus non dicitur beneficium, dicit Collec. in c. ij. col. ij. de conceſſ. præbend. & in c. de multa, vbi Panor. de præben. tradit Gomes in regula de anna. poſ. quæſtio. xlvij. nume. 3. Ideo ſi non habet redditus, non dicitur beneficium, quia non bene facit, ſic eſt ventoſum & fictum, ſicut corpus ſine anima non dicitur homo, ſed cadauer: ideo permutatio facta de tali cum alio pingui, aut aliàs dotato, non valet: vt ibi idem Gomes concludit. Probus. *Sine redditibus non poteſt dici beneficium.*

(* 2) Quæ requirunt quatuor notata per Gomes in regula de triennali, poſſeſ. q. iiij. nume. 3. P.

e ¶ Vendicant) quæ dimittere tenentur ex quo ſciuerunt iniuſtitiam tituli, quanto-

Digitized by Google

Beneficia quo ad titulum ſunt impraeſcriptibilia.

cumque tempore etiam ignoranter tenuerint beneficia, quia non ſunt præſcriptibilia quo ad titulum ad vtilitatem iniuſte poſſidentis, ca. j. de reg. iu. in vj. not. infrà de Pa. poſ. c. j. §. j. ideo extunc tenentur ad reſtitutionem cum fructibus, c. dilecto. ad fi. de præ. vbi Panor. gloſ. & doct. in cap. cum ſuper. de cauſ. poſ. & proprie. Hoſt. & Hen. in ca. niſi cum pridem, de renun. Bonæ autem fidei poſſeſſor in beneficialibus non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſicut nec in temporalibus: iuxta no. in l. ex diuerſo, ff. de rei ven. in c. grauis. de reſti. ſpo. niſi ius ei reſiſteret, tunc teneretur ad reſtitutionem omnium fructuum, argu. l. quemadmodū, C. de agri. & cenſi. lib. xj. l. iubemus. C. de ſa. ſanc. Eccle. c. qui contra. de reg. iu. in vj. de quo Bar. in l. ſed & ſi. §. ſcire. ff. de peti. hære. Panor. in d. ca. grauius, in c. in literis, de reſtitut. ſpol. de Ro. deci. 32. 34. & 35. Henr. latè in c. cum dilectus, de iu. pat. & hoc eſt x. inconueniens, ſi. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, ver. beneficia. infrà de cau. c. j. §. j. ver. ſic beneficia.

aut circunueniēdi[a] proximū[b] maior aſtutia[c], aut ad litigādū facultas[d] ſuppetit vberior[e]: ſub inuolutionibus quoque[f]

a ¶ Circunueniendi) .i. decipiendi.

Proximus dicitur.

b ¶ Proximum) Sic quilibet clericus dicitur proximus, in c. nulli. de conceſ. præ. vbi Io. And. & etiam quilibet naturæ noſtræ particeps. (*) de pœni. diſtin. ij. proximos, in c. j. §. hoc ergo. de ſa. vnc. dicitur etiam frater. c. ad menſam, xj. q. iij. Panor. in c. j. de his quæ fiunt à maio. parte capi.

(*) Sic capitur Eccleſia. ca. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur, & ibidem, Memorare timorem Dei, & non iraſceris proximo. memorare teſtamentum altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Probus.

Aſtutia dicitur.

c ¶ Aſtutia) In malum (*) ſonat, id eſt calliditas & dolus, qui non debet prodeſſe, c. ſedes, de reſc. ca. ex literis, de dolo & contu. cum ſi.

(*) Ita capitur. 2. ad Corint. ca. 11. ibi, Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſtro Ieſu. Idem ibi. c. 4. Non ſumus ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei. Pro his habes gloſ. in §. ſi verbo quidam, in vero aſtu, id eſt dolo vel malitia. in authenti. de teſtib. colla. vij. & in l. ij. in verbo aſtutè, id eſt malitiosè. C. de legib. in ſimili habes glo. poſt text. in l. quæſitum, in verbo ſapienter, ff. de condi. & demonſtra. Probus.

Litigioſi fatigant pauperes.

d ¶ Facultas) Qua confiſi litigioſi fatigant pauperes laboribus & expenſis, vt compellantur componere, aut credere iuri ſuo. c. nonnulli. de reſcri. infrà de cau. c. j. §. j. ver. atque ita. nihil enim pertimeſcunt, (*) quod redimere nummis exiſtimant. ca. pauper, xi. q. iij.

(*) Facit verbum Bald. in c. quia veriſimile. in prin. de præſump. quòd propter dulcedinem beneficiorum, ſtudium adhibetur corrumpendi teſtes. P.

e ¶ Vberior) Ideſt abundantior.

Quoq; accipitur.

f ¶ Quoque) hic continuat, in ca. quorundam, de elect. in vj. vbi Archid. Aliquando implicat in l. illud. vbi gloſ. de peti. hære. l. Labeo, ff. de pac. Aliquando

Digitized by Google

ſuperfluit,c.ſi motu.de præb. Aliquando ſimilitudinem no. l. ij. ff. pro hæ. vbi glo.

prærogatiuarum[a],aut antelationū[b],aliorūque huiuſmodi gratias concomitantiū, fraudes plurimas ac deceptiones cōtingit inuenire[c].Iuuenibꝰ[d]

a ¶ Prærogatiuarum) Inter expectantes paris datæ.

b ¶ Antelationum) De quibus in c.pe.de præb. in vj.c. auctoritate,c.vlti.de conceſ. prębend.eo.lib.Et per clauſulam anteferri (*1) non pręferebatur impetrans primis quibus erat quæſitum ius in re. bene autem illis quibus erat quæſitum ad rem. in dicto c.auctoritate,not. Ioan.And.in d.ca. vlti.facit quod no.Archi: & Domi. in c.ſi poſtquam,de prębend.in vj.no.Compo. in c.cauſam quę.de reſcri. Archi.in d.c.pe. vbi per illum tex.niſi eius gratia eſſet nulla (*2) propter ſurreptionem,vel annullanda ob defectum perſonæ:tunc primus impetrans admittetur ad beneficium vacaturum,ex quo enim illa clauſula non eſt ſortita effectum nō præiudicat primo impetrāti,c.non præſtat.de reg.iu. in vj.nam clauſula de anteferri videtur appoſita dūtaxat in fauorem ipſius impetrantis, ergo eo repulſo videtur ſublatum impedimentum quo ad primum:nec poterit ordinarius alteri cōferre, ad hoc.ff.de vſufru.l. ſub conditione,de act.emp.l.fundum,not. Archi.in d.c.pe. fa.quia quando primus impetrans ex facto ſuo excluditur : ſecundus impetrans à Papa obtinebit illud beneficium,non autem alius auctoritate ordinarij.c.ſi clericus,de præ.in vj.ſed iſte qui habebat clauſulam anteferri, fingitur primus impetrans : ergo ipſo repulſo alius apoſtolicus obtinebit. Clauſula enim anteferri non deſtruit gratias præcedentes, ſed eā habens illis præfertur:deſtructa ergo gratia eius remanebit beneficium habēti priorem gratiam.Idem ſi habens dictam clauſulam anteferri ei renunciet,nec velit ea vti, valebit (*3) collatio facta primo,no.Ioan.And.in d.ca.pe.in no.fa.ff.de mino.l.iudex quod no.infrà circa fi.huius §.quod limitat La.quando renunciat ante collationem factam primo : quia ſi renunciaretur clauſulæ poſt collationem factam primo, non valeret,nec validaret collationem quæ iam erat nulla.per no. per Ioan. And. in c. ſtatutum,de præb.in vj.in no.

Clauſula anteferri ponitur in fauorē impetrantis.

(*1) De qua vide per Gomes in tract.de manda.de prouiden. nu.117. & Cal. conci.j.col.j.de tranſla. epi. Probus.

(*2) Quia tunc nihil operatur,& de ea tanquam non obſtante,mentio non eſt facienda: vt latiſſime firmo in trac.penſio.parte j. q.xix. vbi vide amplè,quòd nullum in aliquo non obeſt,& habetur pro infecto. P.

De nullo non ſit mētio.

(*3) An idem dicatur de decreto Papæ irritante,ſi impetrans effecti huiuſmodi decreti renunciet,variæ ſunt opiniones,quas cito in tract.deuolut.parte iiij. q. xv. vbi concludo partis conſenſum non expedire nullitatem, quia magis videtur peccari in Papam quàm in impetrantem. Probus.

c ¶ Inuenire) xj.inconueniens.

d ¶ Iuuenibus) Qui dociliores ſunt quàm ſenes,in proœ.inſti.ibi,cupidæ legum iuuentuti.l.pręcipiunt,ff.de ædil.edic.& poſt xiiij. (*1) annum ad ſcientiam iuris accedere debent.l.j.§.& quoniam,C.de ſtu.li.vr.Ro.lib.xj.inſti.de leg.§.ſed ne in primis. ff.de an.le.liberto. §.fi. prius tamen edocti in grammatica, rhetorica, & dialectica,

Iuuenes ſunt dociliores.

Digitized by Google

Licentia in omni ætate eſt appetenda. quas in puerili ætate diſcere debent. Si tamen in iuuentute non ſtuduerimus, (* 2) ſenes diſcere non contemnamus, imitando iuriſconſultum qui dicit, & ſi pedem in ſepulchro haberem, adhuc diſcere vellem, l. apud Iulianum, ff. de fidei com. li. & beatus Aug. ſenex à iuuene, & Epiſcopus tot annorum à collega needum anniculo paratus ſum edoceri. xxiiij. q. iij. ſi habes. Prouerbio. 1. Audiens, ſapiens ſapientior erit. & Chriſtus inuentus eſt in medio doctorum audiens illos, Lucæ 2. Ideo Epiſcopus propter opprobrium ſenectutis vel nobilitatis non erubeſcat diſcere à minimis, xxxviij. diſt. nullus, xxij. diſt. de Conſtantinopolitana. Nulla (vt inquit Seneca) ætas ſera eſt ad diſcendum. Refert Valerius lib. viij. titu. vii. quòd Socrates ætate prouectus fidibus tractandis operam dare cœpit, ſatius iudicans eius artis vſum ſerò quàm nunquam percipere, & Horatius, Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Nobilis non erubeſcat diſcere à minimis.

etiam qui ſtudio[a]

Barto. & Bal. in qua ætate inceperunt iura audire. (* 1) Iſtud obſeruauit Bart. quia vt ipſemet teſtatur in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obligatio. in xiij. ſuæ ætatis anno ſub Cyno iura ciuilia audire cœpit, & taliter profecit quòd in xix. anno publicè de iure reſpondit, & demum in xxj. anno doctor effectus fuit. Etiam Bal. id obſeruare legitur, prout Aug. Bald. germanus id teſtatur in l. j. § initium autem, ff. de poſtul. dum ait quòd in xv. anno ipſe Bald. repetiit l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco. P.

Finis ſtudij ponitur multiplex. (* 2) Cuius ſtudij multiplex legitur finis ſecundum Præpo. poſt Archi. in c. nónne, xxxvij. diſt. Primus vt homines ipſi ſtudentes ſciantur, ad quod tendunt rhetorici l. ij. § . poſt hos, in fine. ff. de orig. iur. & iſtorum finis eſt vana gloria, quia volunt vocari rabbi ab hominibus. Secundus, vt ædificentur, & ad hunc tendunt theologi, & boni canoniſtæ l. j. ff. de iuſti. & iu. & iſtorum finis eſt prudentia: quia ſic in præſenti operari debemus, vt in fine aliquid vtile colligere valeamus. Tertius eſt vt ſciāt, & ad hunc tendunt dialectici, nimium ibi morantes: & iſtorum finis eſt ſuperbia: loquuntur enim grandia, & totus ſermo, & eorum argumentatio eſt ſuperbia, Quartus eſt vt lucrentur, & ad hunc tendunt phyſici & legiſtæ, nolentes in paupertate viuere, vt in authent. de hæredib. & fal. in fi. colla. j. non verè Philoſophantes, qui pecuniam abiiciunt: & iſtorum finis eſt auaritia, & talibus totus mundus eſt obolus. Quintus vt ædificent vt magiſtri boni qui non legunt ad laudem humanam, ſed Dei: & alios inſtruunt vt ad viam redeant veritatis: & iſtorum finis eſt charitas: quia per hoc eleemoſynam dicuntur proximo dare, ad quod tenentur, ex quo Deus eis dedit talentum ſcientiæ, aliàs æternam damnationem incurrunt. P.

Studentes quibus pollere debēt. a ¶ Studio) Vt dicit Hugo in didaſcalico de ſtudio legendi, tria ſunt ſtudentibus neceſſaria. natura, exercitium, diſciplina, natura, vt facile audita percipiat, & præcepta firmiter retineat: qui enim doctrinæ operam dant, ingenio ſimul & memoria pollere debent. (*) ad hoc. c. j. de of. prin. ibi. capacem ſenſum, &c. In quo c. colligit Hoſtien. quinque neceſſaria ſtudioſo. & in proœ. ſum. Pau. in proœ. cle. quæ duo, ſcilicet ingenium & memoria, in ſtudio ita ſibi cohærent, vt ſi deſit alterum, neminem ad perfectum ducere poſſit: ſicut nulla prodeſſe poſſunt lucra, vbi deeſt cuſtodia. Ingenium inuenit, memoria cuſtodit, in exercitio conſideratur: vt labore & ſedulitate naturalem ſenſum excolat. Duo ſunt quæ inge-

Digitized by Google

nhim exercent : lectio & meditatio. de renun. poſt tranſlationem, §. j. ver. item ſi quis, ibi, per exercitium lectionis, & Paulus ad Timotheum, Attende lectioni & exhortationi, &c. cap. j. xxxviij. diſt. Ingenium à natura proficiſcitur, vſu iuuatur, immoderato labore contunditur, & temperato acuitur exercitio. nam cuilibet artificio præbent experientia & exercitium incrementum, ff. de leg. iij. legatis, §. ornatricibus, C. de Iuſt. co. con. l. j. §. ſed cum. cũ ibi not. c. quam ſit iuncta gl. de elec. in vj. in extrauag. Bene. xij. quoniam, & ad ſtudium multum prodeſt diſputatio, ff. de mu. & hon. l. munerum, §. iuxta. cum ex argumentis & collationibus frequenter latens veritas aperiatur, in extraua. Ioan. xxij. quia nonnunquam, & veritas ſæpius examinata citius ſplendeſcit in lucem. xxxv. q. ix. graue. In diſciplina attenditur, vt laudabiliter viuens mores cum ſcientia componat. de quo infrà.

literarum [a] & virtuoſis [b] ope-

(*) Hunc punctum latius tractans Lucas de Penna in l. j. qui ætate vel profeſ. ſe excu. col. ii. lib. x. C. inquit, quod in habilitate ſtudere volentis multa ſunt conſideranda, videlicet vt ſit corporis diſpoſitione in plaſmatione venuſtus, non deformis, gibbo tumens, monſtroſus, & ſimilis. Minus enim accepta eſt ſapientia vel virtus ex deformi corpore veniens, nam legitur, Gratior eſt virtus veniens de corpore pulchro. Species enim corporis ſimulachrum eſt mentis, figuráque probitatis. Item nec pinguis ſit, quia venter pinguis craſſum ſenſum generat, vnde quidam dicunt quod clericus pinguis non debet in preſbyterum ordinari, cum ſacerdotis iudicium debeat eſſe prouidum & ſubtile. Equidem debet eſſe perſpicax & induſtrioſus, laborioſus & intelligens, naturaliter intelligens & apprehendens, vt de facili audita percipiat, & percepta intelligens firmiter teneat. laborioſus quidem, vt exercitio laboris naturalem ſenſum excolat. Etiam diſciplinabilis, vt laudabiliter viuens mores cum ſcientia componat, intentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, beneuolus ad retinendum, hilaris, non triſtis: quia ſcientia potiſſime Dei non percipitur mente lugubri, Leuiti. 10. in fi. nam dicit diuus Hieron. ad Honeſtum, nec bene fieri poteſt, quod occupato ſit animo. & Senec. in 2. decla. ait triſtitiam inhabilem ad diſcutiendas res. Non balbus, l. j. §. vitium, ff. de ædil. edi. Non vagis oculis effrenus, nec lingua petulans, nec vultu incompoſitus, non dyſcolus, non vagus, non præter modum timidus, aut auarus, iracundus, melancholicus, mutus, ſurdus, & huiuſmodi. d. l. & ſeq. Nõ lunaticus & nimis furioſus, quia ſi deformes corpore à ſtudio & ſciẽtia depellũtur, quãto magis illi qui mentis vitio detinẽtur? P. *Quales oporteat eſſe literis operam dare volentes.*

a ¶ Literarum) Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis, de conſecra. diſt. v. nunquam, tamen à iuuenibus comœdiæ & fabulæ turpes & amatoriæ legi non debent, quia ſunt incentiuæ libidinum, ca. ſacerdotes, cap. legant. ca. ideo. xxxvij. diſt. Nec in ſecularibus ſcientiis omnino eſt inſiſtendum, ca. nonne. eodem. cap. & q. Ioan. fa. in proœ. inſti. *Scientia fugat carnis vitia.*

b ¶ Virtuoſis) Mores (* 1) præferuntur ſcientiæ. arg. xxxviij. diſt. ſedulo: l. magiſtros, C. de prof. & me. lib. x. patet ex ar. literali. Pſal. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me. quæ tria exponit Anto. in iij. parte ſum. titu. v. ca. j. inducens illũ ver. ad tria requirendum in ſtuden. de elec. cum in cunctis, ibi, grauitas morum, &

Mores commendantur plusquam ſcientia. literatum ſcientia, ſuprà de elect. ca. j. §. deinde, ibi, moribus grauem, & cæt. infrà eo. §. item vt de cætero ibi, moribus & ſcientia, ideo ſcholares bene morigerati ſunt præferendi (* 2) doctoribus male morigeratis, cum debeant inter alia præcellere ſcholares moribus, diſt. l. magiſtros, not. C. de anno. cj. l. j. lib. xj. patet j. q. j. viliſſimus. Archid. j. q. iij. ex multis. Henri. ſuper ſalu. Gre. Illaudabilis enim eſt ſcientia quam vita maculat. ad hoc, c. niſi cum pridem, §. pro defectu. de renun. Nec ſcholares inhoneſtè viuentes debent gaudere priuilegio ſcholarium, C. de curi. & ſta. l. per id tempus, lib. xiij. Panor. in c. j. de iudi. ad fi. Ideo bene dictum fuit, mores ornant ſcientiam. Et ſapiens quidam cum de modo & forma diſcendi interrogaretur, Mens (inquit) humilis, ſtudium quærendi, vita quieta, Scrutinium tacitum, paupertas, (* 3) terra aliena, Hæc reſerare ſolent multis obſcura legendi.

ribus intẽdere [a] deberẽt, datur [b] materia [c] euagandi, qui

(* 1) Quos corrumpunt colloquia mala. 1. ad Cor. 15. c. P.

Quibus non cõuenit nomẽ nobilis. (* 2) Ideo legitur, quòd nihil tantum valet ad promotionem, quantum boni mores, l. ſcire oportet, §. cum reliquis, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & l. ſi quenquã, C. de epiſc. & cler. Taceant igitur in prælatione quidam hodierni dicentes ſe nobiles, quibus non eſt nomen nobilis conueniens, immo potius nomen villani illis cõpetit, quia re & verbis ſunt villani, corpore, ore, opera, gula, & ratione, qui popularibus oppidò inuidentes & infeſti dicunt quòd non debet fieri aliquis miles niſi ſit de genere militari, quia multi populares ſunt ipſis nobiliores. Ad verba enim & facta cognoſcitur qualis ſit homo, l. quidam in ſuo, ff. de conditio. iuſti. & l. is qui. §. diuus, ff. de tuto. & curator. dat. ab his facit verbum: A fructibus eorum cognoſcetis eos. P.

Multũ præbendatus raro operatur. (* 3) Facit verbum Roffredi Beneuentã. in rub. an alicui poſſ. dari duæ præbend. in prin. quòd nunquam vidiſtis in ſcholis aliquem multum præbendatum vel beneficiatum bene facientem factum ſuum. P.

Studij deſcriptio. a ¶ Intendere) In ſtuden. requiritur magna attentio, nam ſtudium eſt vehemens animi applicatio ad aliquid agendum, l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iu. cap. ex ſtudiis, de præſump. ſuprà de elect. c. j. in princ. & male attenti parum proficiunt, glo. in l. C. de ſtu. l. vt Ro. lib. xj.

b ¶ Datur) xij.

Vagatio periculoſa maxime in monialibus. c ¶ Materia) Quæ periculoſa eſt, præſertim monialibus, c. periculoſo, de ſtatu mo. li. vj. & religioſis. de offi. or. quanto, c. cum ſingula, de præbend. in vj. ne cleri. vel mona. vt periculoſa, eo. lib. cle. ne in agro, §. quia vero, de ſtatu mona. eſt etiam ſecularibus inhibita ſuprà in proœm. §. quibus ad plenum, ver. bonæ, de præ. quia intantum, in extrauagan. Ioan. 22. execrabilis, circa prin. nec valeret conſuetudo dans licentiam vagandi, nec etiam poſſet dare prælatus, vagari enim ſonat in vitium: ideo talis conſuetudo vel licentia eſſet contra bonos mores, & vtilitatem Eccleſiarum, c. j. de conſuetu. not. Innoc. ca. ex tuæ, de cler. non reſid. vbi dicunt doctores quòd ſolum delictum vagationis eſt ſufficiens ad priuandum quem beneficio, etiam ſi beneficiatus ex natura beneficij non teneretur ad reſidentiam perſonalem, ad hoc c. non oportet, cum c. ſeq. vij. q. j.

Beneficio poteſt priuari vagabundus.

a ¶ Anfractus)

Digitized by Google

a ¶ Anfractus) (*) Si. ver. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. verſi. beneficia.

(*) Idem in clemen. ij. ibi, litigiorum anfractibus. de ſepult. vbi glo. exponit ſic dicti, quia vndique frangunt, & dicuntur viæ aſperæ plenæ diuerticulis, & circumfractionibus & ruinis. Etiam anfractus ipſi nonnullas moras iudicij habent. l. etiam. ff. vt lega. no. cauea. & quam plurimos incertos euentus, & non minus periculoſos: vt latè deduximus in tracta. penſio. prælud. vj. P. *Anfractus exponitur*

ſæpius per litium anfractus [a], & varios diſcurſus ratione gratiarum ipſarum turbantur, & inquietantur. Ordinarijs † [b] collatoribus [c] ſuum miniſterium [d] ſubtrahitur [e], & confunditur [f] ordo eccleſiaſticus [g], cum vnicuique † [h] ſua iuriſdictio [i]

† b ¶ Ordinarijs collatoribus) Quorum collationes ſunt fauorabiles, & amplianda, glo. in ca. j. in verbo proceſſus. ad finem de reſc. in vj. & in cle. ij. de offic. ordi. quam ad hoc dicit notabilem Panor. in c. ſi quis contra clericum. col. ij. de foro compet. Probus. *Collationes ordinariorum ſunt fauorabiles*

c ¶ Collatoribus) & patronis eccleſiaſticis ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. patronorum.

d ¶ Miniſterium) Id eſt officium & poteſtas conferendi beneficia.

e ¶ Subtrahitur) xiij. per gratias expectatiuas, quibus præſertim vbi erat decretum ligabantur manus ordinariorum, de quo Ioan. Andr. in cap. ſi ſoli de con. præ. in vj. ſuprà tit. j. cap. licet. in princ. cum ibi not.

f ¶ Confunditur) Qui tamen deberet papam ſeruari. inf. de anna. ca. j. ver. & ſi, quod abſit. nec debent (*) naſci iniuriæ vnde iura naſcuntur. C. vnde vi. l. meminerit. c. qualiter. ij. de accu.

(*) Vt in ſimili dicitur quod ſicut eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ. cap. j. de alie. feud. ſic non debet eſſe iniuſtitiæ productiua. ca. nuper. de regula. & in authen. ſimiliter. C. ad legem Falci. aut id ipſum pati in ſe, vel in alium. Bal. in l. acceptam. in fi. C. de vſur. ita nec papa eccleſiæ ſponſus, & rectoris, id eſt Chriſti vicarius (vt correlatiuorum eadem ſit diſciplina) debet ius alterius vſupare. P. *Eccleſia eſt iuſtitiæ cultrix.*

g ¶ Eccleſiaſticus) Qui dicitur hierarchicus. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, ver. indéque.

† h ¶ Vnicuique) Per iſtud dictum inquit Præpoſ. in cap. perſona. col. fi. xj. q. j. quòd epiſcopus non poteſt inhibere iudici à capitulo electo, & à ſuperiore confirmato, ne de cauſa coram eo intenta cognoſcat, aliàs ſi contra faciat, ſequitur quod hic in text. dicitur, quod eſt ca. peruenit xj. q. j. & c. ex tenore. de foro compet. per quod Staphil. in tracta. de ſigna. literarum iuſtitiæ. §. ſecundum eſt. nume. 7. ait, quòd vbi materia tangit cameram, ſignatura dicit, Videat Camera. & vbi tangit religionem, Videat protector, quia ipſe eſt verus & legitimus illorum ordinarius. de illa religione. not. Card. conſil. xvij. Caſus poſt factum. & vbi tangit officia papæ, ſignatura dicit, Videant Domini ſecretarij. *Vnicuique ſua iuriſdictio ſeruatur.*

i ¶ Iuriſdictio) Not. quòd collatio beneficiorum eſt iuriſdictionis. vnde poteſt fieri per confirmatum in epiſcopum ante conſecrationem. (*1) ca. ſuffraganeis. cap. *Collatio eſt iuriſdictionis.*

Digitized by Google

tranſmiſſam. de electio. cum ibi not. & poteſt fieri extra territorium (* 2) cum ſit voluntariæ iuriſdictionis. cap. nouit. cum ibi not. de offic. lega. niſi in caſu cap. ſtatutum. de præbend. in vj. tamen in tranſlatione iuriſdictionis non venit niſi ſpecialiter exprimatur. c. fi. de offic. vica. in vj. nec ad capitulum ſede vacante tranſit, licet ſuccedat in iuriſdictione. cap. illa. ne ſede vacan. cap. j. eod. tit. in vj. ideo dicit Ioan. And. in cap. quanquam. de electio. lib. vj. in no. quòd collatio beneficiorum non eſt propriè iuriſdictionis epiſcopalis, cum multi reperiantur non epiſcopi habentes collationes & multi ſint epiſcopi non habentes collationem beneficiorum, ſed confirmatio & inſtitutio ſunt propriè iuriſdictionis epiſcopalis. (* 3) cap. conquerente de offic. ord. cum ex iniuncto. de hæret. ideo tranſeunt ad capitulum, non collatio libera. Hanc rationem impugnat Panormita. in cap. cum olim. de maioritate & obedien. quia collatio beneficiorum vbi non eſt dare patronum, de iure communi ſpectat ad epiſcopum & capitulum not. in cap. fi. de ſupplen. negligen. prælat. in cap. cum eccleſia. de electio. in cap. irrefragabili. de offic. ordina. & ſic eſt iuris epiſcopalis, vnde inferiores non poſſunt hanc poteſtatem ſibi vendicare, niſi de iure ſpeciali. (* 4) Hinc eſt quod patronis fuit gratioſe (* 5) conceſſum vt poſſent præſentare. cap. iij. de iure patronat. reliqua vero ſunt epiſcopis reſeruata. xvj. quæſtio. vij. cap. j. cap. omnes Baſilicæ. x. quæſt. j. regenda. cap. j. de capell. mo. & aliæ ſunt rationes quare collatio libera non tranſit ad capitulum, quia conferre computatur inter fructus: (* 6) vt not. in dicto cap. cum olim. fructus autem debent reſeruari futuro ſucceſſori. cap. quia ſæpe. de electio. in vj. clemen. ſtatutum. eodem titulo. cap. fi. de offic. ordin. in vj. cum ſi. & quia collatio eſt quædam donatio, (* 7) & in ea vtitur epiſcopus quadam liberalitate in cui conferendo. cap. relatum. de præb. i. not. in cap. quamuis. de præbend. in vj. in inſtitutione verò & confirmatione non eſt liberalis. ideo noluerunt iura quòd futurus epiſcopus priuaretur huiuſmodi liberalitate, quæ non tranſit in viſitatorem datum eccleſiæ cathedrali vacanti ab alio quàm papa, quia non poteſt conferre huiuſmodi beneficia ad ſolum epiſcopum ſpectantia. cap. fin. de ſupplen. negligen. prælat. in vj. nec coadiutor prælato datus. not. Ioan. Monac. & Archidiaco. in cap. j. de cleric. ægrot. in vj. per illum text. vbi ei prohibetur quælibet alienatio, etiam ſi fuerit à papa, & quia in generali mandato, &c. in dicto capitu. fina. de offic. vicar. Ioan. Andr. dicit in cap. fin. de cler. ægrot. & Ioan. de Imo. poſt eum, quòd ſi coadiutor datus eſt quo ad ſpiritualia, prælatus confert beneficia de conſenſu coadiutoris, niſi vbi prælatus non eſſet ſanæ mentis, tunc coadiutor conferret. Sed Oldradus conſil. xliiij. diſtinguit & bene, & Do. in dicto ca. j. quòd ſi cauſa propter quam datus eſt coadiutor, concludit perpetuum impedimentum alienationis mentis vel intellectus: quia is cui datus eſt, demens eſt vel furioſus, tunc coadiutor poterit conferre beneficia: ſi diceremus contrarium, eccleſiæ diutius vacarent, cum ignoratur quando moriatur vel reſipiſcat. C. de vſufruct. ambiguitatem. nec ob. quòd ſit prohibita alienatio, quia intelligitur de voluntaria, ſed iſto caſu collatio beneficiorum eſt neceſſaria propter periculum diutinæ vacationis: (* 8) & inter iſtas eſt differentia. ff. familiæ herciſcundæ. l. alienationes. l. aliam. ff. de noua. Item comparo huiuſmodi coadiutorem curatori furioſi qui habet præſentare, ſicut tutor infantis

Inſtitutio & confirmatio ſunt iuriſdictionis epiſcopalis.

Collatio computatur inter fructus.

Coadiutor an poſſit beneficia conferre.

Digitized by Google

præſentat. ætas enim illa ignorat quid videat. (*9) C. de falſa moneta. l. prima. & tutor habetur loco Domini in rebus pupilli. ff. pro emp. qui fundum. de fur. l. interdum. §. qui tutela mino. Brix. in quæſt. do. lxxviij. gloſ. & Ioan. Andr. in not. in cap. ex eo. de electio. in vj. Archidia. xvj. quæſtio. vij. decernimus. Si autem cauſa dandi coadiutorem non concludit alienationem mentis, ſed ſolum reddit impotentem quo ad exteriora in facto conſiſtentia: quia poteſt eſſe ſenectus vel infirmitas corpus grauans, ſed mentem augmentans, cap. j cap. niſi cum pridem. §. alia vero. de renun. tunc collatio non videtur pertinere ad coadiutorem, ſicut nec nuptiæ ad curatorem adulti. C. de nup. in copulandis. ad hoc ca. ſi annum. in fine. de iudi. in vj. quod not. Panor. in cap. de rectoribus. de cle. ægro. *Infans neſcit quid faciat.*

non ſeruatur[a], Romanique pontifices, dum officia[b] in-

(*1) Dixi firmando hoc & alia ſimilia in tractatu deuolu. parte j. quæſt. xix. Probus.

(*2) Notant docto. in cap. poſt. electionem, de conceſ. præbend. vbi Imola dicit hoc communiter teneri: & hæc eſt opinio glo. in c. nouit. de offic. le. & in cle. ſi. de off. or. & in c. ſtatutum de præbend. in vj. P.

(*3) Iſtud firmo latè, maximè quo ad beneficia curata, in tracta. diſpen. memb. v. parte ij. Probus.

(*4) Dixi latiſſimè in tractatu deuolut. prælud. j. vbi pono qui dicantur iure communi conferre, qui iure ſpeciali. P.

(*5) Iſtud firmo in tracta. penſio. prçlud. iij. in prin. concludendo quòd patroni laici non ſunt vocandi, vt ſuper fructibus beneficiorum ad eorum collationem vel præſentationem ſpectantium penſio reſeruetur, quia illud habent ex priuilegio, quod non extenditur tanquam odioſum, vt doctrinis & iuribus vulgatis probatur. Probus.

(*6) Dixi in tract. diſpen. memb. v. parte ij. nu. 22. P.

(*7) Tex. in cap. iij. de ſupplen. negli. præla. ca. poſt electionem. de conceſ. præben. ca. eam te. de reſ. quod proſequitur Decius in con. cccccxlj. P.

(*8) Quæ eſt vitanda, maximè in beneficijs curatis propter animarum curam quæ illis imminet, & hac de cauſa ius deuolutionis computationem facit, non à die ſcientiæ, ſed vacationis, & hæc eſt vera & in praxi obſeruata: vt probo in trac. deuol. parte j. quæſt. v. P.

(*9) Ideo ea, & alijs rationibus concludo in ſcala benefic. parte iij. at. conſenſus patiens defectum, infantem aſcendere non poſſe ſcalam beneficialem. Probus.

a ¶ Non ſeruatur) xj. q. j. peruenit. infrà de cauſ. cap. j. §. j. circa princip.

b ¶ Officia) Abſurdum eſt ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia C. de epiſco. & cleri. l. repetita. de teſta. l. conſulta. xciij. diſtinct. diaconi. §. nunc autem xcv. diſtinctio. eſto ſubiectus. & ſicut indecorum eſt vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium eſt ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. cap. j. lxxxix. diſtinc. *Membrum vnum alterius non fungatur officio.*

Digitized by Google

Nimium vertitur in vitium. a ¶ Nimium) In malum ſonat. omne quod eſt nimium vertitur in vitium. (* 1) infrà eod. titu. §. item vt de cætero. cap. nimis. (* 2) de iureiur. in authen. vt deter. ſit. nu. cle. col. j. c. j. de relig. do. lib. vj. Ioan. Andr. in rub. de auth. & vſu. pal. vbi allegat illud Terent. Vt ne quid nimis.

(* 1) Notat Hoſti. in c. ſi. de maior. & obedien. Probus.

(* 2) Quod idem eſt quod valde. l. in teſtato. C. de ſuis & leg. Aliquando eſt aduerbium quantitatis, vt tu nimis comediſti. Nonnunquam eſt aduerbium intentiui, vt nimis clamas. Aliquando eſt nomen indeclinabile, vt tu habes nimis. Et aliquando ſubſtantiuum, vt habes nimis vini. Et quandoque ſumitur pro valde, vt Pſalm. 69. ibi. Tu Domine altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper Deos. & Pſal. 37. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis. P.

feriorum ſibi nimium [a] vendicant [b], à maioribus & magis fructuoſis operibus vniuerſale bonum concernentibus retrahuntur [c]: nec inferiorum directioni [d] atque correctioni [e] inuigilant [f], ſicut publica [g] vtilitas ex-

b ¶ Vendicant) Id eſt appropriant & applicant. c. ij. iuncta glo. de dona. inter vir. & vxo. in extra. Ioan. xxij. execrabilis circa princi. (*)

Vendicare dicitur. (*) Vel vendicant) j. retinent. ca. relatum & ibi glo. de iure patro. & l. Seius. & ibi gl. ff. ad Trebel. & l. j. ff. de Carbo. edicto. Et dic vendicant Romani pontifices ad ſuum commodum priuatum, vel ſedis: quia hoc non debent iuxta vulgatum, quòd fiſco non ſumus ita debitores, vt alijs iniuſtitiam faciamus. c. ex tenore. de foro compe. & ca. nuper. de do. inter vi. & vxo. gl. in ſimili in dote. in l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habe. Probus.

c ¶ Retrahuntur) xiiij. inconueniens ſi. infrà de cau. ca. j. §. j. verſi. & quod. vide not. ſup. de electio. ca. licet. §. j.

d ¶ Directioni) Ad virtutes & bonos mores. (*)

(*) De quibus ſup. hoc. §. in verbo virtuoſus.

e ¶ Correctioni) A malis & vitijs.

f ¶ Inuigilant) inuigilare tamen eorum incumbit officio. infrà de cau. ca. j. in prin. de offi. leg. c. j. li. vj. cle. paſtoralis. de re iudi. cle. dudum. in prin. de ſepul. Hoſt. in ſum. de pœn. & remiſ. §. quis ſit effectus. vnde dicit Ro. pon. amplectimur voluntarios pro ſubditorum quiete labores, & noctes quandoque tranſimus inſomnes, vt ſcandala remoueamus. in proœ. vj. c. frequens de teſti. ſpo. eo. li. idem dicit imperator in authen. vt di. iuſſio. ſubſcri. ha. in prin. coll. viij. in auth. vt iu. fine quoquo ſuf. in prin. coll. ij.

Respublica præfertur priuatæ. g ¶ Publica) Quæ præferenda eſt priuatæ, maximè vbi in ea includitur priuata. ar. ff. pro ſo. l. actione. §. Labeo. de cadu. tol. l. j. §. fin. vbi Cy. & legiſ. & in authen. res quæ. com. de le. de poſtu. præ. bonæ. j. cum ibi not. ca. ſcias. iuncta glo. vij. quæſt. j. no. in cap. licet. de regula. tamen iudex & prælatus debent præferre bonum publicum priuato: licet priuatum non includatur ſub publico. Similiter poteſt intelligi dictum philoſophi: melius eſt bonum gentis, quàm vnius hominis:

Digitized by Google

& bonum quanto communius, tanto diuinius. quod no. in l. j. C. de ſtu. lib. vrb. Romæ. lib. xj. quod ſi faber habet apothecam iuxta ſcholas, ita quòd impediat exercentes ſtudium, debet per iudicem expelli propter bonum publicum, quod innititur ſcholaribus. in authen. habita. C. ne fil. pro pa. de quo per glo. & Bar. in l, j. ff. ſolu. mat. Cy. in l. altius. C. de ſer. & aqua. Imo. in c. veſtra. de loca. Panor. in ca. fin. de iudi. nec debet prelatus propria ſua negocia præponere negocijs eccleſiæ ſibi commiſſæ. xij. quæſt. iiij. quicunque. vbi Archidia. ideo dicit Hoſtien. in ſum. tit. de maio. & obe. §. & ad quid. Henr. in dicto c. licet. quòd ſi epiſcopus præcipiat clerico ſuo quòd vadat Romam, vel alibi pro negocijs eccleſiæ ſuæ, non poteſt ſe excuſare propter curiam rei familiaris, & filius tenetur magis iuuare rem publicam (*1) quàm parentes pro hoc. ff. de ca. & poſt li. re. l. poſtliminium. §. filius cum ibi not. de reli. & ſump. fu. l. minime. ar. ex or. literæ. in l. aduocati. C. de aduo. di. iu. vbi Cy. vbi præponitur patria parentibus in l. quicunque. C. de cohorta. lib. xij. arg. contra l. veluti. ff. de iuſti. & iu. vbi parentes præferuntur patriæ. & ibi Bart. facit. l. hi qui. cum l. ſe. ff. de poſtu. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de aduo. §. j. ver. quid ſi pater. dicit quod ſi pater præcipiat vnum, & patria contrarium, iuſtiori parendum eſſe. pro hoc. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. j. in fi. cum l. ſe. ſi æque ſint iuſta, obediat patriæ per iura alleg. Alij dicunt, aut vterque præcipit rem illicitam: tunc nulli debet obtemperare. l. ad ea. ff. de regu. iur. c. Domino guerram hic fi. l. col. x. c. ſi Dominus c. ſeq. xj. q. iij. aut quilibet rem licitam: tunc quòd patri eſt obediendum per iura pro hac parte alle. fa. quod not. ſpec. de ver. quid ſi pater. quod filius videns aliquem volentem interficere patrem, & alium volentem comburere patriam, debet prius ſuccurrere patri. nam pater & filius cenſentur eadem perſona. (*2) C. de impu. & al. ſub. l. fin. & iure naturali filius tenetur obedire patri, & econuerſo inſti. de iure na. in prin. j. di. ius naturale. fa. l. ij. ff. de recepta. l. qui cum vno. §. fi. de re mi. l. ij. ff. in ius vo. vt e. aut fa. l. ij. §. voluntatem ſo. ma. ſed dicunt hoc fallere in vaſallo, quod in dubio teneatur potius iuuare Dominum quàm patrem aut filium per tex. in d. c. Domino. §. fi. vt ibi not. ca. ſeq. gl. in c. de forma. xxij. q. v. ſed Guil. de cu. d. §. fi. vult contra. dicens illum §. intelligi debere quando certum eſt quòd pater & filius ſe illicite habent erga Dominum fa. quod habetur in ſpe. tit. de aduo. §. j. ver. ſed nunquid clericus & ver. item quod poſtulat. quod not. Hoſtien. in c. fi. de poſtu. ca. petitio. de iureiur. tamen d. §. fin. iunc. prin. facit pro primis quod in dubio debeat vaſallus potius iuuare patriam quàm parentes: quia dictio etiam ibidem poſita eſt implicatiua. (*3) l. etiam ff. de ſolu. l. etiam. C. ſi tutor vel cura per docto. in c. cum in illis de præb. in vj. & dicitur in d. c. Domino, vaſallum debere iuuare Dominum contra omnes, ſcilicet vbi habet guerram iuſtam, vel eſt dubium. & ſequitur etiam contra patrem. ergo in eodem caſu intelligitur. fa. quia ſi pater de directo venit contra patriam, tenetur filius ſibi reſiſtere: vt. d. l. minime. vbi Bar. impugnando autem Dominum, ex conſequenti venit contra rempu. vel principem, qui cenſetur reſpu. l. fi. C. de qua. præſcri. Item expreſſa conuentione tenetur Domino propter iuramentum fidelitatis, quod inducit naturalem obligationem. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolu. l. fi. de iureiur. & ea de cauſa ſi archiepiſcopus vocat epiſcopum qui tenet regalia à rege, &

Faber proximus ſcholis poteſt inde repelli.

Digitized by Google

rex ante vel poſt vocauit eundem, licitè poteſt (*4) intermittere mandatum archiepiſcopi, & ire ad regem cui honor eſt deferendus. xxiij. q. vi. §. ecce. quod no. in c. cum parati. de ap. aut pater præcipit rem illicitam & patria licitam. tunc tenetur potius iuuare patriam per iura primò alle. nam filius debet inſurgere contra patrem rebellem patriæ. no. in c. fortitudo. xxiij. q. iij. in c. j. de conuer. in fi. Hoſt. & Pan. in d. c. fi. de poſtu. pugna pro patria, ait Cato. no. in l. fallaciter. C. de aboli. & dicit Tul. li. iij. de off. quod ſi pater conetur tyrannidem occupare, aut patriam prodere, debet filius obſecrare patrem ne id faciat: ſi nihil proficit, minari quod accuſabit eum, etiam ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. & Sene. trage. vj. præferre patriam liberis regem decet. & Virgi. de Bruto. Vincit amor patriæ, &c. Valerius lib. v. c. v.

Regi an potius ſit obediẽdum quàm prælato.

poſcit. a Quæ omnia grauem confuſionem ſtatui clericali & ſacerdotali b in diſ-

Patriæ naſcimur magis quàm parentibus.

(*1) Cui magis naſcitur quàm parentibus, gl. communiter approb. in l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in poſ. mit. meminit Mantua. conſi. ij. nu. 84. ſubdens per hoc intentum naſci patriæ vt filius occidens patrem rebellem minimè teneatur pœna parricidij, allegat illud Cic. Chari ſunt liberi, chari parentes, ſed omnes charitates vna complexa eſt patria. Et hæc opinio placet huic glo. in fine. P.

(*2) Quomodo hoc ſit intelligendum, dixi in tracta. diſpenſatio. membro 8. vbi tractatur, an pater poſſit iure communi filium ad beneficium præſentare, vel illi conferre. Probus.

(*3) Caſus magis dubitabilis, & etiam caſus prius non dicti, vt firmo in tracta. diſpen. membro. iiij. parte iij. nuume. 69. & memb. vj. parte ij. nume. 68. P.

(*4) Iſtud firmat Guil. Benedic. in repeti. ca. Raynutius. in verbo & vxorem no. Adela. nu. 342. Bene dicit qui tenet regalia à rege, ſecus ſi non tenet, quia tunc potius debet ire ad archiepiſcopum tanquam maiorem. not. Inno. & Hoſt. in ca. cum parati. de appella. quod verum, niſi dubitetur de ſcandalo. Domi. j. c. ſi epiſcopus. colum. fina. xxiij. di. Probus.

a ¶ Expoſcit) ad publicam vtilitatem reſpicit, vt crimina puniantur. (*) ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus. de ſolu. l. Stichum. §. j. de fideiuſſo. l. ſi à reo. §. id quod. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. c. vt famæ. de ſenten. excom. quia ſi gubernaculum diſciplinæ omittitur, reſtat vt religio naufragetur, in cle. attendentes de ſta. mona.

(*) Verum, niſi à iure vel conſuetudine contrarium reperiatur conſtitutum. l. Gracchus. C. de adult. quod placet, quando diſpoſitio à iuſta ratione originem trahit, vel quando malum non poteſt coerceri ſine ſcandalo, quia tunc debet dimitti, inquit Fely. in ca. omnes leges. col. iiij. diſtinct. prima. Iuuat. vulgatum, quòd multa permittuntur, ne deterius contingat. facit quod not. Bonifa. in cle. j. num. 6. de celebra. miſſa. quòd criminum correctio eſt ſuſpendenda, vt vitetur ſcandalum. qui in cle. vnica, nume. 26. de teſta. ait, quòd crimina aliquando non puniuntur, propter multitudinem, not. Fely. in ca. dilectus ij. de ſimo. P.

Crimina quando non puniuntur.

b ¶ Sacerdotali) ar. quòd appellatione clericorum non veniunt ſacerdotes, quod verum poſſet eſſe in materia odioſa & reſtringibili. pro hoc. c. ei cui. de præbend.

Digitized by Google

in vj. vbi in reſcrip. beneficialibus appellatione præbendæ non venit ſacerdotalis. c. fina. de præb. vbi appella. beneficij non venit dignitas vel rectoria: quia ſacerdotes habent qualitatem ordinis ſacerdotalis ſuper alios. facit cap. bonæ. j. de poſtu. præla. not. per Panor. in rub. de vita & honeſta. cleri. quod appellatione clericorum non veniunt conſtituti in dignitate, aut canonici eccleſiarum cathedralium in materia odioſa & reſtringibili. per Innocen. in c. ſedes de reſcri. (*1) quia in eis eſt qualitas ſupra alios, quæ non reperitur in ſimplicibus clericis. ad hoc cap. ſtatutum. de elect. in vj. vbi appellatione eccleſiarum parochialium non veniunt eccleſiæ parochiales collegiatæ in materia ſtricta: quia habent qualitatem collegij ſupra curam (*2) niſi vbi ſequeretur magna abſurditas (*3) ſi non comprehenderentur. facit. c. per exemptionem de priuileg. in vj. Frederi. conſil. xxxij. & niſi in Monachis nigri ordinis Sancti Benedicti, quorum eccleſiæ conuentuales, parochiales comprehenduntur in caſu cap. licet canon. de elect. in vj. vt in clemen. ne. in agro. §. cæterum. de ſtatu monacho. ſed in materia fauorabili vel indifferenti appellatione clericorum venirent ſacerdotes, & omnes cuiuſcunque ſtatus. not. Panormi. vbi ſuprà. Ioan. mo. in cap. j. de cler. ægro. in vj. gloſ. in capit. non liceat. de præbend. Specu. titu. de reſcript. præſen. §. ratione autem cauſæ. ver. quid ſi in reſcripto. vbi dicit quòd apellatione clericorum ſimpliciter facta non comprehenduntur epiſcopi, niſi forte ſit conſtitutio vel mandatum generale, vel edictum. xxj. diſtin. cleros. not. Lap. & Domi. in capit. auaritiæ. de electio. in vj.

Sacerdotes an veniant appellatione clericorum.

pendium [a] diuini cultus, & præiudicium [b] publicæ ſalu-

(*1) Vbi dicit quod ſi aliquis impetrat reſcriptum contra clericos, non comprehenduntur canonici: vt in ſimili dicunt Panor. & Ioan. de Ana. in ca. fi. de ſimo. quòd appellatione ſcholatium in odioſis non venit rector. Ratio huius dicti eſt, quia vbicunque ſpecies habet aliquam qualitatem pluſquam genus, tunc in materia odioſa appellatione generis non comprehenditur ſpecies. c. ſtatutum. iuncto c. licet canon. de elec. in vj. quæ ratio facit ad omnia quæ hic dicuntur. Eſt igitur verum quod in materia odioſa appellatione clerici non venit canonicus. tex. in c. per exemptionem de priuil. in vj. per quem. ita tenet Car. in c. bonæ. j. de poſtu. præl. Secus in materia fauorabili. ita videtur tenere Frede. in con. xxxij. col. fi. quæſtio talis eſt. quod glo. hic allegat in ſequen. P.

Appellatione generis quandonon comprehendatur ſpecies.

(*2) Merito concludimus per multa in tract. diſpen. membro 5. parte ij. quod appellatione curati beneficij non comprehenditur eccleſia parochialis, quod eſt pulchrum ſcire propter mandata & indulta ſedis apoſt. in quibus non fit mentio niſi de curatis, non de parochialibus eccleſijs. P.

Appellatione curati beneficij non cõprehenditur eccleſia parochialis.

(*3) Vt quia non eſſent niſi canonici in vna eccleſia, & diceretur in reſcripto, quòd conuenirentur clerici illius eccleſiæ, quia tunc appellatione clericorum veniunt canonici. notat. Panor. in rub. de vi. & hone. cler. P.

a ¶ Diſpendium) Id eſt damnum & diminutionem. ca. diſpendia. de reſcri. in vj. c. j. vt lit. pend. c. lib. cle. diſpendioſam de iudi. cum ſi.

b ¶ Præiudicium) ſi. ver. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. in fi. c. cum olim. de ele. c. cum inferior. de maio. & obed. cum ſi.

Digitized by Google

a ¶ Salutis) Quæ quærenda eſt ſuprà in princ.

b ¶ Iugiter) Id eſt continue & quotidie. ſi. ver. in procem. vj. in princ. lxxxij. diſt. propoſuiſti.

c ¶ Prolabentibus) concor. extra Ioan. xxij. dierum. ſuprà in proœ. §. cum itaque. cum ibi no.

tis[a] aſſerunt: poſſentque grauiorem in futurũ afferre ruinã rebus his in deteriora iugiter[b] prolabentibus[c], niſi prouideretur in aduerſum.

Concilium ſtatuit & decreuit papam à gratiarum expectatiuarum aut nominationum conceſſione abſtinere debere. hæc eſt quarta pars huius decreti. Probus.

Volens † [d] itaqua [e] hæc ſancta ſynodus ſuper his opportunum [f] remedium † [g] adhibere [h], ſtatuit & decreuit, vt pontifex Roma. qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectatiuas, † [i] aut nominationes [k]

† d ¶ Volens) Sic ius nouum ſtatuit. gloſ. in cle. vnica in verbo volumus de offic. vicar. reputata ſingularis. ad hoc ſimilis in clemen. vnica de rerum permuta. & in clem. j. de cenſib. Idem dic de verbo ſtatuimus. Fely. in c. ij. in fine de iudic. P.

e ¶ Itaque) Id eſt igitur. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. j. de delega. iij. l. in repetendis. cum ſi.

f ¶ Opportunum) Opportunitas attendenda eſt. (*) ff. de vſu. l. mora. de ſol. ſi ſoluturus c. cum ex eo. de elec. in vj. cum ibi no. in extrauagan. Io. xxij. eccleſiæ.

(*) Facit verbum Eccleſiaſt. ca. 8. ibi, Omni negotio tempus & opportunitas. & Pſalm. 9. Factus eſt Dominus refugium pauperi, adiutor opportunitatibus in tribulatione & Prouer. 15. c. Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. Probus.

Quare ſunt factæ leges. † g Remedium) Factæ enim ſunt leges vt earum metu humana reformetur audacia tutáque ſit inter improbos innocentia, & refrenetur licentia, nocendíque facultas, verba ſunt conci. Conſt. ſeſſione. xlj. in decreto de nõ ſpoliãdo eligendũ in papã. P.

h ¶ Adhibere) Si. ſuprà de elec. c. licet. §. j.

† i ¶ Expectatiuas) In quibus aliquid non datur in commendam: ſi tamen datur epiſcopis, diſpenſatio non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt quòd dicatur vt poſſint obtinere illa beneficia vnà cum epiſcopatibus vel eccleſijs quibus præeſſe dignoſcuntur, firmat Staphi. in tract. de formis expect. in 7. forma. Ex hoc habes quòd ſi tu ſecularis habens beneficia etiam incompatibilia, poſtea impetras regulare beneficium quod eſt tibi incompatibile, non eſt opus, quòd in prouiſione huiuſmodi regularis tibi commendati ponatur aliqua diſpenſatio, quia commenda importat diſpenſationem, dum dicitur in ea, vt poſſis tenere illud regulare vnà cum per te obtentis, quæ ſpecificare habes pro cautela tutiori. P.

Commẽda diſpenſationem importat.

k ¶ Nominationes) nominatio multipliciter capitur: aliquando pro electione. c. cum olim. de re iudi. & ex tali nominatione acquiritur ius nominato, ſicut ex electio.

c. ſi tibi

Digitized by Google

Nominatio qualiter ſumitur, an det ius nominato.

c.ſi tibi abſenti, de præb. in vj. in habitu, ſed exercitium iuriſdictionis actu acquiritur per confirmationem, (* 1) c. tranſiniſſum, de elect. c. auaritiæ, eo. titu. in vj. no. in ca. quanto, lxiij. diſt. Panor. in c. poſtquam, de elect. in c. ſuper his, de accu. alij dicunt, acquiritur ius ad rem per electionem & conſenſum præſtitum electioni, ius autem in re per ſolum actum confirmationis, not. Imol. & dom. Ant. in clement. j. vt lit. pend. quod ſentit ibid. Ioan. Andr. in verb. collato. vbi dicit quòd electus non poteſt dicere beneficium eſſe ſibi collatum ſicut ſuum: licet poſſit dicere illud ſibi debitum, ideo ſi electus in decanum Eccleſiæ Pariſien. moriatur in curia ante confirmationem, non dicetur (* 2) vacare decanatus in curia: quia ante confirmationem non poteſt dicere ſuum, ſed ſibi debitum. Tunc autem per mortem morientis beneficium dicitur vacare in curia, quando beneficium erat ſuum propter dicta verb. collato. vt in diſt. cle. de quo per Archi. & alios in c. ſi electio. de elec. in vj. de Ro. dec. 489. & durat prima vacatio vſque ad confirmationem quæ tranſierit in rem iudicatam, c. quàm ſit, c. cupientes, c. auaritiæ, cum ibi no. per Archid. Ioan. And. & alios de elect. in vj. tunc enim per confirmationem quæ tranſiuit in rem iudicatam, dicitur deſinere prima vacatio. de tranſla. prælà. c. j. & ij. Ioan. And. in addi. Specu. titu. de ac. vel pe. §. ſuper actionibus, in fine, & prædicto modo ſumitur nominatio in l. nominationes, C. de ap. ij. q. vj. §. nominationes, C. de decu. l. nominationum, cum ibi no. lib. x. alia eſt nominatio ſolennis, quæ æquipollet poſtulationi, & fit quando duo vel tres nominantur Papæ, vt de vno illorum prouideat Eccleſiæ: & ex hac nominatione non acquirit propriè ius nominato, ſed quodammodo, cap. contra ſanctorum, xvj. q. vlti. ſed nominantes non poterunt (* 3) variare ex quo illam nominationem præſentauerint ſuperiori, ſicut dicitur in poſtulatione, (* 4) ca. ij. de poſtul. prælato. de iſta loquitur capitu. bonæ ij. in fi. eod. tit. vt ibidem vult Hoſtien. licet gloſ. aliter capiat nominationem quando omnes eligentes abſque ſolennitate cócordant in aliquo intelligibili aſſumendo, & vadunt ad ſuperiorem vt cum eo diſpenſet & prouideat Eccleſiæ, & iſta æquiparatur poſtulationi. Alia eſt nominatio quæ fit ante ſcrutinium de aliquo eligendo quãdo aliqui proponuntur in collegio tanquam boni viri, vt de eis fiat ſcrutinium, de qua in c. quod ſicut in princ. de elect. nec per illam quæritur ius nominato, ſed poſſunt tranſire dominantes ad eligendum alium. Alia eſt nominatio quæ fit ſcrutinio electionis, in quo vota ſecretè & ſigillatim ſunt exprimenda, c. ſi quis iuſto, in fi. de ele. in vj. nec per talem nominationẽ acquiritur vere ius nominato, ar. d. c. ſi tibi abſenti, in prin. de iſta habetur in c. perpetuæ, de elect. in vj. ſed nominantes publicato ſcrutinio non poſſunt variare, ca. publicato. de elect. quando ſequi poteſt electio: quia nominatus habet maiorem & ſaniorem partem vocum. Nam ſi publicato ſcrutinio non poſſet ſequi electio, quia vota eligentium reperiuntur æqualia, aut non conſentit in aliquem maior pars, tunc poterunt electores variare, arg. c. quia propter, c. Eccleſia veſtra, ij. iunc. ibidem gloſ. fi. de elect. nulla enim iniuria aut infamia irrogatur nominato ex variatione, cum nó habuerit maiorem partem capituli, no. doct. in d. ca. publicato, vbi dicunt quòd minor pars poteſt accedere ad maiorem partem publicato ſcrutinio quando ex votis minoris partis non poteſt ſequi electio & nullum ius eſt acquiſitum nominato, facit c. quod ſicut, gloſ. in ca. cum in iure. de elect. & prædictæ nominationes fiunt ad be-

Digitized by Google

neficia vacantia. Aliæ ſunt quæ fiunt ad vacatura: quarum quædam ſunt gratiæ expectatiuæ, quæ dicuntur nominationes: vt hic infrà ver. exceptis, tunc ſi expectans eſt receptus in canonicum ſub expectatione præbendę, habet ad eam ius ad rem, non in re. c. pen. de præb. in vj. c. fi. de conceſ. præb. eo. lib. Si verò non eſt receptus in canonicum, ſed duntaxat habet gratiam ſuper beneficio ſibi conferendo, tunc ſolum habet ius implorandi officium executoris, vt prouideat vel faciat ſibi prouideri, bo. gl. in c. veniens, de renun. glo. & Inno. in c. literis, de reſcrip. Inno. in cap. conſtitutus, eo. tit. Spe. tit. de præb. in prin. Panor. in c. capitulum, c. ſeq. de reſcri. licet Hoſtien. & Henri. aliter dicant in d. ca. literis, quòd per literas executorias acquiritur ius ad rem petendi beneficium cum vacat, arg. d. c. conſtitutus, c. accipimus, de æta. & qualita. de quo per Ioan. And. in c. ſi ſoli. de conceſ. præ. in vj. ſed hoc iure damnatæ ſunt gratiæ expectatiuæ regulariter. Aliæ ſunt nominationes quæ fiunt ab vniuerſitatibus de ſuppoſitis graduatis, de quibus infrà eo. titu. §. inſuper, cum aliis, §. ſeq. nec (*5) per eas quæritur ius in re vel ad rem ad beneficia, ſicut dictum eſt in gratiis expectatiuis, ſed conſequitur nominatus quoddam ius præparatorium ad beneficium cadens in turno nominatorum obtinendum ſicut præſentatus, tamen non omnino æquiparantur nominatio & præſentatio, cum per præſentationem acquiratur ius ad rem (*6) ad beneficium petendum: & actio perſonalis contra inſtituentem, c. cum autem, c. paſtoralis, de iure patro. arg. c. quoniam, de præb. in vj. Hoſtien. in c. quoniam de iure patro. Geſ. in cle. j. de ſup. ne præla. per gloſ. & doct. in c. dilectus, de offi. leg. (*7) Henr. in c. cum Bertholdus, de re iudi.

Nominationes vniuerſitatum an dent aliquid iuris.

(*1) Quod firmo in tract. deuolutio, parte j. q. xxij. P.

(*2) Iſtud firmatur per do. de Rota. in no. deciſio. pe. quam hic gloſ. voluit allegare dum dicit deci. 489. tangit propoſitum Fran. in cap. quàm ſit, §. j. de elect. in vj. dixi in tract. deuolu. parte j. q. xxx. vbi adduco rationem dicens, quòd ſi electus ante confirmationem moriatur, beneficium non dicitur vacare per eius obitum, ſed per obitum primi. P.

(*3) Not. Panor. in ca. quod ſicut, col. ij. de elect. & in ca. auditis, col. ij. eo. titu. & Ant. in c. cum iure, eo. titu. P.

(*4) Etiam in præſentatione, quia ſi plures Epiſcopo præſentantur accumulatiue, Epiſcopus habet optionem cui velit inſtitutionem dare, & præſentans non poterit variare. not. in c. quod autem, de iure patro. P.

(*5) Similis gloſ. infrà hoc titul. §. quod ſi quis, in verbo irritum, ante finem. Probus.

(*6) Quod probo in tra. penſio. parte j. q. xix, nu. 43. ſubdens quod præſentatio realis præuentionem Papæ impedit, prout & electio. P.

(*7) Aliam habes nominationem, de qua Cæſar Lamber. in tract. de iure patro. ar. xxij. quæſtio. v. parte ij. lib. j. videlicet quando habens inſtituere poſt tempus ad præſentandum lapſum admittit patronorum præſentationem, quia illa potius dicitur nominatio quàm præſentatio: quod Epiſcopus, id eſt inſtituens facere poteſt, cum nemini præiudicet, ſed ſibi ſoli ad quem ius plenè prouidendi eſt deuolutum. Probus.

Digitized by Google

† a ¶ Nullo modo) De huiuſmodi gratiarum ceſſione ordinarij non habent conqueri, cum Papa ſit ordinarius ordinariorum, c. cuncta per mundum, ix. q. iij. & cum omni prælato concurrens in iuriſdictione & poteſtate, dicit Ioan. mo. in c. ſi eo tempore, de elect. in vj. & Bal. in c. j. qui feud. dare poſſ. P. *Ordinarij non poſſunt de Papa cõqueri.*

b ¶ Ve) pro vel ff. quod quiſque iuris, l. j. in prin. de ſta. li. l. Stichum, §. Stichus, ſed multis aliis modis capitur, no. Ioan. And. in c. cum ex iniuncto. de no. ope. nuncia.

nullo modo † [a] nullaue [b] ex cauſa [c] cõcedat † [d]: cum ipſe præ [e] cæteris (ne ſit tantorum [f] occaſio malorum) abſtinere debeat.

Fruſtra aliquid inferioribus inhibetur, ſi ab inhibito ſuperior ſe non abſtineat. P.

Fruſtra [g] enim inhiberetur inferioribus [h], ſi ipſe qui aliis debet eſſe omniũ bonorum & virtutum [i] exẽplar [k],

c ¶ Cauſa) Niſi in caſu. infrà ver. non tamen, & niſi forte in terris Roma. eccle. ratione directi vel vtilis dominij ſubiectis, & ſi cauſa magna rationabilis & euidens fuerit expreſſa in literis ap. vt de reſeruationibus dicitur ſup. de elec. c. j. §. j. in prin. & ver. decreuit. c. licet, circa prin. & quia.

† d ¶ Concedat) Voto concilij quo ad Eccleſiam Gallicanam concernit, fuit per concordata ſatisfactum: vt patet in eis in tit. de reſeruatio, ibi, de cætero non dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ &c. Et ſi de facto fiant, illas irritas eſſe decernimus & inanes, inquit Leo Papa. P.

e ¶ Præ) Id eſt ante cæteros, ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi fideiuſ. ibi prædicendum, c. ij. de offi. delega. in vj. ibi, præditis.

f ¶ Tantorum) Quæ enumerata ſunt ſuprà ver. cui rei.

g ¶ Fruſtra) Id eſt in vanum, (*) c. quia fruſtra, de vſu. c. j. de accuſa. in vj. & ibi Io. And. in no.

(*) Quod probatur Pſal. 126. ibi, Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, quia verbum Dei intonantes, & peruigili cura gregem eis commiſſum cuſtodientes aliquid ſpiritualis gratiæ non infundunt, niſi dominus cooperetur. Et Prouerb. c. 24. Non ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, & cap. 26. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias, ſic indecẽs eſt in ore ſtultorum parabola. Probus.

h Inferioribus) Omnes natura ſumus æquales, ſed culpa exigente, alij ſunt ſuperiores, alij inferiores, xxij. diſtin. de Conſtantinopolitana, vt ſuperiores culpas puniant (*) & ſubditos ad concordiam ducant, xlv. diſt. licet, lxxxix. diſt. ad hæc. *Omnes natura æquales ſumus.*

(*) Habent tamen exemplum ceſſandi à correctione ſubditorum in paſſione poſitorum, donec tranſeat paſſio, niſi periculum in mora probabiliter timeatur, dicit glo. ord. Exod. c. 5. in fi. P.

i ¶ Virtutum) Omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, de pœnit. diſt. v. dolendum, c. defleat. cum ibi not. de verb. ſig. & de virtutibus not. xxviij. qu. j. §. ex his, Ioan. And. in cle. j. de ſum. tri. in cle. ad noſtrum, §. vj. de hære.

k ¶ Exemplar) Speculum enim & norma omnis ſanctitatis & munditiæ debet eſſe

Digitized by Google

Papa debet eſſe ſpeculũ ſanctitatis.

Papa, ſuprà tit.j. c.j. §. facta. ver. ſummum, & vita eius in exemplum ſubditis, ij. q. vij. cum paſtoris, ideo eius peccatum ob altitudinem dignitatis aggrauatur. (*) c. homo Chriſtianus, cum ibi not. xl. di. cap. aliorum, ix. q. iij. & ſuo malo exemplo multos cateruatim ſecum trahit ad inferos, xl. diſtin. ſi Papa.

Auctoritas principis depẽdet ab auctoritate iuris.

(*) Ideo ſi Papa committat crimen depoſitione dignum, aſperius punitur quàm alius, etiam non ſeruato iuris ordine, dicit Fely. in ca. paſtoralis, nu. 3. de offi. deleg. allegat glo. in c. præſul. ij. q. iiij. Equidem legimus ꝙ magni principes magis quàm priuati debent ratione viuere & regulari. l. digna vox. C. de legi. nec debent velle niſi quod eſt æquum & iuſtum: & quod arbitrantur in aliis, debent in ſeipſis reputare, quia Chriſtus legem dedit, quam non diſſoluit, ſed impleuit. Mat. c. 5. Ideo docet pontifices, ſuos & Eccleſiæ cuſtodire canones, & principes ſuas leges & conſtitutiones, quia de auctoritate iuris principis pendet auctoritas. P.

non abſtineret[a]. Vt enim[b] ille[c] ſanctiſſimus & doctiſſimus Leo[d] Papa inquit[e], totius familiæ[f] do-

Prælati vitium ſubditos corrũpit.

a ¶ Non abſtineret) Vnde Leo Papa, ſi nos qui aliena corrigere debemus peccata, peiora committimus, certè non veritatis diſcipuli: ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magiſtri, ij. q. vij. nos ſi incompetenter. Nam quod agitur à prælatis, facilè trahitur à ſubditis in exemplum, (*) ca. cum quidam, de iureiur. ca. magnæ. de vo. cap. qualiter, ij. de accuſ. lxxxix. diſtin. nemo. & timendum eſt ſi lãguor non fuerit in capite curatus, totum (quod abſit) corpus morbus inuadat. vj. q. j. ſunt plurimi. §. verum. ij. q. vij. ſicut. quia paſtore languente grex inſidiatoris dentibus laniandus exponitur, vij. quæſ. j. quamuis. Ideo luceant prælati bonis operibus, Matthæi 5. xxiiij. q. j. quoniam vetus, xciij. diſtinc. ſacerdotes, ſuprà ver. dum autem, quia ſi tribuant ſubditis malum exemplum, grauiter peccant. de pœnit. diſtinct. v. conſideret. §. animaduertere, ij. q. vij. quis ex vobis, §. item Paulus, & grauius punientur, xj. q. iij. præcipuè, potẽtes enim potenter tormenta patientur. viij. q. j. illud.

(*) Iſtud latiſſimè firmo in tracta. diſpen. mem. 2. in prin. P.

b ¶ Enim) Pro certè.

c ¶ Ille) Stat demonſtratiuè.

d ¶ Leo) De quo. xv. diſt. cap. j. §. quarta. cap. ſanctã.

e ¶ Inquit) Cap. miramur. lxj. diſtinct.

Familia eſt per dominũ corrigenda.

Dominus an teneatur de familia delicto.

f ¶ Familiæ) Quam debet dominus (*1) corrigere, & bonis moribus inſtruere. 1. ad Timoth. 5. ad Epheſ. 4. xlvij. diſtin. §. neceſſe. xxxviij. q. iiij. duo iſta. de ſimo. licet Hely. ff. de pœn. l. reſpiciendum, §. furta. cum ſi. ne ſanguis, id eſt peccatum familiæ de manibus domini requiratur, cap. qualiter. ij. de accu. cap. irrefragabili. iuncta glo. de offic. ordin. An autem dominus in foro contentioſo teneatur de facto familiæ, dicit Bar. in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. do. An. & Panor. in c. j. de reſti. ſpol. dominum non teneri ex facto familiæ, niſi mandauerit, vel ratum habuerit. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. cap. cum ad ſedem, vbi glo. & doct. de reſtitut. ſpol. tamen de facto ſerui tenetur noxaliter. inſti. de noxa. ac. vbi Io. Fab. l. j. ff. ſi fa. fur. fe. di. vbi Bar. Io. Fab. inſti. de ob. quæ ex quaſi del. §. ſi filius famil. & niſi familia deliquit in il-

Digitized by Google

lo officio ſeu miniſterio in quo eſt prępoſitus dominus: & ipſe in illo miniſterio vtitur opera familiæ. Eſt enim tunc quod imputetur domino ſi non elegit honeſtã familiam, ff. de publi. l. j. vbi præpoſitus ad vectigal tenetur ex facto familiæ ſuæ, ſeu illius quem ſibi adiunxit in illo miniſterio. idem in nauta qui tenetur ex maleficio facto per familiam ſuam: vt in ti. ff. fur. aduer. nau. inſtitut. de ob. quæ ex quaſi del. na.

mini [a] ſtatus & ordo nutabit [b], ſi quod inquiritur in corpore [c], nõ inuenitur in ca-

in fi. ad hoc cap. generali. cum ibi not. de elec. in vj. Bart. in d. l. j. de publi. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui oper. nuntia. l. ſed ſi vnius, ff. de iniuriis, tenetur tamẽ dominus ciuiliter, non criminaliter: vt. d. l. ne quid. ideo ſi aliquis eſſet præpoſitus ad cuſtodiam alicuius territorij, teneretur ex robaria facta ibidem per familiam ſuã, ſiue ſit libera, ſiue ſeruilis: vt d. l. j. de public. §. familię. Ideo poteſtas ſiue rector tenetur ex facto officialium ſuorum, l. ſi poſt. C. de aſſeſſ. liberantur tam prædicti exhibendo malefactores, vt. d. §. familiæ, & l. cum ſi exhibuiſſent, ff. de public. & hoc cũ quis exercebat officiũ publicũ, ſecus ſi priuatũ, vt quia regebat hoſpitiũ: tunc nõ ſufficit exhibere malefactorem, ſed eſt in optione damnum paſſi, an agat contra famulos, an contra dominum hoſpitantem, vt d. l. j. ff. fur. aduer. nau. & de hoc latè per Bald. in repet. l. obſeruare, ff. de offic. proconſ. & nota quòd licet nomen familiæ diuerſimodè accipiatur ſecundum diuerſitatem (* 2) caſuum, vt l. pronuntiatio, ff. de verb. ſig. l. fi. C. eo. tit. ff. de ædil. edic. l. ædiles, §. familiæ, per Ioan. And. in cap. fi. de verbo. ſignifi. in vj. in nou. Bald. in l. j. C. de Epiſco. & cleri. tamẽ hic capitur latè pro ſubditis alicuius domini.

Hoſpes in hoſpitio damnum paſſus contra quem aget.

(* 1) Quia honor illius eſt bonam habere familiam, prout & totius familiæ, arg. l. j. §. & ſi ſeruus, ff. de ven. inſpic. P.

(* 2) Nam aliquando familia dicitur ſeruorum collectio: l. ſi famil. ff. de iuriſdi. om. iudic. Nonnunquam dicitur ſubſtantia, l. ſtatu liberos, ff. ad legem Falcidiam. vide text. in l. ædiles, §. familiæ, ff. de ædilitio edicto. & Bart. in l. j. §. familiæ, ff. de vi & vi arma. Probus.

Familia dicitur

a ¶ Domini) Facit iſte textus ad prouerbium, qualis dominus talis familia. ad hoc cap. cum in iuuentute. de pur. can. ibi domini dictum facilè ſequitur multitudo.

b ¶ Nutabit) Hæc vera eſt litera, vt in cap. miramur. lxj. diſt. (*) alij libri habent mutabitur.

(*) Vera ſunt hæc: nam totius familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite, ſic ſunt ſimilia verbis tex. noſtri. P.

c ¶ Corpore) Id eſt ſubditis, c. cum non liceat. de præſcript. & hic ar. quòd ap. corporis non veniat caput, cum tamen caput ſit honorabilius mẽbrum quod ſit in corpore, nam amputato capite fruſtra iactat quis ſe habere alia membra. j. q. j. illi offerunt. in fi. & ſolum caput ſine aliis membris facit locum in quo ſepelitur religioſum, l. cum in diuerſis, ff. de reli. & ſump. fu. per quam l. dicunt communiter canoniſtę, quòd ſi caput pueri foris extra vterum appareat, poteſt puer baptizari (*) maximè ſi non poteſt egredi, & de vita ipſius dubitatur, not. G. in cle. j. de ſum. trinit. Henri. in cap. maiores, de bap.

Baptizari poteſt quãdoque puer nondũ natus.

Digitized by Google

(*) Quod & alia hic in gloſ. adducta proſequitur Lucas de Penna in l. cum antea, de agrico.& cenſi.lib.xj.C.& in l.iij.de conſulibus,lib.C.xij. P.

a ¶ Integritas (*1) in vita & moribus. (*2)

(*1) Ea enim vel perſonæ ſanctimonia, vbi ex coniecturis dubitatur de mendacio, vel iudicio corrupto, tollit omnem ſuſpicionem, probat Felynus in capitulo literis, nume. quinto.de teſtibus. P.

pite. Integritas[a] enim[b] præſidentium, ſalus dignoſcitur[c], eſſe inferiorum. Ceſſentque decætero iam factæ[d]: & tam ipſæ quàm etiã fiendæ, ſi quę fiãt, nullæ ſint ipſo facto. Exceptis illis gratiis & non fulminationibus, ſuper quibus proceſſus ſunt iam expediti[e]: quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus[f], quibus hactenus curſum habere cõſueuerunt, tolerãdas[g]

(*2) Facit verbum Apoſtoli ad Titum. 2, capite, ibi, Præbe exemplum bonorum in doctrina & integritate, id eſt honeſtate nedum animi, ſed etiam corporis. integritas enim propriè pro corporis pudicitia ſeu virginitate ſumitur, cap. fi. de frigidis & maleficia. quod placet Archi. in cap. j. in princip. de ſtat. regula. in vj. P.

Integritas capitur pro corporis pudicitia.

b ¶ Enim) Pro quia.

c ¶ Dignoſcitur) Vt in c. miramur. lxj. diſt.

d ¶ Factæ) Gratiæ expectatiuæ re integra exiſtente, ſuper quibus ſcilicet non fuerũt proceſſus expediti: vt infrà.

e ¶ Expediti) Specialis exceptio modificata infrà eod. tit. §. placuit. aliàs reuocatoria caſſarẽtur omnes gratiæ quibus fuiſſet ius ad rem quæſitum, non in re, etiam ſi proceſſus fuiſſent facti. cap. penult. de præbend. in vj. cap. de liberatione de offi. leg. cap. fi. de conceſ. præbend. eodem libro.

f ¶ Menſibus) Et quatuor menſes habebant ordinarij liberos, infrà ver. non volumus.

Tolerantia an det Ius beneficio.

g ¶ Tolerandus) Quædam eſt tolerantia approbationis (*1) expreſſa vt hic, talis dat ius in beneficio, præſertim ſi fiat à Papa, de con. coniug. cum ſis prædictus, in fi. ita intellige cap. literas, de ſup. neg. præla. vbi Hoſtien. exponit verbum illud patientia, ſcilicet expreſſa. not. Ioan. And. in cap. Michaël. de fi. preſ. & habet vim diſpenſationis, (*) cap. quia circa. de conſangui. & affinit. glo. & docto. Alia eſt tolerantia approbationis tacita habens in ſe tacitum conſenſum, & iſta etiam in Papa dat ius in beneficio. Sufficit enim quòd de ſua voluntate conſtet, per not. per glo. & alios in cap. ſi quando. de ſentent. excommu. Ioan. And. in clemen. ſi ſumus. eodem. titu. ideo dicit Innocen. d. cap. quia circa, quòd eius diſſimulatio ex certa ſcientia habet vim diſpenſationis (*3), per illum tex. ca. ſuper eodem. de cog. ſpi. c. aqua. de conſe. ec. vel alta. not Bar. in l. item Vlpianus, ff. de excut. tut. not. ſuprà de elect. cap. licet in prin. ſed in aliis prælatis inferioribus eorum tolerantia etiam expreſſa non habet vim diſpenſationis, niſi præmiſerint cauſæ cognitionem, not. gloſ. & docto. in cap. ij. de ſchiſma. in cap. literas, de conceſ. præb. Innoc. & doc. in cap. veniens. de fil. preſbyt. nam diſpenſatio fienda eſt cum cauſæ cognitione:

Diſpenſationis vim non habet tolerantia.

Digitized by Google

& ad cauſæ cognitionem arctatur inferior. aliàs non eſt diſpenſatio. j. quæſt. vij. niſi rigor. not. Innoc. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monac. ideo Epiſcopus nec ordinando nec confirmando nec alio modo intelligitur diſpenſare, niſi hoc exprimatur: vel ſaltem, vt vult Ioan. Andr. in dicto capitulo ſecundo, præmiſerit cauſæ cognitionem ſuper diſpenſatione, tunc promouendo videtur diſpenſare, fa. not. in cap. fin. de coniu. ſer. Innocen. in cap. fi. de eo qui fur. or. ſuſ. Ioan. Andr. in cap. primo de ætate & qualitate, in ſexto. & iſtorum etiam tolerantia inferiorum non dat ius in beneficio: niſi interueniat canonica collatio vel prouiſio, vt not. in ca. dilecto. de præb. quòd volunt ibidem Hoſtien. & Henri. fa. l. cum vir. ff. de vſuca. quod ibi not. Bart. l. ſi ſeruo alieno. ff. qui & à qui. ca. non firmatur, & quod ibi not. Ioann. And. in nouel. de re iudi. in vj. quod limita quando ad prouiſionem requiritur ſolennitas ſubſtantialis, ſine qua actus non valeret: vt in electione. ca. auditis, cum ibi no. de elect. no. ſuprà de elec. ca. j. §. ad tollendum, & quando prouiſus fuit in dolo, & dedit occaſionem prouiſioni nullæ: quia facta fuit per impreſſionem, aut ſimoniacè. no. Compoſ. in ca. quod ſicut. de elect. aliàs his ceſſan. puto quòd prælatus facit aliquem actum per quem tacitè videatur appobaſſe collationem nullam, vbi non requiritur aliqua ſolennitas, ſed ſufficit nudus conſenſus, validabitur collatio quæ prius erat nulla: puta ſi aliquis contulit beneficium ſpectans ad collationem Epiſcopi, vel Epiſcopus contulit beneficium cuius collatio ſpectat ad inferiorem, cuius poſtmodum ad eum deuoluitur collatio, & Epiſcopus ex certa ſcientia viſitat illum beneficiatum, recipit procurationem, admittit ad ſynodum, & ſimilia, tacitè videtur approbare collationem, bonum arg. in d. ca. dilecto. in cap. ſi tibi abſenti. de præb. in vj. l. quo enim, & quod ibi not. Bart. ff. rem ra. ha. Bart. in l. j. C. qui pro ſua iuriſ. no. Panor. in ca. cum ex officij, de præſcri. fa. quod no. in d. §. ad tollendum, quod le. & no. in c. ex ore. de his quæ fi. à ma. par. cap. nil enim refert aliquid fiat verbo vel facto. (* 4) ca. vt noſtrum, cum ibi no. de ap. & de æquipollentibus idem eſt iudicium. (* 5) ff. man. l. fi. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi mater. Alia eſt tolerantia ſimplex quæ eſt nuda patientia vel diſſimulatio non veſtita actu concludente: & talis non habet vim conſenſus, d. cle. ſi ſummus, cap. cum iamdudum, de præb. de quo dic. per do. An. & Panor. in d. ca. quia circa.

Prælatorũ inferiorum tolerantia ius non dat in beneficio.

Probatio nulla quandoque validatur.

(* 1) Etiam eſt tolerantia habitationis, per id quod dicit Domi. in con. viij. col. ij. Quidam Cardinalis quod tolerantia facit iudicem aliàs inhabilem, habilem & competentem in territorio. Vide Panor. in c. quia circa. in fi. de conſang. & af. P.

Tolerantia facit quem habilem.

(* 2) Non intelligas de comparatiua, quia illa non inducit diſpenſationem, ſi credideris Car. in ca. cum iamdudum, not. vij. de præb. quem vide oppo. vij. & de ea videtur ſentire Iaſon in l. quæ dotis, nu. 101. ff. ſolu. ma. vbi ait quòd actus ſuperioris conſiſtens in pari, nunquam diſpenſationem inducit. P.

(* 3) Quod placet Caſſador. deci. ij. nu. 3. tit. de ſimo. & Panor. in cap. niſi eſſent. nume. 9. de præben. & Guil. Bened. in reperi. ca. Raynutius, in verbo & vxorem no. Adela. nu. 351. de teſta. facit dictum Specu. in tit. de diſpen. §. qualiter col. ij. ver. nunquid ergo. ibi, quòd Eccleſia mandando vel diſſimulãdo diſpenſat. Hinc Aymõ Crauete. cõ. clxviij. nu. 4. De duobus (inquit) quod bãnitus toleratus in officiis & dignitatib⁹ publicis, impune nõ poteſt occidi. Vide Prep. in c. in iſtis. § leges. iiij. diſ. vbi.

Effect⁹ tolerantiæ.

ponit an tolerantia Papæ faciat ius, & diſpenſationem inducat. Hunc punctum tangit Gomes in c.j.nu.132.de conſtit. dicens, quòd vbicunque princeps in facto ſpecifico reſpondendo vel reſcribendo dicit toleramus, videtur approbare & diſpenſare ſuper illo actu aliàs illicito, c.quia circa.de conſan. & af. ſecus vbi princeps tolerat de facto non reſiſtendo, quia tunc non inducitur approbatio, ſic intelligitur tex. in cap. iamdudum, de præb. Iſta ſunt Panor. in ca. niſi, eo.tit. & Fely.in c.j.de treuga & pace. Quis autem dicatur toleratus, ponit latè Præp.in c.præter.col.5.& ſeq.32. diſt. vide quæ de tolerantia dixi in tracta. diſpen. memb.5.parte 3.nu.48.& ſeq. P.

(*4) Vnum tamen eſt quòd vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, probat Fred. con. clxix. tex.in l. qui decem, §.reſponſum, ff.de ſolu. & l.obſignatione, C. eo.titu.&l.prætor.§. ſi quis paratus, ff. de no.ope.nun. quid ſit, quia plus eſt factum quàm verbum: ait Ioan. Andr.in cap.cum Eccleſia, col.j.de elect.alia dixi in trac.pen. parte j.q.ix.nu.32.

Non refert quid ex æquipollentibus fiat. (*5) Simile quòd non refert quid ex æquipollentibus fiat, gl. poſt tex. in l.fi.ff. manda.gloſ.in l.ſi mater vos, C.de inſti.& ſubſt.Alex.in con.xc.in fi.viſo inſtrumento, vol.iij.& con.ij.in prin. vol.ij. Sozi.in con.lxiij. nume.9. viſis, vol.j. notat dom. meus de Ripa in ij.lib.reſpon.c.xxxiij.num.7.quod proſequere vt per nos in tracta. diſpen.xij.membro.parte j.nu.120.& ſeq. P.

duximus, donec aliter fuerit ordinatum.

Reſeruationes etiam particulares etiam à Romano Pontifice factæ ſunt ipſo iure nullæ. Et attende quòd ſuper hoc per concor. fuit prouiſum, vt diximus ſuprà in fin.tit.de reſeruatio. Probus.

Reſeruationes etiam [a] particulares quæcũque fuerint, [b] Beneficiorum vacaturorũ [c]

Factum eſt pluſquam verbum. a ¶ Particulares) Et generales, ſup.tit.j.c.j.ij.& iij.

b Beneficiorum) Quorumcunque ſiue electiuorum, ſiue collatiuorum.

c ¶ Vacaturorum) Ergo beneficij iam vacantis poterit valere reſeruatio ſi eſt collatiuum: nam per iſtum textum ſolum prohibetur reſeruatio vacaturorum, ſicut enim vacans poteſt Papa conferre per præuentionem, inf.ver. nec etiam, (*1) ita & iam vacans poterit ſi præueniat conferendum à ſe vel ab alio de eius mandato reſeruare, tunc enim ceſſat fraus concilij Lateranen. nam videmus quòd licet Epiſcopus non poſſit delegare poteſtatem conferendi certum beneficium vacaturum, (*2) c.conſtitutus, de con.præb.tamen poteſt dare poteſtatem conferendi beneficium vacans, quia tunc ceſſat fraus concilij Lateranen.no.doct.ibid.gl.in c.deliberatione, §. prohibemus, de offi.le.in vj. nec ſolum per collationem, ſed etiam per commiſſionem ſuper hoc alteri ſpecialiter delegatam Papa præuenit ordinarium, c.ſuper eo. de offi. dele.no.Arc.in c.ſi Apoſtolica, de præb.in vj.

Epiſcopus dat poteſtatem conferēdi certum beneficium vacās non vacaturum.

(*1) Et in concor.in tit.de mand.apo.in §.declarantes, ver. nóſque & ſucceſſores noſtros. Probus.

(*2) Quem-

(* 2 Quemadmodum enim non valet conſtitutio procuratoris ad præſentandum B. ad beneficium nondum vacans, probat Caſſado. deci. v. ti. de iure pat. ita nec debet conſtitui vicarius ad conferendum aliqua beneficia ſpecificata, ſed generaliter. i. vicarius generalis debet conſtitui. tex. in c. iij. ibi, ſuos vicarios generales de præb. in vj. no. gl. Ioan. Andr. & communiter alij in c. pe. §. prohibemus. de offi. le. co. li. & doc. c. conſtitutus. hic per gl. alle. vbi Henr. Boic. poſt gl. & doc. ſubdit rationem, quia cum prælati viderent quod non poſſent promittere non vacans, darent poteſtatem conferendi amico illius cui intenderent prouidere. ſic fieret fraus de perſona ad perſonam. ca. ad noſtram. de emp. & vend. quod placet Car. in d. c. conſtitutus. in fi. & Ioan. Andr. in c. ſi. col. fi. de con. præb. vbi etiam idem Henri. & Ant. quod proſequitur Rota. deci. 288. in antiq. & deci. 327. & Bellemere deci. 443. Probus.

tam [a] per Romanos pontifices † [b] quàm per legatos ſedis [c] apoſtolicæ de cætero ſint [d] nullæ

a ¶ Tam) Aduerbium eſt affirmandi. c. tam literis. de teſti. xxxv. q. vj. parentela. aliquando ponitur pro tantum. ca. contingit. de ſenten. excommun.

† b ¶ Romanos pontifices) Quorum poteſtas eccleſiæ eſt fundamentum. Matth. 16. c. inquit Præp. in c. qui reſiſtit. xj. q. iij. ſubdens quod à papa gradus dignitatum diuerſi in eccleſia & diſponuntur, & ordinantur: & ſicut prima cauſa plus influit ſuper cauſatum cauſæ ſecundæ quàm ipſa cauſa ſecunda, ſic etiam ſe habet poteſtas Papæ ad omnem ſpiritualem poteſtatem in eccleſia. P.

c ¶ Sedis apoſtolicæ) quæ non moritur. c. ſi gratioſè. de reſcr. in vj. ar. c. liberti. xij. q. ij. de offic. deleg. quoniam abbas. ideo morte papæ non expirat officium legati (*) ſe. apo. c. ij. de of. le. in vj. ſic imperium perpetuum eſt, in auth. quo. op. epiſ. §. licentiam. colla. j. in auth. vt præpo. no. impera. Domi. circa prin. colla. v.

(*) Etiam nec officium camerarij & pœnitentiariorum. cle. ij. §. eo tamen. de electio. Probus.

d ¶ Nullæ) Quid ſi papa in conferendo beneficium cuius collatio ad eum ſpectabat iure deuoluto, aut aliàs, fundat ſe ſuper reſeruatione generali vel particulari, an teneat prouiſio? arguitur quod non, (* 1) quia valens explicare actum vno modo, ſi eligit alium modum incompetentem, corruit (* 2) actus. c. ex parte de con. præb. cum ibi no. per Hoſt. & Pan. & ibi dicunt doc. quod ſi iudex fert ſententiam exprimendo cauſam non concludentem, illa ſententia eſt nulla, licet ex cauſa non expreſſa poſſet iuſtificari. fa. l. qui in aliena. l. is qui putat, l. ſi is ad quem. & quod ibi no. Bar. ff. de acqui. hæ. c. vt noſtrum. vt eccle. beneficia. c. Piſanis. de reſ. ſpo. cum ibi no. vbi peccatum in modo faciendi duntaxat vitiat actum. l. an inutilis. ff. de accep. de pac. l. ſi vnus. §. pe. vbi acceptilatio inutilis ratione formæ, non habet vim taciti pacti. Item ſi facio actum quem facere non poſſum, non valet eo modo quo facere poſſum, quia quod volui non potui, & quod potui non volui. l. multum intereſt. C. ſi quis al. vel ſi. c. cum ſuper. de of. deleg. vnde dicunt Hoſt. & do. An. in c. cum ex officij. de præſcri. quod ſi ordinarius credens ſe habere iuriſdictionem delegatam, & non habens, procedat vt delegatus, non valebit proceſſus

Digitized by Google

captioſum & illaqueare animas, cum hodie collationes papæ beneficiorum electiuorum fundentur ſuper reſeruatione, nec poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi, & veritas (*7) magis his caſibus inſpiciatur quàm modus conferendi. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. conſtat enim quòd papa poterat & voluit prouidere. fa. l. eum qui. §. ſi iniuria. ff. de iniur. famil. her. l. cum putarem. quod not. Innocen. in d. c. cum ex officij. vbi videtur ſentire quòd ſi ordinarius ex poteſtate delegata quam putat habere & non habebat, procedit, valebit proceſſus auctoritate ordinaria qua procedere volebat: licet non auctoritate ordinaria. ar. d. l. ſentit. Specul. titu. de iuriſdiction. om. iu. ver. vlti. Ad prædi. op. fa. l. cum in corpus cum ibi not. ff. de acqui. re. do. vbi variatione qualitatis, non variatur diſpoſitio concernens ſubſtantiam. l. curatorem. C. de nego. geſt. vbi error in qualitate quæ non eſt, non vitiat actum, vbi qualitas quæ eſt in veritate, ſufficit ad actus validitatem, ſicut quæ putatur, quod not. Specu. ti. j. §. ſequitur videre. ver. quid ſi epiſcopus. & no. Ioan. Andr. in c. quod clericis. de fo. compe. quod ſi epiſcopus qui eſt comes, committat cauſam ipſum adſpectantem ratione comitatus ſub nomine epiſcopi duntaxat, valet commiſſio, quia voluit committere eo modo quo potuit. not. Domi. in d. c. hi qui fa. quod ipſe no. in c. quamuis, de præb. in vj. Et iſtis eſt dicendum quod ad ſum. pontifici. defertur confirmatio electionis canonicæ, ratione immediatæ ſubiectionis aut aliàs, & omiſſa confirmatione prouidet electo de ipſa prælatura per viam reſeruationis, quòd huiuſmodi prouiſio habeat vim conformationis in fauorem electi & electionis. Sed quid (*8) facit electus ſi papa non vult confirmare talem electionem canonicam, ceſſante rationabili cauſa (*9) & ipſa non obſtante alteri confert huiuſmodi prælaturam in vim reſeruationis? Quidam dixerunt (*10) quòd nec eccleſia patiatur detrimentum in ſpiritualibus & temporalibus, & ne electio ſit illuſoria, electus præſertim in concordia poterit impune adminiſtrare, cum non poſſit habere recurſum ad ſuperiorem. arg. c. j. de ſupplen. negli. præla. vbi ſi epiſcopus debite requiſitus noluit benedicere abbatem Ciſtercien. poterit abbas benedicere ſuos Monachos. & c. nihil. de elec. vbi in exemptis electi in concordia valde remoti poſſunt adminiſtrare ante confirmationem. (*11) & idem dicit ibi Panorm. de non exemptis, vbi caſus contingeret quod eſſent valde remoti à ſuis archiepiſcopis. cum illud. c. ſit fauorabile eccleſijs. & eadem eſt ratio in illis ſicut in exemptis. not. Fredc. in conſil. ix. immo plus dicit Panorm. quòd vbi electus non multum diſtaret à ſuo ſuperiore, tamen propter viarum diſcrimina non poſſet ire vel mittere de proximo pro confirmatione, quod poſſet interim adminiſtrare, ne eccleſia pateretur detrimentum in ſpiritualibus & temporalibus. Multo ergo fortius videtur quòd poſſit adminiſtrare, vbi non poteſt obtinere confirmationem ſine vitio ſuo & culpa. Et facit quod no. Innocen. in c. olim. j. de reſti. ſpo. quòd ſi quis non poteſt ius ſuum conſequi coram iudice, nec habere recurſum ad alium ſuperiorem: poteſt propria (*12) auctoritate rem ſuam recuperare. ar. c. per venerabilem qui fil. ſunt leg. cap. quod non eſt de re. iu. no. j. diſtinct. iuſgentium. Bartolus in l. hoſtes ff. de capt. & poſt li. re. Panormitan. in cap. j. qualiter. de iudic. Ioan. Andr. in cap. nemo. de reg. iu. in vj. in mercu. doc. in d. cap. cum

Auctoritate propria quandoque licet rem ſuam recuperere.

Digitized by Google

olim. pro hoc fa. op. c. ſi quis epiſcopus. xcij. diſ. l. quanuis. ff. de bo. auc. iu. poſ. c. contingit. de dolo & contu. c. in nomine Domini. ver. planè. cum ibi no. xxiij. diſt. horum opi. non eſt tuta, nec iure expreſſe probata, & timendum eſt ne ſi huiuſmodi electi adminiſtrent ante confirmationem, incidant in pœnam. c. auaritiæ de elec. in vj. nec per eam ſatisfit vbi eſſent duo coelecti: quia vterque vellet adminiſtrare. & hincinde verſatur hic periculum ſi adminiſtrent, ne cadant in pœnam: & ſi non poſſunt adminiſtrare, quòd iure eis quæſito ſine cauſa fruſtrentur. ſuper hoc non eſt meum diffinire, neceſſariáque eſſet prouiſio: & vtinam iurium conditoribus concordaret.

(*1) Hinc quæſtionem deduco in trac. deuolu. par. iiij. q. xiij. P.

(*2) Similis theorica, quòd faciens actum ex capite inhabili, quem poterat facere ex habili, nihil facere dicitur: vt probo in trac. deuolut. parte iiij. q. xv. ante fi. Probus.

(*3) A quo duplici principio humani regulantur actus. Bal. poſt tex. in d. c. cum ſuper de offic. deleg. tex. in l. quæro. ff. de eo qui pro tuto. adeò vt ſi hæc adinuicem aduerſentur, actus vitiatur, dicit Petrus de Ancha. in conſi. j. nu. 3. P.

(*4) De ignorante, ſeu non de ſua poteſtate certiorato, vide quæ latè diximus in trac. penſio. prælu. vij. P.

(*5) Vide quæ dixi in tract. deuolu. parte iij. q. iij. P.

(*6) Eſt enim regula, quòd quis non videtur elegiſſe viam per quam eius corruit actus: vt per multa probat Alcia. in tra. præſum. in xxv. præſumptione. dixi latius in tract. diſpen. mem. v. par. iij. ver. quarto adduco. P.

Veritas cōmendatur. (*7) Illa enim eſt quæ fucos non quærit, nec verborum prolixitatem, ſed ſimplicitatem, & ornari negat contenta doceri. Cuius gratia nedum à præceptoris ſententia recedere licet iuxta dictum, Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas, verum etiam patris, cui tantum debemus, vt ait Cel. in l. iij. §. ſi quis quaſi. ff. de conditio. ob cau. immo. etiam ſi ipſius, ſi Ariſtoteli credimus. 1. Ethico. poſtea dicenti. Pro defenſione veritatis, etiam propria impugnari oportere, merito legimus Pſalm. 53. Principium verborum tuorum veritas. P.

(*8) Vide cautelam quam dat gl. in §. quod ſi quis, in verbo pontificem. infrà hoc titu. quæ melior videtur quam opiniones hic poſitæ, dummodo aliqualiter conſtet de denegatione papæ, id eſt quòd noluerit prouidere ſub qualitate hic expreſſa, quia non crederetur impetranti, tum quia papa non præſumitur facere quod eſt iniuſtum. Probus.

(*9) In ſimili quando alicui denegatur iuſtitia, quid facere habet, dixi in vij. prælu. tracta. deuolu. quæ iunge his quæ in gloſ. ſequuntur. P.

(*10) Hanc quæſtionem mouet Io. de Selua. in tracta. beneficiali. parte iij. quæſtio. l. vide do. Ruzeum in tracta. regal. priuileg. 43. P.

(*11) Quando electus poſſit confirmationem electionis adminiſtrare, dixi in tract. diſpen. mem. ix. & latius in ſcala parte ij. ar. electus qui ante electionis confirmationem. Probus.

(*12) Multo magis auctoritate ſuperioris, quia illa eſt vera auctoritas in rebus agendis quæ bonam fidem in præſcribente cauſa, etiam excuſat à mala fide. & præ-

Digitized by Google

ſumpta. Bal. in l. j. col. pe. C. de furt. facit quod not. Bar. in l. j. de prædijs curial. lib. xj. C. & in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquir. poſ. & Bal. per illum text. in l. tranſactionem. C. de tranſactio. Et auctoritas dicitur aſſenſus auctoriſabilis qui competit alicui ex publico officio, vel legitima adminiſtratione, ſicut ſunt tutores & curatores. Probus.

ipſo [a] facto.

Papa tempore ſui pontificatus de vno beneficio ad collationem, in qua ſunt decem beneficia, & de duobus vbi ſunt quinquaginta & vltra, diſponit, dummodo in eadem eccleſia cathedrali vel collegiata duas præbendas, eo tempore non conferat. P.

Non tamen [b] intendit prohibere * [c] hæc ſancta ſynodus hoc preſēti decreto, quo minus [d] futuri [e] Ro. ponti. tempore pōtificatus [f] ſui, modo [g]

a ¶ Ipſo facto) Abſque alia declaratione. (*)

(*) De qua vide quæ dixi in vj. prælud. tracta. deuolu. & latius de viribus illis in tracta. penſio. parte iiij. q. iij. P.

b ¶ Tamen) Hæc dictio reſtrictiua eſt. ſuprà de auctori. ſacro. concil. cap. j. ver. quam tamen. de electio. cap. licet. §. cenſuit. & aduerſatiua. ff. de repu. l. iiij.

* c ¶ Prohibere) Sic eſt per concor. prouiſum, vt patet in tit. de manda. apoſt. vbi vltra hic ſtatuta adduntur ſequentia: nam primò decernitur quòd proſequentes huiuſmodi mandata quo ad beneficia ſub illis comprehenſa, ordinarijs collatoribus, ac graduatis ſimplicibus & nominatis præferantur, id eſt, inquit ibi gloſ. in verbo ordinarijs, mandatarij præferuntur in beneficijs vacaturis, ſiue vacent in menſibus in quibus ordinarij liberè prouident, ſiue in menſibus in quibus beneficia vacatura ſunt graduatis ſimplicibus & nominatis conferenda. Secundo ponitur forma mandati vnà cum illius executoriali, qua non ſeruata, nihil eſt in mandati obtentione, vt ibi patet. P.

d ¶ Quo minus) ſi. ver. in l. quo minus. ff. de flu. de ver. oblig. liber homo. in prin. xlvij. diſtin. cap. fina.

e ¶ Futuri) & etiam ad Euge. tunc papa. inf. eod. tit. §. item voluit. cui aliqua gratia fuit pro tempore ſuo permiſſa pluſquam ſuis ſucceſſoribus. inf. eod. §. item inſuper.

f ¶ Pontificatus) Qui eſt ilicò poſt promotionem ſuam & ante coronationem. pro quo. c. fi. de conceſ. præb. lib. vj. vbi Ioan. And. in no. & ſupra data eiuſdem li. no. ſupra in proœ. circa princip.

g ¶ Modo) Modus in agendis attendendus eſt. (* 1) ff. de rei vendi. l. in fundo. de pig. act. ſi ſeruos de ædil. edict. l. j. in fi. xlj. diſt. cap. j. infra de nume. & qualita. cardi. cap. j. vnde excedens (* 2) modum eſt in culpa. C. vnde vi. l. j. cap. vt famæ. de ſenten. excom. ca. ſignificaſti. de homici. & peccatum in modo vitiat actum. ca. ſuper eo. cap. quia propter. de elect. ſuprà de elect. cap. j. §. & cum humanæ. ca. fi.

Digitized by Google

de reſtitu. ſpolia. cum ibi not. modus enim magis inſpicitur quàm factum. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. & ſi legibus. c. ſuper literis de reſcrip. xv. q. vj. ſi à ſacerdotibus c. cum quis de ſenten. excommuni. in vj. cum ſimi.

(*1) Quia per eum cognoſcitur de voluntate partium. probat Ludouic. de Gozadi. concil. lxix. nu. 28. videtur prima facie. qui conci. lxxij. nu. 4. in cauſa ex ciuitate inquit, quod in his quæ concernunt modum procedendi, & non deciſionem, vel merita cauſæ ſemper attenditur locus vbi cauſa agitur. l. iij. §. fi. ff. de teſta. not. in l. j. C. de emancipa. libe. Et Signo. de home. conſi. ciij. nu. 2. ait, quòd ex quo non remanet per eum cui modus aſcribitur, pro impleto habetur. l. ſi fundum. §. Iulianus. de lega. j. & l. Lucius. §. quiſquis. de lega. ij. & l. j. C. de his quæ ſub modo. Probus.

Modus quando attendatur.

honeſto [a] & conuenienti [b] de vno beneficio [c] ad

(*2) Modum excedere dicitur omnis ille qui grauat vel excedit fines mandati ſiue iuris. not. Innoc. in cap. ſuper quæſtionum. poſt princip. de officio deleg. & quando dicatur excedi, ponit Bal. in c. quo ad conſultationem nu. 9. de re iudic. Probus.

a ¶ Honeſto. (*) non tam quod liceat quàm quod ſit honeſtum conſiderari debet. ff. de ri. nup. l. ſemper. c. magnæ. §. & quidem de vo. & illud dicimur poſſe, quod honeſtè poſſumus. iiij. diſt. denique in fi. c. contingit. de arbit. ff. eo. titu. l. ſi cum dies. §. compromiſſo. de ſta. ho. l. vulgo. c. vt iuxta. de offi. ord. c. indecorum. de æta. & quali. & iuramentum de parando mandatis intelligitur de honeſtis. c. veniens ca. quintauallis de iureiu. ca. j. eo. titu. in vj.

Poſſumus quod de iure poſſumus

(*) Simile habes in l. ex Domini. in prin. ff. de dam. infe. ibi, quia honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſcunque luxuria ſubſequenda. P.

b ¶ Conuenienti) ſcilicet per formam mandati: vt limitatur inf. eod. §. item voluit & eſt hic ar. quod illud dicimur poſſe, quod commodè & conuenienter (*) poſſumus. ff. de verb. ſign. l. nepos Proculo. xj. q. j. aliud. xxij. q. ij. faciat.

(*) Vel de iure, quia poſſe refertur ad poſſibilitatem iuris, non facti, ait Præpo. in c. eos in quenquam. in prin. ij. q. j. Sicut Philo. dicit quod potentia non eſt niſi de genere bonorum, dixi latè in trac. diſpen. mem. xij. parte j. nu. 133. P.

c ¶ Beneficio) Comprehendit omnia beneficia maiora & minora: collatiua ſiue curata, ſiue dignitates: (*) cum ſit hic quoddam priuilegium, quod largiſſimè eſt interpretandum. l. fi. ff. de conſti. prin. c. olim. c. fi. cum ibi no. per doc. de verb. ſig. ca. cum dilecti. de dona. Sed cum iſtud priuilegium præiudicet ordinariæ poteſtati & iuri communi, videtur quod debet ſtricte interpretari. c. quod dilectio. de conſan. & affi. c. j. & ij. de fi. preſby. c. quanuis. de præb. in vj. fa. quod not. cap. præſenti. in ver. ad collationem. de offic. leg. eo. lib. quod reſeruationes ſunt odioſæ, quia præiudicant ordinariæ poteſtati. gl. in c. fi. ver. ſimilibus de ver. ſig. e. li. & priuilegium in præiudicium tertij ſtricte eſt interpretandum. not. Innocen. in d. c. cum dilecti. Sol. hoc priuilegium non eſt omnino iuri contrarium, ſed conforme eſt c. mandato. de reſcri. & eſt de mente huius decreti, quòd omnia beneficia comprehendat. nam iſta verba non tamen, &c. veniunt exceptiue, & referuntur ad

Reſeruationes quare ſunt odioſæ.

Digitized by Google

præcedentia in quibus caſſantur gratiæ expectatiuæ, & reſeruationes omnium beneficiorum.

(*) Iſta placet glo. concor. in tit. de manda. apo. §. j. in ver. decem. ver. quod ſi quis habeat collationem quinque dignitatum: quia verbum beneficia comprehendit dignitates gl. in cle. auditor. in ver. beneficio. de reſ. ideo ſi collator cui mandatur, habeat 5. dignitates & 5. beneficia, tenebitur mandatario prouidere, quia coaceruatio hoc in caſu fauorabilis recipitur. quod ea glo. concor. probat prout & quod hic ſit fauor, ad quam te remitto. P.

collationem [a] in qua fuerint [b] decem [c] † beneficia: & de

a ¶ Collationem) Vel præſentationem (*1) patroni eccleſiaſtici. inf. eo. §. item voluit, ibi, aut patronis eccleſiaſticis &c. & intellige de collatione libera: (*2) quia ſi ad inſtitutionem duntaxat ſpectarent aliqua de illis. x. vel. l. beneficijs, illa non ponerent in numerum. arg. cap. cum in illis de præbend. in vj.

(*1) Iſtud placet gloſ. concor. in. §. ſtatuimus. ij. in ver. conferantur, iſto tit. & in. §. j. in ver. collationem tit. de manda apoſt. quod fit, quia patronus poteſt dicere præſentato inſtituto, opus manuum tuarum tu es. P.

(*2) Collationis enim appellatione venit libera collatio, vt probo in tracta. diſpenſatio memb. x. parte ij. numer. xl. vel ſecundum gloſ. ſequen. collatio dicitur ad aliquem pertinere quando illam pleno iure facit. P. *Collatio dicitur.*

b ¶ Decem) Si ergo fuerint minus x. non poterit collator grauari per huiuſmodi mandatum apoſtolicum. fa. c. cui. de præbend. in vj. Quid ſi in iſtis. x. vel. l. beneficijs vnum vel plura ſpectant ad collationem iſtius collatoris cum alio coniunctim? videtur quòd talia ponant in numerum: quia licet ſpectent ad collationem alterius: tamen & iſtius. l. ſi quis ſeruos. ff. de legatis. iij. vbi legatis ſeruis ſuis, & qui in toto & qui in parte ſui ſunt, legati videntur. & qui iurat ſuum non eſſe, debet iurare & ſibi commune non eſſe. l. pupillus. §. fi. ff. de verb. ſignifi. fa. not. in cap. præſenti. in ver. illius, de offic. le. in vj. contra puto verius. (*1) Et quod dicit ad collationem, intellige pleno iure. ar. in cap. cum in illis. de præben. in vj. §. fi. & cap. ſi. eo. tit. & li. nec ob. con. quia quod commune eſt, non poteſt propriè dici meum vel ſuum: cum hęc pronomina de vi verbi debent intelligi quod ſit meum vel ſuum ſimpliciter vel pro maiori (*2) parte l. illud. ff. de ritu nupt. l. Sabinus. communi di. l. qui tibi. ff. de au. & arg. lega. Vbicunque autem inuenitur quod commune eſt meum intelligitur impropriè & fictè, non vere. vt in contra. & l. pupillus. intelligenda eſt dubitationis tollendæ cauſa: vt ibidem not. & Ioan. Mona. in ca. fi. nu. 5. de verb. ſignifi. in vj. in cap. in generali. de reg. iur. eo. l. Bart. in l. legatis vxori. ff. de leg. ij. Item potes dicere, quod in materia larga & fauorabili illud dicitur meum, quod eſt mihi commune: vt in con. cap. j. de vſu pal. cum ibi not. ſed in materia odioſa & præiudiciabili, vt hic, ſumitur ſtrictè. no. Do. in dicto cap. cum in illis per quod decidit, quòd ſi papa reſeruat omnia beneficia ciuitatis & diœceſis exceptis illis quę pertinent ad collationem epiſcopi, quòd in tali exceptione cadunt beneficia ſpectantia ſimul ad collationẽ epiſcopi & capituli, ne epiſcopus grauetur, cum fuerit intentio papę reſeruantis, ne grauetur expreſſus in exceptione. ar. d. c. cum in illis, & reſeruatio eſt odioſa

Iurans ſuũ non eſſe, iuret & ſibi commune non eſſe.

Commune non eſt meũ

Digitized by Google

vt dictum eſt ſupà. ideo exceptio eſt fauorabilis Credo tamen quòd ſi aliquod iſtorum x. vel. l. beneficiorum ſpectaret ad collationem alternatiuam duorum qui alternis vicibus illud conferrent, computaretur in numero. fa. quod no. Ioan. Andr. in no. in d. c. cum in illis. quod ſi plures ſunt patroni alternis vicibus præſentantes: & papa ſcribit vt prouideatur alicui de beneficio ſpectante ad præſentationem illius patroni, poterit prouideri: (* 3) ſi pro illa vice ad eum ſpectabat: quia iure ſuo proprio pręſentat. cle. ij. de iur. pat. Pari ratione idem dicendum eſt ſi beneficium ſpectat ad collationem alicuius cum conſenſu vel conſilio alterius, quod ponet in numerum: quia collatio illius beneficij ſpectat principaliter ad ipſum. cap. j. ne ſede vacan. in vj. fa de Ro. deciſ. 380. & deci. 2. & 10. quod ſi papa mandat prouideri de beneficio ſpectante ad collationem abbatis, poterit prouideri de beneficio quod habet, conferre cum conſenſu epiſcopi. not. Domi. in dicto capite cum in illis. (* 4)

Beneficium quod confertur alternis vicibus.

duobus vbi fuerint [a] quinqua-

(* 1) Quia vnus propter alium grauari non debet, ar. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſeruit. amit. Et pro hac parte habes text. apertum in cap. cum in illis. §. fi. de præbend. in vj. Probus.

Maior commoditas in bono proprio quàm in communi.

(* 2) Quod placet Ioan. Mo. in d. cap. cum in illis. num. iij. Pro dicta gloſ. habes quòd non eſt tanta commoditas in communi quæ in proprio, quia in eo fit liberalitas in largiendo, & opem ferendo amicis, hoſpitibus, familiaribus, quod eſt dulciſſimum, non in communi in quo ceſſat materia liberalitatis exercendæ, quod eſt inenarrabile gaudium, quod magnam affert voluptatem, ideo dicitur, quòd ad rem propriam vnuſquiſque ſedulo incumbit, & quod communio ſolet negligi. l. ij. C. quando & quibus quarta pars debe. Probus.

(* 3) Sed an iſte qui ſic tenetur mandatario prouidere, poterit ſequens beneficium liberè conferre, & non alius collator cum illo alternatiue conferens? videtur quod ſic, ex quo fuit liberè conferre impeditus, per ea quæ infrà proxime dicentur in verbo effectum. tamē in hoc debet attendi modus antiquus, ſeu conſuetudo. Nam hic in eccleſia Pariſienſi impeditus libere conferre per mandatarium, vel nominatum, computat ſibi eam collationem voluntariam in turnum, perinde ac ſi libere contuliſſet, quod fit, quia confert tanquam vices gerens capituli, quod non canonicus mandatur grauari, vide quæ in puncto dixi infrà proximè in verbo effectum. additio. iij. Probus.

Impeditus libere conferre in turno.

(* 4) In. §. fi. de præbend. in vj. pro hoc habes text. in c. vnico. §. j. & ne ſede vac. eo. lib. quod proſequitur Fely. in c. eam te. num. 16. verſi. Si papa. ibi, præterea poſito, de reſ. Probus.

† c ¶ Decem) Simile in c. vnio. in fi. x. q. iij. quòd eccleſia quæ vſque ad decem mancipia, id eſt, decem parochianos habet, ſacerdotem habebat ſuper ſe: quę minus, alijs coniungatur eccl. Ex eo enim num. dicitur plebs conſiſtere, ſubdit ibi Præp. in fi. P.

a ¶ Quinquaginta (*) Si ergo fuerint xx. xxx. vel. xl. & plus minus. l. non poterit collator grauari niſi in vno.

(*) Nec refert an hæc omnia ſint in regno in quo prælatura eſt ſita, vel extra illud, pone quia mandatur epiſcopo Pariſienſ. qui habet conferre xxv.

beneficia

Digitized by Google

beneficia in regno exiſtentia,& xxv. extra regnum, nam tunc tenetur duobus mandatariis prouidere, perinde ac ſi omnia ea 50. beneficia eſſent hic Pariſius, quia Papa vbique grauare valet,cum ſit principalis collator omnium beneficiorum,capit.ij. de præbend.in vj. nam hoc onus reſpicit Epiſcopatum, & totum illius patrimonium,l. ſi fideicommiſſum,§.j.ff.de iudi. quod non procedit in nominationibus vniuerſitatum Galliæ, dicit gloſ. Concor. in titu. de mandat. apoſt.§.j.in verbo decem. col.iij. Probus.

ginta † [a], & vltra [b] diſponant: ita tamen vt in eadem Eccleſia cathedrali † [c] vel collegiata duas præbendas [d]

† a ¶ Quinquaginta) Numerus iſte in veteri teſtamento habitus fuit in pretio libertatis conſequendæ, vt legitur Leuit. 25. c.& Exod.21.c. vbi de quinquaginta annis in l.annos ſerui efficiebantur liberi, & carcerati à carceribus liberabantur, ac debitores à creditoribus,ſic quinquageſimus annus erat annus remiſſionis, qui incepit à victoria Abraham pro remiſſione captiuorum. Ideo conſtitutus eſt iubileus de l. annis in l.annos. Nam ſicut intemperies aëris tempóre Noe durauit l. annis, & poſtea reconciliatus fuit ille aër turbidus,& remiſſa illa procella: ita poſtea ſtatuta fuit iſta indulgentia & remiſſio temporibus illis. Attende tamen quòd iubileus de quo in Eccleſia militanti fit mentio, primo loco de centeſimo erat in centeſimum annum, vt patet per extrauagan. Antiquorum, quæ eſt Bonifacij Papæ viij. poſita in tit. de pœnitent.& remiſſio. Secundo de quinquageſimo in l.annum, vt in extrauag. vnigenitus, quæ eſt clemen.vj.eo tit. Poſtremo per Sixtum quartum de xxv. anno in xxv. vt in extrauagan quemadmodum. P. *Iubilei anni tempora.*

b ¶ Vltra) Implicat, l.cum vltra, C.de non nume.pecu. de fideiuſſo. l. ſi vltra, de hoc in c.literæ, de dilat.not.infrà, con.frig.ap.c.j. *Vltra.*

† c ¶ Cathedrali) Cuius canonici ſunt digniores quàm canonici alterius Eccleſiæ non cathedralis, licet in redditibus ſint æquales, not. Fely. in rub.de maior.& obedien.poſt Innoc.in cap. fraternitatem, in ſi.de do.quod fit, quia cathedralis dicitur locus nobilior, argumento cuius poteſt dici, quòd Epiſcopus Pariſien. dicitur nobilior ratione ciuitatis nobilioris, quàm Epiſcopus Melden. aut alterius minoris ciuitatis. Iſtud tamen eſt contra tex.ibi eiuſdem meriti, in cap. legimus xciij. diſtinct. P. *Canonici Eccleſiæ cathedralis eſt dignior.*

d ¶ Præbendas) Secus de aliis beneficiis dictarum Eccleſiarum,& not.iunct.ver.prę. quod appella.beneficij venit præbenda Eccleſiæ cathedra.ſi.in ca.dudum, de præb. in vj. Dicunt tamen docto.in c.ſi. de præbend. quod ſi mandatur prouideri alicui de beneficio in aliqua Eccleſia, ſi ſint ibi alia beneficia quam præbendæ: vigore illius mandati non poterit prouideri de canonicatu & præbenda, quæ eſt longe ponderabilior quàm aliud beneficium ſimplex. Vnde canonici dicuntur clerici primi gradus, & alij clerici ſimpliciter beneficiati dicuntur ſecundi gradus, notat Innocent. in cap. ſedes, de reſcrip. & maior eſt honor (* 1) eſſe canonicum cathedralis Eccleſiæ quàm alterius, licet æqualiter abundent, not. Innocent. in cap. fraternitatem, de ſepul. ideo cum in reſcriptis beneficialibus ſit facienda ſtrictè interpretatio: debemus in dubio intelligere de beneficio minori, (* 2) ar.cap.quanuis, cap.cum illis, cap.ſi pluribus, de præb.in vj. & cap. ſi.cap.j.& ij.de fil.preſby.in vj. niſi mandaretur prouideri de *Præbendæ cathedralis Eccleſiæ ſunt aliis digniores.*

Digitized by Google

competenti beneficio, tunc poſſet prouideri de præbenda, ſi impetrans mereatur ipſam habere, text. eſt not. in cap. pro illorum, de præbend. vbi ſimpliciter fuit mandatum prouideri in aliqua Eccleſia de beneficio competenti, & fuit prouiſum de præbenda. Idem ſi ſimpliciter mandaretur ad collationem Epiſcopi, prouideri poterit de præbenda cathedrali, ar. diſt. c. quanuis, à contrario, cum dicit hoc caſu, vt ibi not. Ioan. And. Innocen. & moder. per illud enim ca. non probatur quòd literæ beneficiales non extenduntur ad Eccleſiam cathedralem: ſed quòd in beneficialibus appellatione Eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis non includitur cathedralis. Ioan. Andr. in additio. Spec. titu. de ac. & pe. §. ſuper actionibus, de Ro. deci. 112. 213. Ideo nominationes vniuerſitatum generales ad collationem Epiſcopi extenduntur etiam ad præbendas Eccleſiæ cathedralis, & ita habet conſuetudo, licet aliqui contra, dixerint.

ſuo tempore [a] non conferant: [b] vt qualificationes graduatorum inferius [c] deſignatæ in ipſis præbẽdis † [d] ſuum

(*1) Notat Archidiaconus in capitulo finali de conſuetudine, libro ſexto, & Rota deciſione 136. in nouis, voluerunt, & in antiquis, deciſio. 408. Sunt enim canonici illi, Eccleſiæ membra, & Epiſcopus caput, c. nouit. de his quæ fiunt à prælatis ſine cõſil. cap. & cap. requiſiſti, de teſtamentis. Etiam collaterales Epiſcopi dicuntur, ait Baldus in l. j. de petitione honorum, ſubla. libro decimo, C. De honore, prærogatiua & excellentia præbendarum quarumcunque Eccleſiarum dixi latè in tractatu diſpenſationum, memb. ſextò, parte prima, vbi probo fieri debere mentionem ſpecialem de illis, aliàs non includi, aut ſub appellatione beneficiorum non comprehendi. Probus.

(*2) Vide quæ in ſimili tradidit Ioannes Monachus in capitulo, ſi tibi conceſſo. num. 6. de præbend. in vj. & in c. cui, de no. eod. tit. & lib. P.

a ¶ Suo tempore) Quaſi velit dicere, quòd ſucceſſor Ro. pon. qui dederat mandatum ad vnam præbendam Eccleſiæ cathedralis vel collegiatæ, poteſt ad aliam præbendam dictarum Eccleſiarum dare aliud mãdatum: quia non eſt ipſe qui grauauit, ſed prædeceſſor.

b ¶ Conferant) Scilicet modo prædicto per formam mandati, & gratiæ expectatiuæ: quia iure præuentionis poteſt Ro. pont. præbendas dictarum Eccleſiarum, & alia beneficia collatiua conferre vt ſe. (*)

(*) Iſta verba, ita tamen, &c. non diſcrepant ab his quæ in propoſito leguntur in concor. titu. de manda. apo. in prin. dum dicitur, ita tamen quòd in eadem Eccleſia cathedrali vel collegiata collatorem vnum pro tempore in duabus præbendis non grauet. Probus.

c ¶ Inferius) In §. ſequuntur, & §. ſeq. (*)

(*) Iſta verba, vt qualificationes graduatorum inferius deſignatæ in ipſis præbendis ſolum valeant ſortiri effectum, non ſunt concilij, ſed Gallicanæ congregationis. Probus.

† d ¶ Præbendis) Quæ ex canonicatibus naſcuntur, ait domi. meus de Ripa in cap. cum in in princ. de conſti. ſubdens, quòd eo ipſo quòd quis habet canoniam, per

Digitized by Google

conſequens præbendam habere debet, ca. relatum, & ca. dilectus, in fi. de præbend. & in ca. cum ſuper eo. de conceſſ. præbend. Sic hic in textu prębenda capitur pro canonicatu, qui eſt quid principale ad prębendam, de qua tex. ipſe non intelligit principaliter loqui, quia illa per ſe ſumpta eſt quid temporale, ſed loqui de canonicatu qui eſt ſpiritualis, habens in ſe annexum temporale, ſine quo diu eſſe non poteſt ſpirituale. Probus.

valeant [a] ſortiri effectum [b].

Concilium impedire non intendit, quin Papa collationes per præuentionem facere poßit. hæc eſt quinta pars huius decreti. Probus.

a ¶ Valeant) Id eſt poſſint.

b ¶ Effectum) Quid ſi concurrant ad eandem prębendam apoſtolicus in caſu huius verbi, & graduatus vel nominatus quis pręferatur, ſemper eſt pręferendus apoſtolicus, ſiue ſit in data prior, ſiue poſterior, ſicut pręfertur omnibus etiam antea receptis auctoritate legatorum, cap. hi qui, de prębend. in vj. fa. c. ſi à ſede, eod. titu. & li. l. quod quis nauis, in fi. l. priuilegia, cum ibi no. ff. de priuileg. credi. & quòd magis priuilegiatus pręfertur (*1) minus priuilegiato, ff. de mino. l. verum, §. fi. C. ad Trebel. authen. niſi rogati, no. Henr. in ca. illud, de pręſcrip. facit deci. Ro. 55. quòd vbi aliquis ex reſcripto Papę vel priuilegio poteſt nominare ad vacatura, nominatus per tale priuilegium non pręfertur impetranti apoſtolico. Non enim propter hoc videtur Papa poteſtatem à ſe abdicaſſe c. dudum (*2) de pręben. in vj. ad hoc deci. Rotę 15. & 16. & facit op. iſte tex. cum dicit quòd duas prębendas in eadem Eccleſia Rom. pon. ſuo tempore non conferant: vt qualificationes graduatorum habeant locum, ergo de mente eius eſt quòd impetrans apoſtolicus vnam prębendam in caſu huius ver. pręferatur graduato, nec habeant locum dictæ qualificationes antequam mandatum Papę ſortitum fuerit effectum, & iſta prębenda quę hoc modo per Papam conferretur, non faciet turnum: (*3) vt hic ſatis colligitur, facit infrà, eod. §. item quod omnia, cum ibi not.

Apoſtolicus graduato præfertur.

Superior per dationem poteſtatis alteri factã à ſe non abdicat illam.

(*1) Iſtud firmo in tract. penſio. parte iij. quęſtio. iij. & in tract. deuol. parte j. q. x. Probus.

(*2) §. nos igitur, vbi Ioan. mona. ait, quòd poteſtas ordinaria delegato commiſſa eſt maior in delegante, & minor in delegato, vt dicitur quòd fons ſcaturiens maior eſt quàm riuulus à fonte procedens: ideo Archidiacon. Ioann. Andr. & communiter alij docto. in cap. antepenult. de conceſſ. præbend. in vj. dicunt quòd per conſtitutionem vicarij non aufertur Epiſcopo poteſtas conferendi quando vult. l. j. §. penultimo, ff. depoſi. & l. ſi pecunia, §. ſi ita, ff. de conditio, cauſa data. vrgent quæ diximus infrà proxime in verbo præuentionem, in j. addi. P.

Fons eſt maior riuulo.

(*3) Quia ſuccedit impedimentum, & ideo illa præbenda habetur ac ſi non vacaſſet, ſic habet ſequentes: vt dicit Rota deciſio 190. in antiq. quòd quando collator impeditur in ſuo turno, habet ſequentem turnum, quod proſequútur ipſi do. de Rota in antiq. tit. de conceſ. præben. deci. 3. & alij per nos adducti in tract. penſio. parte j. q. v. nu. 46. & in tract. deuolutio, parte j. q. v. vide quæ dixi ſup. proximè in verbo decem, additio iij. Probus.

Impeditus in turno.

Digitized by Google

Neque etiam [a] collationes per præuentionem [b]

a ¶ Collationes) De beneficiis vacantibus, cap. ij. de conceſ. præbend.

b ¶ Præuentionem) No. quòd ordinarij inferiores obtinent collationes beneficiorum accumulatiue (*1) ad Papam, qui tanquam generalis ordinarius concurrit (*2) cum eis in collationibus, & locus eſt præuentioni. ad hoc. cap. ſi à ſede præbend. in vj. cum ibi not. cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præbend. vbi Papa propter deſidiam collatorum confert beneficia. habet enim in his plenam poteſtatem, cap. ij. de præben. in vj. cle. prima. in fin. vt lit. pen. ex quo tamen vnus præuenit: alius ſe intromittere non debet. not. Henr. in cap. auditis, de electio. quia ex quo quilibet inſolidum poteſt conferre, per collationem primo factam eſt beneficium non vacans: & eſt quæſitum ius in re, de con. præb. cap. j. §. ſubiunctum, libr. vj. ſicut dicitur quòd in pluribus habentibus iuriſdictionem inſolidum habet locum præuentio inter eos, vt ſic alij non poſſint ſe intromittere. cap. cum plures, de offic. delega. in vj. l. fin. C. de iuriſdic. om. iudi. not. Innocen. & alij docto. in cap. cum ab Eccleſiarum,

Legatus de latere poteſt ordinarios præuenire.

de offic. ordi. (*3) legatus etiam de latere ſedis Apoſtolicæ poteſt præuenire in conferendo. cap. j. de offi. le. lib. vj. & per hunc tex. qui loquitur generaliter, licet in nullo caſu poſſit hodie reſeruare: vt ſuprà ver. reſeruationes, not. infrà eod. §. item voluit. & per quem actum inducatur præuentio. no. infrà eo. §. item circa. Qualiter autem probetur per literas collationũ ſi ex data earum poſſit apparere quæ prius fuerit facta, illa obtinebit: aut per teſtes qui deponent de hora (*4) vel per confeſſionem partis, not. in ca. duobus, in verſi. ſi non appareat. de reſcriptis, in vj. in cap. ſi eo tempore, in ver. iam ad. de electio. eod. lib. in dicto cap. ſi à ſede. in ver. apparet. Si autem concurrant collatio ordinaria & Apoſtolica, nec apparet de prioritate, dic vt leg. & no. in dicto cap. ſi à ſede. (*5)

(*1) Nam conferre eſt iuriſdictionis, gloſ. in cap. tranſmiſſam, de electio. gloſ. ſup. hoc tit. §. cui rei. in verbo iuriſdictio. & iuriſdictio in alium transfuſa cenſetur potius cumulatiue quam priuatiue. l. fi. de iuriſdic. omnium iudic. C. & l. j. C. de offic. præfec. verb. not. Decius in cap. cæterum, colum. iij. de iudic. dixi latiſſimè in tracta. penſio. parte iij. q. iij. P.

(*2) Dixi in tract. diſpen. membr. xij. part. j. nu. 35. P.

(*3) Et. l. ſi poſtea quam. ff. de iudic. Sozi. poſt tex. in cap. penul. de foro compet. idem dic quando ſunt plures procuratores conſtituti inſolidum, cap. ſi duo. de procurato. in vj. & ca. penult. de elect. eodem lib. nam tunc melior eſt conditio occupantis, & alius non ſe intromittit, niſi ſit deſcripta clauſula in procuratorio, quòd conditio præoccupantis non ſit propter præoccupationem melior, nec abſentis deterior. Probus.

(*4) Nam legitur quòd per ſolam horam, aut aliud temporis momentum fit præuentio, vt per glo. c. penul. in verbo ſi non appareat, vbi Domi. & Francus, de electio. in vj. ſimilis gloſ. in cap. ſi à ſede. in verbo ſi non appareat, de præbend. eodem,

Præuentio fit per temporis momentum.

lib. & vbique dicitur probari horam per teſtes, poteſt etiam probari per inſtrumentum collationis, quod non eſt in vſu, dicit d. j. gl. & bene, quia pars aduerſa poſſet de hoc ſe iuuare, nam ſi diceretur hora ſecunda, & pars aduerſa probaret de prima, obti-

neret ex eo capite quod non feciſſet, ſi deſcriptio hæc non fuiſſet in eo collationis inſtrumento poſita. Probus.

(* 5) Iſtud latius firmo in trac.penſio.parte j.q.xviij.num.36. & quæſt.xxvj. poſt Caſſado. deci.20.Quotidianum,tit.de præben.quem vide. P.

a ¶ Faciendas) Fraude ceſſante, ideo non valẽt collationes præuentionales, niſi poſt obitum & ante datam collationum huiuſmodi tantũ

faciendas [a] intendit

tempus effluxerit, quòd interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ deceſſerint, ad Papæ notitiam veriſimiliter potuerint perueniſſe: vt habetur in regula cancellariæ apoſt. idem de legato (* 1) dicas. Sed quid de ordinario? videtur quòd valeat eius collatio etiam ſi non potuerit adhuc ſcire vacationem, cum regula in Papa duntaxat loquatur: & valet collatio ordinarij de beneficio vere vacante: licet collator ignorauerit vacationem, no. Io. mo. & Io. An. in no. in c.ij. de ele. in vj. in c. ſi tibi abſenti. de præb. eo. li. Henr. in c. nulla. de conceſ. præ. de Ro. deci. 172 (* 2) ſufficit enim quòd beneficiũ vacauerit, & veritas inſpicienda eſt. ff. de offi. præto. l. illicitas. §. veritas, viij. di. veritate, no. in c. nuper. de big. & Domi. in c. ne captandæ, col. iiij. de conc. præb. in vj. nec debet morari ſeu fruſtrari prouiſio propter tacitam conditionem ſi vacat, quæ eſt de præſenti: licet ignoretur exiſtentia conditionis eiuſdem, l. multum intereſt. ff. de condi. & demon. nec nocet anguſtia temporis, l. ſi mihi. ff. de leg. j. fa. not. in ca. in præſentia. de ſpon. vbi ſi mulier non certificata de morte mariti contrahit matrimonium, tenet ſi in veritate maritus erat mortuus. Vnde in collatione beneficij non eſt neceſſe (* 3) modum vacationis exprimi: licet bonum ſit illum exprimere, not. in ver. quamuis, in cle. j. de præb. not. Domi. in cap. ſuſceptum. de reſcrip. in vj. fa. gloſ. in ver. vacationibus, in cap. cupientes, de electio. in vj. Item iura dicunt quòd beneficia non conferantur antequam vacent. d. cap. nulla. ergo ſi vacent (licet ignoretur vacatio) valebit collatio: (* 4) nec videtur obſtare dicta regula, cum loquatur in Papa. collatio autem ordinaria naturalis eſt & fauorabilis, xj. quæſt. j. peruenit. & ſic amplianda, iuxta not. in cle. fina. de offic. ordi. gloſ. penul. Contra. credo verius (* 5) per dictam regulam paritate rationis, l. à Titio. ff. de verbo. oblig. c. inter cæteras, de reſcript. cum ſi nam fuit facta ad obuiandum fraudibus quæ fiebant in curia ad præueniendum ordinarios: & non eſt dicendum quòd Papa qui aliorum iura vult ſeruare, ſua negligat. ca. licet. de ſup. negli. prælato. cap. quoniam, de immu. ec. in extrauag. Ioan. 22. ſi fratrum, aliàs niſi dicta regula haberet locum in ordinariis, quotidie fraudaretur Papa: & ad obuiandum ſimilibus fraudibus factum fuit cap. ſtatutum, de præbend. lib. vj. ibi, diœceſibus exiſtentes, cum ibi not. Et collationi videtur ineſſe tempus tacitum quo collato potuerit veriſimiliter ſcire vacationem, arg. §. loca. inſti. de verb. oblig. l. ij. ff. de eo quod cer. lo. l. interdum, de verbo. obliga. Et vidi quandam conſtitutionem Othonis legati quæ incipit: ad eligendum. vbi prohibetur ne prætextu opinionis vel famæ (* 6) quæ de morte vel ceſſione habeatur abſentis, eius beneficium conferatur. ſed expectet prælatus donec plenius de alterutro inſtruatur, quæ conſtitutio æquitate fulcitur, l. qui hæreditatem, ff. de acqui. hære. l. nec nos. C. de ca. & poſtli. re. Aduerte quòd dictam regulam non credo habere locũ vbi fraus ceſſaret. Quid enim ſi in partibus exiſtens conſtituit procuratorem ad re-

Regula de veriſimili notitia in quibus habeat locum.

Collatio valet non expreſſo vacationis modo.

Digitized by Google

ſignandum beneficium in curia Roma. procurator adiit Romam, reſignauit beneficium: facta eſt prouiſio per reſignationem vel mortem, aut aliàs quouis modo: cum tamen is qui procuratorem conſtituerat, pridie illius reſignationis obierat? videtur valere prouiſio: (*7) quia ob alium modum vacationis procurator Romam iuerat. ideo origo (*8) prouiſionis inſpicienda eſt. l.tutor. ff. de fideiuſ. l. iij. C. ad Macedo.

(*1) Ita in propriis terminis tenet domi. meus de Ripa in cap. ij. nume. 85. de reſ. quia (ſubdit) illa regula fuit de corpore iuris communis extracta, videlicet ex ratione. cap. deteſtanda. de cap. præb. in vj. videlicet vt tollatur occaſio alienæ mortis captandæ, & ne detur occaſio delinquendi. P.

(*2) In antiquis & Lap. allega. vj. P.

(*3) Quod latè firmamus in tractatu deuolutio. parte j.q.xxxij. vnum tamen dicit Bellemere. deciſio. 154. vtrum, quod oportet certum vacationis modum exprimere & probare cuilibet petenti beneficium ſibi adiudicari. illud primo dicto non aduerſatur, quia hoc intelligitur quando in iudicio agitur, non quando collatio fit. Probus.

(*4) Iuxta notata Bal. in rub. qui ſunt rebel. vbi dicit valere collationem Epiſcopi de beneficio vacante, licet non vacaret vt credebat Epiſcopus, quod dictum dicit eſſe mirabile Fely. in cap. ſciſcitatus, in pe. col. de reſ. P.

Tangitur regula de veriſimili notitia.

(*5) Quod probatur aliis rationibus & motiuis, ac docto. auctoritatibus, quàm hic deſcriptis. Primo: quia ex quo regula ipſa emanauit (vt hic ſubditur) ad obuiandum fraudibus, debet interpretari & late extendi à paritate rationis: nam dicimus quòd quando eadem eſt ratio iu pluribus caſibus, illa omnes decidit, non per extenſionem, ſed per tacitam diſpoſitionem: vt probo in tractatu deuolu. parte j. quæſt. xxxj. quod procedit etiam ſi materia ſit odioſa, fit etiam extenſio aut potius diſpoſitio, vt fraudes remoueantur, cap. ſi ciuitas, de ſententia excommunic. in vj. & glo. fina. in c. quanquam, de vſur. eod. lib. dixi late in tract. penſio. parte ij. quæſt. prima.

Secundo, quia per hanc regulam ambitio coercetur, quod vitium repellit quem à beneficio Eccleſiaſtico. not. poſt tex. Panor. in cap. cum iam dudum, in princip. de præb. dixi late in ſcala bene. parte prima ar. Ambitioſus, ſic regula hæc iuri communi eſt conformis, cum id quod eſt de iure, proferat & dictet.

Tertio, quia vt in præceden. apo: huius gloſ. fuit dictum quòd regula ipſa eſt extracta de corpore iuris, &c. ſic eadem eſt ratio cum proxima præcedenti.

Quarto, quia hæc regula (per ea quæ ſunt deducta) à iure communi non exorbitat, aliàs non eſſet regula. l. prima. ff. de regulis iur. nam fuit condita ſecundum ius commune, & rationem ac ſenſum naturalem, cum aſſeuerans mortem ante veriſimilem notitiam præſumatur conſcius alicuius conſpirationis factæ in mortem alterius, & acceleraſſe impetrationem ne preueniretur, & iſta eſt vera ratio regulæ, dicit dominus meus de Ripa in lib. j. reſpon. c. xvj. Teneas igitur cum glo. quia illius opinio eſt vera & communior, quam tanquam talem tenet Decius in conſi. 398. in fine, in cauſa domi. Benedicti qui dicit ita fuiſſe iudicatum in parlamento delphinatus Gratianopoli, etiam tenet glo. Ragul. Inno. viij. ſub nu. 28. vbi dicit locum habere in legato, quod placet Ioan. de Selua in iiij. parte tractatus beneficialis, quæſt.

Digitized by Google

xlvj. vbi allegat votum huius glo. prout Gomes, qui etiam huic adſtipulatur tanquam communi & veriori, & Iaſon ante eos in conſil.144. colum. penult. volu. primo, & modernè domi. Rebuffi in proœ. concord. in gloſ. fati. qui ait ſic hic Pariſius fuiſſe iudicatum, tenet etiam domi. meus de Ripa in cap. ij. nume. 85. de reſ. dicens ita in facti contingentia ſe reſpondiſſe, qui ibi, prout & dicto primo lib. reſpond. cap. xvj. reſpondet ad adducta hic per gloſ. pro parte contraria, videlicet inquantum ait, quòd ordinarius poteſt conferre ſub conditione, ſi vacat, etiam ignorans vacationem: quia maxima eſt ratio diuerſitatis inter caſum collationis factæ pure & aſſertiue de beneficio vacante per mortem beneficiati, cuius obitus notus eſſe non poterat impetranti nec collatori: nam (vt diximus) aſſeuerans mortem ante veriſimilem notitiam præſumitur conſcius alicuius conſpirationis factæ in mortem alterius, & acceleraſſe impetrationem ne præueniretur, hæc autem ratio ceſſat quando fit collatio ſub conditione, ſi vacat. Nam ſi non vacat non tenet collatio, tanquam facta de beneficio viuentis, cap. ij. de conceſſ. præbendæ, cum aliis adductis per Decium. d. conſil. 398. & per nos in tracta. penſio. parte ij. quæſtio. prima. Si autem vacat, ceſſat præſumptio conſpirationis vel tractatus facti in mortem alterius, quia conditionaliter loquens nihil ponit. l. ſi ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtamen. Et quia non impetrat tanquam magis vacet per mortem quàm aliter, ſed generaliter ſi vacat, ex qua generalitate non poteſt inferri concludens præſumptio, ſic impetratur tanquam vacet per mortem. Iſta etiam ſunt de mente præfati domi. mei in dicto cap. ij. d. nume. 85. quæ ſi ád ſenſum naturalem conferantur (prout fieri debet l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tuto.) veriſſima videbuntur, qui etiam, d. nume. 85. dicit non obſtare quòd regulæ cancellariæ non habent locũ extra curiam, quia verum de his quæ ſunt extractæ ab vſu & conſuetudine curiæ, non de regulis à corpore iuris extractis, vel ex ratione naturali: quia illæ generaliter debent ligare omnes, ſicut regulæ iuris communis. Etiam dic non obſtare dum dicitur quod regula non loquitur de ordinario, prout nec de legato, quia reſpondetur prout in ſimili reſpondet Gomes in regula de infir. reſig. q. xxv. nu. 5. quod licet verba dictæ regulæ non videantur comprehendere renuntiationes coram ordinariis per infirmos factas, & ex conſequenti non deberent comprehendi ſub ipſa regula: tamen contrarium eſt verum, quia licet mens non ſit expreſſa, ſed coniecturata, limitat tamen & reſtringit verba regulæ ad limites rationis. Panor. in c. fi. col. v. de iure-iur. & in ca. ij. requiris, de appel. dixi latè in d. q. j. d. ij. partis trac. penſio. Hòc dubium ante Gomes reperies tactum per Caſſa. in dicta regula, deciſio. 31. vbi multa adducit, & inter alia ſubdit quòd licet multæ rationes militent in curia quæ non militant in ordinariis, tamen in illis vna reſultat ratio fortis, videlicet vt vitentur fraudes, quæ ſufficit per theoricam vulgatam, quòd quando aliquid prohibetur ex pluribus rationibus, ſufficit quòd vna vrgeat, licet aliæ ceſſent, vt prohibitio ſubſiſtat. §. affinitatis, inſti. de nup. quod idem Caſſad. ſub ti. d. regulæ. q. xxxiij. nu. 10. dicit procedere in commendatario cedente.

Conditionaliter loquens nihil ponit.

Regula de veriſimili notitia habet locum in ordinario & legato.

Vnica ratio ſufficit concludens.

Prædictam communem opinionem etiam poteris firmare per ea quæ tradit do. Rebuffi in tracta. not. q. xvij. nu. v. vbi etiam concludit regulam ipſam locum habere in ordinariis: quia ſi coram ordinario infirmus reſignet, & intra xx. dies moriatur,

Digitized by Google

tunc ordinarius qui prius per reſignationem contulit, per obitum conferre adhuc poterit: quia collatio prima tanquam nulla ſecundam fieri non impedit: iuxta quæ latè per nos ſunt de actu nullo tradita in tract.penſio.parte j.q.xviij. Aliqui tamen dicunt arreſtum interueniſſe contrarium, videlicet quòd ordinarius non poterit cõferre, quòd ſit verum, vides quomodo in arreſtis fundamentum facere habes.

ĩpedire [a], decreto noſtro de reſeruationib⁹, quo [b] ad cætera, & aliis [c] decretis huiuſmodi ſanctæ Synodi in ſuo robore [d] duraturis [e].

Quòd licet Papa huic regulę de infirmis reſignantibus &c.ſit ſolitus derogare, quę derogatio vbique etiam per Gallos admittitur, non tamen illa quæ fit regulæ de veriſimili notitia, ita fuiſſe hic Pariſius in ſenatu deciſum dicit gloſ. concor. in titu.de manda.apoſ. §. decernentes, in verbo iure præuentionis, col.fi. Ratio poteſt adduci, quia Papa nec quiuis alius princeps terrenus plus fingere poteſt quàm natura facere, cum fictio imitetur naturam inquãtum facere poteſt: vt probo in tract.diſpenſa.mem.vij.nu.14.& ſequen.

Sed natura non poteſt facere quòd intra duos vel tres dies ab hac Pariſienſi ciuitate quis ad curiam Romanam poſſit accedere quouis etiam vtatur diplomate, & ſic eſt impoſſibile, ſuper quo etiam fictio non cadit, vt probo in diſt.tract. diſpen.v. mem.nu.67.& iiij.mem.par.iij.nu.49. P.

(*6) Iſtud firmo in tract.penſio.par.iij.q.j.ver.ex prædictis infero.no.Decius in conſi.cccxcviij.in cauſa do.Benedicti. P.

(*7) Opinionem glo.amplectitur praxis Galliæ tam in conſulendo quàm in iudicando: ideo ad illam attende per ea quæ diximus in tract.diſpen.mem.v. parte ij. in ver.ſeptimum medium. P.

Cauſa originalis attenditur.

(*8) Et l.ſi id quod, ff.de dona.& l.j.C.quando, & quib.quar.pars deb.lib.x.C. Et regula eſt quotienſcunque actus poteſt denominari à duabus cauſis quarum vna ſit originalis, altera accidentalis, attenditur originalis, l.qui habet, ff.de tutel. vide Signo.conſi.clxvij.nu.21.in curia, dixi in tract. deuolu.parte iij.q.xxviij. P.

a ¶ Impedire) Quod voluit Eccleſia Gallicana, ſed voluntas non fuit executioni demandata, infrà eo.§.item circa.

b ¶ Quo) Id eſt quantum.

Præuentio non habet locum in beneficiis electiuis.

c ¶ Aliis) Suprà de elect.per totum, vnde beneficiis vere electiuis in quibus ſeruanda eſt forma, c.quia propter, de elect.& §.cum humanæ, ſuprà de elect.c.j. non cadit præuentio, quod ſatis hic patet per ver. collationes, & quòd hic ver. ſitus eſt in titu. de col.no.ſuprà de elect.c.licet §.j.

d ¶ Robore) Id eſt firmitate & valore.

e ¶ Duraturis) quod enim non mutatur, quare ſtare prohibeatur, l. præcipimus, C. de appel.l.ſancimus, C.de re.de.ne Romani (*) §.cæterum, de elect.

(*) Attende quòd per concor.in titu.de manda.apoſt.in §.decernentes, verſicul. nóſque, quo ad hunc punctum verbis longe amplioribus eſt prouiſum, vt patet ex illis quæ ad verbum ſequuntur, nóſque & ſucceſſores noſtros iure præuentionis dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia, cæteráque beneficia Eccleſiaſtica, ſecularia,

Digitized by Google

ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, quæcúnque & quomodocunque qualificata, tam in menſibus graduatis ſimplicibus & nominatis quàm ordinariis collatoribus præfatis aſſignatis vacantia, ac etiam ſub dictis mandatis comprehenſa libere conferre. Probus.

a ¶ Vero) Pro ſed, infra eo. §. ſtatutum, verſi. ſi. c. ſtatuit, §. cum vero, de reſcrip. in vj. ca. vbi periculum, §. qui vero, de elect. eod. lib. cum ſi. & eſt repetitiua præcedentium, j. diſt. in conſuetudo, infrà de te. cap. temmiſ. c. j. ff. de iuſt. & iu. l. omnes. Aliquando venit aduerſatiuè ad pręcedentia, c. j. §. qui verò, iunc. gloſ. de reg. iur. in vj. Aliquando suppletiue. in authent. de hæ. & fal. in princ. col. j. vbi glo.

Vero exponitur.

Concilium vult, vt prælati & doctores in concilio ipſo conſiſtentes pro bono ſuæ nationis circa collationum beneficiorum qualificationes diſponere poſſint, diſpoſitúmque vim habere decreti, ac ſi in decreto concilij ad verbum foret expreſſum. hæc eſt ſexta pars huius decreti. Probus.

Vt vero [a] cæteri [b] ad quos beneficiorũ † [c], dignitatũ † [d] perſonatuũ, officiorũ † [e], & adminiſtrationum [f] collatio ſeu quæuis alia diſpoſitio † [g]

b ¶ Cæteri) Id eſt alij à Ro. pon. & eius legato. de quibus ſuprà dictum eſt, & patet hic quòd Roma. pontifex & legatus eius non aſtringuntur (*) ad obſeruandas qualificationes & ordinem graduatorum in conferendis beneficiis, ad hoc inf. eod. §. item quòd omnia, ibi, per ordinarios, &c. cum ibi not.

Papa nec legatus ad qualificationes graduatorum aſtringitur.

(*) Quòd Papa non aſtringatur, ſatis patet ex verbis cõcor. ſuprà proximè ad verbum citatis, in gl. duraturis, & ad legatum de latere etiam illum non aſtringi fatetur glo. concor. titu. de manda. apoſtol. §. decernentes, in verbo nóſque. P.

† c Beneficiorum) Supple Eccleſiarum titulum includentium, non ſpiritualium de quibus loquitur tex. in c. quantumlibet, in fine de pœniten. diſt. prima, dicens quòd Ieſus non reuocat beneficia, ſed liberalitatis cumulos amplificat. P.

† d ¶ Dignitatum) Quæ aliquando priuatiuè ordinantur à Papa vel ab Epiſcopo, cum capituli conſenſu dicit Præ. in c. j. in fi. xxij. diſt. P.

† e ¶ Officiorum) Circa quæ & dignitates Eccleſiarum magis attenduntur particulares conſuetudines locorum, quàm ius commune, gl. in c. ad hæc, de excellib. præla. & in c. ij. de officio Archi. Inno. in c. j. eo. tit. P.

f ¶ Adminiſtrationum) Hæc quatuor (*) dignitates, perſonatus, officia, adminiſtrationes, ponuntur vt diuerſa, ſi. in c. de multa, de præb. in c. j. de conſue. in vj. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis, vbi per doctores.

(*) De quibus ad plenum diximus in tra. diſpen. memb. 6. par. 2. P.

† g ¶ Diſpoſitio) Verbum eſt generale comprehendens omnem modum quo prouidetur de beneficio, cap. ij. de præb. in vj. excipe tamen modum prouidendi per electionem in materia odioſa, non in fauorabili: probat dom. meus de Ripa in xxxiij.

Digitized by Google

reſpon.li.ij.quod incipit indultum. Probus.

† a ¶ Spectat) Iure communi,ſtatuto Eccleſiæ priuilegio, aut conſuetudine, cum textus indiſtincte loquatur, ideo indiſtincte debet intelligi iuribus vulgatis, iſtud voluit gl.j.in §.quod ſi quis,in ver.ſpectat. Idem ſi ex quaſi poſſeſſione prouidendi, c.conſultationibus,de iure pa.& c.querelam,de elect. P.

ſpectat †[a], ad prouidendum literatis viris †[b] & ſciẽtia perornatis ſpecialius [c] adſtringãtur, Voluit hæc ſancta Synodus certas qualificationes ſeu qualitates virorum literatorum †[d] & graduatorum deſignari: quibus certo ordine debeat prouideri †[e] prout inferius [f] annotatur. Adiiciẽs quod ſi per prælatos & doctores alicui⁹ nationis in hoc concilio conſiſtentes [g] pro bono ſuæ nationis aliter circa huiuſmodi qualificationes diſponendum videatur in futurum: quicquid per illos fuerit ordinatum & in generali cõgregatione præſentis concilij concluſum [h],

Penuriam virorum literatorum patitur populus.

† b ¶ Viris) Quorum copia ſæpe ob peccata populorum priuatur Eccleſia, ſeu penuriam eorum patitur, dum maxime Deus claudit prædicatorum ora, ait Archidia. in c.importuna, de pœni. diſt. j. Ideo legitur Hiere.ca.7.ob duritiam cordis populi Iudæorum, Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te,& 1.Reg.c.15.ad Samuelem, Vſquequo luges ſuper Saul? quia ego abieci eum. P.

c ¶ Specialius) Plus ſolet timeri quod ſpecialiter iniungitur quàm quod generaliter imperatur xxiij.diſt.quanquam, de hær. ſi aduerſus,cl.frequẽs,de exceſ.præl.in fi. (*)

(*) Quando ſpeciale plus operetur quam generale,& generale quam ſpeciale, dixi latiſſime in tract.diſpen.memb. v.par. iij.ante fi. P.

Verba literatorũ interpretantur.

† d Literatorum) Quorum verba ſecundum proprias ſignificationes,ac iuris conſonantiam debet interpretari, probat Roma. in conſ.xxiij. Aliàs interpretantur ſecundum communem vulgi opinionem. Idem Ro.in con.iiij.& v.ar. xxxij. viſa. P.

† e ¶ Prouideri) Et merito,quia plus laborarunt graduati quàm alij literati non graduati. Primo ratione gradus,cum oporteat eos eſſe quales approbat gradus. Secundo ratione beneficiorum,ſic eſt duplex labor: ideo quemadmodũ minuitur labor,etiam & ſalariũ. Bal.poſt tex.in l.ſcio amico.ff.de an.leg.ita creſcẽte labore,ſalariũ debet geminari, ꝓbat Ro.in cõ.xxv.viſo pũcto. P.

Labore minuto etiam & ſalariũ minuitur.

f ¶ Inferius) in §.ſequuntur.

Vocandi ad concilium.

g ¶ Conſiſtentes) no.hic ar. quod ad concilium generale vocandi (*) ſunt prælati & doct. de quo no.ſupra,c.j.de auctori.ſac.con.

(*) De qua vide pleniſſimè per Iacoba. in tract. conc.li.ij. ar.ij. dixi ſuprà titu. de auct.ſa.conc.in prin.& eo. tit.in §. quem terminum, in ver. ſolent: vbi poſui tenorem formæ conuocationis ad concilium. P.

h ¶ Concluſum) Per hunc tex. volunt qui nominationes impugnant, ſuam fundare

Digitized by Google

intentionem, dicentes modificationes Eccleſiæ Gallicanæ non poſſe ſortiri effectũ: quia non fuerunt relatæ ad concil. Baſil. nec in eo concluſæ, quod tamen erat faciendum, vt hic, & in fi. huius li. §. demum. Aduerte quod iſtarum modificationum duæ ſunt ſpecies, (*1) quædam ſunt directæ contra decreta Baſil. & ea corrigunt vel reſtringunt & hæ proprie dicũtur modificationes. Modificatio enim proprie eſt cum aliquid detrahitur iuri aut priuilegio, cap. olim, de verb. ſig. vbi Inno. Io. And. in cle. ne Rom. de elect. & huiuſmodi modificationes cum non fuerint approbatæ per cõcil. Baſil. non habet aliquam vim, nec ſunt ſeruandæ: puta ſuprà de elect. c. licet, §. cẽſuit, inf. eo. §. item circa, §. item voluit, §. item cenſuit, inf. de cau. §. item quod monaſteria, §. itẽ circa, §. item fuit, de nu. & qua. car. c. j. in fi. ibi, ſaluo. nam Eccleſia Gallicana non potuit nec poteſt facere ſtatuta contra iura, nec imponere legem Papæ, c. inferior. xxj. d. c. quod ſuprà, de maio. & obe. d. cle. ne Ro. c. fi. de ap. in vj. cum ibi no. per Io. And. in c. fi. de of. Archipreſ. vbi concludit epiſc. legatũ (*2) aut alium inferiorem non poſſe aliquid decernere iuri contrarium, no. in c. fi. de hære. in vj. Io. An. in addi. Spec. ſuper rubri. de elect. Pan. in c. cum dilectus, in fi. de conſue. de huiuſmodi modificationibus loquitur hic tex. quod patet per verb. aliter, quod not. diuerſitatem in ſubſtantia. Aliæ ſunt Eccleſiæ Gallicanæ modificationes, quæ non ſunt decretis contrariæ nec derogantes: ſed aut ea declarant, aut eis addunt, aut pœnas exaggerant: & tales valent, & ſortiri debent effectum, cum potuit Eccleſia Gallicana eas facere, per no. per doct. in iuribus alleg. in cle. vt hi qui. de æta. & qual. ad hoc. c. j. de no. ope. nunc. cap. ij. de priui. puta in nominationibus quæ licet non ſint de cortice huius decreti, tamen ſunt de eius mente vt no. inf. eo. §. item placuit, cum ſi.

Modificatio quid eſt.

Eccleſia Gallicana an poſſit Papæ legem imponere.

Modificationes quas Eccleſia Gallicana facere poteſt.

exnunc prout [a] extunc ratum & firmum habeatur, & vim decreti habeat: ac ſi [b] in præſenti decreto de verbo ad verbum [c] expreſſum

(*1) Quæ ſapiunt diminutionem, dicit gl. in clem. ij. in verb. modificari. de elect. alleg. c. vl. de ver. ſig. ibi tamen loquitur ſolum de moderatione, ſic vult dicere, quod illa duo ſint eiuſdem virtutis: quod proſequitur Lucas de Penna in l. iij. col. iij. de cano. largi. tit. lib. x. C. Io. de Imo. in d. cle. ij. nu. 7. dicit, modificatur, quando temperatur & reſtringitur, ſeu limitatur. P.

(*2) De Epiſcopo etiam & legato firmo in tract. deuo. præl. iiij. P.

a ¶ Prout extunc) Non eſt vis (*) an dicatur extunc prout ex tunc: quia idem reſultat effectus, ſcilicet vt valeat extunc: & idem ſemper trahitur ad diem exiſtentiæ conditionis, iux. no. per doct. in c. præterea, de app. cle. j. circa princ. de conceſ. præb. Archid. in cap. dudum, de præbend. in vj.

(*) Iſtud firmo latè per ea quæ dixi in tract. penſio. prælu. vij. paulò pòſt prin. P.

b ¶ Ac ſi) Id eſt ſicut ſi.

c ¶ Ad verbum) Facit ad ſolut. q. quotidianæ, Papa cõceſſit priuilegium cuidam monaſterio vt nõ teneretur ad procurationem legatorum, etiam ſi in literis eorum dicatur vt tam exempti quàm nõ exempti teneantur ad hoc onus, niſi de iſto indulto cõceſſo monaſterio fiat mentio de verbo ad verbum. Demum Papa cõceſſit legato vt poſſit exigere procurationem à quibuſcunque etiam exemptis: quamuis talia ſint

Priuilegiũ primũ Papæ an poſſit eſſe ita validum, vt tolli nõ poſſit per ſecundum.

Digitized by Google

priuilegia, quòd de eis ſit facienda mentio de verbo ad verbum quæ voluit in illis literis habere pro expreſſis: quæritur nunquid per has legatorum literas ſit derogatum illi priuilegio. Fred. dubitat. conſil. ccxxvij. ſed tenet quòd ſic, conſil. xlvj. aliàs, xlv. & Panor. in ca. cum inſtantia. de cenſi. nam per verba generalia pleniſſima reuocantur omnia priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines, clemen. j. cle. dudum. prope fi. de ſepultu. clemen. j. in fi. de ſent. excõ. cap. cum non deceat. cap. quia ſæpe. de elec. in vj. clemen. j. de iure patro. in fi. de capel. mo. cap. j. lib. vj. de ætat. & qualit. cap. vt hi qui. ad fin. cle. quia contingit. ad fi. de relig. do. in extrauag. Ioan. 22. ſuſcepti. ad fi. cum ſi. facit not. per Dy. in cap. quod ſemel de regu. iur. in vj. per legiſtas in l. ſi quis, in princ. ff. de lega. iij. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. pu. Bar. in extrauag. ad reprimendam, in ver. non obſtan. per docto. in cap. nonnulli. de reſcrip. Ioan. And. in cap. j. de exceſ. præl. lib. vj. in nou. vbi latè per eum de verbis derogatoriis ad priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines. Hen. in cap. ex parte ij. de offi. deleg. vbi dicit, quòd in omni materia ſi cõſtet per verba derogatoria lata licet generaliter ab eo qui derogare poteſt, quòd generaliter omnibus derogare voluit, voluntati eius ſtabitur, per not. in d. c. ex parte de confir. vtil. vel inuti. porrecta. in fi. gloſ. & in dicta l. fi.

Materia derogationũ tractatur.

foret † [a].

Diſpoſitio beneficiorum, dignitatum, officiorum, & adminiſtrationum contra ordinem, & concilij qualificationes per quemcunque cuiuſcunque ſtatus, etiam cardinalatus, & dignitatis alterius facta, eſt ipſo iure irrita, & ad ſuperiorem immediatum deuoluitur, qui ſecundum eas qualitates prouidere habet, quod ſi non fecerit, ad alium ſuperiorem gradatim deuolutio illa fit, vſque ad Papam aſcendendo. hæc eſt ſeptima pars huius decreti. Probus.

† a ¶ Foret) Ex hoc textu reſultat, quòd ſi in ſequentibus reperitur ſtatutum per Eccleſiam Gallicanam huiuſmodi negotiũ concernens, dicitur potius eſſe concilij Baſilien. quàm ipſius Eccleſiæ, aut eius congregationis, quia ſi imperator dedit licentiam omnibus populis ſibi ſtatuta opportuna conſtituendi, illa non conſiderantur tanquam populi conſtitutio, ſed tanquam lex imperatoris, cum actus attribuatur illi qui in actu potentius agit, & cuius auctoritate conficitur, l. j. §. omnia. C. de veteri iure enucle. Bart. in extrauag. ad reprimendam, in verb. totius orbis, quod etiã procedit in reſpicientibus ordinem iudicij, ſecundum quod not. in l. cunctos populos, C. de ſumma trinit. & in cap. quod clericis, de foro compe. & in cap. j. de conſtit. Sic eſt verificata doctrina, quòd concilium generale poteſt committere certis conſiliariis aliquid faciendum, & quod per illos fit, à concilio fieri dicitur, l. illud. §. ſi decuriones; & ibi Bart. ff. quod cuiuſque vniuerſita. quod placet Firmia. in tracta. de gabel. parte j. nu. 18. Probus.

Actus cui attribuatur.

Digitized by Google

† a ¶ Status) Quem mutata perſona oportet mutari. l. j. C. de impo. lucra. deſ. & l. qui Paulus, in fi. ff. de acquir. hæred. cap. j. de iure patro. in vj. cle. pen. de præbend. Probus. *Status mutatur perſona mutata.*

b ¶ Cardinalatus) Arg. ex ordine literæ, quòd cardinalatus ſit maior (*) dignitas quàm patriarchatus & Epiſcopatus, de quo not. infrà de nu. & qua. Car. cap. j. *Cardinalis eſt maior Epiſcopo.*

Quòd ſi quis cuiuſcunque ſtatus † [a] etiam ſi cardinalatus [b], patriarchalis † [c], pontificalis, aut alterius cuiuſlibet dignitatis contra prædictum ordinẽ & qualificationes vt præmittitur deſignatas, vel deſignandas, de ipſis beneficiis, dignitatibus, perſonatibus, officiis, & adminiſtrationibus † [d] quouis modo [e] diſpoſuerit * [f]: eoipſo [g] ſit

(*) Hoſtien. in c. dilectus, j. de præb. inquit, quod Romana Eccleſia tenet quòd nulla ſit maior dignitas cardinalatu: quia cardinales cum Papa omnes iudicant, & ipſi nõ poſſunt niſi à Papa iudicari, quod placet Io. And. ibi in princ. & Car. in ij. oppo. quod latè proſequitur Imo. in ij. not. ſubdens, quòd nõ eſt illicitus deſcenſus de cardinalatu ad Archiepiſcopatum: quia cardinales quocunque Archiepiſcopo vel alio prǽlato ſũt maiores, quod verum reſpectu iuriſdictionis, non reſpectu ordinis, probat Gomes in regula, vero valore expri. q. j. nu. 6. & ſeq. & Iacoba. in trac. concil. li. j. ar. xij. Iſtud latius deduco in trac. penſio. prælu. vij. quod fuit proſecutus Hierony. Albanus in trac. de cardinalatu. & Barba. in tract. de præſtan. Car. q. j. ver. ad ſecundum corollarium. P. *Cardinales ſunt Archiepiſcopo digniores.*

† c ¶ Patriarchalis) Pone in Archiepiſcopo Bituricen. text. in cap. conqueſtus, ix. q. iij. Probus.

† d ¶ Adminiſtrationibus) Maioritatem horum quatuor cognoſces, quando vni & non alteri adeſt adminiſtratio, licet in aliis ſint eiuſdem & æqualis ordinis, ait Præpoſi. in cap. ij. in fin. xxij. diſt. vide Car. in con. lxij. in Eccleſia Bellauen. vbi dicit, quòd in his attenditur potius conſuetudo quàm ius commune. glo. in ca. ad hęc. de exceſ. præla. & Rota in not. deciſ. lxxiij. de theſaurata. P. *Maioritas conſiſtit in adminiſtratione.*

e ¶ Quouis modo (*) Siue per collationem, præſentationem, aut aliam diſpoſitionem: vt ſuprà ver. vt verò in princ. ſiue iure proprio, ſiue deuoluto, vt ſeq. *Quouis modo.*

(*) De ea clauſula quouis modo in prouiſionibus beneficiorum apponi conſueta, dixi latè in tracta. parte j. q. xxiiij. P.

* f ¶ Diſpoſuerit) Idem ſi qualificato petenti conferre recuſauerit, quia etiam extunc ad ſuperiorem proximum fit deuolutio, dico ſi illo non erat qualificatior, ſecus ſi erat, cui facta fuit prouiſio, vt eſt de mente glo. concor. iſto tit. in §. ſi quis verò in ver. diſpoſuerit, quam vide: vbi inter alia adducit quòd qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus illud: quia non facit. l. qui non facit. ff. de reg. iur. & appellatione facti non factum continetur. l. ſi mota. ff. ſolut. mat. & qui recuſat conferre, dicitur aliud diſponere quàm præceptũ ſit: ideo text. non dicit contulerit. P.

g ¶ Eoipſo) (* 1) Ideo non requiritur ſententia priuationis: ſed ex iuris diſpoſitione

Digitized by Google

ſit ipſo facto deuolutio,ſi.in cap.ne pro defectu. de elec.c. quanquam, eo. tit. in vj. ſuprà de elec.ca.j.§. deinde, cum ibi not. Ideo videtur quòd ſi ordinarius contulerit beneficium cadẽs in turno debitum nominato vel graduato, quòd poſtea non poſſit variare, & illud conferre nominato aut graduato: quia collatio facta poſt deuolutionem poteſtatis ad ſuperiorem,eſt nulla, (2) vbi fit deuolutio ipſo facto.cap.fi. ca. licet.de ſup. neg. præla. cum ibi not.cum enim facto alicuius eſt ius alteri quæſitum: tunc non poteſt variari in eo in quo eſt ius alteri quæſitum, ca. quàm ſit. ver. alioquin. de elec.in vj.ff. de ſtat. lib. l. intra quinquennium, ſecus ſi non eſſet collator priuatus poteſtate conferendi, ſed veniret priuandus: tunc valeret collatio ante ſententiam priuatiuam. (*) no.Dom.in c.quia propter.de elec.fa.quod no. doc. de purg.moræ.in c.quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. in c. mora. de reg. iur. in vj. Geſ.in extrauag. execrabilis. Ex hoc infertur, quòd vbi conſtat euidenter collatorẽ contuliſſe huiuſmodi beneficium non nominato aut non graduato, quòd non tenetur nominatus vel graduatus ſummare collatorem vt illud ſibi conferat, ſed recurrere debet ad ſuperiorem ad quem deuoluta eſt poteſtas conferendi.Sed contrarium practicatur communiter.(*4)graduati petunt à collatoribus beneficia in vim gradus vel nominationis: & in eorum refutationem vadunt ad ſuperiores, pro hac parte facit, quia non videtur collator feciſſe contra qualificationes graduatorum, niſi graduatus ab eo petierit beneficium: quia forte graduatus pro hac vice non vult vti gradu ſuo, aut nominatione, vel eam habet pro derelicto, aut factus eſt incapax, ideo ſi velit anhelare ad beneficium, debet illud primitus petere à collatore, ad hoc cap.ſi clericus,ibi,petere negligenter,&c.de præb.in vj.cap.quia cunctis, §. econtra. ibi, oporteret ipſum,&c. de conceſſ.præb.eo.lib.& ſi. veniat poſt collationem alteri factam per collatorem, poterit illi denuo (*5) conferre collator prima collatione quæ nulla erat non reprobata: nec ob. ca. poſt electionem, §.quoniam, de conceſſ.præb. ca.inter dilectos, de exceſſ.prælat. vbi prima collatio etiam nulla impedit ſecundam, niſi prima fuerit caſſata & irrita nuntiata propter variationem, quæ reprobatur, c.conſiderauimus, de elect. ad hoc c.auditis,cum ibi not. eo. tit.vbi doct. quia illud procedit quando ambæ collationes fierent ab eodem collatore eodẽ medio & reſpectu: ſed aliud poteſt dici vbi ſecunda collatio fieret alio medio quàm prima:quia primã fecit collator iure ordinario, & ſecundã facit coactus medio gradus vel nominationis:tunc prima collatio nulla non impediret ſecundam. (*6) arg. c.non præſtat.de reg.iur.in vj.ca.noſtri.de elect. cum ibi no.cap.fi.de iure patronat. vbi ſi patronus contulit beneficium: nihilominus poteſt ad illud præſentare, per quod cap.dico quòd collatio facta pleno iure de beneficio ſpreto patrono, non impedit (*7) inſtitutionem fiendam ab eodem collatore ad præſentationem patroni, tenendo quòd collatio voluntaria facta ſpreto patrono ſit ipſo iure nulla.ca.ex inſinuatione,de iur.patr.de quo remiſi ſuprà de elect. cap.j. §. & cum humanæ, cap. decernimus,iuncta gloſ.xvj. quæſt. vij. vbi Epſcopus tenetur inſtituere præſentatum, non obſtante priore collatione per eum facta ſine conſenſu patroni not. Frede. in tracta. permut. quæſt. xxx. nec etiam prima inſtitutio facta ad præſentationem eius qui non poterat præſentare, impediet ſecundam fiendam ad præſentationem illius cui competit præſentatio: cum huiuſmodi inſtitutiones fiant diuerſis (*8)

Collatio facta poſt deuolutionẽ, an valeat.

Priuandus cedit beneficio.

Graduatus petat.

Collatio ſecunda prima nõ caſſata.

Collatio facta ſpreto patrono.

Digitized by Google

mediis, ad hoc. cap. conſultationibus, de iure patrona. cap. cum Bertoldus, cum ibi not. per Innocen. de re iudica. ſentit Guliel. in clemen. j. de iure patro. Henr. in dicto cap. auditis.

(* 1) Non immerito dicit eo ipſo: quia natura deuolutionis eſt vt non fiat eo ipſo niſi in caſibus à iure expreſſis, vt probamus in trac. deuolutio. præludio v. P.

irritum [a] & inane: collatioq;

(* 2) Vide quæ in propoſito diximus in tract. deuolutio, parte ij. q. xxj. P.

(* 3) Quod ſit quia adhuc dicitur beneficij titularius, cum illi poſſit cedere, not. Domi. in conſi. cv. & Gomes in regu. de annali poſſ. q. xlij. & alij adducti per nos in tract. deuolutio. prælu. 6. tum etiam quia priuandus facit fructus ſuos, probat Felynus in capitu. de quarta. col. ix. de præſcrip. ideo confert, cum conferre ſit in fructu. dixi in tract. penſio. parte prima. q. xxix. P.

(* 4) Hanc gloſ. ad verbum more ſuo refert Io. de Selua in tract. beneficiali, parte iij. q. xlvij. vbi opinionem gloſ. ſequitur, & aliqua pauca ad eam addit. P.

(* 5) Iſtud non videtur placere gloſ. concord. in titu. iſto. §. quia verò. in verbo qui eiſdem. dicenti, quòd potius confidat de collatione ſuperioris, quàm illius ordinarij à quo eſt facta deuolutio, ex quo videtur inferre quòd poſtquam eſt notum illum alteri contuliſſe, non requirendum fore, cum circuitus effectum non operaretur, opinio tamen huius gloſ. placet per eius rationes, ita audio practicari, ideo huic aſtipulor. Probus.

(* 6) Quod aut ſimile latè firmo in tracta. penſio. parte j. quæſt. xix. P.

(* 7) Iſtud per plura firmo in tracta. deuolutio. parte iiij. q. iiij. & parte ij. q. xxxj. Ratio quòd non impediat, quia præſentatio non eſt de ſubſtantia. P.

(* 8) Id eſt diuerſis iuribus, ordinario videlicet & ſuperioritatis primi ordinarij, pro quo attende ad glo. concor. iſto. tit. §. ſi quis verò. in verbo diſpoſitiones. P.

Decretum irritans an ſemper vitiet.

a ¶ Irritum) Hoc verum ſi qualificatus velit vti ſua qualificatione: puta gradu vel nominatione. Si autem noluit vti, & ei renunciat, valebit collatio ordinarij: quia in quocunque reſcripto beneficiali licet appoſita ſit clauſula decreti: ſemper tamen intelligitur conditio ſi impetrans vti velit illa gratia. not. Ioan. Mona. in cap. ſtatutum, de præbend. in vj. (* 1) fa. l. proinde. §. finali. ff. ſi certum peta. vbi licet mortuo teſtatore dominium rei legatæ recta via tranſeat ad legatarium: tamen ſi legatarius repudiat, fingitur non tranſiſſe. ſic repudiata nominatione, aut declaratione facta per graduatum, quòd non velit vti gradu, fingitur tanquam ſi nõ eſſet qualificatus. Item iſtud decretum irritans apponitur in fauorem graduati: ideo poteſt ei renunciare. capit. ad Apoſtolicam, de reg. facit quod not. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. xiij. quòd id quod dicitur non valere in fauorem alicuius, ipſe poteſt facere quòd valeat. not. Innocen. in ca. quia cunctis de conceſſio. præbend. in vj. & hoc eſt indubitatum quãdo ante collationem ordinarij dictus graduatus qualificationi renunciauit, aut apparuit eum nolle ea vti: quia tunc collatio ordinarij in contrariũ alteri facta valet. Si autem collationem ordinarij ſequatur renunciatio, non videtur ꝙ prouiſus tutus ſit, ſinè noua collatione. c. penult. de præben. in vj. per not. Iõ. And. in dicto c. ſtatutum, in no. quòd ſi impetrans cum decreto renunciat reſcripto poſt collationẽ factã alteri per ordinarium, eius renunciatio non validat illã collationẽ quæ

Digitized by Google

nulla erat, & dicunt ibi Domi. & Lauren. quòd factum contra decretum tunc valet, quando habens illud non vult eo vti, & voluntas præcedit factum. Si verò voluntas ſequatur & factum contra eſt tale in quo attenditur initium, vt electio beneficij, collatio, ſententia & ſi, tunc non valet, ad hoc capit. ſi poſtquam, §. j. de electio. in vj. & dicto capitu. penul. ca. auditis, cum ibi nota. de electio. capitu. vt ſuper. bi. niſi ap. renunciatum fuit, de ap. in vj. cap. non firmatur, de regulis iuris, in vj. cum ibi not. fa. quod not. ſuprà in verſic. antelationum, cum quo concordat Gaſ. de Peruſio in tractatu reſeruat. §. viij. vbi in collatione facta per ordinarium contra decretum mandati duo ponderat: contemptum mandati, & præiudicium in iure quæſito ad rem, quæ duo ceſſant quando renunciatio mandati præcedit collationem: quia non fit in contemptum mandantis, nec præiudicium eius cui gratia eſt facta. Sed ſi ordinarius non habuit notitiam ante collationem quòd nollet vti gratia, remanet contemptus, quamuis ſecundum ceſſet per conſenſum & renunciationem ſuperuenientem, ideo non validatur collatio in qua initium ſpectatur, vt dictum eſt. Ad d. legem, proinde, reſpondet quòd in illo caſu ceſſat ratio contemptus, & non attenditur niſi intereſſe & cõmodum legatarij, & illa præſumitur fuiſſe intentio teſtatoris, ff. de fur. l. à titio. nec etiã loquitur in caſu in quo initiũ de ſubſtantia attẽdatur, vt in collatione. Sed de iſto ſecũdo caſu ſatis poteſt dubitari, quia ſi qualificat⁹ nõ vult vti ſua qualificatione quæ in fauorẽ eius eſt inducta, illo repulſo ſublatũ eſt impedimentũ quo ad ordinariũ, ergo valet eius collatio iure ordinario alteri facta, facit quod not. Io. An. in dicto c. pe. in no. quòd ſi habens clauſulam anteferri, ei renunciet, nec velit ea vti, valebit collatio primo facta, quia eo repulſo ſublatum eſt impedimentum quo ad primum. Pano. in c. cum ex officij de præſcrip. vbi quærit, Epiſcopus contulit beneficium ante lapſum menſis, de quo in cle. j. de conceſſ. præb. demum habens gratiam iuxta illam clem. non acceptauit beneficium intra menſem, nunquid conualeſcat dicta collatio cum intra menſem haberet collator ordinarius manus ligatas? & dicit quòd ſic (* 2.) quia Epiſcopus habet poteſtatem in habitu, licet exercitium ſit ſibi interdictum intra menſem, & lapſo menſe nullum ius ſibi ſuperuenit de præſenti, ſed ſolum fuit remotum obſtaculum, alle. d. Bar. in l. cum vir. ff. de vſuca. vbi quærit, cauetur ſtatuto fauore creditorum, quòd debitor bannitus vel cõdemnatus pro debito nullum contractum poſſit facere donec ſoluat, contingit quòd prius contraxit, & poſtea ſoluit, an contractus confirmetur? & tenet quòd ſic, quia hic non ſuperuenit ius, ſed obſtaculum remouetur, alleg. l. pignori, ff. qui & à qui. l. j. C. ne tu. vel cu. vec. con. Poſſet dici quòd ſi Epiſcopus contulit ſcienter beneficium quod erat effectum qualificato, & qualificatus re integra antequam cum effectu acceptauerit illud beneficium, declarat præſente vel ſciente Epiſcopo quòd non vult vti ſua qualificatione, quòd collatio per Epiſcopum facta cõualeſcat, quia per qualificationem gradus aut nominationis non erat acquiſitum aliquod ius etiam ad rem qualificato: vt no. ſuprà in ver. nominationes, & Epiſcopus erat obligatus ad conferendum aliud ſuo collatario ne deciperetur, c. inter cætera, de præb. ergo ſtatim quòd impedimẽtum qualificationis ſublatum eſt per conſenſum & declarationem qualificati, cõualidata fuit dicta collatio, cum non requiratur aliqua traditio, ſed ſolus conſenſus Epiſcopi qui iam interuenerat, c. ſi tibi abſenti, de præb. in vj. ad hoc, l. rem alienam, in fi. ff. de pignor. act.

Digitized by Google

gnor. act. de ac. emp. ſi quis alienam. qui po. in pig. ha. l. qui balneum. §. Titia. quod *Venditor*
t.o. Bar. in d. l. cum vir. quòd ſi aliquis vendidit eccleſiæ rem alienam, & venditor *rei alienæ*
ſuccedit Domino, quòd ſtatim tranſit vtile dominium in eccleſiam: ratio, quia non *ſi ſucceſſit*
requiritur ibi traditio. C. de ſacroſan. ec. l. fi. & intererat venditoris cõtractum con- *Domino,*
firmari, cum eſſet obligatus ex contractu ſuo. Vnde dicit Panor. in dicto. c. cum ex *quid iuris.*

huiuſmodi & ꝓuiſio ſeu queuis diſpoſitio ad ſuperiorem [a]

officij. quod ſi epiſcopus ſcienter contulit beneficium quod conferre non poterat, quia collatio ſpectabat ad inferiorem ſi poſtmodum ad eum deuoluatur collatio, quia epiſcopus erat obligatus ad conferendum aliud, vt dictum eſt. Pro hac parte facit quod not. in l. j. C. qui pro ſua iur. quod ſi in principio delegationis delegans carebat iuriſdictione, & poſtea eſt eam adeptus, quod delegatio videtur confirmari per ſuperuenientiam poteſtatis. arg. in l. licet. ff. de iudi. tamen à tempore ſuperuenientis iuriſdictionis, & non prius. l. obſeruare. §. vlt. ff. de offic. procon. præſertim, vt dicit Iaco. de Are. quando iuriſdictio delegantis erat iam radicata, exercitium tamen non habebat, puta qui ſuſpenſus erat, aut excommunicatus.

(*1) Vbi in additio. ad eum plura pro dicti ſui comprobatione adduxi, quæ iungere poteris his quæ in hac glo. quæſtione tradidit de Selua, in trac. benef. parte iij. q. xlviij. vbi votum. gl. amplectitur ad verbum, quod proſequitur glo. concor. in §. ſi quis vero. in ver. ipſo iure, iſto ti. quæ videtur ſequi diſtinctionem huius glo. ibi, hoc eſt indubitatum. tamen quòd indiſtincte non valeat collatio facta contra huiuſmodi decretum, poteris firmiter ſuſtinere per ea quæ diximus in tract. deuolu. parte iiij. q. xxviij. & non minus. q. xv. & hæc nobis plus placet, non opinio gl. quæ videtur indiſtinctè concludere collationem contra decretum irritans factam, interueniente conſenſu illius in cuius fauorem datum erat, valere, ſiue conſenſus ille interuenit ante vel poſt collationem. moueor rationibus vbi ſupra deductis, quas non repeto vt ſim breuior vel breuis. P.

(*2) Iſtud non placet per ea quæ latè diximus in tracta. deuolu. parte iiij. q. xv. Probus.

a ¶ Superiorem (*1) Obſtat c. cum in cunctis. §. fi. de elec. c. ij. de con. præbend.
vbi cum epiſcopus eſt priuatus poteſtate conferendi, aut quia contulit ſcienter in- *Deuolutio*
digno benficium, aut propter negligentiam fit deuolutio ad capitulum ſuum, & de *non fit de*
capitulo ad ſuperiorem. Sol. poteſt capitulum hoc caſu dici ſuperior, ex quo ſup- *capitulo ad*
plet defectum epiſcopi arg. c. cum ſcimus. ix. q. iij. Vel poteſt dici quod hoc intelli- *epiſcopum.*
gatur vbi capitula ſunt exempta, ſicut cõmuniter accidit, tunc enim non fieret deuolutio ab epiſcopo ad capitulum, nec è diuerſo, quia ceſſat ratio communionis quæ eſt fundamentum huiuſmodi deuolutionis, nec cle. quia regulares. de ſup. negl. præla. habet locum in ſecularibus: vel intellige de prælatis inferioribus conuentualium vel collegiatarum eccleſiarum, & in ipſis collegijs vel conuentibus: quia per negligentiam vel culpam talis prælati ad quem ſpectat collatio vel præſentatio, non fit deuolutio ad collegium vel conuentum, nec viceuerſa (*2) de collegio vel conuentu ad quem ſpectat collatio vel præſentatio ad prælatum. d. cle. quia regulares. vbi hoc tenet Guil. licet in ſecundo caſu teneat contrarium Ioan. Andr. in ver. præ-

Digitized by Google

lati. Sed pro opinione Guil. facit tex. illius cle. ibi diœceſani locorum, per quem videtur quòd in omni caſu ad epiſcopum deuoluatur (* 3) immediate, maximè cum d. c. cum in cunctis. d. c. ij. tantum loquantur in epiſcopis & capitulis ſuis. Item non eſt tanta communio inter alias eccleſias quanta inter epiſcopum & capitulum ſuum. de teſta. requiſiſti. & multæ differentiæ ſunt inter cathedrales eccleſias & alias inferiores. c. quanquam. de elec. in vj. hanc partem tenet ipſe Guil. in cle. ne in agro. §. abbate. de ſtatu mo. Henr. in d. c. ij. & hoc tenet curia Romana, vt dicit Bertran. in d. cle. quia regulares. ad hoc de Ro. deci. 267. ſed fallit in caſu illius §. vbi abbate vel priore à collatione beneficiorum ſuſpenſo, ad priorem clauſtralem cum conſilio & conſenſu conuentus vel maioris partis collatio beneficiorum deuoluitur. vnde ibi continet ſpecialem (* 4) prouiſionem, nec eſt ad aliam extendenda. cap. ſanè. de priuileg. ſed pro opi. Ioan. Andr. fa. quia vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem ius. c. inter cæteras de reſcrip. ca. cum dilecta. de confir. vti. vel inu. & iuxta rationem eſt l. amplianda vel reſtringenda. c. intelligentia. ca. præterea. cap. in his. de regu. iur. ſuprà de electio. c. licet. §. j. cum ibi not. ſed eadem eſt ratio quòd abbas ſuppleat negligentiam conuentus in conferendo, ſicut quòd epiſcopus ſuppleat negligentiam capituli. communio enim eſt fundamentum huiuſmodi deuolutionis, vt dictum eſt, & maxima eſt communio inter abbatem & conuentum: immo ſentit Innocen. in cap. dilectus. in prin. de conſue. quòd maior eſt communio inter (* 5) abbatem & conuentum, quàm inter epiſcopum & ſuum capitulum: vnde mortuo abbate conuentus ſuccedit in iuriſdictione. ad hoc c. fi. à ſpeciali. de reg. lib. vj. c. his quæ de ma. & obe. no. Inno. & Panor. in d. c. cum dilectus. doct. in c. ad abolendam. de hæret. Panor. in c. cum dilecta. de reſcri. tamen opi. Ioan. Andr. iure expreſſo non probatur, ideo primæ inhærendum eſt iuncto ſtylo curiæ. vel dic quòd hic text. ponit ſpecialem prouiſionem, quòd ſi epiſcopus aut alius collator confert contra ordinem & qualificationes graduatorum, deuolutio fit ad ſuperiorem, & iſte intellectus vſu practicatur.

Communio inter abbatem & conuentum.

(* 1) Iſta eſt natura deuolutionis, vt fiat de inferiore ad ſuperiorem. quod latè probamus in iij. præludio, trac. deuolu. text. in c. ij. de conceſ. præb. & in c. licet. de ſupplen. negli. præla. P.

(* 2) Iſtud reperies per nos diſcuſſum in tract. deuolu. parte iij. q. xxiij. & melius. q. xxiiij. Probus.

Tempus deuolutionis quando incipiat.

(* 3) Tempus huius deuolutionis, id eſt ſex menſium, non ſolum à die quo ſciuit ſuperior ad quem deuolutio ipſa eſt facta, ſed à die requiſitionis & denegationis ordinarij per qualificatum factarum. no. Ioan. mo. in cap. ignorantia. de reg. iur. in vj. & do. de Rota in antiq. deci. 38. text. in cle. j. de conceſ. præbend. & Cæſar Lamberti. in trac. de iure pat. ar. xv. quæſt. j. parte ij. lib. ij. dixi latè in trac. deuolutio. parte j. quæſtio. iiij. quod nota. quia multis non placet qui non attendunt ad fauorem eccleſiarum, qui maior eſt fauore ordinariorum, qui nunquam dicerent fuiſſe prius de vacatione certioratos: ideo tene quòd à die non ſcientiæ, ſed vacationis, & hæc obſeruatur in iudicando. P.

Specialia non patiuntur extenſionem.

(* 4) Specialia enim non patiuntur extenſionem, ſed ſuis debent contentari limitibus, aliàs non differrent à generalibus & iure communi extenſionem ex

Digitized by Google

identitate rationis patientibus, ſic debent intelligi quæ hic ſubduntur. Probus.

(*5) Hinc dicit Bellemere deci. 88. Abbas quòd inter monaſterium & abbatem eſt matrimonium ſpirituale, quale eſt carnale inter maritum & vxorem, ideo ſicut vir multa poteſt ſine vxoris voluntate, ea etiam inuita, ita abbas ſine conuentu: vt pote reuocare monachum priorem ad clauſtrum. dicit Frederi. in con-

a proxi- 134. in fi. qui in propoſito. gloſ. con. v. col. iiij. ait quòd abbas eſt vnum corpus cum ſuis monachis. P.

a ¶ Proximum (*1) quid ſi patronus eccleſiaſticus præſentat contra ordinem & qualificationes iſtas, ad quem deuoluetur poteſtas? dic quòd ad inſtituentem, etiam vbi ius inſtituendi pertineret ad prælatum inferiorem epiſcopo. (*2) cenſeretur enim hoc caſu proximus ſuperior. ad hoc gl. ſingu. in cle. j. de ſup. negligen. præla. in ver. diſpoſitionem. quæ vult quòd ſi præſentatio ſpectat ad religioſos, ex eorum negligentia fit deuolutio ad habentem inſtituere, ſiue ſit diœceſanus ſiue alius. nota de Imo. & Panormit. in cap. nulla. de con. præbend. nam præſentatio patroni non transfert aliquod ius ſpirituale, ſed eſt quoddam initium ſeu quædam ſeruitus. cap. quod autem de iure patro. quia contempto patrono non poteſt (*3) fieri inſtitutio. xvj. q. vij. decernimus, & ius ſpirituale transfertur ex ſola inſtitutione, vnde priuato patrono ſolum tollitur ſeruitus illa, & pura diſpoſitio remanet (*4) penes habentem inſtituere. *Patrono ſpreto non poteſt fieri inſtitutio.*

(*1) Et in concor. iſto titu. §. ſi quis vero. dicitur immediatum, vbi gloſ. in eo verbum ait immediatum ſuperiorem in quo eſt beneficium vacans, vel vacaturum ſitum, licet collator vel patronus ſit in alia diœceſi prælatus. Ratione cuius prælaturæ ſpectat hoc conferendi vel præſentandi ius. gloſ. poſt. text. in cle. vnica de ſupplen. negligen. præla. dixi infrà de anna. in §. item quòd ratione, in verbo locorum. Et dic immediatum ſiue ordinarius ſit exemptus ſiue non aliàs, tex. indiſtinctè non dixiſſet, quod placet. d. gloſ. immediatum: quæ dicit hoc placere Panor. in d. clemen. vnica. contra. gloſ. ibi in verbo ſua. & hæc obſeruatur: cum hoc in caſu tales ſuperiores potius dicantur huius concilij Baſilien. aut concor. executores quàm ordinarij. Opinio tamen noſtra non placet gloſ. ſeq. in verbo gradatim. Probus.

(*2) Quod ad inferiorem epiſcopo poſſit pertinere inſtitutio, dixi in tract. deuolu. parte ſecunda. quæſt. xij. & ſeq. gloſ. eſt in cle. vnica. in verbo diſpoſitionem, hic per gloſ. alleg. quam Car. ibi dicit ad hoc ſingu. & Panorm. in cap. de conceſſ. prębend col. fi. & in c. cum in cunctis. §. fi. col. vlt. de electio. P.

(*3) Immo poteſt, & eſt valida ſi patronus de contemptu non agat. nota. Bellemere deci. 87. renunciatio. & Rota in antiquio. deci. j. col. ij. ti. de iure patro. & alij per nos adducti in trac. deuolu. parte j. quæſt. xxx. & in tracta. diſpen. memb. ix. numer. 21. & ſequen. quæ proſecutio fiat intra tempus datum ad præſentandum: vt dixi ibi præludio. iiij. numero 105. & in tractatu deuolu. præludio. iij. Probus. *Patronus ſpretus non agens de contemptu.*

(*4) Ratio, quia priuatio procedit ob delictum, & patronus delinquens videtur eccleſiæ iniuriam facere, ideo pœna delicti ipſi eccleſiæ debet acquiri. dixi in tracta. penſio. parte j. q. xxv. & parte iij. q. ix. P.

Digitized by Google

† a ¶ Proximum) Quid ſi deficiat, vt quia ſedes vacat, ad quem fiet deuolutio? dic quòd ad proximum ſuperiorem, vt in ſimili in ca. ſi is qui. & in ca. ſi à ſubdelegato. de officio delega. in vj. vbi eſt expreſſum, quòd dato impedimento iuris vel facti in iudice ad quem erat appellandum, ad proximum ſuperiorem deuoluitur appellatio. notat Roma. in con. 501. in fi. vt declarationem. P.

* b ¶ Deuoluatur) non ipſo iure, ſed poſtquam talis requiſitus fuerit conferre per qualificatum. nam ſi requiſitus conferat valebit collatio, cum adhuc non eſſet ad ſuperiorem facta deuolutio, quia illa fit per conferendi refutationem, vt eſt de mente gl. concor. hoc tit. §. ſi quis vero. in verbo diſpoſitiones. colum. iij. P.

mum † [a] deuoluatur.* [b], qui ſimiliter [c]

c ¶ Similiter (*1) inſequendo ſcilicet ordinem & qualificationes graduatorum. Et no. quòd limitata poteſtas tranſit ad ſuperiorem cum onere. c. ex literis. de gig. l. traditio. ff. de acqui. re. do. & ſuperior ſubrogatus debet cenſeri (*2) eodem iure cum alio in cuius locum ſubrogatur. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ideo tenetur prouidere ſecundum qualificationem qua tenebatur primus collator. concor. quod no. doc. in c. ne pro defectu. de elec. Panorm. in c. cum in magiſtrum eo. tit. quòd ſuperior ad quem fit poteſtatis deuolutio, tenetur prouidere de illa eccleſia & de hominibus illius qualitatis ſicut tenebantur eligere primi electores. pro hoc tex. in cle. j. de ſupplen. negligen. præla. clemen. exiui. §. cæterum de verb. ſig. fa. tex. in dicto ca. ne pro defectu. ibi in ver. de perſona idonea ipſius eccleſiæ. Dicit tamen glo. & Ioan. Andr. in d. c. ne pro defectu. quòd ſi prouideret de alia perſona, non propterea caſſaretur prouiſio. & dicit ibi Compoſ. papam ita ſibi reſpondiſſe, de quo latius per Ioan. And. in c. contra eum. de regu. iur. in vj. in no. Henri. in c. abbate. de verbo. ſignifi. in ca. dilectus de conceſſ. præb. vbi dicit opi. gl. non habere locum vbi de conſuetudine vel ſtatuto eccleſiæ non poſſet de extraneo prouideri: vt quaſi in omnibus eccleſijs regni Franciæ eſt de conſuetudine præſcripta quòd dignitas & perſonatus non poſſunt nec debent conferri niſi canonicis illarum eccleſiarum vbi ſunt ipſæ dignitates vel perſonatus, de qua conſuetudine no. Innocen. & Hoſtien. in c. tua de his quæ fiunt à præla. Archi. lx. diſtinct. c. j. (*3) quo caſu ſicut illi à quibus deuoluitur poteſtas non poſſent de extraneo prouidere, ita nec iſte ſuperior, per ea quæ dicta ſunt. Item in caſu huius text. prouiſio facta per ſuperiorem contra qualificationes & ordinem nulla eſſet, vt patet per decretum irritans.

Subrogatus cenſetur in iure illius in cuius locum ſubrogatur.

Conſuetudo notabilis regni Franciæ.

(*1) In concor. autem iſto titu. §. ſi quis vero, dicitur qui perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere teneantur, ſed idem ſunt vt ſemper teneantur ſuperiores ad quos facta eſt deuolutio, prouidere qualificatis, quibus tenebantur ordinarij, vt probat gloſ. hic, quam late firmo in tracta. penſio. parte j. quæſt. j. nume. 78. P.

(†2) Hanc doctrinam per multa firmat Mantua. in conſil. 80. nume. 2. Super dubijs. & procedere, ſi actio loco actionis ſubrogetur, perſona loco perſonæ, pecunia loco ſpeciei, portio loco portionis: nec refert an vnum diſcrepet ab alio, quia ſufficit quòd in aliquo conueniat. not. Decius in conſilio 53. in prin. Placet mihi. P.

(*3) Et Præpoſi. in ca. nullus. lxj. di. Bertrandi carp. con. ij. col. iiij. parte iij. &c

Digitized by Google

Malere. in trac. de electio. charta mihi. xviij. col. iij. vbi ſubdit quod canonicatus ad effectum dignitatem obtinendi nihil ſpiritualitatis transfert: nam per illum non acquiritur vocis ſuffragium in capitulo, nec aliquid aliud, quod ſonet in ſpiritualitatem, ſed duntaxat ad habilitationem conſequendam. Quod ſi obtineatur poſtea canonicatus præbendatus in ea eccleſia, an ille canonicatus ad effectum ipſo iure extinguatur vel ſuſpendatur; dixi in tract. penſi. parte vij. q. v. habes igitur hic quod conſuetudo notabilis commendatur, prout in ſimili dicit Bal. in tit. qui feu. dare poſ. col. penul. quòd bonæ & naturales conſuetudines ligant principem, quia potentius eſt ius naturale quàm principatus. *Canonicatus ad effectum nihil ſpiritualitatis habet.*

vt præmittitur, habeat prouidere † a, quod ſi non fecerit † b, ad alium ſuperiorem deuoluatur gradatim c vſ-

Probus.

† a Prouidere) Putà per modum collationis, aut immiſſionem poſſeſſionis, quia ſi collator alicuius beneficij vacantis mittat in illius poſſeſſionem, videtur illi illud conferre, ſi aliam non appareat habuiſſe intentionem. probat Pauinus in tracta. de poteſta. cap. ſede vacan. quæſtio. 8. partis. j. principalis numero 11. ratio poteſt addi, quia de iuris neceſſitate certa forma in collatione non requiritur. dicit Præpoſi. in cap. ordinationes, in fine. j. quæſtio. j. ſubdens quòd ſola promiſſio prælati cum expreſſa vel tacita approbatione confert titulum in beneficio. cap. literas in fi. de ſupplen. negligen. prælato. P. *Forma in collatione non requiritur.*

† b ¶ Si non fecerit) Sed an talis non faciens teneatur ad intereſſe requirentis quod paſſus eſt adeundo ſuperiorem, aut alia agendo pro obtinenda prouiſione. dic quòd non, per id quod tradidit Barto. in l. iiij. ſi tam vicinum. ff. de damno infect. Thomas gramma. in conſil. 54. numer. 9. P.

c ¶ Gradatim. (*1) Nota quòd poteſtas conferendi beneficia deuoluitur ad ſuperiorem gradatim. ſi. in c. ij. de conceſ. præb. c. licet c. literas. c. fi. de ſupplen. negligen. prela. ſed ſi contingeret aliquem iſtorum ſuperiorum eſſe exemptum, poteſtas ab eo deuolueretur ad papam: iuxta no. per Panor. in d. c. ij. quia non ſuperior non ſupplet negligentiam alterius, niſi vbi eſt à iure expreſſum: vt dicto c. licet. aliqui voluerunt dicere propter hoc ver. gradatim, quòd etiam in prælatis exemptis fiat deuolutio hoc caſu ad ſuperiorem proximum omiſſo papa, niſi ipſe eſſet proximior. facit infrà de cau. c. j. §. & ne. iuncto §. item quod monaſteria. eod. titu. quod non placet. Alij dicunt quod in prelatis regularibus exemptis, hoc caſu fiet deuolutio ad diœceſanum, per cle. j. de ſupplen. negli. præla. in ſecularibus: ſecus quia illa clemen. loquitur duntaxat in regularibus: nec habet locum in ſecularibus: vt vbi not. Credo verius (*2) ſicut dixi quòd in prælatis exemptis, ſiue ſecularibus, ſiue regularibus fiat hoc caſu deuolutio ad papam duntaxat: nam olim in omnibus exemptis fiebat deuolutio collationũ ad papam. cap. ſicut d. c. licet. de ſuppl. negli. præla. c. cum ſingul. in fi. de præb. in vj. d. autem cle. ſuperuenit, quę inducit ius nouum in prælatis regularibus in vno caſu tantum, ſcilicet negligentiæ, non eſt igitur extendenda ad iſtum caſum fa. op. quod no. ibidem Ioan. And. in ver. negligentiam, quòd in quantum illa cle. ponit ius nouum, & prejudicat priuilegijs exemptionis, non habet locum quan- *Conferendi poteſtas gradatim deuoluitur.*

Digitized by Google

Exemptorum proximus ſuperior eſt papa.

do prælatus regularis eſſet priuatus propter delictum, cum hoc non ſit expreſſum: ideo non extendam ad hunc caſum in quo cenſetur prælatus priuatus propter quaſi delictum, ex eo quòd confert contra ordinem & qualificationes introductas à concilio. Item hic dicitur quòd ſit deuolutio ad proximum ſuperiorem, ſed proximus ſuperior exemptorum eſt papa. xciij. diſtinct. nulla cap. auctoritate cum ibi not. de priui. in vj. Ioan. And. in c. ſcienti. de regu. iur. eo. lib. in mercu. nec ſit hic aliqua mentio de exemptis, remaneant ergo priuilegia eorum intacta (* 3)

vſque [a] ad ſummum pontificem [b] aſcendendo * [c]. Non volumus tamen ordinarios collatores, & eos ad quos pręſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio beneficiorũ ſpectat, [d]

(* 1) Iſtud latè firmo in tract. deuolu. prælud. iiij. habes in ſimili quòd iudices ſunt gradatim adeundi. tex. in. §. ſuper hoc in authen. de quæſtio. colla. vj. Probus.

(* 2) Sic glo. non adſtipulatur his quæ ſupra proxime diximus in verbo proximum, videlicet quòd in hoc caſu ſuperior proximus dicitur ille qui eſſet immediatus ſuperior ſi exemptio non obſtaret. Probus.

(* 1) Opinionem gloſ. ad verbum more ſuo refert & ſequitur Ioan. de Selua in tractatu beneficiali. parte iij. q. xlix. P.

Vſque exponitur.

a ¶ Vſque) Incluſiue (*) ponitur. & infra eo. §. j. ſuper ver. quod ſi aliquis. de cau. cap. j. §. & ne. ver. ſi vero. ibi, vſque ad finem litis. de nume. & qualita. card. ca. j. ver. ſic tamen. quo tempo. quiſ. debeat eſ. in cho. cap. j. aliquando excluſiue. infra eo. §. placuit. de quo per Cynum & Bald. in l. à caligato. C. de nup. Archi. in c. ſi gratioſæ. de reſcrip. in vj. Ioan. Andr. in c. j. de ord. ab epi. Henri. in c. conſtitutis de in inte. reſti. Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de lega. iij. Oldra. conſil. xlix. Bal. in authen. hoc amplius. C. de fidei commiſ.

(*) Iſta eſt natura huius dictionis vſque. not. Alexand. in conſil. cxiiij. colum. penult. viſa ſcripturarum, volumine quinto, & in conſil. cxxv. Attenti, eod. volumi. Imo. conſilio 10. caſu. Raph. Cuma. in conſil. xcix. in fi. quædam poſſeſſio. Probus.

b ¶ Pontificem) Sed ſi non vult conferre qualificato in vim gradus aut nominationis, quid faciet pauper qualificatus? Obtineat collationem iure deuoluto, tacita qualificatione, dicendo quòd taliter beneficium vacauit, quòd eius collatio ad ſedem apoſtolicam eſt deuoluta, vel quòd collator male prouidit, aut incapaci: ideo priuatus eſt poteſtate conferendi. nam valebit collatio (*) per ea quæ not. ſuprà in ver. nullæ.

(*) Sed an in ea collatione debeant poni neceſſario non obſtantiæ beneficiales, ſicut in his quæ fiunt non nominatis, habes inf. iſto ti. §. Item quòd ad dictas duas in ver. exprimere. P.

* c ¶ Aſcendendo) Quæ ſic in hoc §. ponuntur, habes in ſubſtantia in concil. iſto tit. in. §. ſi quis vero. P.

d ¶ Spectat) De iure, priuilegio aut conſuetudine. (*)

Digitized by Google

(*) Qui ſint hi ad quos de iure communi ſpectet beneficiorum collatio, & hi ad quos iure ſpeciali, dixi in primo prælud. tractatus deuolutionum. Probus.

a ¶ Quatuor) Olim habebant ordinarij quatuor menſes liberos, in quibus non ſortiebantur effectum gratiæ expectatiuæ, ſed per concordata inter Sixtum iiij. & Ludouicum xj. regem Franciæ, quæ incipiunt, ad vniuerſalis. habuerunt ſex menſes, Februarium, Aprilem, Iunium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem. huiuſmodi tamen concordata non ſortita fuerunt effectum, tanquam iuri communi & decretis Conſtantien. & Baſilien. contraria. (*)

in quatuor[a] mēſibus quibus præfatæ gratiæ expectatiuæ vel nominationes curſum nō habent, donec[b] ipſæ gratiæ[c] & nominationes ad eorum collationē, præſentationem, ſeu diſpoſitionē conceſſæ ceſſauerint, ad qualificationes infraſcriptas obſeruandas aſtringi[d]. ¶ Sequuntur[e] qualificationes, & ordo in confe-

(*) Illa tamen niſus eſt totis viribus defenſare Helias Turonenſ. Archiepiſcopus, vt dixi in tracta. defen. elec.

b ¶ Donec (*) Id eſt quandiu. hæ enim duæ dictiones parificantur quo ad effectum cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. in vj. cap. non eſt. de ſpon. cle. j. de deci. & an faciant aliquam conditionem. not. Bar. in l. j. C. de lega. l. pater ſeuerinam. ff. de condi. & demonſt. Ioan. de Lig. in cap. verum. de con. ap.

(*) De hac dictione vide in cap. Ioſeph de ver. ſign. vbi dicitur non implicare, quia dicit ibi Panormit. poſt alios, ſi implicaret, ſequeretur falſum. Etiam non infert. probat glo. in c. quod dicit. eo. tit. De ea latè tradidit Luc. de Penna in l. ſi ad magiſtratum. col. pe. de decur. lib. x. C. & Albe. in dictionario in eo verbo. Probus. *Donec exponitur.*

c ¶ Gratiæ) Super quibus proceſſus iam erant expediti: ſuprà ver. exceptis.

d ¶ Aſtringi) Æquum erat, quòd quandiu grauabantur in octo menſibus per gratias expectatiuas, non grauarentur in eorum quatuor menſibus per graduatos. Grauatus enim in vno, debet in alio releuari. (*) l. eum qui. ff. de iureiu. c. cum percuſſio de cle. ægrot. *Grauatus non grauetur.*

(*) Facit verb. Baldus in capit. abbatem. in princip. de reſ. quod grauatus ſpecifice non tenetur ex generali clauſula legib. legatorum. §. qui plures. de legib. ij. Probus.

e ¶ Sequuntur) vſque ad. §. inſuper primo narratur iuris veteris conſtitutio; quòd quælibet eccleſia metropolitana debet habere vnum theologum. ſecundo eiuſdem conſtitutionis ad eccleſias cathedrales extenſio. tertio, præbendati theologalis ad reſidentiam, lecturam & prædicationem obligatio. quarto, eiuſdem in prædictis deficientis punitio. v. ipſius priuilegiatio. ſecunda ibi: ordinat. tertia, taliter. quarta, & quotiens. quinta, veruntamen.

Digitized by Google

rendis beneficiis per ordinarios [a], de quibus prætactũ eſt.

In qualibet eccleſia metropolitana iure communi vnus debet eſſe theologus, prout & iure Gallicano etiã in qualibet cathedrali, cui in ea canonicatum ordinarius conferre habet præbendatũ, dummodo theologus ille ſit magiſter licentiatus, vel in theologia baccalarius formatus, & per decennium in vniuerſitate priuilegiata ſtuduerit, quique onus reſidentiæ & lecturæ, ac prædicationis ſubeat, per ſingulaſque hebdomadas his aut ſemel ceſſante legitimo impedimento legere habeat, qui ſi in illis defecerit, ſecundum qualitatem defectus punitur: ſin autem, à diuinis abſens nihil perdit. P.

Primo, cum per generalis concilii [b] ſtatuta ſanctè ordinatũ exiſtat, quòd quælibet eccleſia metropolitana [c]

Ordinarii dicuntur.

a ¶ Ordinarios.) Latè hic ordinarios appellat collatores beneficiorum, & patronos eccleſiaſticos. & ſuprà. §. proxi. in fi. infrà. §. inſuper. ver. exhortamur. §. item quòd omnia. aliter capitur infrà de paci. poſ. cap. j. §. ordinarij. cum ibi not.

b ¶ Concilij) In cap. quia nonnullis. de magiſtr.

Metropolitana unde dicatur.

c ¶ Metropolitana) Id eſt archiepiſcopalis. à metron, quòd eſt menſura, & polis ciuitas, quaſi menſurans ſuper ciuitates prouinciæ. xxj. diſt. cleros. nam archiepiſcopus curam & ſolicitudinem totius prouinciæ gerit. (*1) ix. q. iij. ca. ij. & conſuetudo eccleſiæ metropolitanæ in diuinis officijs per totam prouinciam ſequenda eſt. xij. diſt. de his no. in cap. paſtoralis. de offic. ord. ſed an in alijs ſit ſequenda, not. doct. in cap. ſopitæ. de cenſi. Et ijdem ſunt archiepiſcopi & metropolitani. (*2) no. Guliel. in cle. archiepiſcopo. de priuileg. licet Archid. aliter ſentiat in cap. præſenti. de offic. ordi. in vj. & vtrum eccleſia metropolitana ſit matrix eccleſia aliarum eccleſiarum prouinciæ, no. in cle. j. de ſenten. excommun.

Prelati in regum palatiis non ſint.

(*1) Non dicit curiæ regis vel principis quia non locus paſcendi gregem dominicum, quem paſcere prælati in ſua promotione ex debito officij promiſerunt. legimus enim Matth. 26. c. Petrum in principis atrio Chriſtum negaſſe, ideo dicit diuus Ambro. Ad palatiũ imperatoris irem libenter ſi hoc ſacerdotis officio congrueret, vt in palatio magis certarem quàm in eccleſia ca. conuenior. §. quid ergo. xxiij. q. viij. Ad quod non attendũt prælati moderni: quia illos potius reperies in principum palatijs, quàm in eorum diœceſibus & eccleſijs. quod fit, quia ibi ſumpſerunt exordium ſuæ prælationis, qua de cauſa multi putant ſe nihil obtinere in eccleſia à ſede apoſtolica. P.

(*2) Qui ſunt iudices in cauſa an epiſcopi ſint canonicè electi, & ad eos fit deuolutio quando ſuffraganei conferre, & de eccleſijs prouidere negligunt. cap. ad reprimendam. de offic. ord. c. cum ſimus. ix. q. v. doc. poſt glo. in c. j. de ſup. neg. præl. in vj. P.

Digitized by Google

a ¶ Teneatur) Et debeat, hæc duo verba habent vim præcepti & neceſſitatem importare, (*) de primo bo.tex.in cle.exiui.§.item ordo.de verb.ſig.xxvj.diſt.c.fi.de ſecundo gloſ.in l.ſæpe,ff.de offi.præ.xj.q.iij.debent, ca.propoſuit,de ap.gloſ.in cle. attendentes,de ſta.regu.aliquando importat honeſtatem,gloſ.xxv.q.j.c.j. Bart.in l. creditores,C.de pig.

Teneatur importat neceſſitatē.

teneatur [a] & debeat vnū habere † [b] theologum [c] qui ſua doctrina & prædicationibus fructum [d] ſalutis afferat [e]. Ordinat hęc ſancta Synodus

(*) Aliquando verbum teneatur vt vim præcepti habeat, requiſitionem expectat, aut poſitionem, tex.in c.j.ibi,ſi petatur, de ſepult.in vj.gloſ.in clem.quia contingit.in ver.animis,de relig.domib.dixi latè in tracta.penſio.parte j.q.xxx. P.

† b ¶ Habere) Iſtud fuit innouatum, & latius quàm hic per concilium Tridentinum in v.ſeſſione,& ij.decreto illius. P.

c ¶ Theologum) In aliquibus libris eſt magiſtrum theologum, & male, cum generale concilium de theologo ſimpliciter loquatur, & quia licentiatus & baccalarius formatus in theologia ſunt capaces præbendæ theologalis, vt ſequitur, & vna cum theologo debet habere vnum grammaticum, qui clericos ipſius Eccleſiæ in grammatica doceat,c.quia nonnullis,c.j.de magiſt.

Præbenda theologalis poteſt etiā dari baccalario formato.

d ¶ Fructum) Qui non pereat, (*) de cen.procurationes.

(*) Sed maneat iuxta verbum domini.Io.15. c.ibi, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Probus.

e ¶ Afferat) Et ſacerdotes Eccleſiæ alióſque in ſacra pagina doceat, in his præſertim quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur,c.quia nonnullis,de magiſt. & vt facilius tales theologi habeantur:mandatur prælatis & capitulis Eccleſiarum vt mittant ad ſtudia aliquos dociles in theologia,c.ſuper ſpecula,de magiſt.huius ratio eſt quadruplex ſecundum Augu.de Anco.in lib.de po.ec.Anto.in iij.pa.ſum.tit.v.ca.ij.§.j. dicunt enim quòd fides Chriſtiana, cuius Papa eſt caput & director, multis modis iuuatur & promouetur per ordinationem ſtudiorum. Primo in errorum vitatione, nō enim poſſunt errores vitari & reprobari niſi agnoſcantur,xxiiij.q.iij. c.fi. xxxvij. diſt.legimus,vnde ex defectu ſcientiæ prouenit colere multos Deos.Sapien.13.Non cognoſcentes quis eſſet omnium artifex,aut ignem,aut aërem,aut gyrum ſtellarum, aut aquam,aut ſolem rectores omnium terrarum putauerunt,xxvj.qu.ij.qui ſine,& q. v. nec mirum. Secundo in vitiorum viſitatione, ſicut enim vitioſi non curantur niſi per virtuoſos: ſic ſtulti quorum infinitus numerus eſt, non curantur (*1) niſi per ſapientes.Sap.6.Multitudo ſapientum (*2) ſanitas eſt orbis terrarum,& rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt,not.ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. Tertio in iudiciorum determinatione, non enim aliter iudicialiter terminari poſſunt, niſi per ſapientium diſcuſſionem,vnde Salomoni dictum eſt, 3. Reg. 3. Quia poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce fecit tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens,xxxvj.diſt.qui Eccleſiaſticis, §.ecce. Quarto in regni & populi dominatione:non enim poſſunt qui præſunt, iuſtè dominari & impe-

Fides Chriſtiana per literatos valde iuuatur.

Stulti per ſapientes curantur.

Iudicia per ſolos ſapiētes terminantur.

rare ſubditis, niſi vigeant intellectu & ſcientia. Oſee 4. Scientiā repuliſti, & ego repellam te,&c.xxxviij.diſt.omnes pſallentes,c.niſi cum pridem,§.pro defectu,de renun. Sapien.8. Per ſapientiam habebo claritatem ad turbas & honores apud ſeniores: diſponam populos,& nationes erunt mihi ſubiectæ, propter iſta factæ ſunt dictæ decretales,quia nonnullis,& ſuper ſpecula.

quòd extendatur[a] huiuſmodi ordinatio ad Eccleſias cathedrales[b], taliter videlicet[c] quòd quilibet collator[d] ip-

(*1) Sic ſtultitia eſt infirmitas, quod verificari poteſt per verbum Prouerb. 19. Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra Deum feruet animo ſuo. P.

(*2) Quorum labia diſſeminant ſcientiam,& cor ſtultorum diſſimile erit. Prou. c.15.vbi ſimile ſubditur,cor ſapientis quæret doctrinam,& os ſtultorum paſcitur imperitia. P.

a ¶ Extendatur) De materia extentionis legis vel ſtatuti,not.Io.And.in ca.pro poſſeſſore,de reg.iur.in vj.in merc.Henr.in cap.ex parte iij.de verb.ſig.Bart.in l.omnes populi,ff.de iuſti.& iu.latè Imol.in cle.j.de elect.

b ¶ Cathedrales) Id eſt Epiſcopales,non metropolitanas, quæ ob honorem cathedræ Epiſcopalis ſic vocantur,& recipit Epiſcopus cathedraticum, (*) x.q.iij.illud, c.nec numerus,de off.or.conquerente.Arch.in cap.ſtatutum, in prin.de reſ.in vj. & olim bene cauebatur quod quælibet Eccleſia cathedralis haberet vnum magiſtrum grammaticum, qui clericos Eccleſiæ & ſcholares pauperes gratis doceret, cui competens beneficium præberetur,xxxvij.diſt.de quibuſdam,c.j.de magiſt.quod poſtea extenſum eſt ad Eccleſias collegiatas,c.quia nonnullis,de magi.& ad monaſteria, in cl.ne in agro.§.rurſus, de ſta.mo.in extr. Be.xij.quoniam,quæ loquitur in canonicis regularibus ordinis beati Aug.ſed ſpeciale erat in metropolitana, quod debebat habere theologum,quod hic extenſum eſt ad omnes Eccleſias cathedrales.

Attendant hic prælati. (*) Quo ſolo Epiſcopi huius tempeſtatis non contentantur,ſed quam plures variis coloribus attentant exactiones, & dum illorum abuſus per ſupremas curias, aut verius per ſacra concilia (quorum ſunt protectrices tanquam regū vicem gerentes) corriguntur, in alias conuertunt,& longe ampliores, adeò quod clare patet principalem eorum fore curam pecunias ab eorum ſubditis tanquam à barbaris extorquere,& ex conſequenti his & aliis mediis contra Eccleſiæ & clericorum libertatem introductis clerus quaſi mendicare in opprobrium maximum cogitur,panéſq; propoſitionum tolluntur à menſa pauperum, quibus vix aquæ frigidæ calix præbetur, & minus mica panis debita catellis.Matth.15.c. P.

c ¶ Videlicet) Stat oppoſitiuè,de con.præb.poſt electionem,de elect.ſcriptum,c.ij. de priuil.in vj.c.tranſmiſſe,de eo qui cog.cō.vxo.aliquando exemplatiue,cap.nihil, circa fi.de elect.aliquando determinatiue,c.ſuper literis, de reſcrip. aliquando reſtrictiue,l.ſi in venditione,ff.com.præ.aliquando demonſtratiue, c. cum Marthæ §.diſtinguendum,de celebra.miſ.

d ¶ Collator) Quis ſit ille de iure communi (*) no.per gl.& doct.in c.cum Eccleſia,de electio.

(*) Et latius per nos in primo prælud. tract.deuolutio. & melius in tract. diſpen.

Digitized by Google

memb.6.parte j.num.35. Probus.
a ¶ Præbendarum) Eccleſiæ cathedralis.
† b ¶ Teneatur) Quod eſt verbum præceptiuum, dicit glo. ſuprà proximè in verbo teneatur, ſic neceſſe eſt fieri iuxta vulgatum. Quod præcipitur, imperatur: & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, c.fi.xiiij.q.j. P. *Teneatur eſt præceptiuum.*

ſarum præbẽdarum [a] teneatur † [b] & debeat conferre † [c] canonicatum [d] & præbendam quamprimum facultas[e] ſe obtulerit [f], & inueniri poterit [g], vni magiſtro † [h] licentiato † [i] vel in theologia baccalario formato [k] qui [l] per

† c ¶ Conferre) Vel eligere ſi ad capitulum ſpectet prouiſio, qui eligendo conferunt, glo. in cle. quia, §. vt autem, in verbo electionem, de religiõ. domib. P.
d ¶ Canonicatum) Olim theologo aſſignabantur prouentus vnius præbendæ duntaxat, nec pro hoc efficiebatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiebat, quamdiu perſiſtebat in docendo, cap. quia nonnullis, de magiſtris. (*)
(*) Et dic canonicatum & prębendam, vt ſubauditur per cõcor. eo. in paſſu. j. §. j. eo. ti. in ibi conſiſtentes, videlicet in Eccleſia cathedrali & metropolitana. P.
e ¶ Facultas) Id eſt poſſibilitas conferendi.
f ¶ Obtulerit) Id eſt cum primum vacare contigerit, cum limitatione tamen quæ habetur ſuprà, §. proxi. in fi.
g ¶ Poterit) Scilicet theologus.
† h ¶ Magiſtro) Id eſt doctori, quia doctores in theologia propriè vocantur magiſtri, qui præcipuè debent eſſe Chriſti ſectatores, à diſcipulis magiſter vocati, vt ipſe teſtatur dicẽs: Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Io. 13. c. & Matthæi 23. Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. P.
† i ¶ Licentiato) Sic ex tex. reſultat quòd licentiatus non omnimodè qualitati doctoris conuenit, aliàs tex. eſſet ſuperfluus, quod in iure eſt abſurdũ dicere, vt in procœmio Bonifa. dicitur, & pleriſque aliis in locis. P.
k ¶ Formato) Nota quòd ſimplex baccalarius in theologia, quem baccalarium currentem vocant, non eſt præbendæ theologalis capax, ſed bene nominationum, infrà eod. §. inſuper, ver. necnon. (*) *Baccalarius currẽs non eſt capax præbendæ theologalis.*
(*) Sic ex ea qualitate excluditur baccalarius ſimplex, argu. c. nonne, de præſumptioni, l. cum prætor. de iudi. ff. cum ſimilibus, dico excluditur, ſi doctor aut licentiatus, vel baccalarius formatus reperitur: aliàs ſecus, arg. l. vt gradatim, ff. de muneribus & hono. Nam ſi tales reperiuntur, illis debet conferri, & potius doctori quàm licentiato, aut baccalario formato, etiam non requirenti, cum fauor ille verſetur principaliter in commodum reipublicæ, cui plus expedit doctorem habere quàm licẽtiatum, tum quia eſt alternatiua ordinis: ideo electio non eſt debitoris, id eſt collatoris, vt eſt de mente glo. concorda. hoc titu. §. j. in verbo baccalario. P.
l ¶ Qui) Poteſt referri ad baccalarium formatum: vt ad immediate proxima, argum. ff. de poſtula. l. j. §. denique, quod not. in c. ij. in ver. ex quibus, de electio. in vj.

Digitized by Google

Credo quòd referatur ad præcedentia: vt ſit ſenſus, qui ſcilicet magiſter licentiatus, vel in theologia baccalarius formatus, dictio enim poſita in fine ad præcedentia refertur. ff. de verborum obligationibus, l. Titia. §. idem reſpondit. xxxij. q. vij. Apoſtolus, cap. ſecundo requiris, cap. inquiſitioni. de ap. & patet per copulatiuam & quæ ſequitur, quæ refertur ad omnes prædictos (*) qui tenentur ad onera præbendæ theologalis: & venit hoc relatiuum qui reſtrictiue ad præcedétia, ad hoc. l. Stichũ qui. ff. de le. j. l. omnes populi. ff. de iuſti. & in l. cunctos populos, C. de ſum. trini.

decennium † [a] in vniuerſitate [b] priuilegiata [c]

& vtrobique per Barto. ca. decætero. de cle. non reſi. infrà eod. §. inſuper. ver. necnon. §. in Eccleſiis, de inſti. ex frequentibus, de offic. de. quoniam abbas, cum ſi.

(*) Sic videtur glo. concludere, quòd etiam baccalarius formatus debet ſtuduiſſe per decennium, quod eſt clarum per §. videlicet, infrà hoc titu. ideo illud, qui ſtat declaratiuè, dicit glo. concor. iſto ti. §. j. in verbo qui, quæ ſubdit, quòd quandò qualitas quæ ponitur per relatiuum, conuenit cuilibet de genere, ſtat declaratiuè, l. omnes, ff. de iuſtit. & iure. & hoc relatiuum ad omnes perſonas præcedentes refertur, etiam ſi eſſet numeri ſingularis, l. hæres meus, §. vxori. de le. iij. Barto. in l. Plautius, ff. de auro & argen. lega. P.

† a ¶ Decennium) Continuum, vt natura per denotat, videlicet perfectionem, l. vrbana. §. pernoctare, ff. de verbo. ſignific. quod placet glo. in cap. veniens, ij. in verbo pernoctare, de ſpon. & in ca. ſi conſtiterit, eod. verbo. de accuſatio. Etiam temporis continuationem ſignificat, ait Ioan. And. ad ſpecul. in titu. de teſte. §. nunc videndum, in prima additio. P.

b ¶ Vniuerſitate) Non in villis, caſtris, aut aliis locis particularibus: vbi non ſunt ſtudia. cap. tuæ. de cle. non reſi. (*)

(*) Quæ duo verba ſunt per concor. addita, vt patet hoc titu. in §. j. vbi glo. in verbo ſtudij, dicit hoc non eſſe ſine myſterio: quia vnumquodque verbum non eſt ſine virtute operandi. Bald. in rub. C. de contrahen. emp. q. ix. P.

c ¶ Priuilegiata (*1) à principe vel conſuetudine immemoriali: vt de ſtudio Paduano dicitur per not. ſuprà in proœ. §. quibus attente. (*2)

(*1) Quod per placuit Ioan. mo. in proœ. Boniſa. nume. 6. vbi dixi, nume. 14. Probus.

(*2) Gloſ. concor. iſto titu. §. j. iſto verbo dicit hoc poni ad tollendum illis qui ſtudent vltra montes, aut aliàs extrà Galliæ regnum, ne poſſint gaudere hoc priuilegio, ſubdens pro ratione, non eſſe bonum ſumere panem filiorum vniuerſitatum Franciæ, & dare illum aliis vniuerſitatibus, volens innuere quòd ſi Gallicus ſtuduerit extra regnum, ſtudium hoc illi ad priuilegium concilij habendum non ſuffragabitur, quod non placet: tum quia lex noſtra quæ eſt generalis ad omnia regna, hunc non habuit reſpectum, ſed ſolum ad ſcientiam quam habere ſufficit, vndecunque & vbicunque didicita fuerit, dummodo gradus in vniuerſitate priuilegiata, id eſt à Papa aut alio poteſtate ſuffulto erecta, aut cõſuetudine immemoriali (vt dicit hæc glo.) aſſumptus fuerit, tum quia vniuerſitates quæ non ſunt in regno, non minoris ſunt auctoritatis quàm quæ ſunt in regno: de quibus plus non ſenſit concilium quàm

de aliis, quòd licet concor. non ſint lex generalis, tamen propter hoc Papa qui illam dedit, non minus ſenſit de vnis quàm de aliis, cum omnes ſint per eum erectæ, quia ad eum eas erigere principaliter dicitur pertinere, dixi in tracta. penſio. parte j. queſt. 17. Probus.

a ¶ Studuerit) In theologia. Et nota tria requiri in theologo vt ſit capax præbendæ theologalis. Primo, quod ſaltem ſit baccalarius formatus in theologia. Secundo, quòd in ea decennio ſtuduerit. Tertio, quod in vniuerſitate priuilegiata, & licet facultas theologiæ aliquando poſſit ex priuilegio ante decennium aliquem licentiare, non erit tamen iſte capax huiuſmodi præbendæ, niſi per decennium ſtuduerit: quia ſublato vno impedimento remanet aliud ad hoc cap. ij. de fil. preſ. in vj. c. non poteſt, de præb. eod. lib. nec poteſt facultas contra hoc decretum diſpenſare. (*) per nota. per Inno. in cap. ij. de eo qui fur. or. ſuſce. quod no. infra de concu. §. & nihilominus. *Prebenda theologalis non poteſt dari alicui niſi tria cõcurrant.*

ſtuduerit[a], & onus[b] reſidẽtiæ[c]

(*) Quia inferior non tollit legem ſuperioris, tum ſecundo, quia nec Epiſcopus, nec de latere legatus, contra concilium diſpenſat: vt latè reperies per nos probatum in trac. diſpen. membr. xij. parte j. ideo multominus vniuerſitas, cum ius diſpenſandi à lege non dicatur habere aliquo in caſu, ſicut prætacti. P.

b ¶ Onus) Not. quòd per modum ſtatuti poteſt imponi onus præbendæ vacanti, ad quod præbendatus teneatur, ad hoc. c. ſignificatum, cum ibi no. de præb. idem in fundatione, l. in traditionibus, ff. de pac. xviij. quæſt. ij. Eleutherius, quod no. Inno. in c. cum dilectus, de conſue. *Onus prębenda imponitur.*

c ¶ Reſidentiæ) Perſonalis & continuæ, vt patet infr. ibi, & ſi reſidentiam, &c. ex quo ſequitur quod præbenda theologalis eſt incompatibilis cum alio quocunque beneficio requirente perſonalem reſidentiam continuam ex ſtatuto vel conſuetudine Eccleſiæ, & quòd non poteſt quis inſimul habere duas præbendas theologales, cum non poſſit reſidere in duobus locis, l. fi. C. de aſſeſ. ad hoc no. per Inno. in c. ex tuæ. in c. fi. de cle. non reſi. Sed vtrum per aſſecutionem ſecundæ vacet prima ipſo facto? videtur quòd ſic (*1) per not per Innocen. in dicto cap. fina. vbi dicit quòd in ſimplicibus beneficiis requirentibus reſidentiam continuam, per aſſecutionem ſecundi vacat ipſo iure primum, quod placet ibidem Io. And. Henr. & Ioan. Cal. propter identitatem rationis quæ eadem videtur in talibus ſimplicibus cum ſint incompatibilia, ſicut in curatis, ergo idem ius quod habetur in ca. de multa. de præb. & licet ſimus in pœnalibus, tamen ex identitate rationis fienda eſt extenſio, per ea quæ habentur in cap. ſi poſtquam, in fi. de electio. in vj. hæc opinio non placet Oldra. conſi. clxv. Ioan. And. in addi. ſpe. titu. de præb. vbi dicit quòd in talibus ſimplicibus beneficiis requirentibus reſidentiam continuam, per aſſecutionem ſecundi non inducitur vacatio primi ipſo iure. fa. dict. cap. fin. quæ habentur in cap. referente, in cap. præterea. de cle. non reſi. in quibus videtur quòd de iure antiquo etiam in curatis non vacabat primum ipſo iure per acceptationem ſecundi, & ſic multo minus in ſimplicibus ſi requirerent reſidentiam, & licet hodie per d. cap. de multa, ſit hoc correctum in dignitatibus & curatis, tamen in aliis ſimplicibus videtur iura antiqua remanere incorrecta. arg. l. ſancimus, C. de teſta. l. præcipimus, de appella. c. cũ *Prębẽdam theologalẽ habẽs ſi ſecundã aſſequatur ſimilem, an vacet prior.*

Digitized by Google

expediat. de elect.in vj.& hoc placet de Ro. deciſio.184. Panor. in dicto cap. fin. in repeti. cap. extirpandæ, §. qui vero. de præben. vbi aſſequitur ſecundum beneficiũ in eadem diœceſi. & dicit Ioan.de Imol.in dicto.ca. fi.in d. ca. de multa. quod curia eam ſeruat, & ſibi placet: quia in pœnalibus & correctoriis regulariter in his quæ communiter non æquiparantur,non eſt fienda extenſio (*2) per ea quæ not. in authen.quas actiones,C.de ſacroſan.Eccle. in cap.cupientes, §. quòd ſi per xx. de electio.in vj.in ca. j. de æta. & qua. eo.lib.in ca.j.ne cler.vel mo.eo.lib.nec eſt inducenda pœna priuationis ipſo iure vbi non eſt cauta, per ea quæ leg. & not. in cap. fi. de in. pa. (*3) Io. And. in ca. odia. de reg. iu. in vj. in merc.Henri.in cap.nihil.de elec. Panor.in ca. dudum,j. eod. tit. de Ro. deci. 108. & 520. vbi dicunt quòd tenens capellaniam requirentem ſacerdotium ex conſtitutione fundatoris, qui voluit quòd tenens eam promoueretur intra annum, vel priuaretur, non priuatur illa niſi monitus, eſto quòd non promoueatur intra annum, quia cap. licet. de elect. in vj. eſt pœnale,& non debet extendi extra caſum ſuum.ar. cap. ſtatutum. eo. tit. & lib. tamen dicit Panor. vbi ſuprà, quòd ſi quis aſſequeretur ſecundum beneficium requirens reſidentiam continuam extra diœceſim, & ibi commoratur, tunc tacite inducitur renunciatio primi: niſi aliud appareat expreſſe de mente illius,ſic intelligit gl.in cap.ex parte, de cle.non reſi. Innocen.in dicto cap.ex tuæ, inde poſſet dici probabiliter quòd per aſſecutionem ſecundæ præbendæ theologalis quæ ſemper fit in alia diœceſi, ſi ibidem theologus commoretur, vacet ipſo iure prima, cum videatur eã habere pro derelicta. (*4) ideo poterit eo non vocato conferri alteri. per ver. qui ſequitur, & ſi reſidentiam &c. niſi aliàs de eius mente appareret quòd vellet redire ad primam,& tunc cogendus eſt vt vnam earum eligat,& ibi reſideat,tamen in quocumque caſu tutius eſt vt non moueatur antequam altera illarum priuetur, & iunge quod infra dicam.

Priuatio ipſo iure nõ inducitur niſi ſit cauſa.

(*1) Hanc quæſtionem reperies late per nos deductam in tractatu diſpenſ. membro.v.parte iij.nume.51. vbi concludimus pro parte negatiua.i. quòd ipſo iure adeptio ſecundi beneficij ſimplicis perſonalem ſeu continuam reſidentiam requirentis ipſo iure primi ſimilis qualitatis non operatur vacationem, quod per multa videbis ibi firmatum. Cui negatiuæ videtur aſtipulari gloſ.concorda. hoc titu. §. j. in verbo reſidentiæ, prout & præſens gloſ. dum in fine ait tutius eſſe vt moueantur antequam priuentur. P.

(*2) Dixit late in tractatu penſio. parte ij. quæſtio. j. vbi etiam vide de. d. cap. de multa. extenſione. P.

(*3) Dixi in tract.diſpen.x.membro.parte ij. P.

(*4) Beneficium dicitur habere quis pro derelicto quando ille obtinet beneficiũ requirens continuam reſidentiam, poſtea aliud ſimile recipit. dicit Collect. in ca. de multa.nume.v.de præb.& Card.in repeti.ca.dilectus,ij.in xiij.quæſt.d.titu.ſubdens quod etiam dicitur habere pro derelicto quando accipit vxorem, vel pœnitentiam agit ſolennem,hunc punctum tangit Caſſa.deci.5. titu. de cauſa poſſeſ. & proprieta. & deciſio.5. vt lite penden. glo. infrà titu.de pacificis poſſeſſorib. in verbo triennio, col. iij.idem Caſſado.deciſio.5.num.ij. tit.de reſtitu.ſpoliato.dixi in tractatu diſpen. membro. xj. in princip. P.

Beneficium quãdo quis dicatur habere pro derelicto.

Digitized by Google

a ¶ Prædicationis) Officium prædicationis eſt multum priuilegiatum, ca. quod Dei ti morem, de ſta. mo. vbi Ioan. And. ponit. xix. priuilegia prædicatorum, quibus addit xx. Anto. in iij. parte ſum. tit. xviij. ca. j. §. ij. ſcilicet quod priuilegiata merces eis reſeruatur in cœlis, videlicet aureola ſpecialis præmij accidentalis quæ datur doctoribus, ſecundum illud. 2. ad Timo. 4. Curſum conſummaui, ſcilicet prædicationis: fidem ſeruaui, ſcilicet fideliter me habendo, in reliquo repoſita eſt mihi corona, &c. & Hoſti. enumerat aliqua eorum priuilegia in ſum. de hære. §. fi. & quatuor quæ prædicator debet habere, no. Archid. xxj. di. in nouo. & de materia prædicationis per eundem, xliij. diſt. in ſum. Hen. in ca. reſp. de ſent. excom. Et no. tria ad quæ oneratur præbendarius theologalis. Primo, ad reſidentiam. Secundo, ad lecturam: ſaltem ſemel in hebdomada, vt ſeq. Tertio, ad prædicationem. (*)

Prædicatores mercedem habebunt priuilegiatam.

ac lecturæ & prædicationis[a] ſubire voluerit[b], quíque bis

Præbendarius theologalis ad tria oneratur.

(*) Text. concor. hoc titu. §. j. ſubaudit actu. videlicet & prædicationis actu ſubire voluerit, ſed illud ſatis intelligitur: ideo ſolum eſt magis rem exprimere, & cautela abundans. Probus.

b ¶ Voluerit. (*1) fa. iſte tex. quòd in collatione præbendæ theologalis poteſt exprimi onus eius, videlicet quòd confertur ad onus reſidentiæ, lecturæ & prædicationis: & ita communiter fiunt tales collationes: nec vitiantur propter expreſſionem oneris quod eſt ipſi præb. annexum & inhærens. Nam ea quæ tacite inſunt, poſſunt exprimi in traditione ſpiritualium ſine aliquo vitio ſimoniæ. (*2) vt le. & no. cap. ſignificaſti. de elec. no. in c. olim. de reſt. ſpo. ea enim quæ tacite inſunt, ſi exprimantur, non vitiant nec immutant actum, ff. de tutel. muto. §. ſub conditione, l. iij. ff. de lega. j. de conditio, & demonſt. l. in conditionibus, vnde dicunt Collec. & Panor. in d. c. ſignificaſti. quòd ſi Epiſcopus contulit vni Eccleſiam curatam ſub conditione ſi reſignauerit primam: tenet talis collatio: quia hæc conditio tacite ineſt. (*3) c. de multa. de præ. fa. no. in c. ij. de elec. in vj. ad hoc no. per Io. And. in addi. ſpecu. tit. de re. permu. in gl. adhuc quæritur, ſecus ſi conditio tacite non ineſſet: vt quia primum beneficium non eſſet vacaturum ipſo iure. j. q. ij. quam pio. no. ſup. de elec. c. j. & cum humanæ, ad hoc no. de Ro. deciſio. 325. in antiq.

Expreſſio eorum quæ tacite inſunt nõ vitiat actũ.

(*1) Et potuerit, c. fi. ibi, voluerint & potuerint, in prin. xvj. q. j. cum aliis in propoſito adductis per gl. concor. iſto tit. §. j. in verbo ſubire voluerit, ideo ſi talis doctor licentiatus, vel baccalarius vellet onus huiuſmodi ſubire & non poſſet, vt quia ignarus, aut aliàs inutilis ad actum & perfectionem oneris, tunc ad huiuſmodi præbendam theologalem promoueri non debet, cum actus hominis conſiſtat in voluntate & poteſtate. no. poſt tex. Bal in ca. cum ſuper abbatia. de offic. delega. vbi Decius poſt alios. Hinc idem Bal. in conſi. cccxxvj. col. ij. rex Romanorum, vol. j. inquit, tria omnes actus canonizare, poteſtas videlicet, & voluntas, ac modus. Nam ſine potentia nihil ad actum deducitur, & ſine voluntate nil conſenſu perficitur, & ſine modo nil ad finem ſuum dirigitur. Oportet igitur quòd poſſit, tum quia etiam dicitur quòd vbi non aſſiſtit iuris potentia, voluntas inanis eſt. Idem Bald. per illum tex. in l. nolle. ff. de acqui. hæred. idẽ dic de potẽtia hominis, ideſt facti: quia dicit apo. Rotæ. in no. deci. 192. ſi Epiſcopus, quòd in omni actu eliciendo oportet vt ibi adſit

Volũtas & poteſtas ac modus requiruntur ad actũ.

Digitized by Google

iuris & facti poteſtas, alioquin altero deficiente actus de iure non ſubſiſtit, ca. ſciſcitatus, de reſ. vide pro his gl. in §. reſeruationes, in verbo nulla, ſuprà hoc tit. P.

(*2) Pone in collatione facta ſub hac conditione, ſi voluerit, quia illa eſt conditionalis, n.9. Petrus de Anch. in cle. vnica. no. vj. de conceſ. præ. vbi Boni. nu. 4. dicit neceſſarium extare conditionem per voluntatis declarationem: & ante illam gratia eſt conditionalis, quæ tanquam tacita non facit actum ſimoniacum, vt dicit hic glo. quòd tacitè inſit, probatur per c. ſi tibi abſenti, de præb. in vj. P.

aut ſemel [a] per ſingulas hebdomadas † [b] (ceſſante legitimo [c]

(*3) Pro hoc attende, conditiones à iure approbatæ non faciunt actum ſpiritualem ſimoniacum, not. doct. in c. ſignificaſti, de elect. De præſentatione autem conditionali dixi in tract. deuolutio. parte ij. q. xxxij. P.

a ¶ Aut ſemel) Accipe legere habeat, quod eſt infrà, ſed cuius erit optio, an theologi vel capituli, aut Epiſcopi? dic (*) quod theologi, cum hæc verba ad eum dirigantur, & propter verbum ad minus, nam in alternatiuis iuris optio datur iudici, niſi verba dirigantur ad partem aut reum, vt hic: tunc datur optio reo aut parti. l. quicunque, C. de ſer. fugi. vt ibi no. Cy. & legiſ. Bart. in l. j. §. expilatores, ff. de effrac. Bald. in l. cunctos populos, C. de ſum. trini. Panor. in c. inter cæteras, de reſcrip. in c. à crapula. de vita & hone. cleri. in c. ſicut, de Iudæis in c. per veſtras, de dona. inter vir. & vxor. fa. cap. in alternatiuis, de re. iu. in vj. Et quod ibi no. Dy. in legato alternatiuo. Bart. in l. Lucio Titio, ff. de leg. ij. Henri. in cap. concilium, de plus pe. in cap. indicante de teſtam.

Optio alternatiua cui detur.

(*) Gloſ. ſequitur concor. gl. hoc titu. §. j. in verbo quíque bis, quæ ſubdit quòd etiam ad ipſum Theologum pertinet electio horæ, niſi ſit cõſuetudine introductum quòd actus fieri debeat tali hora: quia tunc inſtar Chriſti legem debet adimplere, non ſoluere. P.

† b ¶ Hebdomadas) Etiam (dicit gl. concor. iſto ti. §. j. hoc verbo) ſi plura feſta eſſent in hebdomada, ſubdens quòd ſi vellet legere continuè per duos vel tres menſes, id eſt ſingulis diebus illis durantibus, ita quod illi facerent numerum dierum ad quos in anno tenetur, non ſatisfaceret legi: quod probat ſimili de emphyteota, qui vult ſoluere cenſum pro pluribus annis, quia dominus non tenetur recipere, ſi detrimentum patiatur. Iaſon in l. ij. quę. xxij. C. de iure emphy. hic enim etiam poteſt pati detrimentum capitulum, vt rectè intuenti apparet. P.

c ¶ Legitimo) Puta infirmitate, c. ad audientiam, de cleri. non reſid. aut alia neceſſitate corporali, vt quia ſumpſit medicinam vel minutus fuit, aut fuit detentus violenter, aut propter publicam vtilitatem Eccleſiæ impeditus, ca. j. de cleri. non reſiden. in vj. c. ex parte eo. tit. Et quanuis canonicus exiſtens in ſeruitio Papæ vel Epiſcopi cenſeatur præſens, c. cum dilectus, c. de cætero, dicto c. ad audientiam, de cleri. non reſi. tamen non credo quòd canonicus theologalis eo caſu cenſeatur præſens: quia cum non ſit niſi vnus qui habeat neceſſe legere & prædicare, iſtud redundaret in detrimẽtum Eccleſiæ, ad hoc, c. pe. de cleri. non reſi. (*)

(*) Votum huius gloſ. placet gloſ. concor. iſto titu. §. j. in verbo impedimento, quæ alia impedimenta addit ad ea quæ hic ſunt in glo. deducta, ſubdens, quòd tempore

Digitized by Google

pore impedimenti per ſubſtitutum onus huiuſmodi ſubire non tenetur, quia electa eſt impediri induſtria, l. inter artifices, ff. de ſolutio. Ita tenet glo. ſequens in verbo legere, quam firmat, d. gloſ. concor. vbi ſuprà in dict. verbo legere, in fi. tum etiam, quia quando quis caſu impeditur, ſubſtitutum dare non tenetur, l. matriculam, in fina. de agen. in rebus, lib. xij. C. Iſtud etiam probatur ar. huius tex. dicentis, ad minus ſemel in hebdomada ceſſante impedimento tenetur legere: ergo ſi ſit impedimentum, non tenetur, nec per ſe, nec per ſubſtitutum. Et eo ſano effecto, aut alio ceſſante legitimo impedimento, non tenebitur ſupplere defectus lecturæ aut prædicationis, quia perit obligatio pro eo tẽpore cum illo, ſicut perit obligatio ſpeciei ipſa perempta, l. quod te. ff. ſi cer. peta. & l. ſi ex legati, ff. de verbo. obliga. Poſtmodum quærit, d. gloſ. quis teneatur probare illud impedimentum, & quomodo poſſit probari: pro quibus illam vide. P.

impedimento) [a] legere [b] ha-

a ¶ Impedimento) quod ſemper intelligitur exceptum (*) cap. ex parte ij. de offic. deleg.

(*) Ideo dic potius fuiſſe poſitum ex abundanti cautela quàm neceſſario: & vt clarior lex eſſet: quod non dicas in iure abſurdum per ea quæ late diximus in tract. penſio. præ. vij. ver. præmiſſis tamen. P.

b ¶ Legere) (*1) ſcilicet de theologia & ſacra pagina, puta textum ſententiarum: & doct. theologos, per c. quia nonnullis, c. ſuper ſpecula. de magiſt. non de poëtria, aut aliis ſcientiis ſecularibus, argum. c. ſacerdotes, c. nõnne, xxvij. diſt in. tamen magiſtrandus in theologia debet ſcire humanas ſcientias: vt clarius & ſubtilius poſſit intelligere ſacram ſcripturam, vt dicit Aug. de Ancho. in lib. de pote. eccle. Anto. in iij. parte ſum. titu. v. c. ij. ad hoc, c. legimus, c. ſi quis grammaticam, xxxvij. diſt. nõ quòd ſiſtat in eis, ſed in theologia finaliter: poterit etiam legere librum decretorum quem debet ſcire, nam vt docto. dicunt, cõgruum eſſet vt theologus ſciret ius canonicum, (*2) eſt enim ſcientia canonica practica theologiæ: qua ſcita, melius & fructuoſius ſciet conſulere ſaluti animarum, facit quod no. Hoſtien. in c. j. de conſan. & affini. Sed vtrum poſſit legere per ſubſtitutum? (*3) non inuito Epiſcopo vel capitulo, eligitur enim huiuſmodi theologi induſtria: vt ſatis patet in princi. huius §. ibi, qui ſua doctrina, &c. & hic, vbi tenetur legere niſi fuerit impeditus legitimè, ad hoc c. fin. de officio deleg. cum ibi no. ca. is cui, eo. tit. in vj. ff. de ſolut. l. inter artifices, C. de cadu. tollen. l. j. §. ſin vero talis, vbi Cy. ff. de legat. iij. l. fideicommiſſa, in ſi. fa. no. de doctore qui conuenit per ſe legere ſuis ſcholaribus pro certo ſalario, per Ioan. Andr. in cap. j. de magiſt. in regula qui per alium, de regul. iur. lib. vj. in mer. Henr. in dicto cap. quia nonnullis. Bart. in l. nemo, ff. de du. re.

Scientias humanas theologi ſcire debent.

(*1) Dico legere, non ad corticem vel literam, aut ſuperficialiter, ſed perfectè, id eſt declarare, & audientibus dare intelligere: aliàs non eſſet legere, ſed negligere, iuxta verbum Catonis dicentis, quòd legere & non intelligere negligere eſt, & aliud, quòd parum eſt legere & non intelligere. Perfecta enim non dicitur lectura, niſi exactiſſima & diligentiſſima interpretatione ſingula tradantur, ait tex. in §. his igitur, in procem. ff. Etenim lectio debet manifeſtè declarare ſenſum ſcripturæ, l. ij. ibi, lectio manifeſtè declarat. de delatorib. lib. x. C. nam qui ea docent quæ ab auditoribus

Legere quid ſit.

Digitized by Google

non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui legunt oſtentationem, ca. ſi. q. xliiij. Probus.

(* 2) Quia illæ duæ ſcientiæ in ſe habent quandam connexitatem: prout dicitur de iure ciuili, & ipſo iure canonico, vt probaui in tract. diſpen. memb. iiij. parte j. in prin. vbi, xij. memb. parte j. nume. 79. dixi canoniſtas & theologos conuenire. Probus.

beat [a].

Et quotiés [b] ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitriū capituli [c] in ſubtractione diſtributionū [d]

(* 3) Niſi per prius legerit per xx. annos, dixi in tracta. deuo. parte iiij. quæ. xix. Probus.

a ¶ Habeat) Taxat quot vicibus habeat legere: ſed de prædicatione tacet, quare quotiens habeat prædicare, arbitrio Epiſcopi aut capituli relinquo. (*)

(*) Prout relinquitur pœna quando à lectura deficit, vt ſequens litera probat. Et attende quod ly habeat, neceſſitatem importat, vt patet per concor. §. j. iſto titu. vbi loco illius ponitur debeat quod etiam neceſſitatem importat, gloſ. in clemen. attendentes, in verbo, debeant, de ſtatu mo. cum aliis adductis per glo. concord. in d. §. j. in dicto verbo debeat. Ex quo infero quòd capitulum licet poſſit punire, non tamen in totum diſpenſare, id eſt vt omnino non teneatur legere: tum primò quia capitulum non diſpenſat contra concilium: tum ſecundò, quia ſi lex voluiſſet diſpenſare poſſe, dixiſſet, c. ad audientiam, de deci. tum tertiò, quia iſta lectio eſt in reipublicæ fauorem introducta, cui ſolum capitulum non renunciat: tum quartò, quia aliàs lex fieret ludibrio: quod non eſt fatendum, ca. commiſſa, de electio. lib. vj. & l. vlt. C. de bonis quæ libe. Ex prædictis reſultat, quòd talis nihil à ſcolaribus debeat exigere, notat. Præpoſi. in c. non ſolum, j. q. iij. P.

Quotiens declaratur. b ¶ Quotiens) Hæc dictio reiteratiua eſt, j. quæſtio. vj. quotiens, l. fina. C. de iudic. vi. tol. vbi Cy. aliquando ponitur reſtrictiue, (*) no. in c. omnes, ij. quæſt. vj. & ibi Archi. in cap. ſua, de app. Barto, in l. eum qui certarum, §. cum pure, ff. de verb. oblig.

(*) De ea dictione etiam iuncta alia, videlicet quotiens, licet videre poſt Alexan. in conſil. cxlv. quoniam volu. iij. P.

c ¶ Capituli) Vbi bona eius ſunt ſeparata à bonis Epiſcopatus, & habet adminiſtrationem ſuorum prouentuum, & iuriſdictionem in ſingulos de collegio ex conſuetudine vel priuilegio (*) iuxta no. in c. edoceri, de reſcri. in ca. irrefragabili, de offic. ordi. vel hic tribuitur hæc poteſtas capitulo, in hoc caſu.

(*) Pone, in Eccleſia Pariſienſi, quia decanus & capitulum coniunctim omnimodam iuriſdictionem (etiam Epiſcopalem) habent in ſingulos dictæ Eccleſiæ miniſtros, prout & in omnes clauſtri illius habitatores, crede mihi tanquam vicemgerenti illorum officialis certificato literis & experientia facti. P.

d ¶ Diſtributionum) Quotidianarum (*) & manualium quæ dantur ſingulis diebus his tantum qui ſunt præſentes & intereſſentes diuino officio, c. licet, de preb. hæ enim veræ ſunt diſtributiones, in extrauag. Ioan. 22. quo nonnullæ, not. inf. quo tem. quiſ. de. eſſe in cho. c. j. §. iubet.

Digitized by Google

(*) De quibus latè dixi apud Io.Mona.in c.vnico de cleric.non reſiden.in vj.quibus adde Mantua. conſil.j. vbi ponit an decima debeat ſolui. de illis dixi in tractatu penſio.parte j.q.xxvj. P.

† a ¶ Hebdomadæ) Quam Latini ſeptimanam vocant,id eſt ſeptem dierum numerum,ſic debet intelligi tex.§.fi.tit.quo tempore miles inueſti.pet.debeat.

totius hebdomadæ † [a] puniri poſſit [b]. Et ſi reſidentiam deſeruerit [c], de [d] a-

b ¶ Poſſit (*1) & maiori (*2) pœna ſi pertinacia exegerit,infrà de his qui tem.di. of.vac.c.j.cum ibi not. *Poſſit.*

(*1) Voluntarium eſt l.ſæpe, ff.de offi. præſid.glo.in c.ſtatutum,§.j.in verb. poſſit, de reſcr. in vj. idem capitulum non tenetur pœnam hanc imponere. Per hoc tamen non nego quòd ſecundum materiam ſubiectam non importet neceſſitatem,l.j.vbi doct.ff.de iuriſd. om. iud.l. ſi mandauero tibi,ff.manda.Etiam quando iungitur verbo debet,c.oblatæ de appel.lib.ij.C. quemadmo.teſtam.aperi.l.cum poſtulaſſem,§.fi.ff.de dam. infect. Equidem quando verbum illud negatiua præcedit,glo.in c.j.de regul.iur.in vj.& in c.j.de cauſ.poſ. & proprie. Probus.

(*2) Iſtud non placet glo.conc.hoc tit.§.j.in verbo ad arbitrium,rationem ſubdit, quia pœna per capitulum imponenda eſt hic taxata vt poſſit theologum punire in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ, ideo non totius menſis, vel in aliis fructibus,tum etiam quia iuris theorica eſt, quòd quando pœna eſt à iure ſtatuta,vt hic,illa non debet tranſgredi ſine cauſa magna,l.quid ergo,§.pœna.vbi Bar.ff. de his qui not.infa.idem Bar.in l.hodie,ff.de pœ.tum præterea,quia ſi concilium voluiſſet capitulum pœnam aliam imponere poſſe,vtique dixiſſet,ca.ad audientiam,de deci.Contentari ergo debet capitulum,vt per illud ea ſola poſſit imponi pœna, quæ videtur pro modo culpæ ſufficiens. Probus. *Pœna lege taxata nõ tranſgreditur.*

c ¶ Deſeruerit) Se abſentando ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi aut capituli. (*)

(*) Sic gloſ. videtur inferre Epiſcopum aut capitulum poſſe cum tali diſpenſare: quod videtur durum: ſaltem ad tempus longum,vt dixi ſuprà proximè in verbo habeat,bene tamen ad modicum ex cauſa, & cuius temporis curſus non eſt nociuus,vt veriſimile videtur,argu.l.quanuis,ff.de condit.& demonſt.vbi paruus defectus non nocet.& arg.l.j.in fi.ff.de ven.inſpi. P.

d ¶ De alio) Scilicet theologo pariter qualificato. hæc enim dictio alius regulariter facit poſitionem eiuſdem qualitatis ad præcedentia, (*1) l. ſi donationis, ff.quod met.cau.licet gloſ.ibi velit quòd implicet qualitatem contractus, ff. de verb. du. quidam relegatus,cap.ſedes,de reſcr p.vbi gloſ.& doct. Specu.titu.de ſponſa.§.j. & ibi Ioan.Andr.in addi.gloſ.in cle.j. de reſcrip. doct.in cap.accedens,de præbend. Cy.in authen. ſed neque curialem, C. de epiſc. & cle. ſimiliter dictio aliter repetit eandem qualitatem,tex.cum glo.in cle.fi.vna,de re eccleſ. non alie. ſuprà §. proxi. verb.adiiciens,cum ibi not.Item præbẽda theologalis tranſit ad quemcunq; cum onere, arg. l.alienatio.ff.de contra.emp.de pac.l.inter debitorem,c.ex literis,de pign. vnde non credo quòd theologus poſſit illam permutare cum non theologo qui eſt eius incapax, per hunc tex. vbi enim aliqua qualitas exigitur in aliquo ad faciendum actũ: ſi *Alius implicat eandemque qualitatem ponit.* *Theologus ſuam præbendã cum non theologo permutare nequit.*

non aſſit, deficit actus, ff. de poſtulam, l. cui eorum. §. affinitates, de diuor. l. fi. §. ait lex. fa. quod not. in cle. ij. in ver. annexi. de ætа. & qualit. quod no. Ioan. And. in no. & Domi. in cap. ei cui. de præ. in vj. quod no. Io. Fa. inſti. de acqui. per arro. quòd ſuppoſita conſuetudine quæ eſt Pariſius, quòd proximior de genere poteſt rem proximi venditam retrahere intra annum, non poteſt ille proximior ius retrahendi cedere extraneo: quia dictum priuilegium datur ratione generis, & talia non tranſeunt ad extraneos, ſicut nec operæ, nec iura ſepulchrorum, ff. ad Trebel. quia perinde, §. ij. ad hoc. l. ex pluribus, cum ibi not. ff. de admini. tu. Item ceſſat ratio conſuetudinis quæ fuit inuenta, ne res exiret de genere, vnde ſi ius retractus poſſet in extraneum transferri, fieret fraus conſuetudini. (*) contrarium tamen ſentit Hen. in ca. ſanè. de priui. per. l. quòd ſi minor. ff. de minor. vbi minor credit alteri beneficium reſtitutionis in integrum, ad hoc. l. fin. cum ibi not. C. de hære. vel ac. vnde ſic. ſi theologus poſſet permutare prębendam theologalem cum non theologo, maxima fraus fieret in præiudicium collatorum: quia hoc modo non haberent vnam præbendam quæ non tranſiret ad theologos, nam cum quis acceptaſſet theologalem, immediatè eam permutaret, & veniret alius theologus, qui aliam præbendam poſtea vacantem acceptaret, qui ſimiliter poſtea permutaret: & ſic de aliis. Sequeretur & aliud inconueniens: quia vnus theologus vexare poſſet ſucceſſiuè quamplurimos collatores præbendarum Eccleſiarum cathedralium. Sed ſi de facto permutetur præbenda theologalis cum non theologo, dic quòd permutatio non tenet (*3) in effectu, in præiudicium tamen reſignantis qui fuit in culpa, tenet reſignatio. Debebat enim inquirere de conditione illius cum quo permutabat, ff. de reg. iur. l. qui cum alio. ad hoc de Ro. deciſ. 108. nec redibit ad eam, nam cum permutatio non tenet ex dolo vel culpa permutantium, qui eſt in dolo (*4) vel culpa, non redibit ad ſuum beneficium, cum poſſit ſuperior renuntiationem ab eo factam in eius præiudicium ratam habere, ca. quod in dubiis, de renun. no. Ioan. And. in no. & Dom. in cap. j. de re. permut. in vj. Freder. in tracta. permu. q. vij. fa. cle. j. de re. permut. ibi, ne conceſſione iuris vtentibus, &c. cum ibi not. nec eam obtinebit nõ theologus, quia incapax eſt ideo poterit huiuſmodi præbenda acceptari per alium theologũ, & prædicta limita niſi Epiſcopus prouideret immediatè alij theologo de vna alia præbenda: tunc poſſet validare permutationem. Non enim puto vnam præbendam ſemel collatam theologo ita inſeparabiliter eſſe affectam ad theologum, quin poſſit Epiſcopus eam alteri conferre: dummodo immediatè aliam conferat theologo, ita quòd Eccleſia non remaneat theologo viduata. Quæritur, Epiſcopus præbendam ſuæ Eccleſiæ in qua non erat theologus, contulit non theologo, quam poſtea theologus acceptauit, & proſecutus eſt contra non theologum: pendente proceſſu Epiſcopus aliam præbendam eiuſdem Eccleſiæ confert theologo tanquam theologalem ad onus reſidentiæ lecturæ, &c. Demum non theologus euincitur à theologo cui adiudicatur prima præbenda tanquam theologalis, an valeat ſecundo theologo facta collatio, & ſi valeat, an habebit ſecundam præbendam cum onere (*5) theologali? videtur quòd non valet collatio ſecundi theologi, quia non eſt purè & liberè facta. ca. quàm pio. j. q. ij. ca. fi. de pact. & licet onera quę tacitè inſunt beneficio, poſſint (*6) exprimi in collatione. ca. ſignificaſti. de elec. tamen ea quæ non inſunt ſi ex-

Proximus poteſt rem venditam retrahere.

Præbenda theologalis non poteſt permutari cum non theologo.

Renuntiatio nulla valet in præiudiciũ renunciãtis.

Digitized by Google

primantur, vitiant collationem, & eam ſimoniacam reddunt: vt ibi not. Ioan. Mo. & Ioan. And. in cap. ij. de elec. in vj. & collatio ſimoniaca nulla eſt. (*7) ar. j. q. j. ordinationes, ſuprà de elect. c. j. §. deinde, cũ ibi no. Iſti autem ſecundæ præbendæ non inerat dictum onus reſidentiæ, lecturæ & prædicationis, ſed primæ fuit quæ declarata theologalis: nec caruit Epiſcopus dolo conferendo iſtam ſecundam præbendam tanquam theologalem, cum ſciret vel deberet ſcire primam eſſe theologalem, per text. huius, §. ibi quamprimum, &c. & videret proceſſum ſuper hoc pendere. Item in collatione iſtius ſecundæ præbendæ eſt repugnantia voluntatis & poteſtatis. (*8) nam Epiſcopus voluit eam conferre cum onere theologali, & non potuit, & quod potuit, ſcilicet ſimpliciter conferre, non voluit, l. multum intereſt. C. ſi quis al. vel ſi. cap. cum ſuper. de offi. deleg. fa. no. ſuprà eo. §. j. ver. nullæ. Sed in contra. videtur, quòd illa adiectio oneris habeatur (*9) pro non adiecta fauore collatarij ne decipiatur, cap. inter cætera. de præb. ſicut in teſtamento turpis conditio habetur pro non adiecta. (*10) C. de his quæ pe. cau. re. l. j. ff. de condi. inſti. l. quidam, & in matrimonio. ca. fi. de condi appo. & ſi collatio non poſſit ſortiri effectum tanquam de theologali, valeat vt de qualibet alia præbenda, per regulam, ſi non valet quod ago vt ago, &c. cap. j. de deſpon. imp. in vj. præſertim in odium Epiſcopi qui non poſſet venire contra factum ſuum. (*11) de fi. preſby. veniens, de cle. coniug. diuerſis fallaciis, & hoc vltimum planum eſt vbi collatarius ignorauit proceſſum, & bona fide putauit præbendam ſibi collatam eſſe theologalem, aliàs ſi ſciuerit (*12) non videtur valere collatio per primo alle. tu tamen cogita, quia de hoc pendet quæſtio de facto. *Turpis conditio nõ vitiat teſtamentum.*

(*1) Hunc punctum latius firmo in tracta. penſi. parte j. quæſtio. j. nu. 15. Et idem dic de ver. alter, quia etiam eandem qualitatem videtur repetere. clemen. j. de reſ. Probus.

(*2) Vide quæ in puncto retractus feudalis, id eſt an retrahi poſſit, tradit Andr. Tiraquel. in tract. retract. in rubr. De retraict lignagier. §. xxvj. nu. 40. & ſeq. Etiam attende ad alias inſtantias huic ſimiles per nos poſitas in tracta. penſio. parte ij. quæ. iiij. Probus.

(*3) Placet glo. concor. iſto tit. §. j. in verbo de illis ratio eſt, ſubdit, quia rei affixũ eſt onus: ideo res cum onere ſuo tranſit. l. traditio. ff. de acqui. re. do. quæ ſubdit poſtea, quòd theologus poteſt ea non obſtante reſignatione ad eam præbendam redire, cum non ſit vſus iuris conceſſione, cle. vnica. de rer. permu. tum etiam quia vbi qualitas exigitur in aliquo, ſi non adſit, deficit actus, l. fi. §. ait lex. ff. de diuor. & l. cui eorum, §. affinitates, ff. de poſtulando. Facit quia qualitates non poſſunt abſtrahi à ſubiecto, nec ſtare ſine eo, niſi miraculosè, l. fi. ff. de vſufruct. lega. cap. cum Marthæ. de celeb. miſſ. Probus.

(*4) Vide quæ in ſimili dixi in tract. deuolu. parte j. q. xxix. P.

(*5) Iſta eſt regula generalis, quòd res tranſit cũ ſuo onere: de qua per nos in tract. penſio, parte j. q. xxvij. P.

(*6) Idem dicit gloſ. ſup. hoc. §. in verbo voluerit. P.

(*7) Etiam nec ſimoniaco facta, vt probo in ſcala benefic. parte j. ar. ſimoniacus. Probus.

Digitized by Google

(* 8) Vide quæ in ſimili dixi in tract. i. deuolu. parte iiij. quæſtio xv. Probus.

(* 9) Facit verbum Ioan. Monac. in cap. vnico nume. 2. & ibi dixi de iur. pat. in vj. quòd in beneficialibus quod eſt licitum approbatur, & quod eſt illicitum reprobatur. Probus.

(* 10) Iſtud placet gloſ. concor. iſto. tit. §. j. in verb. de illis.

(* 11) De quo vide per nos prout & quando quis poſſit venire contra factũ ſuum, in tracta. penſio. parte j. q. xix. P.

lio *a prouideatur b. Verũtamẽ

(* 12) Scientia hæc videtur multum nocere, vt dixi in ij. præludio. tract. deuolu. Probus.

*a ¶ De alio) In concor. iſto tit. §. j. ponitur. de illis alteri prouidetur, id eſt de canonicatu & præbenda theologalibus, iſta eſt abundans expreſſio, non neceſſaria. P.

Præbenda theologalis perditur per non reſidentiam.

b ¶ Prouideatur) Videtur ſentire text. quòd eo ipſo quòd deſerit (* 1) reſidentiam ſine monitione ſit ipſo facto priuatus præbenda theologali. fa. cap. quia nonnullis, de magiſtr. vbi habetur quòd tandiu redditus præbendæ percipiat, quandiu perſtiterit in docendo. cap. extirpandæ. §. qui verò de præbend. vbi habens Eccleſiam parochialem, ſi non reſideat in eadem, priuatus eſt ea: quare poterit collator eo non vocato illam alteri conferre. arg. cap. de multa. de præbend. cap. licet eodem titulo. in vj. Dic melius, quòd prouiſionem debeat præcedere monitio: quia pœna imponitur ex facto negatiuo, quia non reſidet. ad hoc theorica Innocen. in dicto cap. extirpandæ, qui dicit, quòd licet vbi pœna imponitur à iure ex facto affirmatiuo, non requiratur monitio, vt dicto cap. de multa cap. ſi quis ſuadente, xvij. quæſt. iiij. tamen, vbi imponitur ex facto negatiuo, requiritur ſemper monitio: quia facta affirmatiua de ſe patent iudici, non negatiua: & ideo vt iudici tanquam iudici conſtare poſſit de facto negatiuo, requiritur quòd præcedat monitio. quæ theorica placet Ioan. Andr. Henri. Domi. Anton. & Ioan. de Imo. facit. l. ſi penum. ff. quando di. le. ce. not. in l. ita ſtipulatus, ff. de verborum obligat. & ibi Bartol. & licet dicta iura videantur loqui in diſpoſitione hominis in vltima voluntate vel contractu, tamen videtur idem dicendum in diſpoſitione iuris pari ratione, & quia licita eſt argumentatio de diſpoſitione vltimæ voluntatis & contractus ad diſpoſitionem iuris ſubſiſten. eadem ratione per ea quæ habentur in l. fi. C. de fideiuſ. in l. j. C. communia de lega. in authen. de nup. §. diſponat. colla. iiij. pro hoc: quia durius conſueuit agi cum homine quàm cum lege. ff. de arbit. l. Celſus. Si ergo in diſpoſitione hominis vbi præcedit diſpoſitio affirmatiua, & ſequitur diſpoſitio pœnalis negatiua, requiritur interpellatio: vt in iuribus alleg. fortius debet requiri monitio in diſpoſitione iuris quando præcedit diſpoſitio affirmatiua, & pœna venit committenda ex facto negatiuo, ſicut contingit hic: quia ex huius iuris diſpoſitione tenetur præbendarius theologalis reſidere: & ſi non reſideat, incurrit pœnam hic poſitam quòd de alio prouideatur, ad hoc. ca. ex tuæ. de cle. non reſid. vbi in beneficiis requirentibus reſidentiam, priuationem (* 2) debet præcedere monitio. dicit tamen Panor. in d. cap. extirpandæ, in caſu ſi. quòd ex non reſidentia perſonali in beneficio curato per ſe principaliter exiſtente: etiam nullo hominis miniſterio interueniente legitima abſentiæ cauſa quieſcente iuris priuatio reſultat per illum text. in §. qui vero.

Ad pœnæ incurſionẽ quando nõ requiratur monitio.

Beneficio nõ priuatur non reſidẽs, niſi monitione præmiſſa.

Digitized by Google

referendo, ver. alioquin ad omnia præmiſſa. & per glo. in l. j. C. de his qui vt indi. quam alleg. Bar. in l. in cognitione. ff. ad Syl. vbi concludit quòd pœna appoſita negatiuè, id eſt ſi non fecerit quod debet facere: intelligitur appoſita eo ipſo quòd quis habuit facultatem faciendi & non fecit. Sed quia homo poteſt dubitare vtrum ex cauſa non fecit reſidentiam, ideo præmittenda eſt monitio, quo ad certificationem Eccleſiæ militantis, ſed ſi poſſet probari ex coniecturis quòd habuit facultatem reſidendi, erit priuatus ſine alia monitione. Sed opi. Panor. quæ ſingularis eſt, & contra ſententiam gloſ. & doct. non poteſt applicari ad præbendam theologalem, cum haberet tantum locum in curatis: quia d. §. qui vero, in curatis tantum loquitur, nec per hoc in aliis beneficiis non curatis inducitur correctio iurium antiquorum, quæ requirunt monitionem ante priuationem. Tutius (*3) igitur eſt quòd prius moneatur theologus ad reſidendum quàm priuetur vel declaretur priuatus propter non reſidentiam, & fa. ca. cum ſecundum, de hæ. in vj. l. eius qui delatorem, cum ibi no. per Bar. ff. de iu. fiſci. c. j. §. ordinarij. infrà de paci. poſ. glo. in c. non poteſt. in ver. retinere. de præben. in vj. vbi vult quòd ſi dicatur in reſcripto: dummodo Eccleſiæ in diuinis prouideatur, quòd ſi ceſſatum fuerit quin prouideatur in diuinis Eccleſię, nō retractatur prouiſio ipſo iure, ſed opus eſt ſententia iudicis, fa. quod not. Innocen. in cap. verum. de fo. compe. & Panor. ibidem circa finem. Præpo. in cap. verum. in vj. colum. ver. circa tertiam. de conditio. appo. & etiam ad faciendum talem declarationem oportet eum citare: per id quod not. in cle. præſenti. in ver. conſtiterit. de cenſi. quod vbi quis debet declarari in aliquam pœnam promulgatam à iure propter aliquem exceſſum etiam conſiſtentem in faciendo incidiſſe, expedit partem citari. fa. quod habetur in cap. Eccleſiam, de conſti. quia multæ defenſiones poſſent ſubeſſe quæ non debent auferri. clemen. paſtoralis, de re iudica. Et ſi dicatur quare valeret collatio facta parte non citata, vt dicto cap. licet. & tamen declaratio (*4) prædicta non valet parte non vocata: quia collatio non fit à iudice, nec iudicialiter: ſed potius tanquam à parte & extraiudicialiter: ſed declaratio prædicta fit tanquam à iudice, & pro. quia licet à ſententia canonis non appelletur, tamen à ſententia declarante quem incidiſſe in pœnam canonis poteſt appellari. not. in cap. cupientes, §. quod ſi per. xx. de electio. in vj. & vide no. infrà de pacif. poſ. §. fina.

Declaratio requirit citationem.

(*1) Quod verbum reperies in concor. hoc titu. §. j. poſitum loco verbi deficere ſuprà hoc. §. poſiti. Et an idem ſit vtrumque, ponit ibi gloſ. concor. in verbo deſeruerit, & quid dicatur deſerere, & quomodo differat à derelinquere: poſtea ſubdit, quod quo ad illum dicitur deſerere reſidentiam, quando à capitulo monitus, non venit, cap. tuæ. de cleri. non reſiden. P.

(*2) Quam debet præcedere culpa, l. qui occidit. in fine. & l. ſi putator. ff. ad legem Aquil. l. ſed. ſi non data. §. fina. ff. de fideicommiſ. liberta. & cap. quæſiuit. de his quæ fi. à maio. parte capi. Et illa eſt pœna quæ non imponitur niſi in iure expreſſe cautum reperiatur, glo. in cap. fina. de iure patrona. cum aliis adductis per Alexand. in conſil. 92. num. 17. perſpectis, volu. 6. & 212. nume. 5. eodem volumi. Probus.

(*3) Iſta placet gloſ. concor. in §. primo, in verbo deſeruerit, iſto titu. quæ firmat ſuum votum, quia (vt hic dicit gloſ.) in curatis non requiritur monitio: ſecus igitur

Digitized by Google

Argumentum à ſpeciali valet.

in beneficiis ſimplicibus,ſic eſt locus argum.à ſpeciali in iure valido,nót.gloſ.penul. in l.eos,de fabri.lib.xj.C.Panorm.in c.Eccleſia,el.j.colum. fi. de elect.dixi in tracta. diſpen.ix.memb.num.47.quia ſi eſt ſpeciale in curatis, ergo regula procedit in ſimplicibus : iuxta aliud quòd exceptio firmat regulam,vt probaui poſt Ioan. mo. in c. j.de regulis iur. in vj. P.

(* 4) Antequam pœna non ſortitur effectum,etiam ſi à iure eſt impoſita ipſo facto,per cap.cum ſecundum,de hære.in vj.

vt vacare a poſſit liberius b.

Statim infamatus dicitur.

Bart.in l.eius qui,& in l.imperator, ff. de iure fiſci, quod latius proſequitur Felyn. in c.ij.not.de ſpon.iſtud tamen fallit in infamia, quia quis ſtatim eſt infamatus de delicto,etiam quod nec ſententia nec declaratio ſequatur,ait Bal. in l.tranſigere, col.vl. C.de tranſact.Et de declaratione vide quæ diximus in tract.penſio.parte iiij.quæ.iij. Probus.

Vacare qualiter dicitur.

a ¶ Vacare) Id eſt intendere & operam dare, ſuprà in proœm. §. quibus ad plenum, ver.clerici,ff.de arbi.non diſtinguemus,§.compromiſſo,xxxiij.quæſt.iiij. c.j. de vo. magnæ.Ioan.Andr.in no.in c. ij.ne cleri.vel mo.in vj.Aliquando, id eſt deficere, ff. de vaca. mun. in ru. & vacuum vel vacans eſſe, de conce. præbend. in ru. & cap. ij. cum ſi. (*)

(*) Aliquando vt ceſſare,§.pe.in authen.de nup.colum.iiij. ibi vacantibus, id eſt ceſſantibus,ait glo.ibi,vide late per Rom.in conſ.350.num.21.in caſu. & Pau. in tracta.de po.c.ſede vac.prælud.7. Probus.

Studium impeditur per curam temporaliũ.

b ¶ Liberius) Debet ſtudium eſſe liberum à cura temporaliũ. Vnde Lactan. in prin. de fal.religi.Magno & excellenti ingenio viri cum ſe doctrinæ penitus dedicẽt,quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & priuatis & publicis actionibus ad inquirendæ veritatis ſtudium cõtulerunt,&c.Et ſequitur,nam abieciſſe quaſdam res familiares, & renunciaſſe voluptatibus conſtat, vt ſolam nudámque virtutem nudi & expediti ſequerentur,ad hoc,l.in honoribus,§.fi.ff.de vaca. mu.xij. q.ij. gloria Epiſcopi,§.fi.in authen.habita,ver.quis enim, C. ne fi. pro patre. Item debet eſſe liberum à cenſu & exactionibus. Olim enim in Ægypto, vbi primum fuit ordinatum ſtudium,gens ſacerdotum vacare dimiſſa eſt ad inuentionem ſcientiarum : vt dicit philoſophus,1.Metaphyſicæ,& ſtipendia à communitate percipiebant, liberi à cenſu regali vel iudiciali exiſtentes,ſecundum illud Geneſ. 47. Subiecítque Pharaoni Ioſeph omnem terram Ægypti præter terram ſacerdotum,quæ à rege tradita fuerat eis,quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur,c.non minus,de immu.eccle.vnde ſcholares habent immunitatem : prout leg.& nota, C.qui æra. l.j. & ij.lib.x.vbi Bart.ff.de excuſa.tu.l.ſed & reprobari,§.amplius,l.eos,l.ſe.ff.de vaca.mu. C.de pro.& me.l.medicos, & l.fin. & ſunt immunes à ſolutione gabellarum pro rebus ſuis,dicta authenti.habita,cum ibi not.no.in ſaluta.vj.car.Flor.in cle. fi. de cenſib. (*) & percipiunt fructus beneficiorum in abſentia, ca.ſuper ſpecula.de magiſt. vbi doct.c.ij.de priuileg.in vj.vbi glo.& doct.de cleri.non reſiden.tuæ.Archidiacono. xxxvij.diſtinctio.de quibuſdam,in cap.fi. de reſcrip.in vj.nam ſtudendo non minus ſeruiunt Eccleſiæ ſaltem vniuerſali,quàm ibi exiſtentes,ar.C.de aduo.di.iudi.l.aduocati,c.cum ex eo.de electio.in vj. Et libri dati à patre filiofamilias ſcholari in ſtudio priuilegiato,

Scholarium priuilegia.

Digitized by Google

priuilegiato, habentur (*2) præcipui, & vt quaſi caſtrenſe peculium. ff. familiæ herc. l. quæ pater. caſtrenſe enim peculium, & quaſi caſtrenſe: & militia armata & literata æquiparantur. C. de inoffic. teſtamen. l. fina. de aduoca. diuer. iudi. l. fori. & diuer. l. aduocati. de pro. ſacro. ſcrin. l. proximos, lib. xij. ſed arma data à patre filio famil. eunti ad caſtra, ſunt ei in caſtrenſi peculio. C. de caſtrenſi peculio. l. j. *Libri non ſunt conferendi.*

ſtudio nihil a lib. xij. C. famil. hercıſ. l. ſi filius famil. in princip. ff. de caſtrenſi pecul. l. ſi forte. Igitur & libri dati ſcholari, & cætera. libri enim & arma æquiparantur. not. in di. l. quæ pater. in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignifica. de quo pulchre per Pe. Ia. tit. de in integ. reſti. vt poſſit agi reſci. Cy. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. in l. donationes. ff. de donatio. in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de collatio. bo. Cy. & Bal. in l. filiæ. C. famil. herciſ. Item cauſa docto. & ſcholarium & doris concurrunt in priuilegis. not. Bar. in l. j. ff. ſolu. ma. tamen dicit Panor. in cap. fi. de iudi. quòd potior videtur cauſa doctorum & ſcholarium fauore publico, cum ſua ſcientia mundum illuſtrent. Item abſens cauſa ſtudiorum reſtituitur, cum abſit nedum ex cauſa probabili: ſed ex cauſa iuſtiſſima. ff. ex qui. cau. maio. l. nec non. in prin. in d. auth. no. in l. fi. ff. de in integ. reſt. doc. in c. dilectus de proc. dum tamen ſit verus ſcholaris, non vagabundus. (*3) ideo qui veniunt ad ſtudium vt addiſcant loci illius idiomata, vel vt citent & vexent extraneos, vt plurimi veniunt Pariſius: non gaudebunt priuilegio ſcholarium, per not. inf. eo. §. Item quod. item habent ſcholares præſertim laici ex lege quatuor iudices. iudicem ſiue poteſtatem ciuitatis. præſulem eiuſdem, & magiſtrum ſuum vel doctorem: vt habetur in d. authen. in proœ. fforum. no. Hoſtienſ. in ſum. de magiſ. §. fin. tit. de fo. compe. §. quibus ex cauſis. ver. Item ratione priuilegij. Specu. tit. de reo. §. j. ver. item ſcholaris. & ibi Ioan. Andr. in additio. Habent etiam rectorem vniuerſitatis pro iudice. l. fi. C. de iuriſ. om. iudi. de quo latè per moder. in ca. ſi diligenti. de fo. compe. Item ſi ſcholaris decedat in ſtudio ſine hærede, ei ſuccedit vniuerſitas. C. de hæredi. decuri. l. j. C. de bo. vac. l. j. cum ibi. not. lib. x. ſed forte hoc non ſeruaretur in regno Franciæ: vbi rex bona vacantia occupat per aubanam. Item non debent ſcholares conducere hoſpitia aliorum ſcholarium ante tempus conductionis finitum, quod priuilegium præſertim habet locum Bononiæ, c. j. de loc. Item diſpenſat epiſcopus vſque ad ſeptennium cum ſcholaribus curatis ne promoueantur ad ſacerdotium. in dicto ca. cum ex eo. & de priuilegijs doctorum per Geſ. in cle. ij. de magiſ. habent etiam multa alia priuilegia à ſummis pontificibus & principibus conceſſa, quæ non ſunt in corpore iuris clauſa. infrà eo. §. item vt de cætero. vt liberius vacent ſtudio. & præſertim ſtudium theologiæ eſt multum priuilegiatum. dicto ca. ſuper ſpecula. ne clerici vel mona. ſuper ſpecula. de priuile. *Iudices ſcholarium ſunt quatuor.*

(*1) Pro quibus priuilegijs & immunitatibus ſcholarium, ac alijs penè infinitis, attende ad tracta. Domi. Petri Rebuffi. de priuileg. ſcholar. P.

(*2) De hac librorum collatione dixi in tract. penſio. parte j. q. xvij. nume. 39. Probus.

(*3) Dixi in tractatu penſionum, parte j. quæſtio. xvij. numero 49. P.

a ¶ Nihil) Etiam de diſtributionibus quotidianis (*1) quæ dantur tantum intereſſentibus horis diuinis, (*2) per verbum nihil quod eſt vniuerſale negatiuum nihil *Diſtributiones quotidianæ ſolum dantur intereſſentibus.*

Digitized by Google

excludens. (* 3) not. Hoſti. in cap. qualitér. de indi. ſuprà de electio. c. j. §. facta. ver. & vt omnia. cum ibi not. de groſſis enim fructibus non erat dubium: aliàs etiam nihil noui concederet iſta conſtitutió. nam cenſetur canonicus theologalis ſtudendo pro lecturá aut prædicatione, non ſolum eſſe præſens, ſed etiam reſidere & intereſſe diuinis. Sed ob. ſtudentes vel docentes in theologia qui in abſentia percipiunt fructus beneficiorum ſuorum, cap. ſuper ſpecula. de magiſ. non habent quotidianas diſtributiones. cap. licet de præbend. quæ non dantur præſentibus niſi interſint diuinis officijs. cap. j. de cle. non reſiden. in vj. nec eas habet abſens pro vtilitate eccleſiæ. cap. cum non deceat. de electio. eod. lib. vnde nec (* 4) cruce ſignati contra infideles vel hæreticos eas haberent per iura allegata per ea quæ not. in cap. cum dilectus. in ca. de cætero. de cle. non reſi. not. Ioan. Andr. in cap. ad abolendam. de hæreti. in dicto cap. j. Henri. in dicto cap. cum dilectus. Solu. in contrarium. lex fingit abſentes eſſe præſentes, non diuinis intereſſentes: ideo non habent diſtributiones quotidianas, quas ex ſola præſentia non haberent, niſi diuinis intereſſent: ideo fictio legis non plus operatur quàm veritas. de tempo. ordi. literas de biga. debitum. ff. de acquiren. rer. do. l. liber homo. ſi cer. petatur. l. filius. per not. in c. epiſcopus. in verſi. ſpiritualibus. de tempo. ordi. lib. vj. Barto. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſu cap. Car. Flor. in cle. quod circa. de electio. vbi tractat materiam fictionis. Radulp. & Ioan. de lig. in cap. is qui de ſponſa. Sed iſte text. fingit theologum qui iam præſens eſt, cum reſidere teneantur, abſentem à diuinis pro ſtudio, eis intereſſe, quod ſatis colligitur à contrario. Et quia verſi. iſte veruntamen, refertur ad ſuperiora: in quibus diſtributionibus facta fuit mentio.

(* 1) Quæ in quocunque priuilegio apoſtolico conſueuerunt ſemper excipi, nec viſum eſt priuilegium in contrarium, per glo. in cap. vnico de cler. non reſiden. in verbo affuerint. in vj. vbi poſt Ioan. mo. latè dixi, valet tamen conſuetudo in tribus caſibus ibi poſitis, quòd abſens diſtributiones illas percipiat licet ius nullum caſum excipiat, etiam ſi canonicus fuerit abſens pro illius eccleſiæ vtilitate, etiam in curia Romana, etiam pro confirmatione electionis petenda, aut negotio illius inſtruendo, text. in c. cum non deceat. de electio. in vj. P.

(* 2) Sic præſentia nil prodeſt. nam inquit gloſ. in cap. vnico in verbo præſentes, de cler. non reſiden. in vj. Quid enim prodeſt præſentia in loco, ex quo diuinis non ad ſunt? propter quæ ſunt beneficia conſtituta. P.

(* 3) Ideo gloſ. concor. iſto. tit. §. j. in eo verbo nihil, inquit, quòd etiam aduentitium admittere non debet, cum fictio tantum operetur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. cap. cum dilectus. & cap. ad audientiam. de cler. non reſiden. & l. ſi filius fa. ff. ſi cer. peta. & l. filio quem pater. ff. de li. & poſth. Quòd tamen nihil amittere debeat, non video obſeruari in theologo Pariſien. quia nec ille nec quiuis alius recipit diſtributiones quotidianas in matutinis dari ſolitas, niſi illis media nocte interſit. iſta eſt ſpecialis ordinatio fundatoris: contra quam ius communiter non diſponit, quando eſt rationabilis. P.

(* 4) Etiam nec qui in concilio generali aſſiſtunt, vt legitur in concilio Baſilien. ſeſſione xix. §. penul. vbi ipſæ diſtributiones quotidianæ excipiuntur. P.

Digitized by Google

† a ¶ Perdat) Quaſi dicat, omne recipiat quod intereſſentibus datur, ac ſi diceret ex integro, quæ rem perfectam ſignificat ait Specula. in tit. de hæretic. in fine, ideo dicitur res ex integro ſtatu eſſe, quando eſt cum omnibus iuribus, pertinentijs & fructibus, Bartolus & Ang. poſt text. in libr. ij. de bona vacatione libr. xij. C. Probus. *Res ex integro eſſe dicitur.*

perdat † a cum abſens b fuerit à diuinis c.

b ¶ Abſens) Scilicet cauſa ſtudij. (* 1) vt patet ibi. vt vacare, &c. quia ſi pro alia cauſa abeſſet, non lucraretur ipſas diſtributiones. infrà quo tempo. quis de eſ. in cho. c. j. §. iubet cum ibi not. niſi in caſu c. j. de clericis non reſiden. in vj. Sed nunquid ſi ſe abſentat ad tempus (* 2) de licentia capituli, habebit huiuſmodi diſtributiones? videtur quòd ſic, cum ei dentur tanquam ſalarium pro labore ſtudij, ſed ſtipendiarius ſiue doctor tempore peregrinationis debet habere ſalarium ſi de licentia peregrinatur, vt videtur caſus in l. hac lege. C. de pro. ſac. ſcri. iuncta gloſ. lib. xij. ſa. l. iubemus. de ero. mi. an. eo. li. no. Bal. in l. ſi ea. C. de condi. infer. gloſ. in l. deſertorem. §. ſi ad diem. ff. de re mili. dic contra per d. §. iubet. & d. c. j. de groſſis fructibus ſecus. *Salarium non tollitur per peregrinationem.*

(* 1) Iſtud placet gloſ. concor. §. j. in verbo abſens, iſto titu. quæ ſubdit, quod ſi non legat vel ſtudeat, debet diuinis intereſſe. ita vidiſſe teſtatur Bituris vbi iſte theologus legere non conſueuit: quod eſt abſonum in tanta primatiali eccleſia. & eſt mirandum de capitulo cum non moneat illum legere & prædicare, in hoc videntur ſacri Baſilien. id eſt huius contemptores, & male quia non minor eſt ille contemptus, vt latè probo in ſcala beneficiali parte prima. ar. canonum contemptor. Probus.

(* 2) Bene dicit ad tempus & ad modicum, vt in ſimili dicitur de curato qui ad breue tempus alij curam committit, id eſt curæ exercitium, etiam ſi non ſit ſacerdos. not. glo. fi. poſt text. in cap. is cui. de elec. in vj. & Henri. Boic. in c. fi. col. ij. de cler. ægro. & Panor. in cap. extirpadæ. §. quia vero. nu. 3. de præbend. not. & alij per nos relati in tract. diſpen. memb. 5. parte ij. P. *Curatus committit curæ exercitium ad tempus breue.*

c ¶ Diuinis. (*) horis vel officijs. infrà quo tempo. di. offi. ſit ce. cap. j. quo temp. quis de eſ. in cho. c. j.

(*) Et ſubditur in concor. §. j. iſto. tit. in fi. & habetur pro præſente. quæ verba (ait gloſ. ibi) ſunt valde rationabilia. qui enim abeſt à ciuitate cauſa ſtudiorum, dicitur eſſe in ciuitate. l. Seiæ. §. Pamphilæ. ff. de fundo inſtruct. non quo ad diuina, bene tamen hic fauore ſtudij & lecturæ: ideo ad tollendum dubium text. dicit à diuinis. igitur ſi theologus legat, aut cauſa lecturæ vel prædicationis ſtudeat, diſtributiones habere debet, nec illas poſſet capitulum ei denegare, & ſtatutum in contrarium facere, quia ad illud non pertinet contra legem ſuperioris ſtatuere, aliàs per theologum poteſt tanquam ab abuſu appellari. iſta eſt quotidiana praxis: prout ſæpe hic Pariſius per curiam Parlamenti fieri vidi, prout & etiam gloſator ipſe teſtatur vidiſſe in theologo Remenſi, & Carnotenſi. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Inſuper) vſque ad §. in eccleſijs. Primo, ſtatuitur quòd vltra theologalem tertia pars præbendarum graduatis conferatur. Secundo, graduatorum qualificatio inſeritur. Tertio quòd graduati de qualificationibus ſuis, tempore videlicet quo ſtuduerunt, gradu & nobilitate faciant fidem collatoribus, ſtatuitur. Quarto, ordinarij vt in conferendis beneficijs ad theologos præſertim reſpiciant exhortantur. Quinto, quòd in beneficijs electiuis idem ſeruetur ordo, ſtatuitur. Sexto, vnus caſus in quo graduatus non ſit capax illius tertiæ partis oſtenditur. Secunda ibi, videlicet. Tertia, qui de. Quarta, exhortamur. Quinta, in dignitatibus. Sexta quòd ſi.

In qualibet eccleſia cathedrali vel collegiata vltra præbendam theologalem, tertia præbendarum pars eſt graduatis aliàs idoneis conferenda. P.

Inſuper [a] quòd in qualibet eccleſia cathedrali vel collegiata [b] †, vltra [c] præbendam prædictã [d] theologo (vt præmittitur [e]) aſſignandam [f]. Tertia [g] pars præbendarum [h]

¶ Inſuper) continuat ad præceden. cap. ſtatutum. §. inſuper de reſcri. in vj. cum ſimilibus, quaſi dicat ſuprà, prouidimus theologo: nunc prouideamus alijs graduatis.

† b ¶ Collegiata) Cuius prout & eccleſiæ cathedralis dignitates conferri debent canonicis ipſarum eccleſiarum, niſi ſtatuto vel conſuetudine earum aliud caueatur. ait Præpo. in c. nullus el. j. lx. diſt. ſubdens vnum pro dignitatibus eccleſiarum cathedralium Galliæ, quæ de generali conſuetudine conferri debent canonicis in eis inſtitutis: & ſi illæ impetrentur ab alijs hac conſuetudine generali tacita, de ſurreptione excipitur. De ipſa conſuetudine generali habes ſuprà hoc ti. in §. quod ſi quis. in verbo ſimiliter. vbi dixi, additio. 3. P.

Vltra. c ¶ Vltra) Sic præbenda theologalis non eſt de tertia parte præbendarum conferenda graduatis, nec facit numerum. (*)

(*) De natura huius dictionis vltra eſt excludere. l. eos. C. de modo mulctan. & l. eos. §. ideóque. C. de vſur. P.

d ¶ Prædictam) Eccleſiæ cathedralis.

e ¶ Vt præmittitur) Scilicet cum onere reſidentiæ, lecturæ & prædicationis.

f ¶ Aſſignandam) Id eſt conferendam.

g ¶ Tertia (*) pars. cuius duæ partes debent conferri graduatis, nominatis per vniuerſitates. infra eod. §. item placuit.

(*) Quæ nunc per concor. (vt patet eo. ti. in §. præfatique. ſuprà proxi. inſerto) conſiſtit in beneficijs, dignitatibus & adminiſtrationibus vacantibus in primo. iiij. vij. & decem menſibus poſt publicationem ipſorum concor. qui poſtmodum pro faciliori certitudine fuerunt expreſſe nominati, videlicet quòd vacantia in Aprili & Octobri graduatis ſimplicibus conferentur: quæ vero in Iulio & Ianuario, ſolis graduatis nominatis. quod patet in rubri. de reg. facul. pri. mem. gra. debi. no. P.

h ¶ Præbendarum) Et aliorum beneficiorum inf. ver. in dignitatibus. §. ſtatuit. ver. ſi autem illi. & §. item placuit.

Digitized by Google

a ¶ Conferatur) De neceſſitate, ita quòd collatio aliter facta non valeret: vt d. ver. ſi autem illi. ſuprà eod. §. proxi. ver. quòd ſi quis. & hoc verbum induceit neceſſitatem per hoc quod in ſimili habetur in cap. ſi diligenti. de foro competen. in cap. j. de iniur. lib. vj. in cap. de multa. §. is quoque. de præbend. in clem. j. de iudi. iuncta glo. in ver. mandante. gloſ. in l. ſi ſoror. C. de col. ſicut de ver. dentur. not. Panor. in conſil. xcij.

conferatur [a] graduatis [b] aliàs idoneis modò & forma infra ſcriptis, ſic [c] quòd prima [d] vacatura [e] huiuſmodi [f] graduato [g], & deinde poſt alias duas [h] ſequens [i] eodem modo [k] conferatur, & ſic [l] deinceps

b ¶ Graduatis) Ex hoc dico ſcholarem quantocunque tempore ſtuduerit in vniuerſitate priuilegiata, incapacem nominationis, niſi ſit graduatus. patet infra eo. §. item quòd ad dictas: ibi, ſuorum graduatorum. (*)

(*) Nunc autem per concor. (vt reſultat ex his quæ ſuprà proxime in ver. tertia pars diximus) graduati duos faciunt gradus, videlicet gradum graduatorum ſimplicium & graduatorum nominatorum, qui diuidunt inter ſe hanc tertiam partem, ſeu per ordinarios illa eis mandatur diuidi. d. §. præfatique ordinarij. etiam ſuprà proxi. in ver. deinceps inſerti. Si tamen non ſint nominati, tota tertia pars ipſis debetur graduatis, nec de ea aliquo modo ordinarij libere diſponunt. i. non graduatis conferunt eam. P.

c ¶ Sic) Demonſtrationem deſignat. no. in l. gallus. ff. de liber. & poſthu. & notat modum inueniendi dictam tertiam partem.

d ¶ Prima) Poſt præb. theologalem: vt in prin. huius §.

e ¶ Vacatura) poſt datam pragmaticæ à qua ligauerunt hæc decre. & non ante, vt in fine huius libri, & declarauit Caro. vij. vij. Auguſti anno Milleſi. ccccxlj. & ex quo ceſſauerunt omnino expectatiuę, nam quandiu toleratæ fuerunt, non habuerunt locum qualificationes. d. §. j. ver. non volumus. vnde pluribus placet nominationes non ligaſſe niſi à Paſcha anni M.ccccxxxix. quia vſque ad illud tempus & non vltra fuerunt toleratę gratię expectatiuę per eccleſiam gallicanam. inf. eo. §. placuit.

f ¶ Huiuſmodi) Id eſt qualificato, vt ſequitur.

g ¶ Graduato) conferatur, quod eſt infra.

h ¶ Duas) præbendas quæ ſunt in turno ordinarij, & remanent eius liberæ diſpoſitioni. (*)

(*) Id eſt, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, videlicet in cui conferendo aliàs idoneo. ea enim eſt ordinariorum libertas, non alia, ſi diuinam offenſam & ſedis apoſtolicæ debitam vitare voluerint vltionem. cle. vnica. de æta. & quali. P.

i ¶ Sequens) Præbenda. (*)

(*) Hunc modum aut non longè differentem ponebant concor. à ſui princ. qui poſtmodum fuit in melius poſitus, vt ex ſuprà proxim. in verbo tertia pars, deductis apparet. Probus.

k ¶ Eo modo) ſ. graduato.

l ¶ Deinceps) Satis patet ex hoc tex. quòd probato per graduatum quòd epiſcopus

duas præbendas iure ordinario contulit, tertia ſequens ſibi debeatur. de hoc no. infr. eo. §. item placuit.

Verba concordatorum turnum facientia nominationū, graduatorum & ordinariorū.

* a ¶ Deinceps) Diſpoſitio hæc in ſubſtantia, ſub tamen aliorum verborum forma in concor. iſto titu. ponitur. §. ij. cum in illis dicitur. Præfatique ordinarij, collatores ſeu patroni eccleſiaſtici, quicunque fuerint, vltra dictam præbendam theologalem quam vt præfertur qualificato conferre teneantur, tertiam partem omnium dignitatum, perſonatuum & adminiſtrationum, cæterorumque beneficiorum eccleſiaſticorum ad eorum collationem, prouiſionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quomodo libet ſpectantium viris literatis graduatis, & per vniuerſitatem nominatis conferant hoc modo, videlicet in primo menſe poſt præſentium acceptationem & earum publicationem præfati ordinarij collatores, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes & officia ad eorum collationem, prouiſionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem vt præfertur ſpectantia, graduatis huiuſmodi qui literas ſuorum graduum cum tempore ſtudij inſinuauerint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ in duobus ſequentibus menſibus vacare contigerit, illa iuxta iuris communis diſpoſitionem perſonis idoneis libere conferre, perſonas idoneas ad illa præſentare teneantur. Beneficia autem quæ in quarto menſe vacare contigerit, viris graduatis per vniuerſitatem nominatis (qui gradus & nominationis literas cum ſtudij tempore debite inſinuauerint) conferre ſeu præſentare, teneantur. Beneficia vero quæ in quinto & ſexto menſibus vacare contigerit, ſimili modo perſonis idoneis libere conferre, ſeu perſonas ad illa præſentare poſſint. Beneficia autem quæ ſeptimo menſe vacare contigerit, graduatis qui ſimili modo literas gradus cum tempore ſtudij debite inſinuauerint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ 8. & 9. menſibus vacare contigerit, pari modo perſonis idoneis conferre, ſeu perſonas idoneas ad illa præſentare teneantur. Beneficia autem quæ in menſe x. vacare contigerit, graduatis nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore ſtudij debite inſinuauerint, per eoſdem ordinarios conferri, ſeu ipſi ad illa præſentari debeant. Beneficia autem quæ in xj. vel xij. menſibus vacare contigerit, per eoſdem ordinarios perſonis idoneis iuxta iuris communis diſpoſitionem conferri, ſeu ipſi ad illa præſentari debeant. Poſtea ſubdit ille tex. Si quis vero cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, archiepiſcopalis aut pontificalis, vel alterius cuiuſlibet dignitatis contra prædictum ordinem & qualificationes ſuperius ordinatas de dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs, ſeu quibuſuis alijs beneficijs eccleſiaſticis huiuſmodi aliter quàm modo prædicto diſpoſuerit, diſpoſitiones ipſæ ſint ipſo iure nullæ, collationesque & prouiſiones ac diſpoſitiones illorum ad immediatum ſuperiorem deuoluantur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere teneatur: & ſi contrauenerit, ad alium ſuperiorem deuoluatur prouiſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad apoſtolicam ſedem fiat deuolutio. P.

ceps. * a

Tempus ſtudij graduatorum deſcribitur. P.

Digitized by Google

a ¶ Videlicet) Exponit. (*) ver graduato. ſi. ver. ſuprà eo. §. proxim. cum ibi not. *Videlicet.*

(*) Quia eius natura eſt illud facere ſeu declarare. text. in l. videlicet. ff. ex quibus cau. ma. gloſ. in clem. cauſam. in ver. videlicet. de elect. Per hoc tamen non nego quòd non ſtet reſtrictiuè ſi patiatur ſubiecta materia. cap. ij. de priuileg. in vj. vbi Domi. & Bar. in l. j. ff. ad legem. aquil. & Baldus. in l. ij. C. quando act. de pecul. eſt annal. Iaſ. in l. filio. col. iij. ff. de lib. & poſthum. P.

Videlicet [a] magiſtris [b] aut licentiatis [c] ſeu † [d] baccalarijs formatis in theologia, qui per decennium in aliqua vniuerſitate * [e] priuilegiata [f], do-

b ¶ Magiſtris) Magiſtri dicuntur in theologia (*) & in artibus, doctores in iure canonico vel ciuili, & in medicina. tamen magiſtri in theologia aliquando vocantur doctores. ſuprà in prooem. §. quibus ad plenum. in princ. & lex vocat doct. legum magiſtros. in prooe. ff. §. pen. gloſ. in cle. ij. de magiſ. Hoſtien. in ſum. de magiſt. §. j. Panorm. in cap. j. de loca. *Magiſtri dicuntur.*

(*) Eo (dicit gloſ. concor. iſto tit. §. j. in ver. magiſtro) quia ſectatores ſunt Chriſti, vel eſſe debent, quaſi theogoni, gloſ. in cle. ij. in ver. doctoratus, de mag. Etiam in medicina poſſunt appellari magiſtri. l. magiſtros. C. de profeſſ. & medi. lib. x. Alia dicit illa gloſ. in propoſito quæ videre licet. P.

c ¶ Licentiatis) Qui per illa verba, licentiam docendi, regendi, interpretandi, &c. quæ habentur in eorum literis: conſequuntur quòd docere poſſint publicè, quod aliàs non poſſent. C. de pro. qui in vr. l. j. lib. xij. de ſtu. li. vr. Ro. l. j. lib. xj. not. Ioan. Fab. inſti. de iu. na. §. reſponſa. ſed gloſ. in c. j. de poſtu. prælat. dicit, quòd doctor poteſt (*) interpretari dubia illius facultatis in qua eſt doctor. per d. l. j. de profeſ. vnde dicit Panorm. quòd ante doctoratum quis non poteſt magiſtraliter legere, nec diſputare: & ſi licentia detur ſcholaribus in aliquibus ſtudijs: hoc potius eis datur vt addiſcant quàm vt doceant. & an licentiatus veniat appellatione ſcholarium, not. Innocen. & Domi. in prooem. vj. & de doctoribus per docto. in ſaluta. Greg. *Doctor interpretatur dubia.*

(*) An licentiatus gaudeat priuilegio doctoratus, ponit Baldus in j. colum. penult. ff. ſolut. matrimon. vbi facit diſtinctionem, aut ſumus in fauorabilibus, tunc gaudet: aut in odioſis, non: tamen quod indiſtinctè non gaudeat, ponit idem Baldus. in l. penult. ff. de teſta. milit. & in l. athletæ. in princ. ff. de excu. tuto. vide Fely. in rubri. de maio. & obed. *Licentiatus an gaudeat priuilegio doctoratus.*

† d ¶ Seu) Dictio eſt quæ in dubio ſtat augmentatiuè, & conſequenter copulatiuè. l. ſi quis ita legauerit. ff. de auro & argen. lega. vide gloſ. in hoc §. in verbo ſeu. Probus.

* e ¶ Vniuerſitate) Sic excludit graduatos bullatos. P.

f ¶ Priuilegiata (*) ſtuduerint: quod eſt infrà. & eſt ſi. ſuprà proximo §.

(*) Siue de regno, ſiue extra regnum Franciæ ſit, quia lex noſtra generaliter loquitur: ideo generaliter eſt intelligenda. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. & l. iij. ff. de offic. præſid. nam locus vniuerſitatis nihil ad doctrinam facit, prout ſuprà hoc tit. §. j. cum per. in verb. priuilegiata. in ij. addi. fuit deductum. P.

Digitized by Google

Doctoratus eſt dignitas.

a ¶ Doctoribus) Doctoratus eſt dignitas, in proœmio. C. ibi magiſteria dignitate. & ibi Bar. cap. quanto. de magiſt. ibi, & dignitatem aſſumunt. vbi Panor. & in cap. j. de Iudæ. in cap. clerici. de iudi. no. Bar. in l. fi. C. de Iudæis. vbi dicit Iudæum non poſſe effici doctorem: quia doctoratus eſt dignitas. de quo per eum in proœm. ff. Et ſi legerit per viginti annos, conſequitur dignitatem comitiuam. l. j. C. de profeſſ. qui in vr. Conſtant. lib. xij. Bart. in l. Alexandrinis. C. de decur. lib. x. Quot autem modis nominetur doctor, & quæ requirantur in doctorando, no. Geſ. in clem. ij. de magiſtr.

Doctor qui legit per xx. annos.

ctoribus [a] ſeu licentiatis [b] in altero iurium [c], vel medicina [d] qui per ſeptem annos in

b ¶ Licentiatis) Ar. ex ordi. literæ quòd inter graduatos, doctores præferuntur licentiatis, & licentiati baccalarijs. ſi. in ſalu. Gre. præponuntur docto. ſcholaribus. hoc verum cæteris paribus. patet. lxj. diſt. quid proderit. cap. ſtatuimur. ca. nec emeritis. aliàs ſi doctor eſt inſufficiens quo ad ſcientiam miniſtrandam, non eſt præponendus ſcholari prouecto & literato: immo poſtponendus. j. q. j. viliſſimus. no. in l. j. C. de an. ci. lib. xj. fallit in veteranis. qui licet ante ſenium ſcientiam habuerint, tamen propter hebeteſcens ingenium memoriam atque ſenſum, eadem ſunt exuti. nam tales docto. etiam regentibus ſunt merito præponendi. G. de tyro. l. tyrones. lib. xij. ar. C. qui po. in pig. ha. l. ſi. §. exceptis. & deferendum eſt ſenectuti & caniciei. ff. de iu. immu. l. ſemper. in authen. de quæſtio. §. ſi verò aliqui. col. vj. vbi de hoc in gloſ. (*) idem ſi doctor eſt ſufficiens quod ad ſcientiam, ſed eſt aliàs criminoſus, aut infamis propter crimen ante commiſſum: tunc non eſt ſcholaribus præponendus. ar. cap. intelleximus. de ætat. & quali. no. ſuprà eo. §. j. ver. iuuenibus. reatus enim omnem honorem excludit. C. vbi ſe. vel cla. l. j. de priuileg. ſcholaribus. l. ij. libr. xij. & infamibus portæ dignitatis non patebunt. C. de infamib. l. j. libr. x. cap. infamibus de regul. iur. in vj. & docto. debent præcellere ſcholares moribus & ſcientia. l. magiſtros. C. de profeſſ. & me. libr. x. de pro. qui in vr. Con. l. j. lib. xij. quòd ſi in his præcelluntur à ſcholaribus: merito ſunt eis poſtponendi. no. Henri. ſuper ſalu. Grego. Archid. xxxvij. diſt. de quibuſdam. Panor. in cap. clerici. de iudi.

Senectuti deferendum eſt.

(*) Alia ſenis priuilegia vide apud Iacobat. in trac. conci. lib. j. facie mihi. lxij. col. ij. ver. ſunt enim ſenibus. P.

c ¶ Iurium) Scilicet canonico vel ciuili. (†)

Homo per tria iura regitur.

(†) Quia de diuino ſup. eſt facta mentio, & his tribus iuribus principaliter homo regitur, videlicet anima per ius diuinum, & per alia duo ad bonum homo ipſe reducitur, aliàs per ea puniri mandatur, quod patet recte iura ipſa intuenti. Probus.

Doctorum ordo inter ſe qualis eſt.

d ¶ Medicina) Ar. ex ordine litteræ magiſtri in theologia præferuntur doctoribus in altero iurium. ad hoc infrà. eod. ver. exhortamur. & doctores in altero iurium doctoribus in medicina. (*1) not. Ioan. Andr. & Panorm. in cap. clerici. de iudic. quia doctores decretorum debent præcedere doctores legum: quia ſcientia canonica eſt nobilior quàm legalis (*2) vt ibi deducit Panorm. in princ. decre.

vnde

Digitized by Google

vnde dicit imperator, quòd ſacræ leges non dedignantur ſacros canones imitari: vt d.c.clerici,firmat Gra.x.di.per to. & doct.legum debét præcedere doctores artium, vel in medicina: (*3) quia ſcientia legalis (*4) eſt nobilior ratione ſubiecti,quod eſt homo dirigibilis in bonum commune,& in medicina ſubiectum eſt homo ægrotus,ſed Augu.de Ancho.in lib.de po.ecc.& Anto.in iij.parte ſum. tit.v.c.ij.§.iiij.dicunt quòd vnam ſcientiam eſſe alia digniorem contingit tripliciter. Primo, ex parte rei conſideratæ. Secundo,ex parte modi conſiderati. Tertio, ex parte finis ad quem ordinatur. Primo modo ex parte rei conſideratæ ſcientia medicinæ videtur dignior aliis ſcientiis practicis, cum ſit de corpore ſano, ægro & neutro: quod corps eſt organum animæ,& omnium actuum humanorum,vnde dicit,l.j.ff.de va.& extrauag. cog. quòd iuſtior eſt medicorum cauſa quàm profeſſorum artium liberalium, cum illi ſalutis hominum agant, hi ſtudiorum curam. Ex parte verò finis ſcientia legalis vel militaris eſt dignior,cum ordinetur ad conſeruationem boni publici, quod præfertur cuilibet particulari perſonæ,ſuprà eodem,§.j.verſi.Rom. cum ibi not. Sed ex parte modi conſiderandi,vel in certitudine tradendi videntur ſe habere ſicut excedētia & exceſſa:quia ſicut regula medicinalis varianda eſt ex varietate complexionum, ſic regula iuriſperitorum varianda eſt ex varietate conditionum populi: vt dicit Auguſt.de lib.cap.non debet,de conſanguini.& affinit.in extrauag.Ioan.22.quia nonnunquam,& ad conditorem,ſuprà in prœm. in fi. cum ibi not. Cum ergo ſcientia iuris & medicinæ ſe habeant ſicut excedentia & exceſſa,& vtraque à Deo ſit: (Nam de medicina ſcriptum eſt Eccleſ.37. Altiſſimus de terra creauit medicinã, & vir prudens non abhorrebit eam,nec ob.illud Ambroſ. Qui ſe medicis dederit,ſeipſum ſibi abnegat,cum intelligatur quando præcipiunt contraria legi diuinæ de conſecr. diſt. v.contraria,c.cum infirmitas,de pœni.& remiſſio.de iure ſeu legibus.Prouerb.8.Per me reges regnant, & legum cõditores iuſta decernunt, in l.inter claras,C.de ſum.trinit.& vtraque eſt neceſſaria hominibus,medicina ad ſanationem corporum, iura ad pacificationem hominum,iiij.diſtinct.factæ,& vtriuſque peritus multum ab hominibus honoratur,cap.non ſanè,xiiij.quæſt.v.Eccle.38.dicitur de medico. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Et de iure quo exercetur iuſtitia.Sapien.8. Per hanc habebo claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores) ideo debent iuriſperiti & medici ſeruare illud Apoſtoli. Honore inuicem præuenientes. Ad Rom.12. & non alter alterum contemnere vel deridere, iuriſperiti appellantes medicos obſtetrices,l.fi.C.cõmunia de leg.gloſ. in diſt. c. nõ ſane Ioan. Andr. in cap. ad aures, de ætat. & qualita. & medici iuriſperitos nuncupantes boues (*5) & aſinos,tanquam groſſam eorum ſcientiam reputantes. Sed inter doctores eiuſdem ſcientiæ qui præferantur,antiqui præferendi ſunt nouis, ar. l. potioris,C.de offi.rec.pro.no. in authen. de defen. ciui. §. audient. col. iij. is enim gradus cæteros antecellit quem ſtipendia meliora (*6) & labor prolixior fecerit anteire, C.de offi.ma.offi.& l.nemo,cap.j.de maior.& obedien.quod intellige cæteris paribus, nam doctor nouus qui diu legit, præſertim per viginti annos, præferendus eſt antiquiori qui non tantum legit: cum adeptus fuerit dignitatem (*7) comitatiuam,l.j.C.de pro.qui in vr. Conſtant. lib.xij. doctor. plebeius literatior præfertur doctori nobili minus docto. ſecus ſi ſunt æquales: quia tunc duo vincula fortiora

Scientia legalis quod habet ſubiectum.

Legiſtæ & medici valde honorantur.

ſunt vno.not.Bald.in l.nemini, C. de aduoc.diu.iud. & doctor in vtroque iure præferendus eſt doctori in altero iurium tantum pari ratione,c.j.de treu.& pac.quod limita.per Panorm.in c.clerici,de iudic.& idem intellige de licentiatis & baccalariis referendo ſingula ſingulis, (*8) & licet congruum eſſet tales qualificatos ſecundum ordinem prædictum præferri inuicem: non videtur tamen de neceſſitate,ſed ſufficit quòd vni eorum in turno prouideatur.

Tamen in nominationibus ſi ſunt eiuſdem anni: locus eſt gratificationi, ſi ſunt diuerſorum,antiquior nominatus præfertur,infrà eo. §.item quod ad dictas.

in ſua facultate ſtuduerit in [a] vniuerſitate vt ſuprà. Magiſtris ſeu [b] licentiatis in arti-

Medici nõ promouentur ad cardinalatũ. (*1) In qua graduati, ſiue doctores vel licentiati ad Cardinalatus dignitatem non promouentur, gloſ.poſt tex.in tit.de nu.& qualita.Card.infrà in prin.in ver.iure. P.

(*2) Quod firmatum fuit ſuprà tit.de elect.in prin.in verb.ſpiritu Dei. P.

Medici ad beneficia. (*3) Multi enim mirantur de hac lege medicos concernente, vt per eam fiant ad beneficia eccleſiaſtica habiles,cum phyſica ſit fundamentum medicinæ, quæ reperitur viris eccleſiaſticis prohibita,cap.ſuper ſpecula.ne cleric.vel monac.tum ſecundo, quia exercitium medicinæ eſt vile,& viliſſimum in multis, alias rationes licet videre in ſchala noſtra benefi.parte j.ar.chirurgiæ,& per doct.poſt tex.in c.ad aures,de æta.& qualit. Probus.

(*4) Quæ multum eſt difficilis, non igitur in ignaris quærenda: prout nec ab his qui cito diffiniunt, cum illud ſit proprium his qui parum intelligunt: iuxta dictũ Philoſ.Ad pauca reſpicientes,de facili enunciant,quod Galli non admittunt, dicentes quem in promptu ad quæſitum non reſpondentem, animal eſſe vel beſtiam. Italici autem contrarium laudant, iuxta illud vulgatum: ideo merita cauſarum cautius perſpiciunt,ſic minus litium anfractibus inuoluuntur. P.

Iuriſperiti regere debent rempublicam. (*5) Boues dici poſſunt, quia in rebus publicis grauius figunt pedes quàm medici & alij: nam illis ſolis reſpublica eſt committenda,dicit Angel.per illum tex.in §.in procem.inſtitut.ſubdens quòd eſt male factum, quòd homines vulgi & medici ponantur ad regimen ciuitatum, cum ipſi iuris.& regiminis imperitiam habeant. Probus.

(*6) Quę ſunt honor iuriſperiti, gloſ. in l.j. §.j. in verbo honor, ff. de var.& extraor. cog. ideo caue ne legas ſine ſalario, quia legeres ſine honore: imò perquiras ſemper magnum ſalarium,vt alios pręcedas,ait Panormi.in c.clerici.col.ij. de iudic. quod facere nouerunt doctores Itali, nam procurant mille ſibi promitti,vt quingẽta accipiant. Probus.

(*7) Not.Iaſon.in l.j.col.ij.ff.de officio eius cui manda. eſt iuriſdictio. P.

(*8) In ſimili dicit gloſ. in cap. ſi quis pecunia, lxxix. diſtinctio. Ioan. Monach. in capit. j. de iureiur. in vj. & in capitu. cordi. nume. 3. de appellat. eodem lib. Probus.

Dictio ſeu ponitur multipliciter. a ¶ Vniuerſitate) Scilicet priuilegiata.

b ¶ Seu) Ampliatiue ponitur,& ſuprà eod.§.j.ver. vt verò,ver.non tamen, c.nullus de temp.or.in vj.cap.ſtatutum,§.j.eod.lib.Cy.& Bald.in l. pe. C.de verbo. ſignifi.

Digitized by Google

Aliquãdo expoſitiue,ſuprà de elect.c.licet,in prin.c.j.§.& cũ humanę,ver.ꝙ etiã, c. bonę j.&ibi glo.j.de poſtul.pręla. Aliquãdo correctiue, ſup. de auc. ſa.cõ. c. ſacroſan.ver.& ne.c.j.de ſta.regu.in vj.& ibi Arch.de hoc per Bar.in l.ſi quis ita. ff. de au. & ar.leg. in l.ſi is qui ducenta.§.vtrũ,de re.du.in l. ad protegendã,C.de in li. dan.tu.

bus cũ rigore[a] examinis qui per quinquenniũ[b] in aliqua vniuerſitate à [c] logicalib⁹ incluſiue: vt ſupra [d] in arti-

a ¶ Rigore) Ex hoc videtur quòd licentiatus in artibus non cum rigore examinis, ſed ſimpliciter, vel cum cauda non ſit capax tertię partis beneficiorum debitę graduatis. Et pondera bene tex. quòd hęc verba cum rigore,&c. referũtur ad magiſtros ſeu licentiatos in artibus: vt ad proxima: quia ſuprà cum de licentiatis in aliis facultatibus loquitur,nulla (*) eſt de hoc facta mentio, congruum tamen eſſet quòd licentiati cum rigore examinis pręferrentur licẽtiatis ſimpliciter, vel cum cauda, etiam in gratiis expectatiuis per regulam cancellarię ap. pręferantur, & no. licentiam artium eſſe gradum: ideo dico quòd licentiatus in artibus cum rigore examinis eſt capax nominationis: & debet ei concedi nominatio per vniuerſitatem ſicut magiſtro, hic enim æquiparantur. *Licentiatus in artibus eſt capax nominationis.*

(*) Rationem differentiæ nititur ponere gloſ.concord. in §. præterea, in verbo cum rigore, iſto tit. quia artes ſunt initium aliarum ſcientiarum,& quòd oportet initium eſſe forte, vt poſſit ſuperædificari, argumen. l.egi.ff.de except.rei iudi.cap.cum. Paulus j.quæſtio.j.quo forti exiſtente, modicum alterius ſcientiæ ſufficit, poſtea ſubdit quòd rigor ille receſſit ab aula Galliæ in quibuſuis ſcientiis, tum quia doctores ferè omnes indiſtinctè coguntur admittere, cum non habeant iuſta ſtipendia, & hęc eſt cauſa quare ſcientiæ iurium in Gallia non floreant prout & illorum ſtudia, ſicut communiter faciunt in Italia, quæ ſemper ſtuduit iurium doctoribus magna dare ſtipendia, Gallia autem nunquam, aut raro, & potius exteris quàm regnicolis, ratione cuius reſpublica minus bene regi dicitur, cum iuriſperiti ſint reipublicæ nerui, & anchoræ nauis huius ſeculi, vt dixi ſuprà proxim. in verbo medicina, in vj. addit. Probus. *Iura quare non floreant in Gallia ſicut in Italia.*

b ¶ Quinquennium) Not. quem in quinquennio debere eſſe prouectum in artibus: ſic & ſtudens in theologia, capit. ſuper ſpecula. de magiſt. & in iure ciuili, in pro. ff. circa final. ait enim Hieron. Pythagoricum ſtudium eſt tacere per quinquennium, poſtea erudite loqui, ſed tamen maius tempus hic requiritur in ſtudio theologiæ & iuris: vt ſuprà patet, & in capit. cum ex eodem, de elect. in vj. datur ſeptennium.

c ¶ A) Ponitur incluſiue: (*) vt ſequitur, & in fine huius lib.§.nos igitur, ver. volentes, cum ibi no.

(*) Hæc dictio addita eſt, quia de natura propria huius dictionis, à eſt excludere, glo.in l.datio.§.fi.ff.de actio emp.Bald.in c.licet, num.6.de elect. & latius Gomes in regula de infir.reſig.q.xxxvij.vide Oldrad.cõn.xlix.conſueuit.& Alexand. con.xlij. num.15.in cauſa, volum.iij. P. *A excluſiue.*

d ¶ Vt ſuprà) Scilicet in vniuerſitate priuilegiata.

Digitized by Google

† a ¶ Superiori) In concord. iſto titu. §. præterea, dicitur altiori, vtputa dici. ibi glo. theologia, canonica, legali, vel medicina: quia omnes illæ ſunt altiores & ſuperiores, artium verò facultas inferior. & dic ſuperiori quæ habet conuenientiam cum artibus: vtpote theologia, vel medicina, non legalis vel canonica: quod videtur firmari per ea quæ tradit Panor. in cap. ſedes, iij. & iiij. col. de reſ. P.

bus, vel in aliqua ſuperiori † [a] facultate ſtuduerint: necnon [b] in theologia qui per ſex † [c] annos, vel in vtroque aut in altero iurium baccalariis [d], qui per triennium ſi nobiles [e] ex

b ¶ Necnon) Id eſt etiam, infrà ver. exhortamur, clem. j. de offi. deleg. vbi glo.

† c ¶ Sex annos) Continuos, vt in ſimili per Bal. in l. quos denique, ff. de excu. tutor. vide quæ diximus in tracta. deuolutio. parte j. q. iiij. P.

d ¶ Baccalariis) Conferatur prima vacatura, quòd eſt ſuprà. Et no. quòd ſimplex baccalarius in theologia vel in iure cũ adminiculo temporis eſt gradus, ideo huiuſmodi baccalarij ſunt capaces nominationum: quare bene faceret vniuerſitas Pariſien. quæ hoc ſibi vſurpauit, quòd ſolis magiſtris concedit nominationes, ſi illas etiam daret licentiatis & baccalariis in decretis. (*1) Item no. ar. à ſpeciali (*2) quod eſt validum l. j. ff. ad muni. c. præſenti. de præbend. in vj. quòd baccalariatus in artibus vel medicina non cenſetur gradus quo ad iſta decreta: quia hic ſpecialiter loquitur de baccalariis in theologia vel in iure: ideo tales baccalarij non videntur capaces nominationum.

Baccalarÿ nõ ſunt capaces nominationum.

(*1) His temporibus dari dicitur & licentiatis & baccalariis in decretis, non tamen prout in theologia vel artibus graduatis, ſed ſolum quilibet doctorum regentium certum numerum ſuorum graduatorum vniuerſitati nominat, quæ pro illis nominationes concedit. ita audio eos doctores contra hanc vſurpationem per modum prouiſionis à curia parlamenti obtinuiſſe poſt reformationem eiuſdem facultatis. Probus.

(*2) Not. glo. pe. in l. eos. de fabri. li. xj. C. & Panor. in c. Eccleſia. el. j. col. fina. de elect. & in c. contingit. col. iij. de dolo & contum. P.

e ¶ Nobiles) No. habendam rationem nobilitatis generis in temporis ſtudij abbreuiatione, (*) & in facienda de ipſis præ aliis cæteris partibus promotione, l. ij. §. deinde cum placuiſſet. ff. de orig. iu. in authenti. de defen. ci. §. interim. col. iij. cap. conſtitutis, cum ibi no. de ap. vbi doct. Panor. in cap. officij. in cap. dudum. j. de elect. doct. in cap. venerabilis, de præben. infrà de nume. & quà. car. ca. j. in beneficiorum obtinenda multiplicatione. cap. de multa. de præbend. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis, §. nos itaque. vbi per Geſ. in pœnarum inflictione, ff. de incen. ru. nau. l. Pedius, xxxiiij. q. j. qui contra pacem. vbi gloſ. cap. fi. cum ibi no. de pœ. de hoc no. in ca. cum quidam, & ibi doct. de iureiur. Bar. in l. capitulum, §. ſerui. ff. de pœ. vbi dicit quòd nobiles non debent pati viles pœnas: vt ſuſpendi, & ſi. inde dicitur quòd decapitatio eſt pœna nobilium, & in multis aliis defertur nobilitati, ſicut ex inſpectione iurium vigilanti conſtare poterit. per Ioan. Ray. in tracta. nobi. q. vl.

Nobilitatis prærogatiua.

(*) Quoad concernit tempus ad gradum baccalariatus ſolum, quia non minus tem-

Digitized by Google

pus requiritur in licentiato aut doctore nobili: nam ſi voluiſſet lex minus tempus ſufficere, dixiſſet. ca. ad audientiam, de deci. ſed non dixit, ideo nec nos dicemus, tum etiam quia iſtud eſt priuilegium, quod non patitur extenſionem, etiam eſt diſpenſatio, quæ facta in vno caſu aut ad vnum effectum, ad alium non extenditur: prout dixi in trac. diſpen. memb. xij. parte j. nu. 81. tum etiam quia duo ſpecialia non debent in idem concurrere. l. j. C. de dot. promiſſio. Quę autem ſit ratio quare magis in hoc priuilegientur baccalarij iuriũ, quàm aliarum ſcientiarum, eſt (ſi credidérimus gl. concor. iſto tit. §. præterea. in verbo iuris canonici) quia aliæ ſcientiæ illis duabus indigent, & ancillantur: quod probat & exemplificat. dixi infrà proximè in verbo habeant: iſta ratio non comprehendit baccalarios in theologiá, licet ſint eiuſdem priuilegij: vt patet hic, aliæ tamen ſufficiunt. P.

vtroque [a] parente, & ex antiquo [b] genere, aliàs [c] au-

a ¶ Vtroque) Quia pater & mater erant nobiles. ſi mulier nobilis (*1) ex genere nubat nobili, licet minoris gradus vel ordinis, non amittit nobilitatem, ff. de ſena. l. fœminæ, C. de dig. l. j. lib. xij. & cum hoc conſequitur nobilitatem ex perſona viri, cum mulieres à maritis nobilitentur, l. fi. C. de inco. lib. x. l. mulieres, C. de dig. lib. xij. niſi poſtea nubant plebeio. (*2) vt. d. l. fœminæ. Coruſcant enim vxores radiis maritorum. in auth. de conſue. §. hæc itaque col. iiij. no. in c. ex parte de for. compe. & nobilitas tranſmittitur ad liberos, ff. de ſena. l. emancipatum, l. liberos, cum ſi. ex genere paterno: quia ex genere materno non imprimitur nobilitas: vt. d. l. liberos, à ſuperioribus enim agnatis & non cognatis veniunt nobilitas, dignitas, & ſimilia. l. cum legitimæ, & ibi no. ff. de ſta. ho. no: in d. l. j. de dig. ideo impropriè dicuntur nobiles ex vtroq; parente, cũ ad hoc ſequantur conditioné patris, nõ matris: licet ex hoc ꝙ mater eſt nobilis, magis honeſtentur & honorificentur. De iſta materia nobilitatis videlatè per Bar. in repe. d. l. j. in trac. de nobi. Io. Ray. in ſuo trac. nobi. *Mulier a viro nobilitatur.* *Nobilitas impropria dicitur ex vtroque parente.*

(*1) De cuius nobilitate an mentionem teneatur facere ſpurius matris nobilis, quando ſecum diſpenſari petit, dixi in trac. diſpen: membro ij. nume. 82. P.

(*2) Vel baſtardo, per ea quæ in ſimili tradit Bald. in l. libera. C. de ſuis & legiti. Mantua. in con. cxxvij. nu. 7. & ſeq. præſupponitur. P.

b ¶ Antiquo. (*) Nota: qui ex parentibus nobilibus deſcendunt, ſunt nobiles, ff. de ſena. l. liberos, & illa nobilitas ex genere, quanto plus inueteraſcit in generatione, tanto plus maior habetur, l. tam dementis, C. de epi. audi. l. ſi furioſi. C. de nup. ibi, qui ex genere eorum nobiliores ſunt. l. nobiliores, de commer. & mer. de pat. te. §. ſimiles, colla. x. Sed vtrum nobilitas deſcendat ad poſteros in infinitum, not. in dicta l. liberos. in l. j. C. de dig. lib. xij. vbi Bar. & quicquid ſit de iure communi, conſuetudo admittit deſcendentes quoſcunque ex nobilibus haberi pro nobilibus: ideo tales reputandi ſunt quales conſuetudo reputat. per no. per Inno. in c. de multa. de prę. ben. vbi dicit quòd illa eſt dignitas quæ habetur pro dignitate in tali Eccleſia vel loco facit quod no. Bart. in l. Labeo, ff. de ſupel. le. Bar. & Ioan. Ray. in tract. nobiliũ. *Nobilitas an in infinitum ad poſteros deſcendat.* *Dignitas dicitur.*

(*) Iſta verba ex antiquo genere, non reperiuntur in concor. vt patet in §. prętereá. iſto titu. ſed ſolum dicitur, ſi ex vtroque parente nobiles fuerint. P.

c ¶ Aliàs) Id eſt ſi non ſint nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere.

Digitized by Google

a ¶ Quinquennium (*) Accipe ad minus &c. quod eſt infrà.

(*) Quo ſtudium legale iure communi dicitur perfici, vt habetur in proœmio ff. forum, in §. quibus, ſtudium autem iuris canonici ſeptennio. ca. cum ex eo. de elec. in vj. intellige per hæc tempora perfici quo ad auditionem lecturarum, non quo ad ſtudium priuatum, cum tam modico tẽpore iura hæc nõ poſſint cognoſci: vt patet rectè intuenti & experto. P.

tem per [a] quinquennium cõſimiliter in aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minus ſuũ [*b] ſtudium fecerint.

Graduati, de gradibus & tempore ſtudij, ac nobilitate generis per legitima documenta fidem facere collatoribus tenentur. Probus.

Qui [c] de prædictis gradibus, tempore, & nobilitate ſupradictis fidem [d] facere [e]

*b ¶ Suum ſtudium) Tempora his ſimilia habes per concord. deſcripta iſto titu. in §. præterea volumus, & in his concor. à lege noſtra nullo modo diſcrepant. P.

c ¶ Qui) Scilicet baccalarij, vt referatur ad ipſos tanquam ad proxima. nec mirum ſi baccalarij magis onerantur quàm doctores aut licentiati: cum ſit iſtis magis deferendũ. Credo verius quòd referatur ad omnia præcedentia: tam ſcilicet ad magiſtros doctores, licentiatos, quàm ad baccalarios, cum clauſula in fine (*) poſita ad præcedentia regulariter referatur, c. olim de reſcrip. ſupr. eo. §. ſequitur, ibi, qui per decennium cũ ibi no. & ſatis ſonat litera per. ver. prędictis, & ver. ſupradictis.

clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia.

(*) Iſtud prout & de clauſula in principio poſita latè firmo in trac. diſpẽ. memb. x. parte iij. nu. 9. P.

Fides plena & ſemiplena.

d ¶ Fidem) plenam, vt ſequitur ibi, per legitima. Et quia præiudicium ex hoc generatur collatori, cum lex vel ſtatutum facit mentionem de fide facienda in dubio intelligitur de plena fide quando tractatur de magno pręiudicio. c. ſcriptum, §. verum, de electio. c. cum Bertoldus de re iudicata. c. tum ex literis, de in integ. reſtitu. ſed quãdo de nullo vel modico agitur ſufficit ſemiplena fides, c. ſtatutum. §. cum verò, de reſcrip. in vj. l. theſaurus, ff. ab exhiben. l. iij. §. iudex. cum ibi not. eod. titu. facit not. in c. veniens, in c. nuper. de teſti. not. Petr. de Ancho. in cle. ſtatutum, de electio.

Nominationes quo tẽpore ſint inſinuãdæ.

e ¶ Facere) Quocunque tempore ſufficiet, præſertim ſi ante vacationem beneficij cum hoc tempore non limitetur, (*1) ſed exhibitio nominum fienda eſt per graduatos tempore quadrageſimæ, inf. eo. §. ſtatuit. Et no. quod graduati tenentur de tribus facere fidem collatoribus, de tempore quo ſtuduerunt in vniuerſitate priuilegiata, & de nobilitate, quod vltimum vendicat ſibi locum duntaxat (*2) in baccalariis in theologia vel in iure nobilibus qui per triennium tantum ſtuduerunt, & in literis nominationum debent deſcribi gradus, numerus, & qualitates beneficiorum ipſorum nominatorum infrà eod. §. item quòd vniuerſitates.

(*1) Hanc differentiam non recipit dominus Petr. Rebuffi in tract. no. q. xiiij. col. ij. dicens, quod hæc duo non debent diuerſo iure cenſeri, quia quando vna determinatio reſpicit plura determinabilia, ea debet determinare vniformiter. l. iam hoc

Digitized by Google

iure.ff. de vulgar. & quòd conſuetudo inoleuit, vt vtraque inſinuatio fiat tempore quadrageſimæ. Probus.

(* 2) Iſtud rationibus firmauimus ſuprà hoc §. in verbo nobiles, quibus adde ordina.Reg.Ludo.xij.ar.viij.in publica.1512. P.

a ¶ Teneantur) Verbũ neceſſitatis eſt, ſuprà eo.§.ſequuntur, in prin. cum ibi not.(*) *Teneantur neceſſitatẽ importat.*

teneantur [a] collatori [b] per legitima documenta [c].

(*) Ideo non eſt expectanda petitio, vt regulariter dicimus, tenẽtur ſi petatur: vt latè probamus in tractatu penſio. parte j. q. xxx. Et dic teneantur ante vacationem beneficij, dicit text.concor.iſto titu. in §. præfatíque vbi gl. dicit etiam poſſe fieri incontinenti poſt eam vacationem, ar. §. tutor. inſti. de auct. tutor. & aliorum ibi adductorum. Probus.

b ¶ Collatori) Et patrono.inf.eo.§.ſtatuit. Sed nunquid ſufficit idem facere eorum vicariis? ar. quòd ſic (* 1) in dicto §. ſtatuit. vbi valet exhibitio nominum facta vicariis, idem de inſinuatione mandati infra eod.§.item voluit. cum ibi not. & fa. iſte text.quod fides facienda eſt iudici. (* 2) C. de fideicom.l. voluntatis, ff. de teſtib. l. ob carmen.iiij.quæſt.iij.§.item ſæpe.c.ſtatutum.§. cum vero. de reſ. in vj. no. in ca. prudentiam.§.j.de of.delega. *Fides fit iudici.*

(* 1) Iſtud firmatur per ordinatio. Ludouici.xij. ar. viij. ibi, ou à leurs vicaires, in publica.1499.tamen in publica.1512.ar.viij. dicitur, ou en leur abſence à leurs vicaires generaulx. Idem ar.ſeq. videlicet.ix.x.xj. & xij. hanc vltimam tenere videtur do. Pet.Rebuffi in trac.no.q.xiiij.nu.58.& ſeq.& in §.teneantur, in verbo aut eorum vicariis, iſto ti. pro quo habes in ſimili de præſentatione mandati tex. iſto tit. in §.& quia.in ipſo decreto, ibi collatori aut eius vicario in ſua abſentia.vbi vide gl.in verbo abſentia, quæ ponit rationes. P.

(* 2) Sicut dicitur quòd probatio non parti, ſed iudici debet fieri. glo. poſt tex.in l. quingenta.ff.de proba.dixi apud Io.mo.in rub.de confeſ. in vj. & in c.ij. poſt eum, de iud.eo.lib. Probus. *probatio fit iudici.*

c ¶ Documenta) Per literas vel teſtes. P.

(*) Fides hæc ſecundum legem concor. iſto titu. §. præfatíque graduati, modo ampliori eſt facienda quàm hic diſponatur: nam illa documenta debent eſſe patentes literæ vniuerſitatis in qua huiuſmodi graduati ſtuduerint manu ſcribæ & ſigillo ipſius vniuerſitatis ſignatæ & ſigillatæ. Et in hoc lex concor. præſentem non abrogat, ſed ampliat. Quicquid tamen per concor. in hoc dicatur à multis regni Franciæ vniuerſitatibus etiam Pariſien. non fuit recepta lex illa, ſed mos antiquus obſeruatur, id eſt quòd quælibet facultas, non tamen totalis vniuerſitas de tempore ſtudij graduati ſui atteſtatur, ſeu per ſuas literas ſigno ſui bidelli & ſigillo illius facultatis ſignatas & ſigillatas certificat: quas certificationis literas curiæ ſupremæ (vt audio) indifferenter ad actum illum pro validis recipiunt, & ſecundum illas iudicant. Equidem ampliori modo, nam lex concor. iſto titulo, §. cum vero, ſuper literis probationis nobilitatis conficiendis diſponit, quod lex noſtra non facit. verba diſpoſitionis ſunt hæc. Cum vero probatio nobilitatis fieri debeat ad effectum, vt nobiles gaudere poſſint beneficio minoris temporis ſtu- *Modus probandi tẽpus ſtudij ſecũdum legem cõcordatorum.* *Modus probandi nobilitatem.*

Digitized by Google

dij, tunc nobilitas ipſa per quatuor teſtes deponentes in iudicio coram iudice ordinario loci in quo eſt natus ille de cuius nobilitate ex vtroque parente conſtare debet, etiam in partis abſentia probari poſſit. Ex quo vltimo habes vnum notatu dignum, quòd examen teſtium parte aduerſa non vocata factum, eſt validum, quia vacatio illa per iudiciarium calorem ſuppletur & merito, quia calor ille in multis operatur per nos deductis caſibus in tracta. penſio.præ.vij. P.

Collatores ordinarij exhortantur quòd in beneficiis conferendis, præſertim quo ad dignitates ſingulariter ad theologos graduatos reſpectum habeant. Probus.

† a Exhortamur tamen ordinarios collatores, quod in cõferẽdis beneficiis † b huiuſmodi, prçſertim c quo ad dignitates, reſpectũ habeant d,

† a ¶ Exhortamur) Iſtud non reperitur in concor. ſed ſimpliciter ſtatuitur non plus habendo reſpectum ad theologos, etiam quo ad dignitates, quàm ad alios. P.

† b ¶ Beneficiis) Quæ dicuntur quando in eorum fundatione, dotatione, ſeu poſt, ſequuta eſt approbatio Epiſcopi, aliàs non poſſunt dici beneficia Eccleſiæ vel capellç, dicit Cal. in conſil. fi. titu. de iure patrona. & latius Rota in antiquio. deciſ. xvij. titu. de prçbend. Quidam patronus. Fely. in ca. ex parte col. j. de reſ. Rochus in tract. de iure patrona. in ver. pro eo. in prin. ſubdens, aliàs in facti continentia dixiſſe, quòd ſi teſtator mandauit fundari capellam, & poſtea decedat ante Epiſcopi conſenſum, ius patrona. ex tali fundatione cauſatum in hçreditate ipſius mandãtis eſſe non dicitur, licet hçres ab inteſtato vel ex teſtamento illa hçreditate priuetur, non tamen illo iure priuatur, quia illud ius initium ſumpſit à tempore conſenſus Epiſcopi, qui ſemper debet interuenire, dicit Cal. in conſil. xx. tit. de iure patro. P.

c ¶ Præſertim) Id eſt maxime, & comparatiue ponitur, infrà de his qui temp. diui. offi. c. j. cum ibi not.

d ¶ Habeant) Vide ſicut ſcientia præfertur ſcientiæ, ita theologus aliis cæterarum ſcientiarum. Vnde Aug. de an. in lib. de poteſt. eccle. & Antonius in tertia parte ſum. titu. xxj. c. ij. §. viij. dicunt quòd cçteris paribus magis eſt eligendus in Papam theologus quàm iuriſta, triplici ratione. Primo ex parte Eccleſiæ cui præficitur, per quam non intelliguntur muri, ædificia, & poſſeſſiones, ex quibus inſurgunt litigia quæ tolluntur per iura, ſed animæ fidelium, de conſecra. diſt. j. Eccleſia, quæ informatur de fide & moribus per theologiam, nec Chriſtus mortuus eſt pro temporalibus bonis: immo ea contempſit, ſed pro redemptione animarum & ſalute, ſuprà de electio. c. j. in prin. quæ procuratur per prædicationem ſacræ ſcripturæ, ſuprà eod. §. ſequuntur, in princ. Secundo ex parte ſcientiæ qua ſummus pontifex perficitur, ſicut enim ipſe præfertur omnibus prælatis & pontificibus, ij. quæſt. vij. puto. ita ſcientia qua debet eſſe perfectus, præfertur omnibus ſcientiis. Tertio, ex parte iudicij: eſt enim Papa iudex omnium quæſtionum emergentium, c. per venerabilem, §. ſane, qui fi. ſunt legiti. conſtat autem quòd iura non corrigunt omnia mala, ſed multa dimittunt impunita

Papa potius ſit theologus quã iuriſta.

Digitized by Google

nita. Sed per theologum omnia vitia reprehendũtur, & punienda oſtenduntur, qui autem eſſet bonus canoniſta & theologus, ille optimus eſſet quantum ad hoc: ſed Hoſt. & alij dicunt in c. j. de conſangui. & affinit. quòd ſi in diſſenſione eligantur in Epiſcopum, vnus theologus purus, & alius decretiſta purus, ſi Eccleſia conſiſtat pro maiori parte in iuriſdictione & cauſarum ventilatione, nec eſt hæreticis conuicina, tunc præferendus eſſet canoniſta, (*) quia non eſt bonus canoniſta qui prædicare neſcit: ex ſolis enim canonibus poſſet ſermonem eleganter formare, cum omnes leges ad honorem Dei & ſalutem animarum & Eccleſiæ regimen factæ ſunt, de qualibet poteſt quilibet ſecundum quòd congruum ſibi videbitur aſſumere, x. diſt. c. j. xij. diſt. nouit, ſi autem conſiſtit Eccleſia in ſpiritualitate, & hæreticis vicina eſt, tunc erit theologus præferendus, de elect. in cauſis, in fi. de hæreti. excommunicauimus, §. ſi quis mixtum, tamen dicas puro cuilibet præferendum: vt dictum eſt ad hoc, c. officij, de elect. Et dicit Panor. in ca. fraternitati. de cle. nõ reſi. canoniſtã cęteris paribus præferri theologo in prælatura.

Canoniſta præfertur theologo.

ſingulariter [a] ad magiſtros, necnon licentiatos, & baccalarios formatos in theologia.

In dignitatibus electiuis, perſonatibus, adminiſtrationibus, & officiis conferendis, ordo ſeruetur, qualis modus ac forma in beneficiis non electiuis obſeruantur. P.

In dignitatibus [b] vero

(*) Qui theologum de fide male ſentientem condemnat, prout & legiſta medicum aut chirurgicum qui male ſecuit ægrotũ, §. præterea, inſti. de lege aquil. Idem de aliis in ſuis ſcientiis & artibus delinquentibus, per quæ & alia concor. in §. præterea, in ver. iuris canonici, iſto titu. ait, quòd ſcientiæ iurium canonici & ciuilis ſunt in hoc ſeculo ſuperiores, & illis aliæ indigent, & ancillantur ac architectonicæ, id eſt de omnibus aliis diſponentes appellantur. P.

Canoniſta omnes alios condemnat delinquentes.

a ¶ Singulariter) Hæc dictio diſtributiua (*) eſt, ca. in cauſis, ca. in Geneſi. cum ibi no. de elect. ff. de leg. j. l. huiuſmodi, c. generali, de elect. in vj. ſuprà eod. §. j. ver. dum autem, in procem. §. quibus ad plenum, verb. quæ omnia, infrà eodem §. ſtatuit cum ſi.

(*) Facit illud Pſal. 4. Tu domine ſingulariter, &c. & Pſal. 140. Cadent in retiaculo eius peccatores, ſingulariter ſum ego donec tranſeam. P.

b ¶ Dignitatibus) Nota quòd dignitates cadunt ſub tertia parte beneficiorum debita graduatis, tam collatiue, vt ſuprà ver. proxi. quam electiue, vt hic, quod intellige de dignitatibus inferioribus ad quas prouidetur per electionem, per quarum vacationem Eccleſia non dicitur viduata, quæ non comprehenduntur in concilio generali, ne pro defectu, & quia propter, de elect. de quibus intelligitur, cap. ij. de præbend. in vj. vt ibi no. quæ potius collatiuæ quam electiuæ dicendæ ſunt, no. ſuprà de elect. cap. j. §. j. & §. cum humanæ, non autem de Eccleſijs cathedralibus collegiatis & regularibus.

Dignitates an poſſint deberi graduatis.

Digitized by Google

a ¶ Electiuis (*) id eſt ad quas prouidetur per electionem ſecundum formam cap. quia propter, de elect. & quæ comprehenduntur in conc. Lateranen. nulla. de conceſ. præbend. An autem huiuſmodi dignitates cadant ſub nominationibus, no. inf. eod. §. item placuit.

(*) Iſtud verbum non ponitur in concor. vt patet iſto titu. §. præfatique ordinarij, tamen de illis videtur intelligendum dummodo non ſint de nominatione regis i. in quibus forma, c. quia propter, non requiritur, & Eccleſia per mortem prælati non dicitur viduata, ſed de Eccleſiis cathedralibus & metropolitanis: vt patet in §. j. tit. de lect. vbi, in §. monaſteriis. Idem dicitur de monaſteriis & prioratibus conuentualibus, quia illæ dignitates ſolum excipiuntur: ideo de aliis dignitatibus eſt facienda regula, vt illæ ſint de tertia parte dignitatum & beneficiorum graduatis & nominatis debitorum, ſic hic procedit arg. à ſpeciali, de quo in §. proxi. præced. in ver. baccalariis. P.

electiuis [a], perſonatibus [b] †, adminiſtrationib⁹, & officiis [c] dictarum [d] Eccleſiarũ, idem ordo [e], modus, & forma in

Perſonatus & dignitas differunt.

b † ¶ Perſonatibus) Qui differunt à dignitatibus, quia perſonatus eſt quidam honor ſine adminiſtratione, dignitas autem eſt quædam præeminentia cum adminiſtratione, vel iuriſdictione, l. honor, ff. de munerib. & honor. quod proſequitur Staph. in tract. de forma impetr. in §. tranſeo. vbi ſubdit quòd officium dicitur rex Eccleſiaſticarum adminiſtratio. ſine iuriſdictione & abſque prærogatiua ſeu præeminentia. Probus.

c ¶ Officiis) Perpetuis Eccleſiaſticis, nec comprehendit officium quod cadit in laicum, ar. cle. per literas, de præbend. fa. quod no. in cle. ij. de deci. Ioan. And. in no. in c. quia ſæpe, de præbend. quod mandatum de prouidendo alicui de officio, non comprehendit officium cadens in laicum, fa. quod no. inf. eo. §. item quod omnia, de anna. §. voluit.

d ¶ Dictarum) Scilicet cathedralium & collegiatarũ, de quibus ſuprà in prin. huius §. quæ ſunt propriè electiuæ, (*) nec cadunt ſub gradu vel nominatione, vt hic ſatis patet: tum quia in hoc titulo loquitur duntaxat de beneficiis collatiuis, & quia in illis Eccleſiis debent fieri electiones canonicæ omnino ſine aliquo obſtaculo, ſuprà de elect. c. licet, cum ibi not. etiam in ipſis non poteſt inueniri turnus.

Turnus per quæ beneficia fit.

(*) Turnus ipſe nunc per concor. fieri aliter proponitur: vtpote quia omnia & ſingula beneficia ac dignitates collatiuæ in menſibus Aprili & Octobri vacantia & vacantes ſunt graduatis debita & debitæ. Idem de vacantibus in Iulio & Ianuario, quia illa debentur nominatis graduatis, vt dixi ſuprà iſto titu. §. inſuper. in ver. tertia pars, & in ver. deinceps. P.

e ¶ Ordo) Et ita ad inueniendum tertiam partem huiuſmodi beneficiorum, dignitas reſpectu ſolius dignitatis facit turnum, & præbenda reſpectu ſolius præbendæ, (*) ſuprà in prin. huius §. reſpectiue, ſcilicet præbenda Eccleſiæ cathedralis reſpectu ſolius cathedralis, & præbenda Eccleſiæ collegiatæ reſpectu cuiuſlibet collegiatæ, infrà eo. §. item placuit, & officium reſpectu ſolius officij: vt hic in d. §. itẽ placuit.

(*) Quomodo dignitas verè dicatur electiua, dixi latè in tractatu diſpenſ. ie.

Digitized by Google

omnibus obſeruentur [a].

Graduatus ſi tempore vacationis beneficij, duas obtineat præbendas, aut dignitatem & præbendam, vel aliud ſeu alia beneficium ſeu beneficia, quod vel quæ in reſidendo in ipſorum altero, & horis diuinis intereſſendo, vſque ad ducentorum florenorũ cameræ ſummam valeat, ſimiliter quaſcunque duas præbendas cathedrales habeat, in tertia parte beneficiorũ graduatis debita non comprehenditur. Probus.

Quòd ſi quis † [b] ex dictis qualificatis [c] tempore [d] va-

membro.in verbo ad tertium. Probus.

a ¶ Obſeruentur) Etiam in regularibus beneficiis, infrà eodem §.ſtatuit, in fin. iuncto §.item placuit.

† b ¶ Quod ſi quis) Etiam ſi eſſet theologus, qui vellet habere præbendam theologalem, de qua ſuprà in §.ordinat.quia ille hic comprehenditur dum dicitur, ex dictis qualificatis, cum illum oporteat eſſe qualificatum, vt ibi patet: ideo tempore vacationis præbendæ huiuſmodi in beneficiis vſque ad valorem hic expreſſum habet, nõ poteſt eam aſſequi præbendam: & ſi conferatur, deuolutio ad ſuperiorem fit, qui alteri theologo qualificato conferre poterit, & debebit. P.

c ¶ Qualificatis) Vide, non omnis graduatus eſt capax tertiæ partis beneficiorũ debitæ graduatis, ſed debet graduatus eſſe qualificatus: vt ſuprà patet.

d ¶ Tempore) Vacationis. Not.hic inſpici tempus vacationis beneficij: ex quo videtur quòd ſi nominatus tempore datæ nominationis habebat beneficia vſque ad valorem hic inſertum, ſed tempore vacationis beneficij quod vult acceptare, minus habeat, quòd erit capax, & poterit illud beneficium in vim nominationis acceptare, facit c.ordinarij, §.in conferendis, de offi.ord.in vj.c.ei cui, de præbend.eod.lib. vbi ſi mandatur prouideri alicui de præbẽda in aliqua eccleſia in qua ſint aliquæ præbẽdæ ſacerdotales: licet tempore datæ reſcripti non habeat ætatem ad habendum præbendam ſacerdotalem: ſi tamen eſt in ætate tẽpore quo vacat, debetur ſibi ſacerdotalis, per quod c.dicunt doct.in c.dilectus, ij.de præ.quòd vbi quæritur de viribus reſcripti ad beneficia reſpectu capacitatis honoratæ perſonæ pro qua ſcribitur: tunc ſi ceſſat ſurreptio, attenditur tẽpus quo reſcriptũ mandatur executioni, ad hoc cle.cũ de beneficio, de præ.ff.de cõdi.& demõſt.l.eum qui.ff.de re.dub.l.ſi cognatis, vbi cũ quæritur an legatarius ſit capax, tẽpus mortis inſpicitur, nõ tẽpus teſtamẽti.ff.de do. cau.mor.l.in mortis cauſa, de iu.fiſ.l.nõ intelligitur, §.quando, fa. ꝙ not. Spec.tit.de reſcr.præ.§.fi.Old.cõc.lv.vbi dicit, ꝙ ſi impetraui primũ beneficiũ valẽs centũ libras & tẽpore impetrationis erat quoddã beneficiũ quod excedebat prædictã ſummã, tamen tempore vacationis nõ excedit, debetur impetrãti per prædicta. fa. quod no.in cle.vt hi qui.de æta.& qualit.in cle.literas, de reſcr.vbi latè per Imo. ſed vbi à principio cõmittitur ſurreptio (* 1) cõſideratur tempus datæ: & iſte eſt caſus c.ſi eo tem-

Tẽpus vacationis an ſit inſpiciẽdum.

Legatarius tempore mortis debet eſſe capax.

ſunt vno.not.Bald.in l.nemini, C. de aduoc.diu.iud. & doctor in vtroque iure præferendus eſt doctori in altero iurium tantum pari ratione,c.j.de treu.& pac.quod limita.per Panorm.in c.clerici,de iudic.& idem intellige de licentiatis & baccalariis referendo ſingula ſingulis, (*8) & licet congruum eſſet tales qualificatos ſecundum ordinem prædictum præferri inuicem: non videtur tamen de neceſſitate,ſed ſufficit quòd vni eorum in turno prouideatur.

Tamen in nominationibus ſi ſunt eiuſdem anni: locus eſt gratificationi; ſi ſunt diuerſorum,antiquior nominatus præfertur,infrà eo.§.item quod ad dictas.

in ſua facultate ſtuduerit in [a] vniuerſitate vt ſuprà. Magiſtris ſeu [b] licentiatis in arti-

Medici nō promouentur ad cardinalatū. (*1) In qua graduati, ſiue doctores vel licentiati ad Cardinalatus dignitatem non promouentur, glóſ.poſt tex.in tit.de nu. & qualita.Card.infrà in prin.in ver.iure. P.

(*2) Quod firmatum fuit ſuprà tit.de elect.in prin.in verb.ſpiritu Dei. P.

Medici ad beneficia. (*3) Multi enim mirantur de hac lege medicos concernente, vt per eam fiant ad beneficia eccleſiaſtica habiles,cum phyſica ſit fundamentum medicinæ, quæ reperitur viris eccleſiaſticis prohibita,cap.ſuper ſpecula.ne cleric.vel monac.tum ſecundo, quia exercitium medicinæ eſt vile,& viliſſimum in multis, alias rationes licet videre in ſchala noſtra benefi.parte j.ar.chirurgiæ,& per doct.poſt tex.in c.ad aures,de æta. & qualit. Probus.

(*4) Quæ multum eſt difficilis, non igitur in ignaris quærenda: prout nec ab his qui cito diffiniunt, cum illud ſit proprium his qui parum intelligunt: iuxta dictū Philoſ.Ad pauca reſpicientes,de facili enunciant,quod Galli non admittunt, dicentes quem in promptu ad quæſitum non reſpondentem, animal eſſe vel beſtiam. Italici autem contrarium laudant, iuxta illud vulgatum: ideo merita cauſarum cautius perſpiciunt,ſic minus litium anfractibus inuoluuntur. P.

Iuriſperiti regere debent rempublicam. (*5) Boues dici poſſunt, quia in rebus publicis grauius figunt pedes quàm medici & alij: nam illis ſolis reſpublica eſt committenda,dicit Angel.per illum tex.in §.in procem.inſtitut.ſubdens,quòd eſt male factum, quòd homines vulgi & medici ponantur ad regimen ciuitatum, cum ipſi iuris & regiminis imperitiam habeant. Probus.

(*6) Quę ſunt honor iuriſperiti, gloſ. in l.j. §.j. in verbo honor, ff. de var.& extraor. cog. ideo caue ne legas ſine ſalario, quia legeres ſine honore: imò perquiras ſemper magnum ſalarium,vt alios pręcedas,ait Panormi.in c.clerici. col.ij. de iudic. quod facere nouerunt doctores Itali, nam procurant mille ſibi promitti,vt quingēta accipiant. Probus.

(*7) Not.Iaſon.in l.j.col.ij.ff.de officio eius cui manda. eſt iuriſdictio. P.

(*8) In ſimili dicit gloſ. in cap. ſi quis pecunia, lxxix. diſtinctio. Ioan. Monach. in capit. j. de iureiur. in vj. & in capitu. cordi. nume. 3. de appellat. eodem lib. Probus.

Dictio ſeu ponitur multipliciter. a ¶ Vniuerſitate) Scilicet priuilegiata.

b ¶ Seu) Ampliatiue ponitur,& ſuprà eod.§.j.ver.vt verò,ver.non tamen, c.nullus de temp.or.in vj.cap.ſtatutum,§.j.eod.lib.Cy.& Bald.in l. pe. C. de verbo. ſignifi.

Digitized by Google

Aliquādo expoſitiue,ſuprā de elect.c.licet,in prin.c.j.§.& cū humanę,ver.ꝙ etiā, c. bonę j.&ibi glo.j.de poſtul.pręla. Aliquādo correctiue, ſup. de auc. ſa.cō. c. ſacroſan.ver.& ne.c.j.de ſta.regu.in vj.&ibi Arch.de hoc per Bar.in l.ſi quis ita. ff. de au.&ar.leg.in l.ſi is qui ducenta.§.vtrū,de re.du.in l. ad protegendā,C.de in li. dan.tu.

bus cū rigore[a] examinis qui per quinquenniū[b] in aliqua vniuerſitate à[c] logicalib⁹ incluſiue: vt ſupra[d] in arti-

a ¶ Rigore) Ex hoc videtur quòd licentiatus in artibus non cum rigore examinis, ſed ſimpliciter, vel cum cauda non ſit capax tertię partis beneficiorum debitę graduatis.Et pondera bene tex.quòd hęc verba cum rigore,&c. referūtur ad magiſtros ſeu licentiatos in artibus: vt ad proxima: quia ſuprà cum de licentiatis in aliis facultatibus loquitur,nulla (*) eſt de hoc facta mentio, congruum tamen eſſet quòd licentiati cum rigore examinis pręferrentur licētiatis ſimpliciter,vel cum caudā,etiam in gratiis expectatiuis per regulam cancellarię ap. pręferantur, & no. licentiam artium eſſe gradum: ideo dico quòd licentiatus in artibus cum rigore examinis eſt capax nominationis: & debet ei concedi nominatio per vniuerſitatem ſicut magiſtro, hic enim æquiparantur.

Licentiatus in artibus eſt capax nominationis.

(*) Rationem differentiæ nititur ponere gloſ.concord. in §. præterea, in verbo cum rigore, iſto tit. quia artes ſunt initium aliarum ſcientiarum,& quòd oportet initium eſſe forte,vt poſſit ſuperædificari,argumen. l.egi.ff.de except.rei iudi.cap.cum. Paulus j.quæſtio.j.quo forti exiſtente,modicum alterius ſcientiæ ſufficit,poſtea ſubdit quòd rigor ille receſſit ab aula Galliæ in quibuſuis ſcientiis, tum quia doctores ferè omnes indiſtinctè çoguntur admittere,cum non habeant iuſta ſtipendia, & hęc eſt cauſa quare ſcientiæ iurium in Gallia non floreant prout & illorum ſtudia, ſicut communiter faciunt in Italia, quæ ſemper ſtuduit iurium doctoribus magna dare ſtipendia,Gallia autem nunquam,aut raro, & potius exteris quàm regnicolis, ratione cuius reſpublica minus bene regi dicitur, cum iuriſperiti ſint reipublicæ nerui, & anchoræ nauis huius ſeculi, vt dixi ſuprà proxim. in verbo medicina, in vj. addit. Probus.

Iura quare non floreant in Gallia ſicut in Italia.

b ¶ Quinquennium) Not. quem in quinquennio debere eſſe prouectum in artibus: ſic & ſtudens in theologia, capit. ſuper ſpecula. de magiſt. & in iure ciuili, in pro. ff. circa final. ait enim Hieron. Pythagoricum ſtudium eſt tacere per quinquennium, poſtea erudite loqui, ſed tamen maius tempus hic requiritur in ſtudio theologiæ & iuris: vt ſuprà patet, & in capit. cum ex eodem, de elect. in vj. datur ſeptennium.

c ¶ A) Ponitur incluſiue: (*) vt ſequitur, & in fine huius lib.§.nos igitur, ver. volentes,cum ibi no.

(*) Hæc dictio addita eſt,quia de natura propria huius dictionis, à eſt excludere, glo.in l.dario.§.fi.ff.de actio emp.Bald.in c.licet,num.6.de elect. & latius Gomes in regula de infir.reſig.q.xxxvij.vide Oldrad.cōn.xlix.conſueuit.& Alexand. con.xlij. num.15.in cauſa,volum.iij. P.

A excluſiue.

d ¶ Vt ſuprà) Scilicet in vniuerſitate priuilegiata.

† a ¶ Superiori) In concord. iſto titu. §. præterea, dicitur altiori, vtputa dici. ibi glo. theologia, canonica, legali, vel medicina: quia omnes illæ ſunt altiores & ſuperiores, artium verò facultas inferior. & dic ſuperiori quæ habet conuenientiam cum artibus: vtpote theologia, vel medicina, non legalis vel canonica: quod videtur firmari per ea quæ tradit Panor. in cap. ſedes, iij. & iiij. col. de reſ. P.

bus, vel in aliqua ſuperiori † [a] facultate ſtuduerint: necnon [b] in theologia qui per ſex † [c] annos, vel in vtroque aut in altero iurium baccalariis [d], qui per triennium ſi nobiles [e] ex

b ¶ Necnon) Id eſt etiam, infrà ver. exhortamur, clem. j. de offi. deleg. vbi glo.

† c ¶ Sex annos) Continuos, vt in ſimili per Bal. in l. quos denique, ff. de excu. tutor. vide quæ diximus in tracta. deuolutio. parte j. q. iiij. P.

d ¶ Baccalariis) Conferatur prima vacatura, quòd eſt ſuprà. Et no. quòd ſimplex baccalarius in theologia vel in iure cū adminiculo temporis eſt gradus, ideo huiuſmodi baccalarij ſunt capaces nominationum: quare bene faceret vniuerſitas Pariſien. quæ hoc ſibi vſurpauit, quòd ſolis magiſtris concedit nominationes, ſi illas etiam daret licentiatis & baccalariis in decretis. (* 1) Item no. ar. à ſpeciali (* 2) quod eſt validum l. j. ff. ad muni. c. præſenti. de præbend. in vj. quòd baccalariatus in artibus vel medicina non cenſetur gradus quo ad iſta decreta: quia hic ſpecialiter loquitur de baccalariis in theologia vel in iure: ideo tales baccalarij non videntur capaces nominationum.

Baccalarij nō ſunt capaces nominationum.

(* 1) His temporibus dari dicitur & licentiatis & baccalariis in decretis, non tamen prout in theologia vel artibus graduatis, ſed ſolum quilibet doctorum regentium certum numerum ſuorum graduatorum vniuerſitati nominat, quæ pro illis nominationes concedit. ita audio eos doctores contra hanc vſurpationem per modum prouiſionis à curia parlamenti obtinuiſſe poſt reformationem eiuſdem facultatis. Probus.

(* 2) Not. glo. pe. in l. eos. de fabri. li. xj. C. & Panor. in c. Eccleſia. el. j. col. fina. de elect. & in c. contingit. col. iij. de dolo & contum. P.

e ¶ Nobiles) No. habendam rationem nobilitatis generis in temporis ſtudij abbreuiatione, (*) & in facienda de ipſis præ aliis cæteris partibus promotione, l. ij. §. deinde cum placuiſſet. ff. de orig. iu. in authenti. de defen. ci. §. interim. col. iij. cap. conſtitutis, cum ibi no. de ap. vbi doct. Panor. in cap. officij. in cap. dudum. j. de elect. doct. in cap. venerabilis, de præben. infrà de nume. & quā. car. ca. j, in beneficiorum obtinenda multiplicatione. cap. de multa. de præbend. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis, §. nos itaque. vbi per Geſ. in pœnarum inflictione, ff. de incen. ru. nau. l. Pedius, xxxiiij. q. j. qui contra pacem. vbi gloſ. cap. fi. cum ibi no. de pœ. de hoc no. in ca. cum quidam, & ibi doct. de iureiur. Bar. in l. capitulum, §. ſerui. ff. de pœ. vbi dicit quòd nobiles non debent pati viles pœnas: vt ſuſpendi, & ſi. inde dicitur quòd decapitatio eſt pœna nobilium, & in multis aliis defertur nobilitati, ſicut ex inſpectione iurium vigilanti conſtare poterit. per Ioan. Ray. in tracta. nobi. q. vi.

Nobilitatis prærogatiua.

(*) Quoad concernit tempus ad gradum baccalariatus ſolum, quia non minus tem-

Digitized by Google

pus requiritur in licentiato aut doctore nobili: nam ſi voluiſſet lex minus tempus ſufficere, dixiſſet.ca. ad audientiam, de deci. ſed non dixit, ideo nec nos dicemus, tum etiam quia iſtud eſt priuilegium, quod non patitur extenſionem, etiam eſt diſpenſatio, quæ facta in vno caſu aut ad vnum effectum, ad alium non extenditur: prout dixi in trac. diſpen. memb. xij. parte j. nu. 81. tum etiam quia duo ſpecialia non debent in idem concurrere. l. j. C. de dot. promiſſio. Quę autem ſit ratio quare magis in hoc priuilegientur baccalarij iuriũ, quàm aliarum ſcientiarum, eſt (ſi crediderimus gl. concor. iſto tit. §. præterea. in verbo iuris canonici) quia aliæ ſcientiæ illis duabus indigent, & ancillantur: quod probat & exemplificat. dixi infrà proxime in verbo habeant: iſta ratio non comprehendit baccalarios in theologiã, licet ſint eiuſdem priuilegij: vt patet hic, aliæ tamen ſufficiunt. P.

vtroque[a] parente, & ex antiquo[b] genere, aliàs[c] au-

a ¶ Vtroque) Quia pater & mater erant nobiles. ſi mulier nobilis (*1) ex genere nubat nobili, licet minoris gradus vel ordinis, non amittit nobilitatem, ff. de ſena. l. fœminæ, C. de dig. l. j. lib. xij. & cum hoc conſequitur nobilitatem ex perſona viri, cum mulieres à maritis nobilitentur, l. fi. C. de inco. lib. x. l. mulieres, C. de dig. lib. xij. niſi poſtea nubant plebeio. (*2) vt. d. l. fœminæ. Coruſcant enim vxores radiis maritorum. in auth. de conſue. §. hæc itaque col. iiij. no. in c. ex parte de for. compe. & nobilitas tranſmittitur ad liberos, ff. de ſena. l. emancipatum, l. liberos, cum ſi. ex genere paterno: quia ex genere materno non imprimitur nobilitas: vt. d. l. liberos, à ſuperioribus enim agnatis & non cognatis veniunt nobilitas, dignitas, & ſimilia. l. cum legitimæ, & ibi no. ff. de ſta. ho. no: in d. l. j. de dig. ideo improprie dicuntur nobiles ex vtroq; parente, cũ ad hoc ſequantur conditionẽ patris, nõ matris: licet ex hoc ꝗ mater eſt nobilis, magis honeſtentur & honorificentur. De iſta materia nobilitatis vide latè per Bar. in repe. d. l. j. in trac. de nobi. Io. Ray. in ſup. trac. nobi. *Mulier a viro nobilitatur.* *Nobilitas impropria dicitur ex vtroque parente.*

(*1) De cuius nobilitate an mentionem teneatur facere ſpurius matris nobilis, quando ſecum diſpenſari petit, dixi in trac. diſpen. membro ij. nume. 82. P.

(*2) Vel baſtardo, per ea quæ in ſimili tradit Bald. in l. libera. C. de ſuis & legiti. Mantua. in con. cxxvij. nu. 7. & ſeq. præſupponitur. P.

b ¶ Antiquo. (*) Nota: qui ex parentibus nobilibus deſcendũt, ſunt nobiles, ff. de ſena. l. liberos, & illa nobilitas ex genere, quanto plus inueteraſcit in generatione, tanto plus maior habetur, l. tam dementis, C. de epi. audi. l. ſi furioſi. C. de nup. ibi, qui ex genere eorum nobiliores ſunt. l. nobiliores, de commer. & mer. de pat. te. §. ſimiles, colla. x. Sed vtrum nobilitas deſcendat ad poſteros in infinitum, not. in dicta l. liberos. in l. j. C. de dig. lib. xij. vbi Bar. & quicquid ſit de iure communi, conſuetudo admittit deſcendentes quoſcunque ex nobilibus haberi pro nobilibus: ideo tales reputandi ſunt quales conſuetudo reputat. per no. per Inno. in c. de multa. de prę. ben. vbi dicit quòd illa eſt dignitas quæ habetur pro dignitate in tali Eccleſia vel loco facit quod no. Bart. in l. Labeo, ff. de ſupel. le. Bar. & Ioan. Ray. in tract. nobiliũ. *Nobilitas an in infinitum ad poſteros deſcendat.* *Dignitas dicitur.*

(*) Iſta verba ex antiquo genere, non reperiuntur in concor. vt patet in §. pręterea. iſto titu. ſed ſolum dicitur, ſi ex vtroque parente nobiles fuerint. P.

c ¶ Aliàs) Id eſt ſi non ſint nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere.

Digitized by Google

a ¶ Quinquennium (*) Accipe ad minus &c. quod eſt infrà.

(*) Quo ſtudium legale iure communi dicitur perfici, vt habetur in prooemio ffo-rum, in §. quibus, ſtudium autem iuris canonici ſeptennio. ca. cum ex eo. de elec. in vj. intellige per hæc tempora perfici quo ad auditionem lecturarum, non quo ad ſtudium priuatum, cum tam modico tẽpore iura hæc nõ poſſint cognoſci: vt patet rectè intuenti & experto. P.

tem per [a] quinquennium cõ-ſimiliter in aliqua vniuerſita-te priuilegiata ad minus ſuũ *[b] ſtudium fecerint.

Graduati, de gradibus & tempore ſtudij, ac nobilitate ge-neris per legitima documenta fi-dem facere collatoribus tenen-tur. Probus.

Qui [c] de prædictis gradibus, tempore, & nobilitate ſu-pradictis fidem [d] facere [e]

*b ¶ Suum ſtudium) Tempora his ſimi-lia habes per concord. deſcripta iſto titu. in §. præterea volumus, & in his concor. à lege noſtra nullo modo diſcrepant. P.

c ¶ Qui) Scilicet baccalarij, vt referatur ad ipſos tanquam ad proxima. nec mirum ſi baccalarij magis onerantur quàm do-ctores aut licentiati: cum ſit iſtis magis deferendũ. Credo verius quòd referatur ad omnia præcedentia: tam ſcilicet ad ma-giſtros doctores, licentiatos, quàm ad baccalarios, cum clauſula in fine (*) pô-ſita ad præcedentia regulariter referatur, c. olim de reſcrip. ſupr. eo. §. ſequũtur, ibi, qui per decennium cũ ibi no. & ſatis ſonat litera per. ver. prędictis, & ver. ſupradictis.

Clauſula in fine poſita refertur ad præceden-tia.

(*) Iſtud prout & de clauſula in princi-pio poſita latè firmo in trac. diſpẽ. memb. x. parte iij. nu. 9. P.

Fides plena & ſemiple-na.

d ¶ Fidem) plenam, vt ſequitur ibi, per legitima. Et quia præiudicium ex hoc gene-ratur collatori, cum lex vel ſtatutum facit mentionem de fide facienda in dubio in-telligitur de plena fide quando tractatur de magno prçiudicio. c. ſcriptum, §. verum, de electio. c. cum Bertoldus de re iudicata. c. tum ex literis, de in integ. reſtitu. ſed quã-do de nullo vel modico agitur ſufficit ſemiplena fides, c. ſtatutum. §. cum verò, de re-ſcrip. in vj. l. theſaurus, ff. ab exhiben. l. iij. §. iudex. cum ibi not. eod. titu. facit not. in c. veniens, in c. nuper. de teſti. not. Petr. de Ancho. in cle. ſtatutum, de electio.

Nomina-tiones quo tẽpore ſint inſinuãdæ.

e ¶ Facere) Quocunque tempore ſufficiet, præſertim ſi ante vacationem beneficij cum hoc tempore non limitetur, (*1) ſed exhibitio nominum fienda eſt per gradua-tos tempore quadrageſimæ, inf. eo. §. ſtatuit. Et no. quod graduati tenentur de tri-bus facere fidem collatoribus, de tempore quo ſtuduerunt in vniuerſitate priuilegia-ta, & de nobilitate, quod vltimum vendicat ſibi locum duntaxat (*2) in baccalariis in theologia vel in iure nobilibus qui per triennium tantum ſtuduerunt, & in literis nominationum debent deſcribi gradus, numerus, & qualitates beneficiorum ipſo-rum nominatorum infrà eod. §. item quòd vniuerſitates.

(*1) Hanc differentiam non recipit dominus Petr. Rebuffi in tract. no. q. xiiij. col. ij. dicens, quod hæc duo non debent diuerſo iure cenſeri, quia quando vna determi-natio reſpicit plura determinabilia, ea debet determinare vniformiter. l. iam hoc

Digitized by Google

iure.ff. de vulgar. & quòd conſuetudo inoleuit, vt vtraque inſinuatio fiat tempore quadrageſimæ. Probus.

(* 2) Iſtud rationibus firmauimus ſuprà hoc §. in verbo nobiles, quibus adde ordina.Reg.Ludo.xij.ar.viij.in publica.1512. P.

a ¶ Teneantur) Verbũ neceſſitatis eſt, ſuprà eo.§. ſequuntur, in prin. cum ibi not.(*) (*) Ideo non eſt expectanda petitio, vt regulariter dicimus, tenẽtur ſi petatur: vt latè probamus in tractatu penſio. parte j. q. xxx. Et dic teneantur ante vacationem beneficij, dicit text.concor.iſto titu. in §. præfatíque vbi gl. dicit etiam poſſe fieri incontinenti poſt eam vacationem, ar. §. tutor. inſti. de auct. tutor. & aliorum ibi adductorum. Probus. *Teneantur neceſſitatẽ importat.*

teneantur [a] collatori [b] per legitima documenta [c].

b ¶ Collatori) Et patrono.inf.eo.§.ſtatuit. Sed nunquid ſufficit idem facere eorum vicariis? ar. quòd ſic (* 1) in dicto §. ſtatuit. vbi valet exhibitio nominum facta vicariis, idem de inſinuatione mandati infra eod.§.item voluit. cum ibi not. & fa. iſte text.quod fides facienda eſt iudici. (* 2) C. de fideicõm.l. voluntatis, ff. de teſtib.l. ob carmen.iiij.quæſt.iij.§.item ſæpe.c.ſtatutum.§. cum vero. de reſ. in vj. no. in ca. prudentiam.§.j.de of.delega. *Fides fit iudici.*

(* 1) Iſtud firmatur per ordinatio. Ludouici.xij. ar. viij. ibi, ou à leurs vicaires, in publica.1499.tamen in publica.1512.ar.viij. dicitur, ou en leur abſence à leurs vicaires generaulx. Idem ar.ſeq. videlicet.ix.x.xj. & xij. hanc vltimam tenere videtur do. Pet.Rebuffi in trac.no.q.xiiij.nu.58.& ſeq.& in §.teneantur, in verbo aut eorum vicariis, iſto ti. pro quo habes in ſimili de præſentatione mandati tex. iſto tit. in §. & quia.in ipſo decreto, ibi collatori aut eius vicario in ſua abſentia.vbi vide gl.in verbo abſentia, quæ ponit rationes. P.

(* 2) Sicut dicitur quòd probatio non parti, ſed iudici debet fieri. glo. poſt tex.in l. quingenta.ff.de proba.dixi apud Io.mo.in rub.de confeſ. in vj. & in c. ij. poſt eum, de iud.eo. lib. Probus. *probatio fit iudici.*

c ¶ Documenta) Per literas vel teſtes. P.

(*) Fides hæc ſecundum legem concor. iſto titu. §. præfatíque graduati, modo ampliori eſt facienda quàm hic diſponatur: nam illa documenta debent eſſe patentes literæ vniuerſitatis in qua huiuſmodi graduati ſtuduerint manu ſcribæ & ſigillo ipſius vniuerſitatis ſignatæ & ſigillatæ. Et in hoc lex concor. præſentem non abrogat, ſed ampliat. Quicquid tamen per concor. in hoc dicatur à multis regni Franciæ vniuerſitatibus etiam Pariſien. non fuit recepta lex illa, ſed mos antiquus obſeruatur, id eſt quòd quælibet facultas, non tamen totalis vniuerſitas de tempore ſtudij graduati ſui atteſtatur, ſeu per ſuas literas ſigno ſui bidelli & ſigillo illius facultatis ſignatas & ſigillatas certificat: quas certificationis literas curiæ ſupremæ (vt audio) indifferenter ad actum illum pro validis recipiunt, & ſecundum illas iudicant. Equidem ampliori modo, nam lex concor. iſto titulo, §. cum vero, ſuper literis probationis nobilitatis conficiendis diſponit, quod lex noſtra non facit. verba diſpoſitionis ſunt hæc. Cum vero probatio nobilitatis fieri debeat ad effectum, vt nobiles gaudere poſſint beneficio minoris temporis ſtu- *Modus probandi tẽpus ſtudij ſecũdum legem cõcordatorum.* *Modus probandi nobilitatem.*

Digitized by Google

dij, tunc nobilitas ipſa per quatuor teſtes deponentes in iudicio coram iudice ordinario loci in quo eſt natus ille de cuius nobilitate ex vtroque parente conſtare debet, etiam in partis abſentia probari poſſit. Ex quo vltimo habes vnum notatu dignum, quòd examen teſtium parte aduerſa non vocata factum, eſt validum, quia vacatio illa per iudiciarium calorem ſuppletur & merito, quia calor ille in multis operatur per nos deductis caſibus in tracta. penſio. præ. vij. P.

Collatores ordinarij exhortantur quòd in beneficiis conferendis, præſertim quo ad dignitates ſingulariter ad theologos graduatos reſpectum habeant. Probus.

† a Exhortamur tamen ordinarios collatores, quod in cōferēdis beneficiis † b huiuſmodi, præſertim c quo ad dignitates, reſpectū habeant d,

† a ¶ Exhortamur) Iſtud non reperitur in concor. ſed ſimpliciter ſtatuitur non plus habendo reſpectum ad theologos, etiam quo ad dignitates, quàm ad alios. P.

† b ¶ Beneficiis) Quæ dicuntur quando in eorum fundatione, dotatione, ſeu poſt, ſequuta eſt approbatio Epiſcopi, aliàs non poſſunt dici beneficia Eccleſiæ vel capellę, dicit Cal. in conſil. ſi. titu. de iure patrona. & latius Rota in antiquio. deciſ. xvij. titu. de prębend. Quidam patronus. Fely. in ca. ex parte col. j. de reſ. Rochus in tract. de iure patrona. in ver. pro eo. in prin. ſubdens, aliàs in facti continentia dixiſſe, quòd ſi teſtator mandauit fundari capellam, & poſtea decedat ante Epiſcopi conſenſum, ius patrona. ex tali fundatione cauſatum in hęreditate ipſius mandātis eſſe non dicitur, licet hęres ab inteſtato vel ex teſtamento illa hęreditate priuetur, non tamen illo iure priuatur, quia illud ius initium ſumpſit à tempore conſenſus Epiſcopi, qui ſemper debet interuenire, dicit Cal. in conſil. xx. tit. de iure patro. P.

c ¶ Præſertim) Id eſt maxime, & comparatiue ponitur, infrà de his qui temp. diui. offi. c. j. cum ibi not.

d ¶ Habeant) Vide ſicut ſcientia præfertur ſcientiæ, ita theologus aliis cæterarum ſcientiarum. Vnde Aug. de an. in lib. de poteſt. eccle. & Antonius in tertia parte ſum. titu. xxj. c. ij. §. viij. dicunt quòd cæteris paribus magis eſt eligendus in Papam theologus quàm iuriſta, triplici ratione. Primo ex parte Eccleſiæ cui præficitur, per quam non intelliguntur muri, ædificia, & poſſeſſiones, ex quibus inſurgunt litigia quæ tolluntur per iura, ſed animæ fidelium, de conſecra. diſt. j. Eccleſia, quæ informatur de fide & moribus per theologiam, nec Chriſtus mortuus eſt pro temporalibus bonis: immo ea contempſit, ſed pro redemptione animarum & ſalute, ſuprà de electio. c. j. in prin. quæ procuratur per prædicationem ſacræ ſcripturæ, ſuprà eod. §. ſequuntur, in princ. Secundo ex parte ſcientiæ qua ſummus pontifex perficitur, ſicut enim ipſe præfertur omnibus prælatis & pontificibus, ij. quæſt. vij. puto. ita ſcientia qua debet eſſe perfectus, præfertur omnibus ſcientiis. Tertio, ex parte iudicij: eſt enim Papa iudex omnium quæſtionum emergentium, c. per venerabilem, §. ſane, qui fi. ſunt legiti. conſtat autem quòd iura non corrigunt omnia mala, ſed multa dimittunt impu-

Papa potius ſit theologus quā iuriſta.

pita

nita. Sed per theologum omnia vitia reprehendûtur,& punienda oſtenduntur, qui autem eſſet bonus canoniſta & theologus, ille optimus eſſet quantum ad hoc: ſed Hoſt.& alij dicunt in c. j. de conſangui.& affinit. quòd ſi in diſſenſione eligantur in Epiſcopum, vnus theologus purus,& alius decretiſta purus, ſi Eccleſia conſiſtat pro maiori parte in iuriſdictione & cauſarum ventilatione, nec eſt hæreticis conuicina, tunc præferendus eſſet canoniſta, (*) quia non eſt bonus canoniſta qui prædicare neſcit: ex ſolis enim canonibus poſſet ſermonem eleganter formare, cum omnes leges ad honorem Dei & ſalutem animarum & Eccleſiæ regimen factæ ſunt, de qualibet poteſt quilibet ſecundum quòd congruum ſibi videbitur aſſumere, x. diſt. c.j. xij. diſt. nouit, ſi autem conſiſtit Eccleſia in ſpiritualitate, & hæreticis vicina eſt, tunc erit theologus præferendus, de elect. in cauſis, in fi. de hæreti. excommunicauimus, §. ſi quis mixtum, tamen dicas puro cuilibet præferendum: vt dictum eſt ad hoc, c. officij, de elect. Et dicit Panor. in ca. fraternitati. de cle. nō reſi. canoniſtā cęteris paribus præferri theologo in prælatura.

[*Canoniſta præfertur theologo.*]

ſingulariter [a] ad magiſtros, necnon licentiatos, & baccalarios formatos in theologia.

In dignitatibus electiuis, perſonatibus, adminiſtrationibus, & officiis conferendis, ordo ſeruetur, qualis modus ac forma in beneficiis non electiuis obſeruantur. P.

In dignitatibus [b] vero

(*) Qui theologum de fide male ſentientem condemnat, prout & legiſta medicum aut chirurgicum qui male ſecuit ægrotū, §. præterea, inſti. de lege aquil. Idem de aliis in ſuis ſcientiis & artibus delinquentibus, per quæ & alia concor. in §. præterea, in ver. iuris canonici, iſto titu. ait, quòd ſcientiæ iurium canonici & ciuilis ſunt in hoc ſeculo ſuperiores, & illis aliæ indigent, & ancillantur ac architectonicæ, id eſt de omnibus aliis diſponentes appellantur. P.

[*Canoniſta omnes alios condemnat delinquentes.*]

a ¶ Singulariter) Hæc dictio diſtributiua (*) eſt, ca. in cauſis, ca. in Geneſi. cum ibi no. de elect. ff. de leg. j. l. huiuſmodi, c. generali, de elect. in vj. ſuprà eod. §. j. ver. dum autem, in proœm. §. quibus ad plenum, verb. quæ omnia, infrà eodem §. ſtatuit cum ſi.

(*) Facit illud Pſal. 4. Tu domine ſingulariter, &c. & Pſal. 140. Cadent in retiaculo eius peccatores, ſingulariter ſum ego donec tranſeam. P.

b ¶ Dignitatibus) Nota quòd dignitates cadunt ſub tertia parte beneficiorum debita graduatis, tam collatiue, vt ſuprà ver. proxi. quam electiue, vt hic, quod intellige de dignitatibus inferioribus ad quas prouidetur per electionem, per quarum vacationem Eccleſia non dicitur viduata, quæ non comprehenduntur in concilio generali, ne pro defectu, & quia propter, de elect. de quibus intelligitur, cap. ij. de præbend. in vj. vt ibi no. quæ potius collatiuæ quam electiuæ dicendæ ſunt, no. ſuprà de elect. cap. j. §. j. & §. cum humanæ, non autem de Eccleſijs cathedralibus collegiatis & regularibus.

[*Dignitates an poſſint deberi graduatis.*]

Digitized by Google

membro.in verbo ad tertium. Probus.

a ¶ Obſeruentur) Etiam in regularibus beneficiis, infrà eodem §.ſtatuit, in fin. iuncto §.item placuit.

† b ¶ Quod ſi quis) Etiam ſi eſſet theologus, qui vellet habere præbendam theologalem,de qua ſuprà in §.ordinat.quia ille hic comprehenditur dum dicitur, ex dictis

omnibus obſeruentur [a].

Graduatus ſi tempore vacationis beneficij, duas obtineat præbendas, aut dignitatem & præbendam, vel aliud ſeu alia beneficium ſeu beneficia, quod vel quæ in reſidendo in ipſorum altero, & horis diuinis intereſſendo, vſque ad ducentorum florenorũ cameræ ſummam valeat, ſimiliter quaſcunque duas præbendas cathedrales habeat, in tertia parte beneficiorũ graduatis debita non comprehenditur. Probus.

Quòd ſi quis † [b] ex dictis qualificatis [c] tempore [d] va-

qualificatis,cum illum oporteat eſſe qualificatum, vt ibi patet: ideo tempore vacationis præbendæ huiuſmodi in beneficiis vſque ad valorem hic expreſſum habet, nõ poteſt eam aſſequi præbendam: & ſi conferatur,deuolutio ad ſuperiorem fit,qui alteri theologo qualificato conferre poterit, & debebit. P.

c ¶ Qualificatis) Vide, non omnis graduatus eſt capax tertiæ partis beneficiorũ debitæ graduatis, ſed debet graduatus eſſe qualificatus: vt ſuprà patet.

d ¶ Tempore) Vacationis. Not.hic inſpici tempus vacationis beneficij: ex quo videtur quòd ſi nominatus tempore datæ nominationis habebat beneficia vſque ad valorem hic inſertum, ſed tempore vacationis beneficij quod vult acceptare, minus habeat, quòd erit capax, & poterit illud beneficium in vim nominationis acceptare,facit c.ordinarij,§.in conferendis,de offi.ord.in vj.c.ei cui,de præbend.eod.lib. vbi ſi mandatur prouideri alicui de præbẽda in aliqua eccleſia in qua ſint aliquæ præbẽdæ ſacerdotales: licet tempore datæ reſcripti non habeat ætatem ad habendum præbendam ſacerdotalem: ſi tamen eſt in ætate tẽpore quo vacat, debetur ſibi ſacerdotalis,per quod c.dicunt doct.in c.dilectus,ij.de præ.quòd vbi quæritur de viribus reſcripti ad beneficia reſpectu capacitatis honoratæ perſonæ pro qua ſcribitur: tunc ſi ceſſat ſurreptio,attenditur tẽpus quo reſcriptũ mandatur executioni,ad hoc cle.cũ de beneficio,de præ.ff.de cõdi.& demõſt.l.eum qui.ff.de re.dub.l.ſi cognatis,vbi cũ quæritur an legatarius ſit capax,tẽpus mortis inſpicitur,nõ tẽpus teſtamẽti.ff.de do. cau.mor.l.in mortis cauſa,de iu.fiſ.l.nõ intelligitur,§.quando,fa. ꝙ not. Spec.tit.de reſcr.præ.§.fi.Old.cõc.lv.vbi dicit,ꝙ ſi impetraui primũ beneficiũ valẽs centũ libras & tẽpore impetrationis erat quoddã beneficiũ quod excedebat prædictã ſummã,tamen tempore vacationis nõ excedit,debetur impetrãti per prædicta. fa. quod no.in cle.vt hi qui.de æta.& qualit.in cle.literas,de reſcr.vbi latè per Imo. ſed vbi à principio cõmittitur ſurreptio (*1) cõſideratur tempus datæ: & iſte eſt caſus c.ſi eo tem-

Tẽpus vacationis an ſit inſpiciẽdum.

Legatarius tempore mortis debet eſſe capax.

pore. de reſcript. in vj. vbi ſi mandatur prouideri de beneficio cum cura vel ſine cura vacaturo, & impetrans non habet ætatem legitimam tempore datæ ad obtinendum curatum, licet habeat eam tempore vacationis curati, reſcriptum eſt ſurreptitium quo ad curatum: quia reſcriptum eſt de beneficio expreſſa certa qualitate curæ vel non curæ. ideo (* 2) videtur impetrãs ſe aſſerere habilem illius, vnde ſi tunc temporis eſt inhabilis, reſcriptum eſt ſurreptitium quo ad qualitatem cuius eſt incapax. ad hoc. c. j. de reſcript. in vj. cap. eam te. eo. tit. & quod ibi not. Hen. ſed in caſu. d. cap. ei cui, nulla fuit ſurreptio: quia mandatum fuit generale de præbenda non expreſſis certis qualitatibus, ideo intelligitur vt videatur mandatum de beneficio ad quod reperitur impetrans habilis: vt not. Ioan. And. & do. Anto. in d. c. ei cui. vbi latè Domi. ſic etiam intelligit illa duo ca. quæ videntur repugnare, do. Anto. in d. cle. literas, inde dicit Ioan. And. in d. ca. ſi eo tempore, illud non habere locum in reſcripto ad beneficia cõceſſo motu proprio Papæ: quo caſu inſpiceretur tempus vacationis beneficij, quia motus proprius excludit ſurreptionem, cap. ſi motu. de præben. in vj. cle. ſi Romanus, eo. tit. Aduerte tamen quòd tali habenti beneficia vſque ad valorem hic contentum, non debet concedi nominatio: quia ſi exprimat ea & valorem ſicut debet (*3) notatur de ambitione, & conſtabit quòd tunc eſt incapax tertiæ partis debitæ graduatis quandiu ea habuerit. ſi verò non exprimat, fortè erit eius nominatio ſurreptitia. per §. item quòd vniuerſitates, infrà eo. Item ex prædictis iuncto text. infertur, quòd ſi nominatus debitè conſequatur iure ordinario aut aliàs beneficia vſque ad valorem prædictum, non tamen in vim ſuæ nominationis, quòd non extinguatur eius nominatio, quin poſſit ea vti ſi deſierit tantum habere. Sed videtur (* 4) obſtare cap. ſi pauper. de præb. in vj. vbi gratia in forma pauperum expirat ſi pauper clericus conſequatur aliud beneficium cum eſſet cauſa mandati: ſed nominatio æquiparatur gratiæ in forma pauperum, quia inuenta fuit ad prouidendum pauperibus ſcholaribus, qui nullum aut minus ſufficiens beneficium Eccleſiaſticum ſunt aſſecuti. ad hoc cle. gratiæ. de reſcript. vbi expectans beneficium perdit gratiam ſi ſibi conceditur aliud quod cum illo quod expectat, de iure tenere non poſſit. igitur ſi nominatus conſequatur aliunde beneficia vſque ad dictum valorem, aut duas præbendas in Eccleſiis cathedralibus, expirabit eius nominatio (*5) nec conualeſcet ſi poſtea ea dimittat. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. l. quæritur. §. ſi venditor. de ædil. edict. (*6) Sed contra non ob. quia obtinens tot beneficia, vel vſque ad valorem prædictum, non eſt omnino incapax dictæ tertiæ partis beneficiorum: ſed quandiu habebit huiuſmodi beneficia, non poterit acceptare aliud beneficium in vim gradus vel nominationis, ponderat enim iſte tex. duntaxat tẽpus vacationis, ergo ſufficiet quòd tempore vacationis beneficij acceptandi non habeat tot vel tanti valoris beneficia. ſicut enim cum res deducitur ad eum caſum à quo non potuit incipere, ſi actus erat conſummatus (* 7) non vitiatur, & verificatur regula factum, de reg. iur. in vj. l. ambiguis, ff. eo. tit. ſi non erat conſummatus tunc vitiatur, ſic loquuntur contraria quæ ſolent allegari contra illam regulam. not. in l. pro parte ff. de ſerui. doct. in l. pluribus, de verb. oblig. & in d. regula. Hent. in cap. conſultationibus, de iur. patr. Bart. & Bal. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſic e diuerſo cum ante conſummationẽ veniet caſus à quo potuit incipere, confirmabitur, vt cũ

Nominatio & gratia in forma pauperũ in aliquibus æquiparantur.

Digitized by Google

tratiorum eadem ſit diſciplina.ff.de his qui ſunt ſui vel ali. iur.l.j.ſa.c. placet.de conuer. coniu. ſic videtur in iſto caſu: quia nominatus antequam conſequatur plenum ius in beneficio in vim nominationis, quod fit per acceptationem, & collationem ſubſecutam,c.fi.de conceſſ.præb.lib.vj. redactus eſt in eam habilitatem, in qua poſſet acceptare huiuſmodi beneficium: & ita ceſſante cauſa prohibionis, ceſſat prohibitio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro.cap.cum ceſſante.de ap.nec ob.d.c. ſi pauper.quia nominatio non æquiparatur omnino gratiæ (*8) pauperum per hunc text. qui non prohibet (*9) graduato habere plura beneficia. nec.d. clem. gratiæ, quia non habet locum in gratia generali ad quæcunque beneficia,ſicut eſt nominatio,ſed in ſpeciali ad certam dignitatem vel curatum: ideo expirat per aſſecutionem alterius incompatibilis, ſicut expiraret ius in re. cap. de multa. de præb. per no. per Inno. in cap.in noſtra. de reſcrip. Item ex his videtur quòd ſi tempore acceptationis beneficij nominatus non habebat tot vel tanti valoris beneficia, licet tempore vacationis haberet,quòd valeat acceptatio.pro quo fa.op.d.cap.ordinarij.vbi habenti duo incompatibilia tempore vacationis tertij incompatibilis,poteſt illud tertium conferri,dum tamen primis renuntiauerit. Sed illud non eſt verum per hunc text.qui ponderat tempus vacationis, quo ad habilitatem graduati. (*10) Prohibitio ceſſat ceſſante cauſa.

(*1) Iſta eſt vera concordia inter hæc duo iura, videlicet. ca. ſi eo tempore.de reſcript.in vj.& cap.ei cui.de præben.eo.lib.dicit Panor.in cap.dudum. col. ij. de elec. & in ca.dilectus.ij.col.ij.de præb. & Fely. in cap. eam te. de reſ. P.

(*2) In caſu noſtro etiam attenduntur duo tempora, videlicet tempus datæ nominationis, in qua expreſſio beneficiorum & valorum eorum (vt infrà dicitur) fit. Et tempus vacationis beneficij virtute nominationis petendi. primum tempus reſpicit ſurreptionem nominationis, ſecundum verò nominati habilitatem ad beneficij vacantis petitionem. P.

(*3) Etiam iure concor.vt patet hoc ti.in §.volumus autem.in ver.in nominationum literis.Alioquin,id eſt,ſi hæc duo non exprimantur, nominatio ipſo iure nulla eſt, vt ibi ſubditur: iure autem pragma. dicitur quòd deſcribantur gradus ac numerus & qualitates beneficiorum quæ nominatus tempore datæ nominationis poſſidebit. ſicut non facit mentionem de expreſſione valoris, licet eſſet vtilis: vt ex d. gl. hic apparet. merito fuit per concor.addita, fuit tamen omiſſa expreſſio qualitatum, quæ non minus videtur neceſſaria: quia etiam per eam cognoſci poteſt de nominandi inhabilitate. An autem graduatus ſimplex ad eam teneatur expreſſionem omnimodam, dixi diſputando in trac. diſp. memb. vij. concludendo non teneri, & ſic obſeruari. Contraria tamen obſeruãtia videretur vtilis & neceſſaria.i.quod graduatus in prima inſinuatione de his omnibus etiam literatoriè ordinarium collatorem certiorem faceret, & id ſæpe optaui. P.

(*4) Hanc opi.audio tenere curiam ſupremam Pariſien. tanquam æquitati cõſonam: nam ſi ego nominatus vel ſimplex graduatus ſemel in beneficiis obtinui vſque ad valorem cc.florenorum auri de camera, ſiue ſimul,ſiue ſucceſſiuè, & quouis modo amplius virtute nominationis nec gradus poſſum alia obtinere, eſto quod tempore vacationis illa prius obtenta, aut eorum aliqua non obtineam, cum nõ niſi per me ſtet quod illa adhuc non habeam, ideo perinde ac ſi illa obtinerem per re-

Digitized by Google

gulas vulgatas, ſic mihi imputandum erit. aliter dicere, eſt alios nominatos & graduatos à fructibus ſuarum qualitatum fraudare, & me in graui ambitione manutenere, & ex conſequenti panem pauperum nominatorum manducare, illóſque moleſtare, ait do. meus de Ripa in c. ad aures. nu. 60. de reſ. P.

(*5) Pro hac parte vrgent ea quæ in ſimili diximus infrà hoc tit. in §. illi verò. in verb. religioſis. P.

(*6) Iſtud firmo latè in trac. penſio. parte iij. q. ij. P.

(*7) In tracta. diſpen. prælud. iij. verſic. quod rite. P.

(*8) De qua diximus in trac. pẽſio. prælu. vij. per quæ dices nominationes poſſe appellari gratias pauperum, vt ſuprà videtur fateri gloſ. hæc potius quàm aliorum, & eſſe iuſtitiæ, non gratiæ meræ, quibus adde quæ dicit do. Rebuffi in trac. no. q. iij. P.

Paritas rationis eſt fundamentum extẽſionis.

(*9) Etiam nec permittit, prout nec quiſuis, text. iuris communis, quod probo in trac. diſpen. mem. v. parte iij. nu. 29. P.

cationis præbendę, ſeu dignitatis [a] huiuſmodi, alias duas obtineat [b] præbendas ſeu dignitatem & præbendam vel aliud ſeu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ reſidendo [c] in altero * [d] ipſorum, & horis diuinis intereſſendo [e] valerent ſeu valeret

(*10) Non recedas ergo à verbis legis, cum ſint clara. l. non aliter. de leg. iij. cum ſi. dixi in trac. penſio. par. iij. q. vj. P.

a ¶ Dignitatis) Aut alterius beneficij paritate rationis. *(*)

(*) Illa enim dicitur extenſionis fundamentum, l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nup. gloſſ. & docto. in clement. auditor. in verbo beneficio. de reſcript. Alexand. in conſil. cvij. col. fina. volu. 6. & in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri. P.

Effectus attenditur.

b ¶ Obtineat) (*) Cum effectu & pacifice. habere enim eſt cum effectu habere. ff. de verbo. ſignifica. l. nomen filiarum. §. habere. cap. licet. cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. in vj.

(*) Quouis modo, vt dixi ſuprà prox. in verbo tempore. hoc §. & ſic ſiue nominationis aut gradus, aut via mandati ſeu reſignationis ſimplicis, vel cauſa permutationis, cum text. iſte generaliter aut ſimpliciter loquatur: prout & concord. in §. volumus, vbi gl. in verbo obtineat, his adſtipulatur. P.

c ¶ Reſidendo) Non attenditur ergo ſi tantum valeant in portatis: ſed verus valor in loco reſidentiæ, & ibi deſęruiendo perſonaliter.

*d ¶ Altero ipſorum) Hæc duo verba non ponuntur in conc. vt patet in §. ſi quis vero ex dictis. iſto titulo. & melius, quia nunc attenditur valor omnium. Probus.

Appellatione fructuum veniunt quotidianæ diſtributiones.

e ¶ Intereſſendo) No. hic quòd quotidianæ diſtributiones computantur (*) in æſtimatione valoris beneficij. fa. cap. ſi. de reſcri. in vj. quod vult appellatione fructuum venire quotidianas diſtributiones bo. tex. in cap. fi. de con. præ. e. li. ad hoc glo. in cle. ij. de deci. Ioan. and. in addi. Specul. ti. de com. præ. Oldra. conſi. cxvij. de Ro. deciſio. 766. & 138. quod not. infrà de anna. §. voluit.

Digitized by Google

(*) Iſtud non eſt regulare, ſed limitatum, vt latè probo in additio. ad Ioan. mona. in capi. vnico, nume. 37. & nu. 53. de cle. non reſiden. in vj. vbi concludendo firmo diſtributiones quotidianas non computari in beneficij valore, qua de re hæc noſtra lex voluit eas computari, videns ius commune in contrarium eſſe, prout & lex concor. iſto tit. §. Si quis vero ex iſtis, quæ non dicit vt lex noſtra, quæ valerent, ſed ait quorum fructus, redditus & prouentus &c. aſcenderent. P. *Diſtributiones in beneficij valore non computantur.*

vſque[a] ad ſummam ſeu æſtimationem ducentorum florenorum[b] cameræ[c] ſimiliter quicumq; duas[d] prębēdas cathedrales obtinuerit[e], nullatenus[f] in ipſa tertia parte includi ſeu cōprehēdi[g] cenſea-

a ¶ Vſque) Incluſiue (*) ponitur. & ſup. §. j. ver. quòd ſi quis, cum concord. *Vſque ſtat incluſiue.*

(*) Iſta eſt regula, prout notat Alex. in conſi. cxiiij. colum. pe. viſa ſcriptuarum, vol. v. & con. cxxv. Attentis verbis. eod. vol. & con. 90. nume. 16. circa primum, volu. iij. Cuma. con. 99. in fine quædam poſſeſſio. P.

b ¶ Florenorum (*) Id eſt ducatorum, ponendo florenorum de camera pro ducato. in concernentibus enim literas Apoſtolicas & cameram æſtimantur pro æquali valore florenus auri de camera, libra paruorum Turonen. & ducatus: vt in regula cancellariæ.

(*) Dictorum à flore lilij illis impreſſo, & per Florentinos percuſſorum. dicit Gomes in regula de valore expri. q. ix. nu. 22. quem vide & de ſtigmatis in eis impreſſis in lilij flore, prout & illorum valore. P. *Floreni dicuntur.*

c ¶ Cameræ) Apoſtolicæ. ſi. infrà. con. fri. ap. capi. j.

d ¶ Duas) Si vnam tantum haberet quæ valeret ducentis ducatis reſidendo, & diuinis intereſſendo, eſſet incapax tertiæ partis debitæ graduatis: vt ſup. patet. Sed ſi habet duas præbendas cathedrales, etiam ſi non attingerent ad valorem prædictum, pariter eſt incapax. (*) vt hic.

(*) Sic qualitas beneficiorum ſupplet quantitatem pecuniarum ſeu valorum, vt in ſimili vulgus dicit in puellis, quòd formoſitas illarum ſupplet defectum pecuniarum, & econtrà. P.

e ¶ Obtinuerit) Tempore vacationis beneficij, vt ſuprà.

f ¶ Nullatenus) Id eſt nullo modo, nulla ratione. (*) l. diſt. quia ta. ca. hi qui c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. in vj. ſupra de electio. cap. j. §. facta. ver. & vt omnia. aliquando exponitur, id eſt ipſo iure. in authen. ſi qua mulier. C. ad velle. *Nullatenus exponitur.*

(*) Videlicet in vim gradus ſeu nominationis, dicit lex concor. iſto tit. §. voluimus. ver. Si quis vero ex dictis. alia tamen via poteſt, vtpote mandati, & ſimili modo. P.

g ¶ Cenſeatur) Et merito: habens enim beneficia vſque ad valorem cc. ducatorum, aut duas præbendas cathedrales, contentari debet, nec pluralitate aliorū beneficiorū onerari. ad hoc c. is cui. de præ. lib. vj. vnde tempore Guilel. Epiſcopi Pariſien. determinatum fuit per vniuerſitatem Pariſien. (*1) duo beneficia, dummodo vnum xx. libr. Pariſien. valeret, ab vno teneri cum ſalute non poſſe: vt refertur in de vita Chriſti. parte ij. cap. vij. & in lib. apum. & alij dicunt de xv. lib. ſed tūc multò plus valebāt. *Beneficia plura an poſſint cum ſalute teneri.*

Digitized by Google

libræ quàm nunc, ita quòd, xv. vel xx. libræ erant ſufficientes ad honeſtam ſuſtentationem alicuius magni viri, & Vrba. v. qui ſanctus reputatur, taxauit quot beneficia & vſque ad quantum valorem poſſint haberi: dicens quòd nullus clericus ſecularis non titulatus pluſquam duo beneficia poſſet obtinere, quorum fructus in vniuerſo ſecundum taxationem decimæ, vbi ſunt taxata beneficia, alia vero ſecundum taxationem communem, cxx. libras non excedāt, titulati vero tria poſſint obtinere, quorum fructus in vniuerſo ſecundum veras taxationem & æſtimationem prædictas, cc. libras non excedant. Sacræ vero theologiæ doctores, canonum vel legum profeſſores quatuor duntaxat obtineant: quorum (vt præmittitur) fructus, ccc. libras in vniuerſo non excedant, cuiuſcunque vero valoris ſit vnum beneficium, illud quemlibet clericum decernit poſſe obtinere, vt habetur in eius extra. horribilis. Ioan. etiam xxij. voluit refrenare pluralitatem, ſaltem incomparabiliū, in extra. execrabilis: ſed proh dolor! execrabilis ambitio & effrenata cupiditas illas exulare fecit: quantum tamen ad caſum huius textus alia eſt taxatio. Sed ſi nominatus permutat beneficium in vim nominationis acceptatum cum incapace nominationis, an teneat permutatio? ar. quòd non, in authen. vt hi qui ob. ſe. perhi. ha. §. quod ſi quis, col. vj. authen. minoris, C. qui dari tu. poſ. vbi ſicut tutor nō inquietat pupillum nomine proprio, ita nec alieno: vt ex iure ceſſo. & quòd alicui ſuo nomine non licet, nec alieno, ca. quod alicui, de regu. iur. li. vj. & ſi diceretur talem permutationem valere: concederetur huiuſmodi incapaci vna via quod alia prohibetur, quod fieri nō debet. de procu. c. tuę, c. cum quid vna, de regu. iur. in vj. & quod directe conſequi non poteſt, nec per obliquum, ff. de le. j. l. ſi mihi, §. regula, de tu. & cura. da. ab his, l. ſcire, j. fa. quod no. Io. An. in addi. ſpec. tit. de inſtru. edic. §. nunc autem, ver. ſed nónne quilibet de populo, & poſſent tales incapaces nominationum ſuſcitare nominatos, & vt ita dicam, nomina eorum commodare in fraudem aliorum nominatorum, ad hoc, l. cum quis decedēs, §. Titia, ff. de leg. iij. cum ibi not. per Bart. l. qui teſtamentum, ff. de proba. vbi confeſſio facta ad vtilitatem non capacis non valet, quia videtur facta in fraudem legis, (* 2) dicit contra, quod fraude ceſſante valet permutatio. Non enim ita adhæret oſſibus nominati beneficium in vim ſuæ nominationis ſibi collatum, quin poſſit illud auctoritate ſuperioris permutare cum non nominato qui non eſt incapax illius ſimpliciter: nec incapacitas eius perpetua eſt, ſed ſolum quo ad illud beneficium, quod caderet in turno nominationis. Beneficium autem vacās per permutationem non facit turnum, infrà eod. §. item quòd omnia, ideo poteſt illud habere iure ceſſo. ad hoc, l. decurio, ff. de decu. vbi decurio qui prohibetur conducere quędam, ſi iure ſucceſſerit in conductione, remanet in ea, ideo dicit glo. in c. j. ne cle. vel mo. in ver. conductores, quòd ſi clericus ſuccedit conductori, poteſt ſtare in illa conductione vſque ad pręfinitum tempus, licet clericus prohibeatur eſſe conductor rerum ſecularium, fa. l. iij. ff. ad l. fal. per quem textum dicit ibi Bart. quòd ſi ſtatutum diſponit quod nobilis non poſſit recipere ceſſionem contra popularem: ſi nobilis ſucceſſit in aliqua actione iure hęreditario, non per hoc incidit in ſtatutum, idem Panormi. in dicto c. j. fa. not. per Ioan. And. in ſolu. q. mercu. in d. c. quod alicui, §. ad ſecundum autem, & quod ſæpe quis habet aliquid ex perſona alterius: quod non habet ex ſua, (* 3) xciij. diſtinct. c. fina. ff. quæ res pigno. obliga. poſſunt, l. Ariſto. c. auctoritate,

Nominatus an poſſit permutare cum incapaci.

Quod non poteſt directe obtineri, ita nec indirecte.

Beneficium vacans per permutationem non facit turnū.

Clericus ſuccedens conductori.

ctoritate. de conceſ. præ. in vj.

(*1) De hac determinatione habes ad longum in quodam tracta. intitula. de deteſtatio. plurali. beneficio. colum. viij. & ſeq. vbi legitur de Philippo cancellario Pariſien. qui Gulielmo Pariſien. de quo hic in gloſ. damnatum ſe reuelauit, tum propter eam pluralitatem, tum propter alias cauſas per nos fuſius deductas in ſcala beneficiali parte j. ar. Pluralis in dignitatibus. vbi vide an pluralis in beneficijs ſcalam aſcendere poſſit. P.

(*2) Opinio hæc partes obtinet in communi obſeruantia viriles, quæ multum placet, dummodo obſeruetur, quæ per nos fuit citata ſententia ſuprà proximè hoc in. §. in verbo tempore vacationis. colum. iij. aut. iiij. Sufficit enim iuri noſtro ſufficienter nominato aut graduato ſemel ſubueniſſe in ſuſtentatione: quæ ſi culpa aut facto illius defierit, debet ei imputari regulis vulgatis, & in iure tritis, dixi ſuprà proximè hoc §. in verbo tempore, addi. iiij. P.

(*3) Facit in ſimili, quòd quis aliquid facit alieno nomine, quod non poteſt ſuo facere, vt probamus in tracta. penſio. parte j. quæſt. xij. glo. no. infrà. §. ſtatuit. in verbo procuratorem, in fine. P.

tur. †[a]

Eccleſiæ parochiales in ciuitatibus aut villis muratis exiſtentes, graduatis qualificatis, aut ad minus his qui per tres annos in theologia, vel altero iurium ſtuduerint, ſeu magiſtris in artibus conferantur, ſi qualitatum huiuſmodi poſſint inueniri. Probus.

In eccleſijs [b] autem [c]

† a ¶ Cenſeatur) Idem diſponitur in concor. eod. tit. §. ſi quis vero ex dictis qualificatis. & ſolum additur ibi cathedrales aut in metropolitanis aut collegiatis, quaſi velit innuere quòd in hac materia appellatione cathedralis eccle. non veniat metropolitana, nec colligiata eccleſia, de quo vide per nos in tra. diſpen. vj. mem. parte ij. P.

b ¶ In eccleſijs) Hoc dicit vſque ad §. ſtatuit. in parochialibus (*) eccleſijs ciuitatum & villarum muratarum graduati qualificati præferantur.

(*) Quæ eccleſia parochialis, & quis dicatur parochianus, ponit gloſ. concor. hoc titu. §. ſtatuimus. ij. in verbo parochiales. & latius per eundem gloſ. in tract. nominationum, quæſtio. xvj. nume. 6. & ſequen. P.

c ¶ Autem) Pro ſed. q. d. ſuprà prouiſum eſt circa præbendas & dignitates: nunc prouidendum eſt circa eccleſias parochiales ciuitatum & villarum muratarum. & voluerunt aliqui dicere quòd huiuſmodi Eccleſiæ parochiales non includuntur ſub tertia parte beneficiorum debita graduatis, de qua ſuprà. §. proxim. cum hic ſpecialiter circa eas prouideatur, ar. l. doli. clauſula. ff. de verb. obli. l. ſanctio. de pœnis. fa. quòd no. Panorm. in cap. ſecundo requiris. de ap. quòd ſi aliqua diſpoſitio contineat plures articulos, ſi habeant ſuas clauſulas determinationis, clauſula vnius non extenditur ad alium. fa. ca. cum dilecti. de dona. l. ſi quis legata. ff. de con. & de. fa. quòd præbenda theologalis non cadit ſub illa tertia parte: quia eſt affecta theologo. ſuprà. §. ſequuntur. & ex quo collatores grauantur in hoc quòd tenentur

Digitized by Google

illas eccleſias conferre graduatis, debent reuelari in hoc quòd non cadant ſub gradu & nominatione ad tertiam partem. ar. ſuprà eod. §. j. in fi. contrarium patet infrà eod. §. Item placuit & ita practicatur quòd omnes parochiales eccleſiæ ciuitatum aut aliæ cadunt in turno graduatorum & nominatorum.

a ¶ Parochialibus (* 1) actu & de facto, non habitu tantum. Nam ſi parochiani alicuius eccleſiæ ſunt mortui, vel receſſerunt de loco, talis eccleſia a **parochiali-** non concluderetur: vt credo in diſpoſitione huius §. & quia deficientibus perſonis deſinit eſſe parochialis (* 2) actu: ſicut deficientibus perſonis collegij deſinit eſſe collegium. not. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vni. Et quia ratio huius diſpoſitionis eſt ob inſtruendum populum, qui ſolet eſſe maior (* 3) in ciuitatibus & villis muratis, ideo debent eis præfici viri ſcientia perornati, qui poſſint eos ædificare, & tales præſumuntur eſſe huiuſmodi qualificati: de quibus in textu. vbi ergo non eſt populus qui inſtruatur, periculum animarum & ratio diſpotionis ceſſat. ad hoc ca. ſtatutum. §. j. de reſcr. in vj. cum ibi. not. cle. in pleriſque. de electio. vbi non eſt inconueniens quòd eccleſia cathedralis carens clero & populo, non habeat epiſcopum. fa. not. per Hoſtien. & ſequaces in c. de multa. de præben. Ioan. Andr. in cap. licet canon. de electio. in vj. Archidia. in cap. ſi apoſtolica. de præbend. eo. lib. qui dicunt illa iura non habere locum in eccleſia parochiali habitu (* 4) non actu. idem Pau. & Imo. in cle. j. de offi. vicar. Fred. conſi. cxxxv. licet Inno. & multi alij voluerint dicere contrarium: vt not. in d. ca. de multa in d. c. licet canon. pro quibus poſſet iudici. d. cle. in pleriſque. quia ibi eccleſia non deſinit eſſe cathedralis, licet careat clero & populo. Et dicit ibi Bertrandus, quod ſi parochiani receſſerunt non redeundi, deſinit eſſe eccleſia parochialis. aut non diſceſſerunt eo animo, & tunc ſecus. quod reprobat Ioan. de lig. quia non debet (* 5) pendere à voluntate populi & cleri facere eccleſiam deſinere eſſe parochialem. vij. q. j. mutationes. de reli. do. cap. j. ſed ob. quia idem videtur iudicandum de eo quod eſt in actu, & de eo quod eſt in habitu. (* 6) ar. eorum quæ habentur in c. non ſolum. de appel. in vj. vbi idem iudicatur ſi aliquid attentatur poſt appellationem, ſeu intra tempus quo poteſt quis appellare. l. Labeo. ff. de ſtatu liber. vbi ſatis dicitur verificari verbum nocere ſi aptum natum ſit ad nocendum. facit quod habetur in l. foramen. ff. de ſer. vr. præd. vbi ſeruitus ſatis dicitur habere cauſam continuam, quæ apta nata eſt continuari ad recipiendum ipſam ſeruitutem. Item tenendo primam opinionem poſſet ſequi inconueniens, ſi forte aliquis non graduatus obtineret in ciuitate vel villa murata eccleſiam parochialem habitu tantum, & demum tractu temporis poſtea efficeretur parochialis actu, quod etiam ſine noua auctoritate ſuperioris poſſet contingere per reditum parochianorum. not. Ioan. Andr. in dicto cap. licet canon. Baldus in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. nam iſto caſu non graduatus haberet eccleſiam parochialem actu in ciuitate aut villa murata contra iſtum text. dic quòd ratione legis expreſſa vel præſumpta durante habent locum iura in contrarium allega. ſed vbi ratio legis ceſſat, vt in caſu iſto, nequaquam. Ad inconueniens alleg. non reputo illud inconueniens. nam leges adaptandæ ſunt ad ea quæ ſæpius accidunt. l. nam ad ea. ff. de legi. & initium eſt ſpectandum. cap. dudum. cum ibi not. de electio. nec debet factum legitimè retractari, licet caſus poſtea

Eccleſiæ parochiales villarum muratarũ dentur viris literatis.

Eccleſia parochialis quando deſinat eſſe parochialis.

Digitized by Google

(*7) eueniat à quo non potuit inchoari. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. c. factum. de regu. iur. in vj. Sed nunquid appellatione eccleſiæ parochialis hic veniet eccleſia collegiata etiam parochialis, non. ar. d. cap. licet. iuncto cap. ſtatutum de electio. in vj. quia ſicut patet in c. cum in cunctis. de electio. iſta ſunt diuerſa, non ſynonyma: ideo quod ſtatutum eſt de vno aliud non contingit. de priuileg. ſane. Item nominando minus non comprehenditur maius ſiue dignius. de reſcri. ſedes. cle. non poteſt. de procura. nam talis eccleſia non debet ſimpliciter appellari eccleſia parochialis, ſed dignitas. cap. extirpandæ. §. qui vero de præbend. cap. ſuper eo. titu. in vj. per quæ iura non haberet locum iſte text. vbi eccleſia parochialis eſt acceſſoria (*8) & annexa præbendæ vel dignitati. quod in fi. not. Ioan. Andr. in dicto cap. licet. de vicarijs tamen perpetuis eccleſiarum parochialium idem iudicium eſt habendum, (*9) ſicut de eccleſijs parochialibus. vt cle. j. de offic. vica. *Eccleſia parochialis & collegiata ſunt diuerſa.*

(*1) Quæ non comprehenduntur ſub verbo curatis ſimpliciter prolato, vt per multa probo in tract. diſpen. memb. v. parte ij. vbi quæro an diſpenſatus ad curatum dicatur diſpenſatus ad eccleſiam parochialem, & concludo quòd non, per multa motiua, quæ videre non te pigeat, quia non reperio quæſtionem per docto. tactam, licet dubium ſæpe accidat, & ſit quotidianum. Omnis enim eccleſia parochialis dicitur beneficium curatum, ſed non econtra. no. docto. in cap. ſuper eo. de præbend. in vj. P. *Diſpenſatus ad curatum non eſt ad parochialem.*

(*2) Iſtud reaſſumpſit do. Petrus Rebuff. in tra. no. q. xvj. num. 23. P.

(*3) Similis gloſ. infrà hoc §. in verbo exiſtunt, col. ij. P.

(*4) Et nunc neceſſario non requiritur quòd ſit qualificatus, pone in priore ſub ſe vicarium perpetuum habente, ponit Panor. in c. extirpandæ. in repeti. §. qui vero. col. iiij. ver. penes quem de præbend. P.

(*5) Facit in ſimili quod ſicut ſine ſuperioribus beneficia non acquiruntur. cap. iij. de inſti. & ca. relatum. de iure patrona. ita vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ita ſine ſuperioribus non perduntur. ſic non eſt aliquid in diſpoſitione aut voluntate inferiorum, vt quid ex eis perdatur, vel acquiratur. multa enim ſunt in quibus partium conſenſus nihil poteſt: vt deduco in tracta. penſio. parte iiij. quæſtio. vij. Aliud habes ſimile, quia vt eccleſia dicatur parochialis, requiritur auctoritas ſuperioris, eam parochialem conſtituentis, cap. nullus. xvj. quæſtio. vij. Barba. conſil. xvij. columna 5. præclare. volumine j. & ante eum Bellemere conſil. xxxviij. colum. ij. & ſequen. ſuppoſito. P. *Parochialis dicitur.*

(*6) Facit in ſimili de eo quod eſt faciendum de proximo, vt habeatur pro facto, vt latè probo in trac. penſio. parte v. quæſt. x. & melius in tracta. penſio. membr. iij. nume. xxj. vbi probamus quòd potentia idem operatur quod actus. l. penult. C. de teſtamen. mili. Iaſon in l. ij. C. de inoffic. teſtamen. P.

(*7) Iſtud facit ad deciſionem quæſtionis, quod ſi ſpurius ad benificia & ſimilia diſpenſatus fuerit, poſtea incontinentiæ paternæ imitator ſit, propter hoc diſpenſatio non reuocatur, licet in ea diſpenſatione ſit appoſita clauſula. Si paternæ incontinentiæ imitator non fuerit. quod per multa firmo. idem de collatione, vt etiam probo in tractatu penſionum, parte prima, quæſtio. ij. numer. 57. Probus. *Diſpenſatio non reuocatur propter delictum, nec collatio.*

Digitized by Google

(* 8) Iſtud placet Domino Petro Rebuffi in tract. nominationum, quæſt. xvj. nume. 26. vbi hoc latius firmat. P.

(* 9) In quibus conueniant, & in quibus diſconueniant, dixi in tract. diſpen. membr. v. par. iij. nu. 42. & ſeq. facit pro gloſ. quod notat Rota in no. deciſ. 273. Iſtud latius firmat Dominus Petrus Rebuffi in tractatu nominationum. quæſt. xvj. nume. xij. P.

bus † [a] quæ in ciuitatibus [b] aut villis [c]

† a ¶ Parochialibus) Quæ veniunt appellatione parochiarum. c. licet. de preſcri. Ideo ſi papa mandauit alicui prouideri de parochia, intelligitur de parochiali eccleſia, non de parochia ſeparata ab ipſa, ait Præpo. in ca. quando. xxviij. diſtin. vbi per illum tex. notat quòd ad ſolum epiſcopum ſpectat de iure ponere clericos in eccleſijs parochialibus ſuæ diœceſis, & quòd illi quando ad eas promouentur, faciunt profeſſionem circa duo, videlicet caſtitatis & obedientiæ. Cognoſcitur enim eccleſia parochialis quando illa habet locum certis limitibus conſtitutum in quo degat populus. Secundo quòd ſacramenta percipiantur in ea, & populus ibi ſepeliatur. P.

Cognoſcitur eccleſia parochialis.

b ¶ Ciuitatibus) In quibus ſolis ſtatuendi ſunt epiſcopi. lxxx. di. epiſcopi. cap. j. de priuileg. non videtur tamen de ſubſtantia ciuitatis quòd habeat ſedem epiſcopalem adeò quòd aliàs non dicatur ciuitas. not. Barto. (*) in l. j. C. de metro. lib. x. Panorm. in cap. j. de offic. ordi. facit. xvj. quæſt. j. & temporis. cum ibi not. gloſ. in dicto cap. epiſcopi. in dicto cap. j. de priuileg. docto. in cap. ſi ciuitas. de ſentent. excommun. in vj. Bald. dicit contra. in l. reſcripta. C. de precibus imper. offert. alle. xvj. quæſt. j. præcipimus. Et in ciuitatibus aut locis inſignibus agitandæ ſunt cauſæ commiſſæ à ſede apoſtolica. cap. ſtatutum. de reſcrip. in vj. & leges & artes docendæ. in procem. ff. de magiſt. cap. j. de cleri. non reſiden. tuæ. & in alijs ſunt priuilegiatæ. de quibus not. in rub. C. de iu. reipublicæ. lib. xj. & per legiſt. in l. fi. C. de ſacro ſanct. eccleſ. P.

Epiſcopi in ſolis ciuitatibus.

(*) Quem vide in extraua. qui ſunt rebelles. in verbo Lombardiæ. dicentem quòd ciuitas dicitur ille locus qui epiſcopum in eo habet, qua dignitate ille priuatur, ſi eius epiſcopum occidat. no. Alexand. in addi. ad Bart. in l. ij. ff. de verb. ſigni. tex. in cap. ita nos. xxv. q. ij. vide Fely. poſt alios in cap. Radulphus. de reſ. P.

c ¶ Villis (*) villa propriè eſt locus ruralis, ædificia ſcilicet collecta ſine muris, vel vallo, quæ villæ appellantur vici, nullamque habent iuriſdictionem de iure communi, ſed ſubſunt alicui ciuitati. C. de epiſc. & cle. l. nulli. §. fi. de natu. lib. l. ſi quis. ff. ad muni. l. qui ex vico. ſed caſtrum dicitur quaſi caſa alta ſeu fortis, & eſt munitum muris ſeu vallo. l. quicunque. ff. de funct. limi. lib. xj. ff. ad legem Iulian maje. l. iij. & iſta de iure communi non conſueuerunt habere aliquam iuriſdictionem: ſed ſunt ſicut vici. C. de teſta. l. fi. ciuitates verò propriè appellantur quæ habent (†) epiſcopum, vt dictum eſt. de quo Bartolus in extraua. quoniam. col. xj. in l. j. §. ſiue autem. ff. de no. ope. nun. Ioan. Mo. & alij docto. in cap. ſi ciuitas. de ſenten. excommu. in vj, Archid. in cap. ſtatutum. de reſcrip. eo. lib. aliquando accipitur villa pro ciuitate. de cenſib. venerabili. de eccleſi. ædi. ad audientiam. aliquando pro loco populoſo murato: vt hic. aliquando aliter: vt no. inſti. de re di. circa princ. in ver. villis. in Francia autem appellamus ciuitatem villam: rus au-

Villa, caſtrum & ciuitas qualiter differunt

Caſtrum dicitur.

Ciuitas dicitur.

Digitized by Google

tem villagium. de iſtis verbis habes in l. ij. C. de off. præfect. præto. af. §. interea. infra de inter. in non po. cap. j. cum ſimi.

(*) Nec refert an ſint antiquæ vel nouæ, dummodo fuerint auctoritate principis mutatæ, ſeu villæ effectæ, aliàs dici non poſſunt villæ, ſine priuilegijs villarum, vti probat gloſ. hoc in §. in verbo exiſtunt, col. iij. P.

muratis [a] exiſtunt [b] (†) Ad eſſe tamen ciuitatis non requiritur epiſcopus. probat latè Panorm. in cap. j. in j. nota. de priuileg. Probus.

a ¶ Muratis (*) muri vno modo dicuntur parietes facti de lapidibus cum cæmento. ff. de verbo. ſignifi. l. parietes alio modo dicuntur parietes circundantes pro defenſione & tuitione. & iſtorum, quidam ſunt priuati, quidam publici. priuati ſunt qui à priuato in loco ſuo circunquaque facti ſunt. licitum eſt enim fundos ſuos vel loca ſua murali ambitu vallare. C. de ædifi. priuatis. l. per prouincias. dum tamen non fiat ad æmulationem alterius, nec inde materia ſeditionis veriſimiliter timeatur. ff. de ope. pu. l. opus nouum. nec fiat in limine imperij vel regni, quia hoc non licet, niſi illi cui princeps vel antiquitas dedit. C. de fund. limi. l. ij. lib. xj. no. Geſ. in extraua. execrabilis. Henri. in cap. piſanis. de reſti. ſpo. Publici muri ſunt alicuius ciuitatis, caſtri, vel villæ. illi dicuntur ſancti, & in nullius bonis ſunt. inſti. de re. diuiſi. §. ſanctæ. ff. eo. tit. l. j. & ſunt conſtituti in auxilio habitantibus. ff. de verb. ſig. l. pupillus. §. oppidum. nec illos licet tranſcendere vel violare ſub pœna capitis. ff. de re. diui. l. fi. *Muri dicuntur.*

(*) Iſtud elegans accidens adueniens enti, qualificat illud, & reponit in ſpecie & eſſe ſpecifico ac eleganti. Barba. in conſi. vj. nume. 6. in fine volumi. iiij. & conſi. iiij. nume. 4. eod. volu. ideo facit vt non includatur ſub lege communi, id eſt quòd parochialis poſſit conferri xxv. annos attingenti, ſed vltra hoc requiritur quòd præmiſſo modo ſit qualificatus. Et in hoc ciues villarum muratarum vltra rurales habent priuilegium, quia regulariter rura habitantibus præferuntur, ait idem Barba. in conſi. xxv. col. v. volum. iiij. cuius dicta pro hoc faciunt notata in conſi. xxiij. nume. 2. eo. volumi. iiij. P. *Accidens adueniens enti.*

b ¶ Exiſtunt) Ideo in eccleſijs parochialibus quæ ſunt in ſuburbijs, non habet locum hæc diſpoſitio, cum etiam ciuitas murorum ambitu terminetur regulariter, & ex proprio ſignificato vocabuli comprehenditur ſolum quod eſt intra mœnia. cap. ſi ciuitas. de ſenten. excommuni. in vj. cap. vbi periculum. de electio. eod. lib. præſertim in materia ſtricta: vt eſt iſta: cum ſit in præiudicium libertatis ordinariorum & in materia ſtricta debemus capere verba ſecundum proprium & ſtrictum ſignificatum verborum. c. ſtatutum. de elect. in vj. ff. de leg. iij. l. non aliter. de exerci. l. j. §. in re. inſti. qui teſ. tu. da. poſ. in fi. item ſpeciale eſt in caſu. d. c. ſi ciuitas. vt comprehendantur ſuburbia, ne propter fraudem interdictum violaretur. not. Panorm. in c. Radulphus. de reſcri. in cap. fi. de præb. Sed quid ſi eccleſia parochialis ſita eſt in ſuburbijs, ſed omnes eius parochiani, vel maior pars eorum moratur intra ciuitatem: vt eſt in eccleſia beati Laurentij extra muros Pariſien. an talis eccleſia includatur in hac diſpoſitione? Credo quòd ſic. (*1) & de hoc interuenit arreſtum parlamenti: cum ratio præſumpta huius diſpoſitionis militet. nam vt ſupra dictum *Parochialis in ſuburbijs.* *Verba ſecundum proprium ſignificatum.*

Digitized by Google

eſt, in fauorem parochianorum qui morantur in ciuitatibus, aut villis muratis, fuit facta, vt habeant peritos qui eos doceant, qui præſumuntur ibi eſſe in maiori numero, & intellectu capaciores quàm habitantes in rure. l. ſcire oportet. ff. de excu. cap. ſtatutum de reſcrip. in vj. §. j. l. j. cum ibi nota. C. de ſtu. li. vr. Roma. lib. xj. Bart. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matrimo. eadem autem ratio ſimilia iura expoſtulat. cap. inter cæteras. cum ſi. de reſcriptis. Item vbi eſt eadem ratio, appella. ciuitatis veniunt ſuburbia. l. prima. §. cum vrbem. ff. de offic. præfecti vrb. l. qui in continentibus. l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. ſignifi. l. nam quod. §. ſi ita. de pe. leg. not. in dicto cap. ſtatutum. facit quod not. Ioan. Andr. in nouel. in dicto cap. ſi ciuitas. quòd parochiani eccleſiarum ciuitatis licet longè extra muros extendatur parochia, poterunt conueniri appellatione ciuitatenſium. alleg. de deci. apoſtolicæ. ad hoc de Rota deciſi. 549. Sed pone quòd villa à principio fuit murata, fuerunt autem muri deſtructi radicitus, an in ea adhuc duret diſpoſitio? Non ſi muri fuerunt deſtructi auctoritate ſuperioris poteſtatem habentis, propter delictum inhabitantium. fa. no. per gloſ. & Innocen. in cap. abbate. de verbo. ſigni. ſpec. tit. de actio. ab vni. §. j. quia deſtructa re, omnia priuilegia eius videntur eſſe ſublata. fa. l. ſi vſus fructus. ff. quibus modis vſus fructus amit. de conſe. diſtinct. j. placuit. xvj. quæſtio. vij. & hæc dicimus. cap. cum ex iniuncto. de not. ope. nun. Henri. in ru. de priuileg. niſi poſtea reædificentur auctoritate ſuperioris, tunc eadem priuilegia recuperabit. not. Innocen. in d. cap. abbate. Henri. in d. cap. cum ex iniuncto. arg. cap. quia diligentia. de elec. cum ibi not. per Panorm. quod not. in l. ex his, & l. ſeq. ff. de leg. quòd ſi ſine ſuperioris auctoritate reædificentur, non recuperaret: quia actio ſemel extincta non reuiuiſcit. de conſec. diſt. iiij. quæris. ff. de ſol. qui res. §. aream. not. Panorm. in d. cap. abbate. Vtrum autem indiſtinctè municeps ſiue populus alicuius villæ vel ciuitatis poſſit reficere muros publicos ſine auctoritate principis. not. in l. ſacra. §. muros. ff. de rerum diui. inſtit. eo. §. ſanctæ. de ope. public. l. opus nouum. l. de operibus. C. eod. tit. l. omnes prouinciarum. in l. iij. C. de diuer. preb. vrb. lib. vj. Pe. Ia. tit. de foſſa. & tit. de refec. mu. Sed vbi ex facto alicuius tyranni, vel ab hoſtibus villa vel ciuitas ſeu muri earum deſtruerentur, non perdit (* 2) priuilegia, & haberet locum hæc diſpoſitio. argu. vij. quæſt. j. paſtoralis. xix. quæſt. iij. qui ſemel. xxxiiij. quæſt. ij. cum per bellicam. infrà de pa. poſſ. cap. j. ver. excepto. cum ibi not. facit not. per Innocen. & alios in dicto cap. cum ex iniuncto. Innocen. in cap. grauem. de ſenten. excommunic. Ioan. Andr. in cap. ſtatutum. de electio. lib. vj. in cap. priuilegium. de regul. iuris eod. lib. Baldus in l. imperialis. de pa. Conſtan. Bartolus in extraua. quoniam. collat. xj. vbi dicit, quòd ciuitas quæ contra regem occupatur à tyranno vel hoſte regni, non dicitur rebellis: & ſi recuperantur, debet redire in priſtinam libertatem. C. de offic. præfect. Africanus, leg. prima, in princ. Lauren. & Domi. in cap. deliberatione. ad fi. de offic. leg. in vj. vbi dicunt legatum non poſſe conferre eccleſiam collegiatam habitu tantum, niſi auctoritate ſuperioris effecta fuiſſet non collegiata.

Eadem ratio operatur.

Villa an dicatur murata, muris destructis.

Muri destructi an poſſint refici ſine principe.

Ciuitas à tyranno occupata non dicitur rebellis.

Suburbia dicuntur gaudere priuilegijs ciuitatis.

(* 1) Quia ratio legis ſuprà hoc. §. in verbo parochialibus adducta in princ. prout & hic & hoc caſu militat, ideo ſuccedit eadem diſpoſitio. quod placet Domi.

Digitized by Google

Rebuffi in tracta. not. quæſt. xvj. nume. 11. vbi idem videtur concludere, etiam quando parochiani in ciuitate aut villa murata non habitant, ſed ſolum in ſuburbijs, tum quia appellatione vrbis ſuburbia continentur. l. ij. ff. de verbo. ſignifi. ſufficit ideo quòd parochiani habitent iuxta ciuitatem. Quòd ſi de eo legiſlator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet propter dictam legis rationem. ita nos decet

inſtituantur * a

dicere. gloſ. in l. tale pactum. §. fin. de pact. Ratio enim diuerſitatis non poteſt inter parochianos ciuitatis & ſuburbiorum dari per quendam parietem intermedium maximè quo ad concernit commodum animarum, cum ſuburbia videantur quoad temporalia gaudere priuilegijs vrbis, vel villæ muratæ, ſeu ciuitatis, notant doct. in cap. Radulphus. de reſ. quod fit, quia ſuburbia dicuntur ad ciuitatem additamentum: de quo iudicatur ſicut de principali, vt probamus in tract. diſpen. membro vj. parte prima, numer. 51. & ſeq. & diſpoſita in principali, intelliguntur repetita in augmento. text. in l. etiam. C. de iure dot. vbi Cy. & Baldus. Quod ſi gaudeant quo ad temporalia, multo magis gaudere debent quo ad ſpiritualia longè præſtantiora, & quibus fauor omnis iuuat. *Additamentum ad principale.*

(* 1) Iſtud placet, quia propter hoc non minus debent ciues gaudere priuilegijs ciuitatum, cum non ſint in culpa huius deſtructionis murorum. ſic idem dicendum eſt quando muri ob vetuſtatem aut aliàs fortuito caſu ceciderunt, cum eadem ſit ratio, tum etiam quia priuilegia principaliter non dantur ciuibus propter muros, ſed ob frequentem populum ibi habitantem, inter quos reperiuntur tam docti & capaciores intellectu, quam de iure. P.

* a ¶ Inſtituantur) Lex concor. facit præceptum in hoc negatiuum, dicens, non niſi perſonis modo præmiſſo qualificatis, quod præceptum non eſt minoris virtutis quàm affirmatiuum, vt probamus in tracta. penſio. parte iij. q. iij. ideo dicit. glo. ibi, in verbo non, in §. ſtatuimus. ij. iſto tit. quòd eſt magna differentia inter verba huius legis, & verba concor. quia verba concor. continent orationem negatiuam, quæ plus negat, quàm affirmatiua affirmet, ait gloſ. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonſtra. Iaſon poſt text. in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verbo. oblig. Eſt enim tantæ malignitatis, quòd quicquid inuenit deſtruit, & eius oppoſitum ponit, dicit Oldrad. in conſil. xxxiiij. dixi latè apud Ioan. Monac. in ca. vt animarum, numer. 17. de conſtit. in vj. Sic fortior eſt prohibitio legis prohibitiuæ, quàm permiſſiuæ. l. iij. §. liberti. vbi Bart. ff. de ſuſpec. tuto. & Decius in cap. nam concupiſcentiam. in iij. not. in j. lec. de conſtit. Et hac ratione. d. glo. concor. concludit collationem parochialis eccleſiæ non qualificato factam, ipſo iure eſſe nullam, ſi qualificatus eam parochialem proſequatur tanquam contra legem attentatam, etiam quauis cauſa fuerit facta, aut reſignationis, aut ſubrogationis, ſiue permutationis, & id operari fauorem graduatorum: prout & populi villæ muratæ, aut ciuitatis, qui eſt magis capax doctrinæ virorum literatorum, quàm qui in municipijs habitat: vt eſt de mente gloſ. ij. huius. § in princ. ideo ſubdit Clem. vij. collationes de his parochialibus non graduatis factas, etiam per papam, non facta concor. derogatione, nullas declaraſſe & inanes, pontificatus ſui anno. xj. viij. idus Aug. Etiam ſi per viam reſignationis ſimplicis, aut cauſa permutationis vel alio quouis modo. *Virtus negatiuæ preminet.*

Subdit & ſecundò diſpenſationes ad eas parochiales per non qualificatos obtinendas non valere, quod non placet ſi procedant à papa. concor. in hoc derogante, maximè cum ipſa concordata ordinarijs, non papæ dirigantur: ideo ea derogatio non videtur neceſſaria, niſi dixeris illa eſſe concilij, vt papa Leo conditor fatetur in illorum proœmio, videlicet concilij Lateranen. & tunc opus eſt ſpeciali derogatione, vt per multa probaui in tracta. diſpen. mem. xij. parte j. nu. 26. Et hoc caſu fatendum eſt legatum non qualificatis eas poſſe minimè conferre, cum concilio non valeat derogare, vt etiam ibi probo num. 42. Equidem non placet, cum papa legem non poſſit facere, à qua non poſſit recedere, etiam ſi in ea ſint verba derogatoria, vt probo apud Io. Mona. in cap. licet. nume. 11. de conſti. in vj. licet ibi ipſe Ioan. Mona. contrarium dicat, etiam ſi illa lex dicatur vim contractus habere: nam papa non contrahit aut promittit aliquid, per quod eius poteſtas in toto aut in parte minuatur, vt per nos probatur in tracta. diſpen. iiij. memb. parte j. nume. 134. Poſtremò dic inſtituantur ſi perſonæ illæ petant. text. & ibi gloſ. in verbo petierit. in §. teneantur. in concor. iſto tit. quod firma. per ea quæ diximus latè in tracta. penſ. parte. j. q. xxx. P.

Collationes parochialiũ villarum muratarum nongraduatis facta an valeant.

perſonæ [a] ſicut ſupra [b] qualificatæ [c], aut ad minus [d]

Perſona qualiter accipitur.

a ¶ Perſonæ (*) Id eſt clerici. hæc dictio perſona ponitur pro quocunque miniſtro eccleſiæ. in clemen. j. in prin. de ætate. & qualit. ſed in Anglia rectores eccleſiarum vocantur perſonę. de ap. perſonas de reſcrip. ex parte no. Archi. in c. j. de conſue. in vj.

(*) Qui comprehendantur ſub hoc verbo, ponit gloſ. concor. iſto ti. in §. ſtatuimus. el. ij. in verbo perſonis. P.

b ¶ Suprà) §. proxi.

c ¶ Qualificatæ (*1) Puta magiſtri aut doctores vel licentiati in theologia, in iure, vel medicina, aut magiſtri ſeu licentiati in artibus, vel baccalarij in theologia aut in iure, qui ſtuduerint in vniuerſit. priuileg. per tempus requiſit. ſup. §. proximo. (*2)

(*1) Has qualificationes repetit gloſ. concor. in §. ſtatuimus. ij. hoc ti. in verbo modo præmiſſo. P.

(*2) Sed an inſinuatio hoc in caſu ſit neceſſaria, maximè quando parochiales vacant in menſibus ordinarijs debitis, in quibus liberè eis permittitur conferre, vt in concor. iſto tit. §. prefatique ordinarij. ver. beneficia verò quę in duobus menſibus? videtur quòd non, per ea quę in propoſito tradit in tracta. no. q. xvj. nu. 31. ver. duodecimo. do. Petrus Rebuffi, quem vide ibi nu. 30. quid dicendum quando parochiales conferuntur tanquam vacantes cauſa permutationis, & dicit etiam quòd non, quia inſinuatio nil addit ad doctrinam, prout nec ad parochianorum fauorem. quod videtur eſſe de mente huius gloſ. dum non facit mentionem de inſinuationis qualitate. Si tamen vult conſequi per modum vacationis per obitum, oportet quòd inſinuauerint, dicit gloſ. in §. proxi. ſeq. in verbo hoc modo. P.

d ¶ Ad minus (*) Ampliatiuè ponitur quo ad theologos & iuriſtas, vt ſequitur. de qualificatis in medicina nihil dicitur, ideo ſtemus. §. ſuprà proxi. Ex quo ſequitur, quòd baccalarij in medicina non ſunt capaces eccleſiarum parochialium de quibus hic, ſicut nec nominationum, vel tertiæ partis beneficiorum debitæ graduatis: vt

no.

Digitized by Google

no. in dicto §.

(*) Lex autem concor. dicit aut ſaltem, vt dixi infrà hoc §. in ver. fuerint. P.

a ¶ Qui) Si ſit quæ in fœmineo genere, relatiue ponitur ad dictionem qualificatæ: vt ſit ſenſus quòd inſtituantur perſonæ qualificatæ: vt ſuprà, ad minus quæ per tres annos in theologia vel in altero iurium, &c. ſtudẽtes fuerint, & huiuſmodi gradum, & ſecundum hunc intellectum non erunt capaces Eccleſiarum parochialium ciuitatum, aut villarum muratarum, niſi ſint graduati. Alij textus habent qui, in maſculino genere: & tunc abſolutè ponitur, & eſt ſenſus, quòd in prædictis parochialibus Eccleſiis inſtituãtur perſonæ vt ſuprà qualificatæ, id eſt graduatæ: ad minus ſupple inſtituãtur tales qui per tres annos in theologia aut in iure, &c. & ex hoc voluerunt quidam dicere non eſſe de neceſſitate quòd promouendus ad dictam parochialem Eccleſiam ſit graduatus, ſed ſufficere quòd ſtuduerit in vniuerſitate priuilegiata per tres annos in theologia, vel in altero iuriũ, propter ver. ad minus, quod ampliat, & dicunt verba quæ ſequuntur, ſcilicet & huiuſmodi gradum, eſſe referẽda ad magiſtros in artibus, & ferunt ſic fuiſſe obtentum pro cura ſanctæ Marinæ contra magiſtrum Ioannem l'Eſtourneau, ſed profectò iſte intellectus non congruit literæ quæ requirit duo copulatiue, ſcilicet quòd per tres annos in theologia, vel in altero iurium ſtudentes fuerint, & huiuſmodi gradum adepti, nec dictio ad minus ampliat vltra gradum, ſed ad qualificationem temporis ſtudij quod requirebatur cum gradu: vt in d. §. ver. necnon, ibi, ad minus fecerint, fa. quia per d. §. ſoli graduati ſunt capaces tertiæ partis beneficiorum debitæ graduatis, ſiue præbendarum, ſiue aliorum: ergo etiam ſoli erũt capaces dictarum Eccleſiarum parochialium, cum maior idoneitas debeat requiri in promouendis ad eas quàm ad præbendas.

qui[a] per tres annos in theologia, vel altero iurium, ſeu magiſtri[b] in artibus, qui in aliqua vniuerſitate priuilegia

Licentiati in artibus an ſint capaces Eccleſiarum parochialium villarum muratarum.

b ¶ Magiſtri) Ex hoc videtur quòd licentiati in artibus non ſint capaces huiuſmodi Eccleſiarum parochialium, quod placet quibuſdam: & quòd hæc dictio ſeu, venit correctiuè ad præcedentia quoad qualificatos in artibus: pro quo vide no. ſuprà §. proxi. ver. ſeu. licet ſint capaces tertiæ partis debitæ graduatis, ſuprà §. proxi. verb. magiſtris, contra, credo per prin. huius §. vbi iubet inſtituere perſonas vt ſuprà qualificatas, in quibus comprehenditur licentiatus in artibus, vt dictum eſt ſuprà, & hęc dictio ad minus operatur augmentum, ergo nõ poteſt operari correctionem, l. cum tale, §. fi. ff. de condi. & demon. quod faceret ſi dictum illorum eſſet verum, vitanda eſt etiam correctio, c. cum expediat, de elect. & licet hic de magiſtris tantum loquatur, tamen ſuprà in ver. qualificatæ, tacitè locutum eſt de licentiatis: ideo omiſſum in vno verbo, ſupplendum eſt per aliud, l. ſi quis ſic ſtipuletur, ff. ſolut. mat. & vbi in eadem diſpoſitione principium & finis videntur contrariari, ad concordiam reduci debent ſi fieri poteſt, de pœni. diſt. j. periculoſe, c. cum tu. de teſti. Bart. in l. ij. §. creditum, ff. ſi cert. pet. in l. Labeo. de ſup. le. & finis trahendus eſt ad principium, ff. de vi. tri. & o. le. l. vlti. xxij. quæſt. vij. apoſtolus, cap. ſecundo requiris, de appel. per Barto. in l. talis ſcriptura, ff. de leg. j. tamen pro primis, fa. quòd illa dictio qualificatæ non

Digitized by Google

intelligatur de qualificatis in artibus, cum poſtea ſpecialiter ſit de illis prouiſum per l.ſanctio. ff. de pœn. l.doli clauſula,cum ibi not.ff.de ver.obli.& ſpecialis diſpoſitio derogat generali,ff.de leg.iij.l.vxorem,§.feliciſſimo,de fun.inſtru.l.quæſitum,ad fi. vbi glo.& Bar.c.j.cum ibi no.de reſcri.regula,generi,de reg.iur.in vj.

ta † [a] ſtudentes fuerint † [b], & huiuſmodi [c] gradum adepti fuerint,ſi tales poterunt [d] inueniri.

Quolibet quadrageſimæ tempore graduati per ſe, vel procuratores ſuos, patronis & collatoribus beneficiorum, ſeu vicariis illorum ſua nomina exhibere habent, quod ſi non fecerint, collatio ſeu præſentatio aliter quàm graduatis facta, non cenſetur propter hoc irrita. Probus.

† a ¶ Priuilegiata) Siue (vt diximus ſuprà in §.inſuper,in ver.priuilegiata,iſto titu.) fuerit in regno, vel extra: quia quando graduatus fuit extra regnum, non minus prouidetur Eccleſiæ & parochianis quàm ſi eſſet graduatus in regno. P.

† b ¶ Fuerint) Deciſio huius §. ponitur iſto tit.in concor. in §. ſtatuimus quoque quòd licet ille in verbis aliquibus ab iſto differat, tamen in ſubſtantia à lege noſtra non diſcordat, niſi quia loco dictionis ad minus, dictio ſaltem ponitur: quæ ambæ ſunt dictiones ſubſidiariæ diminutionem ſignificantes, vt de ea dictione ſaltem probat glo.& ibi Domi.& Franc.in c.ſtatutũ, §.j. in verbo vel ſaltem, de reſ. in vj. quod proſequitur glo.conc.in d.§. ſtatuimus, in verbo ſaltẽ, quæ in verbo aut probat eam dictionem eſſe alternatiuam non electionis,ſed ordinis,l. cum pater,§.j.de lega. ij. & eſt ſenſus quòd ſi non reperiantur modo præmiſſo qualificati, parochiales illæ ſaltem conferantur his qui per tres annos, &c. Probus. Saltem.

c ¶ Huiuſmodi) Id eſt doctoratum aut licentiam in theologia,vel in iure,vel in medicina,vel in artibus,aut baccalariatum in theologia,vel in iure.

d ¶ Poterunt) Vbi autem non poſſent tales qualificati inueniri,alij inſtituũtur,idonei tamen.fa.infrà §.proxi.ver.& ſimiliter,l.generaliter,§.ſpurios,ff.de decur. vbi in defectu legitimorum ſpurij (* 1) aſſumuntur in decuriones,c.j.xxj.quæſt.j.vbi propter penuriam clericorum beneficia vniuntur,vnde dicit Hoſtien.in c.graue,de præbend.per illum textum ibi, cum poſſint viros idoneos, quòd in defectum idoneorum poſſunt aſſumi indigni ad beneficia: cum melius ſit locum implere, quàm vacuum relinquere, ſed ipſe in eodem capitu.ſentit contrarium, dicens, quòd ſi vnus ſolus reperitur idoneus,illi ſoli ſunt cõferenda plura beneficia quàm indignis, quod limitat Panormi.vbi tanta eſſet indignitas quòd non poſſet prouideri ſine peccato, aut aliorum graui ſcandalo, tunc enim cum non poſſet idoneus inueniri (* 2) non curreret tempus ad conferendum vel eligendum,not. Archid. lxj. diſtinctio. bene notat Henri.in c.licet,de ſup.ne. prælator. ſed ſi non ſit tanta indignitas, vt quia patitur defectum in ſcientia,ſed eſt alias bonus clericus, tunc poſſent dari ſibi beneficia in ſubſidium, fa.iſte tex.à contrario ſenſu.

Digitized by Google

(*1) Iſtud per multa firmo in tracta. deuolutio. parte ij. quæſtio. xj. facit illud vulgatum quod eſt Cyn. in l. j. C. qui & aduer. quos, quod in defectum ſapientum ſtulti cathedras aſcendunr, & aliud, quod in defectum boni triſtis ſedet in banco. Probus.

(*2) Iſtud firmo in tractatu deuolutio, parte ij. quæſt. xj. in princ. P.

Statuit[a] autẽ hæc ſancta Synodus, quòd quolibet[b] anno durãte tẽpore[c] quadrageſimę[d]

a ¶ Statuit) Primo ſtatuitur quòd quolibet anno tempore quadrageſimæ fiat per qualificatos exhibitio nominũ collatoribus aut patronis, vel eorum vicariis, quod ſi non fiat, collatio aliter facta non qualificato valet, ſecundo, collatio facta contra qualificationes & ordinem caſſatur, & collator punitur, tertio, ſtatuitur quòd beneficia regularia religioſis idoneis conferantur, & conferentes indignis puniantur. Secunda ibi, ſi autem. Tertia, illi verò.

a ¶ Statuit) Alij textus habent. Et vt facilius inueniri poſſint, ſtatuit, &c.

b ¶ Quolibet) Patet quòd non ſufficit ſemel exhibuiſſe nomen, vel inſinuaſſe nominationem, ſed quolibet anno reiterandæ ſunt exhibitio & inſinuatio. Hæc enim dictio eſt deſtributiua, ff. de leg. ij. l. ſi pluribus, vbi Bart. de elect. quorundam, lib. vj. ibi, aut quorũlibet mendicantium, & ibi, ad prælationes quaſlibet, infrà eod. §. item voluit, ver. & quia, de concu. c. j. §. iubet, not. Bart. in l. hoc articulo, ff. de hære. inſtit. Card. Flo. in c. verum, de con. appo. & reiteratiua, nam non dicitur quolibet anno exhibuiſſe, qui ſemel tantum exhibuit. Ad hoc, ff. de an. le. l. in ſingulos, l. cum in annos, quando di. le. ce. l. cum in annos, de dona. cau. mortis, l. ſenatus, §. fi. C. quando di. le. ce. l. j. de verborum obliga. l. eum qui §. qui ita, de iureiurand. ego, ibi, ſingulis annis, capitu. ſicut, de accu. cle. quia contingit, §. illi, de re. domi. vſu tamen habetur quòd ſufficit ſemel inſinuaſſe. (*)

Nominationes quolibet anno ſunt inſinuandæ.

Dictio quolibet exponitur.

(*) Verum quo ad qualitates gradus, nominationis, temporis ſtudij, & nobilitatis, vt patet in ordi. Ludoui. xij. 1512. ar. 8. ſed non quo ad inſinuationem nominum & cognominum, vt etiam patet ibidem, ar. xj. vbi ſubditur, quòd ſi eam inſinuationem facere omiſerint, eo anno omiſſionis, beneficia requirere non poterunt, quod legitur in concorda, iſto titul. in §. teneantur, ver. & eo anno quo. vbi vide glo. P.

c ¶ Tempore) Multa licent vno tempore, quæ alio non licent, ff. de ſic. l. furem, ca. ſi perfodiens, de homi. ij. q. j. ſi peccauerit, c. ij. & ſeq. c. non oportet xxxiij. q. iiij. ca. capellanus, de fer. cum ſit.

d ¶ Quadrageſimæ, (*1) triplex eſt quadrageſima, vt le. & no. xxij. q. v. c. j. ſed de communi & vulgari intellige, quæ eſt ante paſcha, de qua. C. de feri. l. quadraginta, iiij. d. quadrageſima, de conſecra. diſt. v. quadrageſima, verba enim ſecundum vulgarem interpretationẽ ſunt intelligenda, l. Labeo, ff. de ſupel. le. c. ex literis, de ſponſa. & not. quòd tẽpore quadrageſimæ debet fieri exhibitio nominũ graduatorũ collatoribus & patronis. Idẽ de nominationib⁹ ꝙ debẽt inſinuari tẽpore quadrageſimæ per hũc tex. ꝙ aliter practicatur: quia tẽpore quadrageſimæ dũtaxat cõcedũtur nominationes per vniuerſi. ſed quol. temp. inſinuantur, (*2) & ſic valet conſuetudo, quę eſt optima legum interpretes, l. de conſuetudine, ff. de leg. c. cum dilectus, de conſue.

Nominationes quo tẽpore conceduntur.

Digitized by Google

(* 1) Sic eo tempore inſinuationem huiuſmodi nominum & cognominum fieri debere ordinauit Ludoui. xij. 1512. ar. xj. Et quo ad inſinuationem qualitatum, de quibus infrà proximè in verbo exhibere, dic etiam quòd tempore huius legis debebant illæ qualitates in quadrageſima vel extra eam, ante tamen beneficij vacationem inſinuari prælatis, aut in eorum abſentia ſuis vicariis: vt patet in ordina. prædictis, ar. viij. & dic inſinuari coniunctim vel diuiſim, dũmodo in fine quadrageſimæ reperiantur omnes inſinuatæ, dicit glo. concor. in §. teneantur, in verbo quadrageſimæ, iſto titul. ſubdens idem putare ſi in vno fuerint inſinuatæ literæ gradus, & in ſequenti anno nominationis, & in tertio literæ certificationis temporis ſtudij, & in quarto atteſtatio nobilitatis, ar. l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. quia lex dicit ſufficere inſinuaſſe ante beneficij vacationem, d. ar. viij. quod videtur de mente. §. teneantur, ver. ſi tamen graduatus, iſto titu. P.

omnes[a] & ſinguli hoc[b] modo qualificati de ipſa[c] diœceſi[d],

(* 2) Quo ad inſinuationem nominationum & aliarum qualitatum, quòd extra quadrageſimam fieri poſſit, eſt text. in ordi. Ludo. xij. 1512. ar. viij. quod placet gloſ. in §. inſuper. ver. qui de prædictis, in verbo facere. ſic quo ad illam ſi fiat de conſuetudine extra quadrageſimam, nõ eſt mirandum, tamen quo ad nominum & cognominum inſinuationem quod fiat extra quadrageſimam, habes in contrarium tex. in d. ordi. ar. xj. prout & d. glo. in verbo facere, nec video conſuetudinem hic per glo. alleg. eſſe practicatam. non enim magnam vim video an tempore quadrageſimæ vel alio fiant huiuſmodi inſinuationes, dummodo ante beneficij requirendi vacationem, niſi lex vel voluerit tempus hoc dare pro forma, quod datum pro ea ſentit do. Pet. Rebuffi, in tracta. no. q. xiiij. col. ij. ideo eſſe neceſſe hoc tempore inſinuationes ipſas facere, l. ſcire oportet. §. conſequens, ff. de excuſ. tuto. aliàs ſunt nullæ. Bal. & Saly. in authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. impera. offer. ſic qui recedit à tẽpore, recedit à forma actus. Bald. in l. obſeruare. §. fi. ff. de offic. procon. P.

Omnes capitur diuerſimode. a ¶ Omnes) Id eſt quilibet, diſtributiuè ponitur. infrà eod. §. item viſum. j. di. omnes, ff. de ſta. homi. l. iij. vbi gloſ. c. quia propter. de elect. cap. quod omnes, de re. iur. in vj. proprie tamen cum profertur in plurali, attribuit ſimul & collectiue. l. ſi pluribus, ff. de lega. ij. l. ita vulneratus, ad legem Aquil. ſed ſi in ſingulari, vt omnis homo fert lapidem. tunc eſt diſtributiuum: vt quilibet. l. moſchis. vbi gl. & Barto. ff. de iure fiſci. Bart. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſti.

Hoc, demõſtrat. b ¶ Hoc) Demonſtrat. §. ſuprà proxi. & §. inſuper. ſic non ſemper demonſtrat proximum. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. l. quæſitum, §. j. ff. de preca. de quo per Bart. in l. j. ff. de noui oper. nuncia. vnde no. quòd non ſolum graduati qui volunt aſpirare ad tertiam partem, habent exhibere ſua nomina, ſed etiam qui volunt in vim gradus conſequi parochiales Eccleſias (*) ciuitatum vel villarum muratarum.

(*) Vide quæ dixi ſupra proximo §. in verbo qualificatæ. P.

c ¶ Ipſa) Abſolute ponitur, cum ſupra non fuerit ſermo de diœceſi.

Diœceſis includit. d ¶ Diœceſi (*) Includit ciuitatem, ad hoc de tem. or. cum nullus. §. j. lib. vj. cap. cum Epiſcopus, de offi. or. eodem, lib. cap. j. de re. per. iunc. gloſ. eodem lib. nec ob. cap. Radulphus, de reſcrip. vbi appel. diœceſis non venit ciuitas, quia loquitur in

reſcriptis ad lites quæ ſunt odioſa. hæc autem diſpoſitio eſt fauorabilis collatoribus: vt non ligentur niſi certificati. ideo comprehendit ciuitatem. ſa. no. per Pau. Flo. in clem. ne Romani. de elect. Ioan. And. in cap. j. de offi. ord. moder. in dicto cap. Radulphus, in cap. ſi ciuitas. de ſen. excommu. in vj. & vbi non comprehenderetur ſub hoc verbo diœceſi, contineretur ſub verbo alij, quod ſequitur.

& alij[a] qui voluerint habeāt[*b] per ſe vel per procuratorem[c]

(*) De qua nec alio ſpeciali loco non facit mentionem lex concor. P.

a ¶ Alij) Arg. ex or. literæ quòd indigenæ diœceſum ſunt præferendi (*) aduenis & alienigenis in promotione beneficiorum, ad hoc ſuprà in proœ. §. quibus ad ple. ver. nam Eccleſiarum, cum ibi no. *Indigenæ ſunt aduenis præferendi.*

(*) Prælatio hæc non eſt viſa practicari, ſed omnes regnicolæ indiſtincte fuerunt admiſſi, prout & his temporibus admittuntur aliàs qualificati & idonei. P.

*b ¶ Habeant) Concorda. vt infrà in fine. §. ponitur. non dicunt, habeant, ſed teneantur. & inquantum ſubditur per ſe vel procuratorem, etiam dic fieri poſſe iuxta gloſ. in l. certi condictio. §. quoniam, ff. ſi certum petatur. Bald. in conſi. cclxx. ad audientiam, volu. j. P.

c ¶ Procuratorem) Sufficit generalis ad omnia negocia, (*) quia nullum in hoc vertitur præiudicium domino abſenti pro hoc. l. ſi rem ſurreptam, ff. de vſucap. capitu. petitio. de procura. & ad impetrandum literas nominationis non requiritur mandatum domini, cum poſſint pro alio impetrari ſine mandato. (*2) ſicut not. de literis ad beneficia. in capitu. ad aures in capit. nonnulli. de reſcrip. ſed ad acceptandum beneficium in vim gradus aut nominationis, ſpeciale mandatum requiritur. (*3) vt in fi. not. docto. in capitu. accedens. de præb. quòd in iſtis beneficialibus & aliis ſpiritualibus requiritur ſpeciale mandatum. ar. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de ac. hær. capit. finali. de procura. in vj. clemen. non poteſt. eodem titul. capitu. procurator. de elec. in vj. tum propter qualitatem rerum, tum propter præiudicium. de Rota deciſione 535. ideo ad acceptandum beneficium, ad hoc quòd quæratur abſenti, oportet ſpeciale mandatum ad beneficia acceptanda, ſiue certa, ſiue incerta. (*4) & licet in eo non fuerit adiectum de dignitate vel cura: ſufficit tamen ad acceptandum dignitates & curata: quia talis conſtitutio procuratoris eſt fauorabilis, & latè intelligenda ſecundum ea quæ not. Innocen. & Ioan. And. in capitu. ſedes. de reſcript. Ioan. And. in dicto cap. accedens. de Ro. deci. 437. vbi dicunt quòd vicarius generalis ad conferendum beneficia poteſt conferre dignitates, cap. tua. de verbo. ſig. cap. dudum. de præ. in vj. cum ibi no. per Pau. & Domi. quia per vicarium non præiudicatur tertio, ſed ipſi concedenti priuilegium, vnde contra eum lata fiat interpretatio. cap. quia circa. de priuile. ſed videtur quòd ad acceptandum ſufficiat generale mandatum, per d. l. ſi rem ſurreptam. iuncta gloſ. vbi per generalem procuratorem quæritur dominium & poſſeſſio. de quo not. in l. j. §. per procuratorem, ff. de acquiren. poſſeſ. vbi Bar. idem in l. qui mihi. ff. de dona. dic quod dictæ leges procedunt in acquirendis rebus prophanis: ſed in beneficiis Eccleſiaſticis & ſpiritualibus ſecus, propter maius præiudicium, no. Imo. in d. ca. accedens, ideo ad acceptandum beneficium in vim nominationis vel gradus aut aliàs,

Nominationes ſine mandato poſſunt impetrari.

Contra concedentē lata fit interpretatio.

Digitized by Google

Beneficium an poſſit acceptari ſine mã lato ſpeciali.

Laicus poteſt conſtitui procurator ad beneficium acceptandum.

coniuncta perſonã non (* 5) ſufficit ad hoc quòd quæratur coniuncto abſenti. no. doc. in c. ſi tibi abſenti. de præb. in vj. quia ſanguinis coniunctio non ſupplet ſpeciales defectus mandati. l. patri. ff. de minori. l. iij. §. ſed & ſi forte. ff. iudi. ſol. no. in l. vero procuratori. ff. de ſolu. Panor. in d. c. accedens. Et licet tutum ſit conſtituere procuratorem clericum ad acceptandum beneficium: ſi tamen conſtituatur laicus, ſatis eſt, (* 6) & poterit acceptare. ar. c. j. de procu. in vj. per no. per Io. And. in regula, quod alicui. de re. iur. in vj. in mercu. doc. in d. ca. accedens, quia talis procurator in illo actu acceptationis ſe habet vt nudus miniſter, & vt pica declarando voluntatem domini, ideo cenſetur geſtum ab ipſo conſtituente. fa. quod habetur in l. multum. C. ſi quis al. vel ſi. l. & licet. ff. de conſtit. pecu. & quòd licet habens vxorem non poſſit pro ſe matrimonium contrahere. C. de adul. l. cum qui. tamen poteſt pro alio, vt procurator. d. ca. fi. de procu. quod no. Pau. in cle. j. de renun. in cle. j. de conceſ. præb. quòd renunciatio beneficij poteſt fieri per procuratorem laicum. de Ro. deci. 418. ad hoc. l. vniuerſis. C. de pre. impe. of. vbi. licet ſeruus non poſſit pro ſe impetrare, tamen ſi pro alio impetret, valet: nec obſtat quòd laicus pro ſe nõ poſſet acceptare beneficium, capit. Maſſana. de elect. ergo nec pro alio, per dictam regulam, quod alicui. quod ſolue. per Io. And. ibi. Pau. in d. cle. j. de conceſ. præbend. Henri. in d. c. accedens, honeſtius tamen eſt in talibus conſtituere procuratorem clericum, & vide not. per Panor. in cap. decernimus, de iudic.

(* 1) Iſtud placet, prout & do. Petr. Rebuffi in tract. no. q. xiiij. nu. 94. & de eo mandato non eſt productio in iudicio neceſſaria, ſed ſufficit ratihabitio nominati: quam inſinuationem producendo facit. An autem inſinuatio poſſit fieri per nuncium, ponit idem do. Rebuffi. ibi. nu. 102. vbi videtur concludere pro negatiua, quia dicit, nuncius vere procurator non eſt in forenſi iudicio, inſinuatio nuncij vix reciperetur, quod non placet ſi dixerimus ratihabitionem ſufficere, quæ regulariter ſufficit, vbi mandatum generale admittitur, non ſpeciale, vt de vtroque firmando dico in trac. penſio. parte. j. q. v. P.

(* 2) Etiam nec ad impetrandum beneficium requiritur, nec ſpeciale nec generale mandatum, ait Domi. in cap. ſi tibi abſenti no. iiij. de præb. in vj. quia non refert per quem effundantur preces. P.

Procurator ſpecialis requiritur ad acceptandũ beneficium.

(* 3) Quod fit, quia per acceptationem magnum poteſt fieri præiudicium: vtpote vacare facere beneficia habita. c. de multa. de præb. extrauag. execrabilis, cle. ſi plures, eo. titu. cum ſimilibus. Secundo, quia per acceptationem conſumitur collationis actus, & ligamen fit inter Eccleſiam & titularium, c. ſi tibi abſenti. d. tit. in vj. & ex conſequenti obligatio ad agenda ea quæ beneficio incumbunt, c. cum pridem, de renuncia. dixi latè in tractatu penſio. parte prima. q. ij. nu. 20. Hunc punctum latius deduxi in eo. trac. ea parte j. q. v. nu. 8. & ſeq. ideo ſiſto. P.

(* 4) Iſtud latè firmo in tracta. penſio. parte j. quæſtio v. nume. 14. not. Hoſtien. Ioann. Andr. & communiter alij docto. in capi. accedens de præbend. Probus.

(* 5) Hunc punctum expedio in tract. penſio. parte j. q. v. nu. 12. P.

(* 6) Iſta eſt communis, quam firmo in tract. penſio. parte prima. q. xij. nu. 16. & ſeq. quod etiam placet domi. Petr. Rebuffi in tract. no. q. xiiij. nu. 94. P.

Digitized by Google

a ¶ Nomina) Et cognomina,vel æquipollentem (*) demonſtrationem taliter quòd cognoſcantur à collatoribus,ar.l.certum. ff. ſi certum petatur. l. ſi in rem. in fi. ff. de rei vendi. quod no. in c. ſignificante de reſcrip.

(*) Pro ea æquipollentia, attende ad ea quæ diximus in tract. diſpenſa. memb.xij. parte iij. ver. poſtremo deſcendo. P.

Nominatio eſt præſentanda collatori etiã ſcienti.

ſuum ſua nomina[a] exhibere[b] b ¶ Exhibere (*1) id eſt præſentare vt legant & videant(*2) inf.de paci.poſ.c.j.§. lis autem,nec puto (*3) hoc caſu ſufficere ſcientiã collatoris vel patroni, cum ad afficiendum beneficium qualificato, & ad ligandum manus ordinarij requiratur ipſa exhibitio. ad hoc.ff.de adul.l.denunciaſſe.quod no.in c. non iniuſte. gl. penul. in fi. quæ eſt additio.de procu.de procuratore,contra quem ſententia eſt lata,quòd tenetur appellare vel denunciare domino abſenti,etiam ſi dominus ſciat ſe eſſe condemnatum, quod no.in c.prudentiam,§.j.in ver.oſtenderit.de offic.delega. Specu.ti.de ap.§.j.in princi.quod no.in c.cum qui.de regu.iu.lib.vj. de canonico abſente qui citandus eſt,licet ſciuerit mortem Epiſcopi.(*4)no.in ca.cum inter vniuerſas,de elect. facit quod no.in cap.fina.de emptio.& vendi.in j.gloſ.Ioan.And.in c.ſi capitulo.de conceſſ.præb.in vj.in no.vbi dicit quòd cum Papa mandat prouideri alicui de beneficio dato executore ad prouidendum iuxta formam illius capituli,ad ligandum manus collatoris non ſufficit eius ſcientia,cum ad afficiendum beneficiũ requiratur factum,ſcilicet præſentationis,vt ibi.Idem Archid. in c.ſi pluribus,de præb.in vj. licet ſentiat contra.Compoſ.in c.capitulũ,de reſcrip.in glo.magna. ver.Item quòd ſit litera quæ.vnde quandóq; requiritur intimatio ad finẽ ſimplicis ſcientiæ,& tunc procedunt iura quæ volunt certum & ſcientem non debere certiorari. l.j. ff. de ac.emp. in fi.d.regula, cum qui.cum ſi. quandóq; vero requiritur intimatio ad alium effectũ quàm propter ſimplicem ſcientiam habendam, vt hic: tunc non ſufficit ſcientia, ſed requiritur expreſſa intimatio,vt in primis iuribus,no.Bar.in l.emptor. C.de euict.in d.l.denunciaſſe.Panor.in d.c.cum inter vniuerſas,in c.Eccleſia veſtra.ij.de elect.

Canonicus abſens citandus eſt, licet mortẽ ſciuerit.

(*1) Lex concor.vt infrà in fi.§.dicit literas nominationis & gradus & tempus certificationis ſtudij, & atteſtationis nobilitatis inſinuare, ac duplicatas dare,quæ inſinuatio prout & datio in hac non reperitur lege,ſed ſolum exhibitio nominum tempore quadrageſimæ, ergo ante cõcor.tales qualificati ad eas qualitatum inſinuationes non tenebantur.Tu tamen dic quòd imò,vt per ordina.regias Ludoui.xij.vt patet in publicatis,1512.ar.viij. & ix.& x. de datione autem copiæ nihil dicitur, quæ tamen fieri debet ſi petatur, vt probo in tractatu penſio. parte prima. q. xxx. tex. formalis in ordina. Ludoui.xij. 1499. art.v. P.

(*2) Per hoc tamen non dicas quòd inſinuans habeat legere quæ inſinuat, quia ly exhibere, hoc non ſonat: prout nec id dicit lex concor. ſed ſolum dicit inſinuare & copiam dare inſinuatorum, quæ ſatis lectioni æquipollent: ideo valida eſt inſinuatio hac lectura inſinuatorum non facta, quod placet domi. Rebuffi in tracta. no. q. xiiij.nu.120. P.

(*3) Votum glo.placet domino Petro Rebuffi. in tracta.no. q. xiiij. nu.117. cum inquit,quia inſinuatio eſt de forma per doctrinam Bal.& aliorum in l.j.ff.de liber.& poſthu. quòd vbicunq; decretum annullatiuum eſt poſitum, ibi eſt forma. ſed illud

Quãdo dicatur eſſe forma.

Digitized by Google

decretum reperitur appoſitum per concorda.in §.teneantur,in fine.ſic partium conſenſus nihil operatur,glo.in verbo committatur,in c.ſtatutum,de reſ.in vj.Fely.in c.dilecta.col.vij.in v.ſigno,§.eod.titu. P.

(*4) Quod fit,quia hæc certificatio non eſt inuenta ad ſolam ſcientiam inducendam: ſed vt aliquid fiat,videlicet vt ad electionem veniat: vel in principali glo.propoſito,vt collator tempore congruo,nominato aut graduato beneficium conferat. Iſta eſt doctrina Bartol. & aliorum in l. non ſolum, §. morte,ff. de noui ope.nunciatio, vbi Iaſon. & in l.ij.§.fin.ff.ſolu.matrimo. P.

illis † [a] ad quos † [b] beneficiorum [c] curatorum † [d] collatio † [e] ſeu præſẽtatio [f]

† a ¶ Illis) Et vt dicetur infrà in fine huius §. lex concord.loco illorum verborum,illis ad quos, &c. dicit patronis Eccleſiaſticis, aut collatoribus ordinariis. P.

† b ¶ Beneficiorum) Quæ ad tempus,prout nec ſub conditione conferuntur, niſi per ſolum Papam de plenitudine poteſtatis,bene tamen dignitates ſeculares, probat Præpo.in c.quãuis,vij.q.j. P.

c ¶ Curatorum) Scilicet Eccleſiarum parochialium,ſup.§. proxi. vel quorumcunq; beneficiorum collatiuorum curam habentium animarum, largior eſt enim appellatio curati quàm Eccleſiæ parochialis, (*) & quòd dicatur habere curam animarũ, tex.eſt in c.dudum.ij.de elect.cum ibi not.per Innocen.in extrauag. Ioan.xxij. execrabilis,§.quantum,vbi Geſ.moder.in c.de multa,de præbend.

(*) Quæ non comprehenditur in materia odioſa ſub hoc verbo curatorum, vtputa diſpenſationis: prout latè probo in tract.diſpen.in 5.memb.parte ij. ver. nunc intro.hic tamen comprehenditur, quia eſt materia fauorabilis, vt patet intuenti. Probus.

† d ¶ Curatorum) Ad differentiam non curatorum,quæ probantur non eſſe curata ſi à x.annis citra collata fuere tanquam non curata,& tanquam talia poſtea continue poſſeſſa,dato quòd antea probentur fuiſſe curata,quia curſus temporis x. annorum tribuit ſtatum beneficiis,ait Petrus de Ancha.in conſil.clxij.in quæſtione. Etiam cõſuetudo & legitima præſcriptio dant ſtatum beneficio,vt probatur in ca.cum de beneficio,de præbend.in vj.& per Petr.de Ancha.in d.conſil.Si quæras an beneficium præſumatur ſimplex vel duplex, id eſt curatum, dic quod ſimplex. Bellemere deci. 676. Si impetrans. P.

Curſus temporis,x. annorum tribuit ſtatum beneficiis.

† e ¶ Collatio) Quæ tanquam actus legitimus non dependet,not.in c.ij.de elect.in vj.quod fit,quia ex dependentia multa incõuenientia ſequerentur, præſertim in beneficiis curam animarum habentibus,ac excommunicandi poteſtatem, quia penderet peccatorum abſolutio prout & excommunicatio,cõtra c.præterea,de appel.not. Bellemere deci.740.col.2.ſi qui.vide quæ tradidit do. meus de Ripa xxxij. reſpon. lib.ij.vbi ponit an valeat electio facta ſub conditione. P.

Collatio non dependet.

f ¶ Præſentatio) In patronis Eccleſiaſticis intellige,non laicis, cum beneficia patronorum laicorum non cadant ſub gradu vel nominatione,ar.infrà eo. §. item voluit, ibi,aut patronis Eccleſiaſticis, (*) & ibi Eccleſiaſtico patrono, §.item quod ad dictas,in prin.de anna.§.item quòd dicta.ver.exceptis,not.ſuprà in proœ.§.quibus ad plenum,

Beneficia patronorũ laicorum non cadant ſub nominationibus.

plenum, ver. patronorum.

(*) Sic dirigi poſſunt beguinis, ſi adhuc reperiuntur, cum ius patro. quod habent dicatur Eccleſiaſticum, prout & illud quod obtinent procuratores fabricarum Eccleſiarum, vt vtrumque probo in tract. deuolu. parte j. q. 30. P.

ſpectat[a], a ¶ Spectat) Quid ſi collatio vel præſentatio ſpectat ad duos: puta ad Epiſcopum vel capitulum, an ſufficiat alteri exhibere nomina, vel inſinuare nominationem (*1) ita quòd vtriuſque manus ligentur? (*2) Sic, ex quo enim poteſtas vni adimitur, ſine quo collatio facta non valet, (*3) & alij ſtatim adimitur, ſicut ſi vnus ex pluribus arbitris vel iudicibus impediatur, alij non poſſunt procedere, ff. de arbi. l. ſi in tres, & l. ſeq. c. vno delegatorum, de offi. delega. fa. quòd valet denunciatio facta vni ex his qui domum habent communem, l. de pupillo, §. ſi plurium, ff. de noui oper. nuncia. no. in ſi. Compoſ. in c. capitulum, de reſcr. in gloſ. magna. in iiij. col. Ioan. And. in c. ſi capitulo, in ver. factam, de conceſſ. præbend. lib. vj. fa. quòd interpellatio facta in vno reorum debendi, nocet alteri, ff. de duo. re. l. ex duobus, l. ſi. C. eodem titu. hoc verum quando ad iſtos ſpectat collatio communiter, & ſimul conferunt: ſecus ſi inſolidum conferrent, (*4) quia ſi ſeparatim fieret collatio vel præſentatio ab eo cui non eſt facta exhibitio nominum, aut inſinuatio nominationis, illo cui eſſet facta non reclamante: valeret per eum facta collatio, quia non eſt adempta illi collatori poteſtas alteri conferendi, quia ex quo vnus ſine altero poteſt conferre alio non reclamante, oportet quòd vtriſque ipſorum fiat inſinuatio ad hoc quòd vtriſque impediatur poteſtas conferendi, facit quod not. Ioan. And. in cle. j. de renuncia. in ver. facienda, no. in ſi. La. & Domi. in d. c. ſi capitulo, fa. quòd ex ſeparatis non fit illatio, C. de donatio. inter virum & vxorem, l. ſi maritus, ff. de calum. l. fina. de mino. l. Papinianus exuli. de offic. ordina. dilectus. Quid ſi collator latitet, vel ſe includit, vel per metum aut aliàs impedit ne fiat ei exhibitio vel inſinuatio? perinde eſt ac ſi ei facta fuiſſet, ſicut pro citato habetur qui ſe occultat, vel impedit ne poſſit citari: vt lit. non conteſta. c. quoniam frequenter, §. porrò, clemen. j. de foro competen. ad hoc, C. de his qui per me. iu. l. ij. cap. fin. de appella. C. de anna. exceptio. l. vt perfectius, xvj. quæſtio. iij. §. his autem, quod not. Compoſ. in cap. eam te. de reſcrip. in dicto cap. capitulum, in gloſ. magna. ver. Item quid ſi velim. Hoc tamen caſu facienda eſt exhibitio & inſinuatio ſecundum formam clemen. cauſam de electio, ar. illius tex. in fine, vbi cauetur quòd in aliis caſibus in quibus requiritur intimatio, ſeruanda eſt, d. clemen. ad hoc infrà de paci. poſ. cap. j. §. j. (*5) vbi autem collatio ſpectat ad capitulum, ſed canonici nolunt conuenire, qualiter ſit conuocandum, (*6) dic. vt not. Compoſ. in dicto cap. eam te. in gloſ. Sed quid ſi canonici nollent? gloſ. in l. nemo poteſt. ff. de re iudic. Imo. in cap. grauem, de ſententia excommunicatio. Bald. in l. nam ita diuus, ff. de adop. Compoſt. in dicto cap. capitulum, gloſ. magna. ver. Item quid ſi. vbi collatio ſpectat ad capitulum, gloſ. in cap. bonæ, de electio. Ioan. And. in diſtinct. cap. ſi capitulo. Sed nunquid (*7) ſi collatio ſpectat ad canonicos non coniunctim, ſed diuiſim, ſufficiat inſinuare nomen & nominationem generaliter & publice in capitulo? aduerte quod ſi nominatio dirigitur capitulo ſimpliciter non adiecta clauſula communiter vel diuiſim, tunc extenditur ad omnia beneficia eiuſdem capituli, ſiue dentur in

Nominationem inſinuare alteri ex duobus qui habent conferre, an ſufficiat.

Inſinuatio qualiter fiet ſi collator latitet.

Quãdo canonici nolunt conuenire in vnũ.

Digitized by Google

communi per ipſum, ſiue in turno per canonicos eiuſdem Eccleſiæ ſingulares vice & auctoritate capituli de conſuetudine vel ſtatuto, & ſufficit inſinuare capitulo generaliter, cum canonici gerant vicem ipſius, ad hoc, diſt. cap. ſi capitulo, iuncto cap ſi præbend. §. j. lib. vj. de Roma. deciſ. 119. ſed non extenditur nominatio ad beneficia ſpectantia ad ipſos canonicos ratione ſuarum præbendarum, non vice capituli, niſi contineatur in literis nominationis ad collationem capituli communiter vel diuiſim: vt diſt. cap. fi. §. ij. per quem textum ibi ratione huiuſmodi præbendarum videtur quod ſi Archidiaconatus, decanatus, vel alterius dignitatis aut officij in ipſa Eccleſia vel alibi ſpectet ad eos collatio, etiam ſi nominatio contineat communiter vel diuiſim, dignitates illas vel officia non grauari, per no. per Ioan. And. in diſt. cap. fi. quia ratione huiuſmodi dignitatum non ſunt de capitulo, cum ad ſolos canonicos pertineat electio: iuxta no. per Innoc. in cap. ij. de inſti. Ioan. Andr. & Paul. in clemen. j. de electio. & ſicubi reperiatur quòd (* 8) prælati habent vocem in capitulo, procedit ex iure ſpeciali, not. ſuprà de elect. cap. j. §. j. cum ergo dirigitur mandatum vel nominatio capitulo communiter vel diuiſim, intelligitur propriè, & comprehendit tantum canonicos ſine prælatis, not. Ioan. de Imo. & Domi. in diſt. cap. fi. & in iſto ſecundo caſu non ſufficiet facta inſinuatio publicè in capitulo, (* 9) ſed ſingulariter eſt facienda inſinuatio prædictis canonicis, ad hoc quòd ligentur quo ad beneficia quæ ad collationem eorum ſingularem non vice capituli ſpectant: quia ibi perſona ſingularis eſt intimanda, ſi inueniatur, perſonaliter debet intimari, alioquin ad domum vel Eccleſiam, de do. & contu. cauſam, ſuprà de electio. cap. j. §. facta. in princip. cum ibi not. diſt. clement. cauſam, cum ſimi. & hoc ſecundo caſu canonici præſentant vel conferunt vt ſinguli iure ſuo, non vice capituli, ſed in primo caſu ſecus: ideo iſto caſu ſufficit inſinuationem fieri in capitulo, quia in denuntiationibus vniuerſitatis faciendis ſufficit quòd in loco congruo coram maioribus & ibidem congregatis publicè proponatur, ar. cap. j. de poſtulat. prælat. xvj. diſtinct. quod dicitis. Hoc vult in fi. Compoſt. in dicto §. item quid ſi, vbi collatio nec ſufficeret ſingulariter ſingulis canonicis inſinuare, ar. ff. de re. diui. l. intantum, §. vniuerſitatis, xij. quæſtio. ij. §. qui manumittitur, per not. per eundem Compoſ. & Innocen. in dicto cap. cam te. Archid. in dicto cap. ſi capitulo. Quid ſi nominatio dirigatur decano & capitulo communiter vel diuiſim, an poſſit (* 10) acceptari beneficium ſpectans ad ſingulares canonicos? non quia nominatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, ar. cap. quanuis, de præbend. in vj. & ſatis poteſt ſortiri effectum in beneficiis pertinentibus ad capitulum, & in pertinentibus ad decanum, ſecus eſſet quando ſcriberetur ad collationem duntaxat capituli communiter vel diuiſim. Et ita intelligendus eſt tex. diſtinctio. cap. fi. de præbend. in vj. vt not. ibi dominus de Rota, deciſio III. niſi aliud dicat nominatio: ideo literæ nominationum ſolent dirigi decano & capitulo, ſingulíſque canonicis & perſonis Eccleſiæ, & cæt. Vnde ſub illa dictione perſonis, venient dignitates in illa Eccleſia, quia prius facta eſt mentio de decano, qui eſt caput capituli: quare ſub verbo generali quod ſequitur, comprehenduntur aliæ dignitates minores in eadem Eccleſia: iuxta no. in cap. ſedes, de reſcript. in clemen. non poteſt, de [illegible] rat.

Nominatio eſt ſtricti iuris.

Digitized by Google

(* 1) Gloſ.habet in commemoratione(ſi fas ſit ita dicere)quæ in ſequentibus ſtatuta fuere per congregationem Gallicanam, quia concilium non facit mentionem de nominationibus vniuerſitatum. P.

(* 2) Opinio hæc tanquam veriſſima placet domino Petro Rebuffi in tract. no. quæſt.xiiij.nu.80.qui ad dicta gloſ.aliquid addit. P

ſeu eorum vicariis [a]: quod ſi nō fecerint, collatio ſeu præſentatio vel diſpoſitio aliter quàm vt præmittitur facta, non propter hoc irrita cen-

(* 3) Ita concludit Frederic. cōſil. j. & conſil.ccxxxij.in fi. Caſus talis eſt vacantibus. Probus.

(* 4) Hunc punctum tangit do. Petrus Rebuffi in tract.no.qu.xiiij. nume.81. qui opinionem glo.ſequitur. P.

(* 5) Iſtam opinionem ſequitur domi. Petrus Rebuf.in tract. no. quæſt. xiiij. nume.83. & hoc dummodo ad prælatum accedatur tempore & loco congruis,ſubdens idem dicendum, ſi prælatus ſtatim quòd vidit nominatum inſinuare volentem, receſſit, & inſinuationem audire noluit, adducit ſimile quod eſt Car.in clemen.cauſam, de electio. videlicet quòd ſi appellans parat ſe ad legendum appellationem,& dum hoc appellatus cognoſcit, ſtatim diſcedit, quòd habetur ac ſi totum legiſſet in appellati præſentia, cum non poſſit appellanti imputari quin totum legerit,l.ſi fundos,§.fi.ff.de leg. comm. Et de his modis agendi fiat mentio in inſinuationis inſtrumento, & tunc valida illa erit, aliàs eſſet in poteſtate prælati nominatum pluries in eo inſinuationis actu vexare, & materiam delinquendi dare,ad quod iura voluerunt obuiare,cap.ſedes,de reſcr. P.

(* 6) Vide quæ diximus in tract.deuolutio.parte ij.quæſt.xx. P.

(* 7) Hanc quæſtionem proſequitur dominus Petrus Rebuf.in tract.nomi.quę. xiiij.nume.74.quem etiam vide ibi pro quæſt.præcedenti. P.

(* 8) Vide quæ in puncto diximus in tractatu deuolut.parte ij.q.xxvij. P.

(* 9) Ideo ſi inſinuatio eſt facta capitulo, & vnus canonicus tunc præſens erat Epiſcopi vicarius,non valet inſinuatio quoad concernit Epiſcopum, quia illa debet fieri ſeparatim,c.fi.de præb.in vj. P.

(* 10) Hanc quæſtionem vide tactam per do.Petr.Rebuf.in tract.nomi.qu.viij. num.31. Probus.

a ¶ Vicariis) (* 1) Quos Epiſcopi loco ſui tenentur conſtituere, ſiue officiales, xvj. q.vij.in noua.ix.q.iij.cum ſimus,lxxxix.diſtinct.quia in quibuſdam,ca.quoniam,de offic.ordi.vbi Panor. (* 2)

(* 1) Iſtud tangit do.Petr.Rebuf.in tract.no.q.xiiij.nu.59. ſimile ſubdens, quòd domino abſente,procuratori poteſt fieri litis motæ denuntiatio, l.ſi dictū, §. ſi præſente,& ibi gl.in ver. ꝓcurat.ff.de euict.& an inſinuans teneatur docere de vicariatu, *Fidem facere de vicariatu.* ponit idē dom.Petr.Reb.ibi nu.17.ſubdēs ſufficere probare quòd ille erat hàbitus & nominatus vicarius,& talis communiter reputatus,argu.l.Barbarius, ff.de offi. prætoris,no.Fely.in c.ſicut,nu.31.de re iudi. Sic eo vel alio modo fieri debet fides de poteſtate huius qui per inſinuantem prælati vicarius dicitur. Bald.in c.j.§. fi.tit.ſi.inter do. & vaſ.lis orta.Panor.in c.fi.§.vlt.de ſchiſmatis. P.

Digitized by Google

(* 2) Et dic vicariis in prælatorum abſentia, vt ſuprà iſto tit. probatum fuit in §. inſuper. in verbo collatori. vel etiam illis præſentibus, dum tamen ſint impediti, adeò quòd illis inſinuatio non poteſt fieri, & inſinuare volens non poteſt illos alloqui: vt placet domino Petro Rebuffi in tracta. nomin. quæſt. xiiij. nume. 59. qui nume. 101. dicit, quòd ad validitatem inſinuationis non requiritur quòd prælati aut vicarij aliquid reſpondeant, quia lex hoc non dicit: aliàs eſſet in poteſtate prælatorum inſinuationem facere nullam, & ex conſequenti quòd ex malitia ſua reportarent commodum. P.

ſeatur † [a]. Et ſimiliter in collatione tertiæ [b] partis præbendarum [c] ſuperius [d] memoratarum intelligatur ſi tot graduati ſeu qualificati modo præmiſſo potuerũt inueniri, teneantúrq; (vt præmititur) ipſi graduati & qualificati ſua nomina tẽpore prædicto [e] ipſis ad quos beneficiorum diſpoſitio [f] ſpectat [g],

† a ¶ Cenſeatur) Hæc clauſula etiam, ponitur in concordatis in §. teneantur, iſto titu. ſed ante illam ponitur alia quæ hic nõ inuenitur, quæ eſt, & eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere nõ poſſunt. P.

b ¶ Tertiæ) In qua non concluditur præbenda theologalis: ideo non aſtringitur theologus ad eam anhelans prius exhibere ſuum nomen collatori, cum non caueatur. (*)

(*) Ideo ſuccedit regula vulgaris & trita, quòd vbi lex non dicit, nec nos dicere debeamus, iuribus vulgatis. Si enim voluiſſet, dixiſſet. c. ad audientiam, de decimis, cum ſimilibus.

c ¶ Præbendarum) Cum iſte §. tantum loquatur in curatis & præbendis, videtur quòd in eis duntaxat habeat locum: ſed dic idem in aliis beneficiis cadentibus ſub gradu & nominatione, paritate rationis, & ſatis innuitur infrà ver. ſi autem.

d ¶ Superius) §. Inſuper.

e ¶ Prædicto) Scilicet quadrageſimæ.

Inſinuatio ſit patrono non inſtituenti.

f ¶ Diſpoſitio) Libera ſcilicet collatio vel præſentatio, non enim tenerentur exhibere inſtituenti ad præſentationem alterius qui habet neceſſe præſentatum inſtituere. xvj. q. vij. decernimus. (*)

(*) Ratio poteſt eſſe, quia patronus eſt tanquam præbens fundamentum & radicem prouiſioni, & qui dicit præſentato inſtituto, opus manuum mearum tu es: ideo ad eum tanquam ad illum à quo ſumitur exordium, recurrendum eſt pro inſinuatione facienda. P.

Nominatio inſinuata epiſcopo, an ſit iterũ inſinuanda ſucceſſori.

g ¶ Spectat) Iure communi vel ſpeciali ex conſuetudine vel ſtatuto. (* 1) Sed nunquid ſi facta eſt exhibitio nominum, vel inſinuatio nominationis Epiſcopo, ſit iterum facienda eius ſucceſſori? ar. quòd non. (* 2) c. veritatis, de iureiuran. vbi iuramentum fidelitatis præſtitum prælato tranſit ad ſucceſſorem, no. in c. ne Dei. de ſimo. & delegatio. c. quoniam abbas, de officio deleg. quia dignitas non moritur. c. ſi gratioſæ, de reſcript. in vj. Item diſpoſitio illa habet decretum irritans, infrà ver. ſi au-

Digitized by Google

Succeſſor habet iuſtã ignorantiã.

tem,ſuprà eodem.§.j. ver.quòd ſi quis, quod ligat ignorantem, ca. dudum, de præbendis lib.vj.Sed contrarium facit quòd tales inſinuationes fiunt ne collatores poſſint allegare ignorantiam,pro hoc clemen.cauſam.§. verum.de elect.ſucceſſor autẽ habet iuſtam cauſam ignorantiæ,l.j.in fi.l.ij.ff.de po.c. qui in ius.de regul. iur. in vj. cum ſimi. nec eſt imputandum ſucceſſori ſi non diuinauerit inſinuationem factam ſuo prædeceſſori.c.j. vt Eccleſi. benefic. & hoc eſt æquius & tutius inſinuare ſucceſſori.facit c.audita.in fi.de reſtitutione ſpoliatorum,quod not. Specula. tit. de legat. §.nunc tractemus. ver. quid ſi alius. Nec obſtat decretum irritans, quia hic non ligat, niſi cum exhibitione & inſinuatione, quæ non ligat ignorantem : ſicut legitur de inhibitione executoris,quòd non ligat ignorantem collatorem, c. ſi ſoli.cum ibi not.per Archidiaco.de conceſſio.præbendæ,lib.vj. ad hoc.l.fi.ff. de abor. facit c. vt animarum,de conſti.in vj.vnde voluit hoc decretum,quòd quolibet anno fieret exhibitio nominum collatoribus,vt non poſſent aliquam prætendere ignorantiam, ſi tamẽ ſucceſſor fuiſſet præſens quãdo inſinuatio nominationis fuit facta ſuo prædeceſſori,forte ligaret eum,ar. c. cum in tua. qui ma. accuſa. poſſ. c. eam te. de reſcript. quod not.Compoſtel.in c.capitulum.de reſcriptis,in gloſ. magna. ver. item quid ſi ad ſolum. ſcilicet dictum c.eam te.videtur contra prædicta, vbi Epiſcopus de nouo creatus tenetur adimplere mandatum directum capitulo ſede vac. vt gerenti vices Epiſcopi. quod intelligunt Innoc. & Panor. ſiue Epiſcopus erat tunc de capitulo, ſiue non.& ſentit gloſ.in dicto capitu.dudum.xviij.quęſtio.ij.quòd ſucceſſor tenetur exequi præceptum vel mandatum factum prædeceſſori ſub nomine dignitatis, ad hoc c.primo de ſo.cum ibi not.gloſ.in c.literis,de reſcript. Innoc.in dicto c.quoniam abbas,ſed hoc non obſt.quia bene verum eſt quòd nominatio directa Epiſcopo ſub nomine dignitatis non expirat per mortem Epiſcopi, nec alteratur per mortem eius, xij. quæſtione ſecunda. liberti. & tranſit ad ſucceſſorem,vt in contrarium, tamen exhibitio ſiue inſinuatio eiuſdem quæ fuerat facta prædeceſſoris perſonæ, cũ ſit perſonalis,non realis, extinguitur per mortem perſonæ, ſicut cum diſpoſitio eſt perſonalis (* 3) extinguitur mortua perſona, c. priuilegium, de regul. iuris, in vj. cum ibi not. c. aduerſus iuncta gloſ. de immunitate Eccleſ. vbi excommunicatio lata contra Epiſcopum nomine dignitatis expreſſo, non tranſit in ſucceſſorem, (* 4) qui non reperitur contumax vel delinquens: ideo ſi excommunicatur vicarius Epiſcopi non tranſit in ſucceſſorem, capitulo primo. de officiis vica. in ſexto. & dicit gloſ. in capitu. ſecundo, de teſtamentis, in ſexto, quòd officium exequendi teſtamentum non tranſit ad ſucceſſorem executoris. (*5) etiam ſi nomine dignitatis expreſſo fuerat conſtitutus executor: quia diſpoſitio illa fuit perſonalis : vt ibi no. tamen pro prima parte feruntarreſtum in Parlamento interueniſſe.

Succeſſor exequatur mandatum prædeceſſori directũ.

Excommunicatio non tranſit in ſucceſſorẽ.

(*1) Qui ſint illi,dixi in tract.deuolutio. prælud.j. vbi vide. P.

(*2) Hanc quæſtionem mouet poſt gloſ. iſtam do. Petr. Rebuffi in tract.no. quæſt. xiiij. nume. 82. vbi ad partes arguit, tamen pro hac parte videtur concludere, & rectè ſi bene ſenſerim : quia aliter dicere, nominatus aut graduatus pluries in anno teneretur inſinuare,etiam extra quadrageſimam: quod per hanc legem,prout per concor.ac ordinationes regias prohibitum dicitur, tum quia non poteſt ſuſtineri quòd inſinuatio ſit perſonalis, & quòd eius effectus morte prælati expiret : quia

potius dicitur fieri prælaturæ (quæ non moritur) quàm prælato, qui propriè aut iuris fictione dicitur ſemper viuere: ideo hanc teneas ſecundum quam latum eſt arreſtum, dicit gloſ. in fine. & hæc eſt communis obſeruantia, & per ea habes tex. ad literam in ordi. Ludo. xij.1512. arti. xij. P.

(* 3) Vide quæ latè in ſimili dixi in tracta. penſio. parte ij. quæſt. iiij. P.

vicariis [a] exhibere per ſe, vel per procuratorem. quod ſi nō fecerint, collatio ſeu præ-

(* 4) Vel hæredem, no. do. de Rot. deciſ. 336. in antiq. ideo nec ad ſucceſſorem in prælatura, etiam ſi eſt lata ſine aliqua nominis expreſſione: quia culpa prædeceſſoris non ligat eius ſucceſſorem, niſi illam culpam faciat propriam, inquit Henri. Boic in capitu. nouerit. in fine. de ſentent. excommunica. Probus.

(* 5) Firmat Imola, in con. cxxxvj. col. j. quod dicit verum Ioan. de Firma. in tracta. de Epiſ. lib. iiij. parte v. q. xxxij. niſi officium illud eſſet datum ſub nomine dignitatis. P.

Beneficiorū vacaturorū collatio, an poſſit committi vicario particulari.

a ¶ Vicariis) Aut generalibus, aut ſpecialibus ad hunc actum: licet Epiſcopus non poſſit committere in genere collationem beneficiorum vacaturorum vicario particulari: niſi ſuo officiali, vel vicario generali. ar. c. deliberatione, §. prohibemus, de offi. lega. in vj. vbi glo. de Ro. deci. 288. & 327. in antiq. no. in c. ſtatutum, de præben. eo. lib. Panor. in c. conſtitutus, de conceſ. præben. vbi glo. videtur aliter ſentire, quòd licet Epiſcopus non poſſit in ſpecie delegare poteſtatem conferēdi certum beneficium vacaturum: quia poſſet fieri in fraudem concilij nulla. de conceſ. præbend. vt habetur in d. ca. conſtitutus, & in ca. fi. eod. tit. (* 1) poteſt tamen in genere etiam non vicario generali. quod ſentit ibidem Hen. ſentit Io. And. in no. in dicto §. prohibemus, vbi dicit aliud eſſe in Epiſcopo quàm in legato. ſentit de Rota in aliquibus libris, deciſ. 23. & 239. quia iuriſdictio ordinarij eſt lata & fauorabilis, ideo amplianda ad omnia quæ non videntur prohibita. facit cap. cum veniſſent. de inſtitu. vbi patet quod valet conceſſio huiuſmodi poteſtatis facta Archidiacono etiam perſonaliter, ſed cum Ioan. And. concord. Oldrad. conſil. lxxvij. Et no. hic quòd ſufficit exhibere nomen vel inſinuare nominationem vicariis collatorum, vel patronorum, concor. ſuprà in prin. huius §. infrà eo. §. item voluit. cum ibi not. Sed nunquid idem eſt de officiali Epiſcopi in abſentia ipſius Epiſcopi? Non. ad hoc enim ipſius officium non ſe extendit. & officialis & vicarius Epiſcopi ſunt diuerſi. capit. cum nullus, de tem. or. lib. vj. capit. fi. de offi. vicarij eodem lib. vbi Ioan. Andr. & moder. no. in clemen. ij. de reſcript. Guliel. in clemen. j. de offic. vic. & præſertim nos Pariſien. & citramontani alios appellamus officiales, alios vicarios (* 2) in addit. ſpe. ſuper rubr. de offic. vic. quæ appellatio vulgaris eſt attendenda. ff. de fun. inſtrumen. l. cum de lanionis, §. aſinam. niſi fuiſſet etiam conſtitutus vicarius Epiſcopi.

Inſinuatio quibus fieri debet.

(* 1) Firmat Bellemere deciſio. ccccxliij. ſi Epiſcopus vicario. dixi latius in tracta. diſpen. memb. v. parte iij. nu. 131. P.

(* 2) Vide quæ de vtroque diximus in tractatu diſpen. memb. vj. parte ij. nume. 42. & ſeq. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Aliter) Id eſt non graduato & qualificato. (*) alij exponunt, & male, aliter, id eſt facta qualificato. non obſtat quòd nõ exhibuerit nomen ſuum collatori tempore quadrageſimæ, volunt enim dicere quòd dicta exhibitio non eſt neceſſaria ita quòd eius omiſſio vitiet collationem in contrarium factum: quod eſt falſum, vt ſatis patet.

ſentatio vel diſpoſitio aliter[a] quàm vt præmittitur[b] facta: non propter *[c] hoc irrita[d]

(*) Quid ſi in turno nominatorum beneficium vacat, & non eſt nominatus requirens, an graduatus requirere poſſit tanquam ſibi affectum? hanc quæſtionem peroptime decidit gloſ. concorda. in §. teneantur. in verbo irrita, iſto titulo, concludendo poſſe, quod probat egregiè, & nobis placet concluſio, tum etiam quia æquitati conuenit, rationéſque gloſ. multum vrgent. Probus.

b ¶ Præmittitur) Suprà. §. inſuper. & ſeq.

* c ¶ Propter hoc) Ideo non propter aliud, vt quia eſt facta hæretico, ſimoniaco, & aliis ad plenum ſpecificatis indignis & inhabilibus in ſcala noſtra beneficiali. Probus.

d ¶ Irrita) Sed nunquid re integra & ante vacationem beneficij poterit graduatus purgare moram exhibendo nomen poſt quadrageſimam? non, quia durante quadrageſima habet exhibere: vt ſuprà in prin. huius §. & ex commiſſione moræ (* 1) imponitur ſibi pœna: vt hic & acquiritur ordinario libertas conferendi, ideo non poterit (* 2) purgare moram in præiudicium ordinarij, ad hoc. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. li. de ſta. lib. l. intra. de adul. l. ſi maritus, ij. §. ſi negauerit, ff. de acqui. hære. l. quandiu. in extra. Ioan. xxij. ſuſcepti. ver. quam electionem, cum ibi not. per Geſ. quòd vbi ex commiſſione moræ acquiritur alteri ius, vel imponitur ipſo facto, pœna non poteſt purgari mora. not. in capit. cupientes, §. quòd ſi per viginti. de elect. in vj. ad hoc cap. licet. de ſup. ne. prela. vbi Hen. & moder. cap. quàm ſit. ver. alioquin. de elect. in vj. not. in cap. mora. de re iud. in vj. doct. in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. per Bar. in l. ſi inſulam. ff. de verbo. oblig. Bal. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. Cy. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. in l. magnam. C. de conttahen. & com. ſti. *Mandatum Apoſtolicũ, & nominatio in quo differunt, Mora non purgatur.*

(* 1) Sic ſe habet inſtar moræ quæ eſt geminata, cum talis purgationem non admittat, no. Ang. poſt tex. in l. traiectitiuæ. §. de illo. ff. de acti. & obligatio. quod placet Roman. conſil. 352. num. 8. Quæritur primo, iſte eſt effectus vnus geminationis, multos alios licet videre per nos cumulatos in tractatu diſpenſa memb. 2. Probus. *Mora purgatur.*

(* 2) Moræ tamen purgatio bene admittitur, quando dies à lege apponitur, & pœna ab homine, vel econtra. gloſ. in cap. licet canon. in verbo priuatus, de electio. Ang. & communiter alij. docto. in l. inſulam. ff. de verborum obliga. regula tamen in contrarium non admittitur, etiam de æquitate canonica: quia illa æquitas non permittit purgationem in foro contentioſo, bene tamen in foro animæ, not. Alexand. in l. inſulam, ff. de verborum obliga. & Roma. in con. 427. in propoſito caſu. P.

Digitized by Google

a ¶ Cenſeatur) In hoc differunt mandatum Apoſtolicum, & nominatio vniuerſitatis, quòd mandatum Apoſtolicum de prouidendo continens decretum irritans, ligat manus ordinarij, & afficit (* 1) beneficium ſine alia inſinuatione vel præſentatione fienda ordinario, c. tibi qui. de reſcriptis, in vj. no. in c. ſi ſoli. de conceſſio. præb. eodem lib. ſed nominationes non ligant ordinarios: nec afficiunt beneficia ante inſinuationem, vt hic aliqui reddunt aliam rationem, quòd vniuerſitates non poſſunt apponere decretum in ſuis nominationibus, cum nullus alius à Papa vel eius delegato, etiam legatus, poſſit interponere decretum irritans (* 2) quod liget ignorantem: quia hoc eſt contra ius, quòd ignorans decreto ligetur, ff. de decret. ab or. fa. l. fi. le. & noc. in ca. propoſuiſti. lxxxij. diſtin. iuxta finem, ibi, his enim ignorantibus, ad hoc c. ij. de conſti. no. Compoſ. in ca. capitulum, de reſc. glo. magna circa finem, ver. item quæritur cuiuſmodi. Achidia. in ca. ſi Apoſtolicæ, de præbend. in vj. Ioan. And. in dicto c. tibi qui in no. ſed de legato multi tenuerunt contra, per c. cum dilectus, de iure patrona. vbi doct. Pau. in clemen. j. de conceſſ. præbend. Domi. in dicto c. ſi Apoſtolicæ. Gaſ. de Peruſio in tract. reſer. circa finem, prædicta tamen ratio non valet ad propoſitum: cum decretum irritans collationes ordinariorum non eſt vniuerſitatum, ſed huius concilij, (* 3) & no. hic quòd non graduati non ſunt ſimpliciter incapaces huiuſmodi beneficiorum curatorum ciuitatum & villarum muratarum, aut aliorum beneficiorum debitorum graduatis, ſed accumulatiuè duntaxat, concurrentibus ſcilicet graduatis, qui eis præferuntur, ſi ſuas diligentias fecerint.

Inſinuatio operatur ligamen & affectum.

[a] cenſeatur †[b].

Si beneficiorum ordinaÿ collatores, contra diſpoſitionem qualificationum, & ordinem datum, beneficium contulerint, vel quoquomodo diſpoſuerint, ſeu ad illud præſentauerint, ipſo facto irritum eſt & inane per eos geſtum, & nihilominus propter hoc puniuntur. P.

Si autem illi ad quos beneficiorũ quęuis diſpoſitio ſpe-

(* 1) Quod non procedit his temporibus, vt patet ex forma mandati huiuſmodi in cõcor. tradita, vbi reſultat quòd non afficit niſi poſt inſinuationem, & in eo etiam non legitur decretum irritans, ſic mandatum conuenit in his cum nominationibus vniuerſitatum, in quibus etiam (vt hic dicit glo.) non eſt decretum. P.

(* 2) De quo & eius effectu dixi latiſſimè in tracta. deuolutio. parte iiij. quæſt. xxviij.

(* 3) Cuius ſunt etiam nominationes, cum illæ fiant auctoritate ipſius potius quàm congregationis Gallicanæ, quæ miniſterialiter illas introduxit, tanquam permiſſum à concilio, per nota. in §. vt verò, in ver. adiiciens, iſto tit. ſup. P.

† b ¶ Cenſeatur) Punctus prætacti §. ponitur in concor. iſto tit. in §. teneantur præfati graduati, in omnibus tamen cum hoc §. non cõuenit, vt patet intuenti tenorem verborum vtriuſque, verba autem dicti §. teneantur, ſunt hæc, Teneanturque præfati graduati, tam ſimplices quàm nominati, patronis Eccleſiaſticis, aut collatoribus ordinariis

Digitized by Google

ordinarijs (quibus gradus aut nominationis literas huiuſmodi inſinuare debent) literas ſuorum gradus & nominationis, certificationis temporis ſtudij, atteſtationis nobilitatis, duplicatas dare, ac ſingulis annis tempore quadrageſimæ, per ſe, aut procuratorem ſuum collatoribus, nominatoribus, ſeu patronis eccleſiaſticis, aut eorum vicarijs, eorum nomina & cognomina inſinuare. Et eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere non poſſint: & ſi collatoribus ordinarijs aut patronis eccleſiaſticis in menſibus deputatis graduatis ſimplicibus, aut graduatis nominatis, non eſſet graduatus aut nominatus, qui diligentias præfatas fecerit, collatio ſeu præſentatio per collatorem ſeu patronum eccleſiaſticum etiam eiſdem menſibus facta alteri quàm graduato vel nominato, non propter hoc irrita cenſeatur. Si tamen graduatus ſimplex aut nominatus beneficium poſt inſinuationem gradus, aut nominationis in menſibus eis aſſignatis vacans petierit, & inter ſuam inſinuationem & præfatam requiſitionem non ſuperuenerit quadrageſima, in qua nomen & cognomen inſinuare debuerit, ad beneficium ſic vacans, eum capacem, ipſumque illud conſequi poſſe & debere decernimus.

ctat contra ſupradictarum [a] qualificationum deſignationem, & ordinem, aliquod beneficium [b] contulerint, ſeu

Ex quibus duobus textibus ſic (vt ita dixerim) confrontatis, liquet legem concor. ad noſtram addere. Primo, quoad concernit factum inſinuationis, quia lex concor. dationem copiæ huiuſmodi qualitatum requirit, quod eſt intelligendum ſi à collatoribus & patronis petatur, per ea quæ latè diximus in tract. penſio. parte j. quæſt. xxx. Secundo adduntur hæc verba. Et eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, &c. quem text. nota contra eos qui dicunt contra nominationem præſcribi, ſi nominatus eam intrà x. annos inſinuare omiſerit, quia illud eſt falſum. Tertio, adduntur verba prædicta quod ſi graduatus ſimplex. &c. Et inter inſinuationem & requiſitionem non ſuperuenerit quadrageſima. &c.

a ¶ Supradictarum). §. inſuper. & ſequen.

b ¶ Beneficium) ar. quòd nominationes non extenduntur ad hoſpitalia quæ non veniunt appellatione beneficiorum, etiam ſi talia habeant eccleſias annexas, & percipiant decimas. ad hoc cle. per literas. de præ. quod no. Pau. in cle. quia contingit de relig. Do. Archidia. in c. cum qui. de eo qui mit. in poſſ. Floren. in cle. j. de ſequeſ. poſ. niſi ad hoſpitalia conſueta conferri religioſis: vt in eleemoſynarijs multorum monaſteriorum, quarum prouentus ad ipſas præpoſiti faciunt ſuos ſicut de alijs beneficijs: quod non faciunt rectores aliorum hoſpitalium. C. de epiſco. & cleri. l. orphanotrophos. dicta cle. quia contingit. no. in fi. Geſ. in d. cle. per literas. ideo religioſus nominatus ad beneficia abbatis poteſt acceptare tale hoſpitale: quia dicta cle. per literas. non habet locum in religioſis, per dictam cle. quia contingit. §. præmiſſa. & in religioſis videntur eſſe eiuſdem conditionis, & ſunt amouibilia. de Rota deci. 265. in antiq. aliter autem hoſpitalia non comprehenderentur ſub nominationibus, etiam in caſibus in quibus datur hoſpitale in beneficium ſecularibus. per not. in dicta clem. per literas. in ver. prouideri. & non poſſet legatus huiuſ- *Beneficiorum appellatione non veniunt hoſpitalia.*

Digitized by Google

modi hoſpitalia conferre. vt ibi not. Pau. licet Ioan. Andr. ſentiat contra. in cap. ſina de offic. lega. in vj. de quo dic, vt ibi per Domi. (*)

(*) Hanc glo. refert & ſequitur de Selua. in trac. bene. parte iij. quæſt. lvij. & moderne Do. Petrus Rebuffi, in tract. nomina. quæſt. xv. nume. 21. vbi pro ratione princi. gloſ. dicit id fieri, quia licet hoſpitalia ſint pia loca, ſeu religioſa, cle. quia contingit, de religio. domib. vbi Bonifac. not. xvij. dicit hoſpitalarium non habere niſi officium inſtar tutoris, gloſ. in cle. diſpendioſum. in verbo beneficijs. de iudic. propter quod hoſpitalia potius debent committi laicis quàm clericis, dicta clemen. quia, & propter hoc bona hoſpitalium ad decimas papales non eſſe affecta, vt latè probo in tracta. pen. quæſt. xxvij. vbi vide rationes, & illa quæ concernunt hanc gloſ. ideo aliter eam non proſequor, & pro ampliori informatione gloſ. vide eundem Do. Rebuffi. d. num. 21. & alijs ſequentibus. P.

ad ſeipſũ præſentauerint, vel quoquo modo [a] diſpoſuerint: ſit ipſo facto irritum & inane [b], ve-

a ¶ Quoquo modo) Aliàs quàm ex cauſa permutationis & ſimplicis reſignationis. inf. eo. §. item quòd omnia.

b ¶ Inane) Et collatio ſeu prouiſio deuoluitur ad ſuperiorem. ſupra eo. §. j. ver. quòd ſi quis & tenebitur collator conferre æquiualens beneficium iſti non graduato, vel non nominato beneficio ab eo euicto, ſi ille collatarius ignorauit (*1) illud beneficium eſſe debitum graduato vel nominato. ar. ff. de pigno. act. l. eleganter. §. qui reprobos vij. quæſt. j. præſentium. cap. paſtoralis. de iur. pa. cap. inter cætera. de præbend. cum ibi not. vbi epiſcopus conferens ſcienter beneficium alteri debitum ignoranti, eo euicto tenetur de æquiualenti prouidere, niſi epiſcopus ignoraſſet: quia inſinuatio non fuiſſet ſibi facta, ſed eius vicario in ſui abſentia, aut longum tempus elapſum fuerat ab inſinuatione: quia ceſſaret fraus ſuper qua fundatur illud cap. inter cætera. Quæritur an vigore nominationis poſſit acceptari beneficium quod vacauit ante datam nominationis, vel ante eius inſinuationem, quod reperitur adhuc vacans tempore inſinuationis. ar. quòd non, quia nominatio dirigitur ad vacaturum: ſed hæc dictio vacaturum, eſt futuri temporis. ſic debet intelligi de poſtea vacante. cap. ſi propter. de reſcri. in vj. no. Guliel. in extrauag. Ioan. 22. ſuſcepti. in ver. vacantium. Henri. in cap. tua. de verbo. ſignifi. nec eſt recedendum à proprio ſignificato vocabuli, præſertim in materia odioſa & reſtringibili, vt ſunt nominationes. ar. c. Radulphus. de reſcrip. c. quamuis. cap. cum in illis. de præben. in vj. per no. per Innocen. & Compo. in cap. cauſam de reſcri. & in ipſis verba non ſunt amplianda. cap. cui de non ſacerdotali. de præbend. in vj. dic contra, quia nominationes non conſueuerunt continere quòd prouideatur de beneficijs vacaturis: ſed ſimpliciter quòd de beneficijs ad collationem vel præſentationem, &c. ſpectan. dignentur prouidere. idem ſi dirigerentur ad beneficia vacatura. per no. in c. ſi poſtquam. gloſ. iij. de præbend. in vj. in c. ſi capitulo. in ver. capitulo. de conceſ. præb. eo. li. quæ gloſ. volunt quòd vigore gratiæ expectatiuæ de acceptando poteſt acceptari beneficium quod vacauit ante (*2) datam gratiæ. no. Car. Flo. in cap. conſtitutus de reſc. quia præbenda vacans dicitur vacatura quouſque conferatur. per not.

Collator collatario tenetur de euictione.

Beneficium vacãs tempore inſinuationis acceptari poteſt vigore nominationis.

Digitized by Google

per Innocen. in cap. propoſuit de conceſ. præ. gloſ. in cle. cum ei. §. ſecus. eo. tit. in ver. notitia. fa. quòd verbum oportebit tam præſens quam futurum continet. ff. de verb. ſi. l. verbum oportebit, hæc vera niſi beneficium eſſet de nouo creatum poſt datam nominationis: quia ad illud non extenderetur. ar. cle. literas, de reſ. cum ibi not. *Oportebit.*

lut [a] ſuperius [b] præmiſſum eſt. Et nihilominus [c] per concilia prouincialia [d] cum in his * [e] defecerint, aut etiam per-

(* 1 Tempore huius legis de facili potuit ignorare propter difficultatem turni cognitionis, non tempore concor. quæ certificant turnum longe certum, videlicet quòd beneficia in menſibus Iulij & Ianuarij vacantia, ſunt nominatis affecta: ea vero quæ vacant in Aprili & Octobri, ſimplicibus graduatis, vt diximus ſup. hoc ti. in §. inſuper in ver. tertia pars. P.

(* 2) Quod fit, quia non deſinit vacatio, ſic verificatur verbum vacantia vel vacatura, ſeu dum vacabit, quæ poni conſueuerunt aut vnum illorum in nominationibus: nam verbum futuri temporis etiam præſens & præteritum includit. l. verbum oportebit. ff. de verbo. ſi. quia vacans nunc, etiam vacabit in futurum, donec de eo fuerit prouiſum. Pro horum confirmatione habes gloſ. quam ibi notat Franc. in cap. ſi poſtquam in verbo poſtmodum, de præb. in vj. ſimilis, quam ibi ſequitur, Bonifac. in cle. vnica in verbo noticia, de conceſ. præbend. quas, pro hoc adducit Iaſon in l. Titius. § Lucius. num. 11. ff. de liber. & poſthu. vbi idem tenet Alexand. à quibus non recedit Do. Petr. Rebuffi in trac. no. quæſt. xv. nume. 33. Quòd igitur ſi nominatus poteſt acceptare vacans ante datam nominationis, ideo multo fortius aut identitate rationis vacans ante inſinuationem, quod tempus dici debet poſt nominationis datam. P.

a ¶ Velut) Id eſt ſicut ff. de ſta. ho. l. Arethuſa. & eſt expreſſiuum veritatis. C. de iu. dot. l. quotiens. per docto. in cap. dudum. de præbend. in vj. *Velut.*

b ¶ Superius) ſup. §. j. ver. quòd ſi quis.

c ¶ Nihilominus) Id eſt non eo minus, includit ad præcedentia, ſuprà de elec. cap. j. §. facta. ver. & nihilominus, infrà de concu. cap. j. §. & nihilominus ff. de ædil. edic. l. cum mancipium. vi. bono. rapto. l. ij. §. j. C. de iudi. l. properandum. in ſi. *Nihilominus exponitur.*

d ¶ prouincialia) Quæ annuatim celebrari debent. c. ſicut. de accu.

* e ¶ In his) Pœna huiuſmodi aut ſimilis & certa in concor. ponitur tit. de collatio. in fine, videlicet quòd collatores non conferentes nominatis beneficia eis affecta, prout & graduatis, vltra nullitatem collationum alijs factarum, ad damnorum & expenſarum ac intereſſe eorum qualificatorum ſatisfactionem, debentque pœna ſuſpenſionis conferendi beneficia in octo menſibus illo anno ad collationem eorum ac præſentationem liberam ſpectantibus mulctari, ſed quia hæc verba non ſunt niſi comminatoria quoad maximè concernit pœnam ſuſpenſionis, vim & efficaciam non habent, cum per ſuperiores contra eos non procedatur: ideo verba ipſa ſunt eluſoria, tanquam non ſcripta. Igitur vt hæc lex obſeruaretur, oporteret vt pœna ipſa ipſo iure per cõtra facientes incurreretur, aliàs lex habetur ac ſi ſine pœnæ adiectione eſſet tradita, quod eſt de mente gl. in §. item viſum in verbo pœnę. inf. iſto tit. P.

a ¶ Non idoneis) Qua pœna puniantur indignos promouentes, gloſ. & doc. in c. nihil. de elec. in c. graue. de præbend.

b ¶ Quoquo modo) Siue conferendo, ſiue præſentando, ſiue inſtituendo. c. cum in cunctis. in fi. de ele. cum ibi no.

c ¶ Puniantur) Ar. quòd ſucceſſor non ligetur ex inſinuatione nominationis facta ſuo prædeceſſori, aliàs ignorans puniretur: quod eſſe non debet. c. cognoſcentes de conſti. poſſet dici (* 1) quòd non ligatur quo ad culpam & pœnam ſi eam ignorauerit. c. j. de conceſ. præb. in vj. ſed beneficium per eam bene affectũ eſt iuncto decreto irritante huius concilij: ita quòd collatio alteri facta non valet: ſicut de decreto dicitur quòd ligat ignorantes quo ad afficiendum beneficium, non quo ad pœnam (*2) no. Io. And. in no. in c. qui tibi de reſcr. in vj. vel dic melius vt ſup. no.

Nominationis inſinuatio an ligat ſucceſſorem.

(* 1) Vide quæ in ſimili diximus de eo qui impetrauit beneficium viuentis certioratus de morte per ſolam famam, in tract. penſio. parte ij. q. j. P.

(* 2) Glo. in clc. ij. in verbo ex nunc. de hęreti. vbi Imol. nu. 23. & Panor. in proœ. clc. quod placet Fely. in c. ij. volum. v. in ver. Quinto limita. de conſti. vbi ſubdit quòd abſurdũ eſt ad pœnam ligare ignorantes, non ad actus nullitatem.

ſonis non idoneis [a] quoquo modo [b] prouiderint, iuxta tenorem cõſtitutionis concilii generalis, quę incipit Graue: de præbendis, corrigantur, & debitè puniantur. [c]

Regularium beneficiorum collatores indignis prætermiſſis ea conferant religioſis idoneis, alias per eorum ſuperiores debent puniri P.

Illi † [d] verò ad quos beneficiorũ [e] regularium † [f] ſpectat collatio ſeu diſpoſitio, pręter-

† d ¶ Illi verò) Hic poſtponuntur regulares ſecularibus, cum ſeculares debeant præcedere ratione primęuæ inſtitutionis. c. legi epiſtolam. & c. alia. xvj. q. j. doct. in cap. nimis. ij. de exceſ. prælat. & in c. qualiter & quando. el. ij. de accu. Præpoſi. in capi. epiſcopus. xvij. diſt. P.

Seculares præcedunt regulares.

e ¶ Beneficiorum) Quæ cadunt ſub gradu. ar. ſup. ver. ſi autem. ibi, ad quos beneficiorum, &c. vbi patet quæuis beneficia cadere ſub ordine & qualificatione graduatorum infrà eod. §. item placuit. vbi cadunt ſub nominationibus. (*)

Beneficia quando dicuntur regularia.

(*) Ad quos autem beneficia regularia iure ordinario, prout & deuoluto conferre pertineat, dixi latè in tracta. deuolutio. præludio. ver. viſis his. P.

† f ¶ Regularium) quæ pluribus modis poſſunt dici, Primo quando conſueuerunt ſpatio xl. annorum per regulares regi. Secundo quando reperiuntur in eccleſijs regularibus fundata, quia clerici ſeculares intitulari non poſſunt in monaſterijs, ait Panor. in c. fi. §. præcipimus, de ſta. mo. & in con. lix. Quidam do. Iacobus. vol. 2. vbi ſubdit quod ius pat. non poteſt acquiri in eccleſia religioſorum ipſis inuitis, maximè in maiori altari, ne acceſſu ſecularium religioſi patiantur aliquod ſcandalum, ne etiam eccleſiæ eorum patiantur hanc iuriſpa. ſeruitutem, quod proſequitur Rochus

Seculares non inſtituuntur in monaſterijs

Digitized by Google

in tracta. de iurepatro.in verbo in eccleſia.q. iij. An autem hæc beneficia per epiſcopos poſſint fieri ſecularia, & ſecularia regularia, ponit Præpo. in c. ſi epiſcopus. xij. q.ij.& quod poſſint conferri regularibus, ponit Staphi. in 8. formâ expect. in fi. P. a ¶ Religioſis) Expreſſe profeſſis c. nullus. de elec. in vj. quod loquitur in abbatia, vel alia prælatura regulari. hodie idem in prioratibus & adminiſtrationibus mona.

miſſis indignis, ea religioſis [a] cle. ne in agro. §.ſane. de ſta. mo. vnde ſecularibus conferri non debent. (* 1) cap. officij.c. cum ad noſtram c. cum cauſam c. cum in magiſtrum de elec. cum ſi.& vide quod no. ſup. c. §. j. in ver. pluralitatis.& per hunc tex. volunt quidam dicere quòd ſingularis diſpenſatus ad obtinendum beneficia regularia in commendam, non poſſit nominari ad beneficia regularia.& dicunt areſtum in parlamento interueniſſe pro quodam religioſo qui prioratum in vim nominationis acceptauerat contra quendam ſecularem taliter diſpenſatum, qui & iure ordinario & in vim nominationis à collatore illum obtinuerat propter conſequentiam, ne hac via aperta regularia turbarentur, & à ſecularibus facilè obtinerentur. Sed audiui ab alijs ideo religioſum obtinuiſſe, quia ſecularis fatebatur prioratum vacaſſe in turno nominatorum, & religioſus erat prius nominatus, quàm ipſe ſecularis, quare merito obtinuit. Vnde circa hoc aduerte, quia aut ſecularis diſpenſatus eſt nominatus ad beneficia abbatis ſimpliciter non facta mentione expreſſa de regularibus, tunc nominatio non extenderetur ad regularia. ad hoc c. cum de beneficio. de præb. in vj. vbi mandatum de prouidendo ſecularibus non extenditur ad beneficia conſueta gubernari per regulares, niſi expreſſe caueatur.fa.c. poſſeſſiones & quod ibi not. Hoſtien. de rebus eccle. non alie.& nominationes æquiparantur gratijs expectatiuis ſup.c.§. j. ver. exceptis. ver. volens itaque. infrà.§.placuit. in prin. ideo in his iudicandum eſt ſicut in gratijs. arg. c. inter cæteras de reſcrip. cum ſi. niſi vbi aliud his iuribus cauetur, & in caſibus in quibus differunt nominationes & gratiæ. Item nominationes ſicut gratiæ expectatiuæ ſunt odioſæ & reſtringendæ.c.quamuis. de præb. in vj. c.j.& ij. de fi. preſby.eo. li. ideo generaliter datæ ad beneficia, intelliguntur de beneficijs conuenientibus primo & naturali ſtatui nominati: vt d. c. cum de beneficio. non accidentali, cum plus inſpiciatur natura quàm accidens.(* 2) ff.ad Mace.l.j.c.porrò.de priuile. c. commiſſum.de deci. c. j.de iu. vj.l.qui habet.ff.de tu. vbi Bart. aut nominatio huiuſmodi ſecularis eſt expreſſe ad beneficia regularia, tunc videtur valere: quia per diſpenſationem († 3) ſublata eſt incapacitas ipſius ſecularis, & poſſet obtinere beneficium regulare iure ordinario: ergo ad illud poterit nominari, quia conceſſo vno, conceduntur omnia per quæ peruenitur ad illud.l.ad rem.ff.de procu. cum ſi. facit no. in c. in cauſis de elec. quod qui poteſt eligere, poteſt & poſtulare, cum tendant ad eundèm finem electio & poſtulatio. not. ſuprà de elec. c.j. §. & cum humanæ.& ad hoc videtur caſus in d.c. cum de beneficio. in fi. ibi, niſi hoc in literis caueatur expreſſe. Quid ſi nominatus tempore datæ nominationis generalis ad beneficia abbatis erat ſecularis, ſed tempore vacationis prioratus eſt religioſus profeſſus: poterit in vim nominationis illum acceptare? Io. An.& Archi. in pari quæſt. dicunt quòd non, in d. c. cum de beneficio. cum inſpicienda ſit conditio & ſtatus quem habet nominatus tempore datæ nominationis.cap.j. c. ſi eo tempore de reſcrip. in vj.(* 4) Dic contra, per cap. ei

Nominatio an extendatur ad beneficia regularia.

Natura plus inſpicitur quàm accidens.

Diſpenſatio tollit incapacitatem impetrantis.

Digitized by Google

cui. de præb. eo lib. per quod patet quòd cum quæritur de viribus reſcripti reſpectu capacitatis impetrantis, ſi ceſſat ſubreptio, attenditur tempus quo reſcriptum mandatur executioni: in caſu autem iſto nulla eſt ſurreptio, quia nominatio eſt generalis ad beneficia non expreſſo regulari. ideo adaptanda eſt ad beneficium ad quod reperitur nominatus habilis tempore vacationis eiuſdem. ad hoc ſuprà eo. §. inſuper. ver. quòd ſi quis. cum ibi not. vbi inſpicitur tempus vacationis beneficij ad reddendum quem habilem ad illud in vim gradus vel nominationis. Sed attenta opi. communi, quæ pro vera tenetur, quòd religioſus poteſt de iure promoueri ad eccleſiam parochialem ſecularem. (* 5) vt le. & no. in ca. in parochia. xvj. q. j. in c. quod Dei timorem. de ſtat. mo. vbi docto. Ioan. Andr. in cle. j. de elect. Frede. conſi. cxxxj. Henri. in cap. Deus de vi. & hone. cle. nunquid valeat nominatio de religioſo ad huiuſmodi eccleſiam ſi fuerit expreſſa: non video prohibitum: generalis non extenderetur ad eam, ſi fuerit conſueta regi per ſeculares. arg. d. c. cum de beneficio.

Eccleſia parochialis ſecularis poteſt religioſo conferri.

(* 1) Etiam prætextu cuiuſuis apoſtolicæ diſpenſationis, ſi adſtipulemur legi concor. in §. volumus tit. de collatio. vbi idem dicitur econtra, id eſt vt regularibus virtute nominationis non conferantur ſecularia beneficia. quod tollit dubium hic per gloſ. poſitum, cuius propoſitum tangit Do. Petr. Rebuffi. in tra. no. q. xv. nu. 21. vbi nu. 23. ſubdit quæ dicantur beneficia regularia. P.

(* 2) Quod firmo in tracta. diſpen. memb. vj. parte j. nu. 55. & in tracta. deuolut. parte iij. q. xxj. P.

(* 3) Factam à papa, vel ab eius legato ſpecialem ad hoc habente facultatem, quia generalis non ſufficit, per id quod in ſimili dicit gloſ. in cap. quæ de cauſa. ij. quæſt. v. quòd diſpenſatio ſe habet inſtar reſtitutionis in integrum, & reſtitutio illa non delegatur per generale mandatum. l. illud. ff. de minori. ergo nec diſpenſatio. Probus.

Diſpenſatio ſe habet inſtar reſtitutionis.

(* 4) Iſta placet gloſ. concor. hoc tit. in §. ſi quis verò ex dictis. in ver. ex dictis. col. iij. quam firmat adducens inter alia, quod non inſpicitur tempus quo actus geritur, ſed tempus quo effectus conſumitur. §. furioſus. & ibi Angel. & Imola inſti. qui teſta. tu. dari poſ. & ita fuiſſe iudicatum aſſerit, & in mente curiæ retentum. Iſtud iudicatum non videtur poſſe ſuſtineri de iure, per tex. in cap. beneficium. de regul. in Sexto. vbi dicitur quòd beneficium vacat per emiſſionem regularis profeſſionis expreſſe: ergo fortius per eam nominatio extinguitur, eſto quòd illam dicas eſſe ius ad rem, quia illud facilius extinguitur quàm ius in re, id eſt beneficij collatio, per quam ius in re quæritur. cap. ſi. in fi. de conceſ. præbend. in vj. Quòd ius ad rem facilius extinguatur, habes per nos latè probatum in tract. deuolut. parte j. quæſt. xxx. Pro hac noſtra parte habes ea quæ latè diximus apud Ioan. Mona. in cap. vnico de cleri. coniuga. in vj. de clerico diſpenſato ad plura beneficia, qui matrimonium cum vnica & virgine contraxit: quia ſi poſt mortem illius ad ſacros promoueatur, deinde velit ſibi de pluribus beneficijs prouideri, diſpenſatio hæc ei non ſuffragabitur, quia extincta fuit per matrimonium, vt ibi probo: ideo non minus eſt dicendum de nominatione, quòd non fuerit extincta per eam regularem profeſſionem, quæ dicitur matrimonium ſpirituale, non minoris virtutis quàm carnale; etiam non minoris eſt virtutis & potentiæ diſpenſatio quàm nominatio.

Nominatio expirat per regularem profeſſionem.

Nominatio & diſpenſatio dicuntur præparatoria ad beneficia.

Digitized by Google

cum vtrunque dicantur non ius in re, nec ad rem, ſed ſolum quoddam ius præparatorium ad beneficium. De nominatione habes gloſ. ſuprà hoc tit. §. volens, in verbo nominationes. in fi. De diſpenſatione autem dixi in tracta. diſpen. in v. memb. parte iij. nume. 103. P.

(*5) Iſtud operatur fauor prædicationis, vt no. in iuribus hic per gloſ. alleg. quo ceſſante non poteſt niſi mediante apoſtolica diſpenſatione, vt probo in tracta. diſpen. membr. vj. parte j. numer. 100. promouetur etiam in defectum ſecularium, vt probo in eo. tract. præludio. v. nume. 4. vide Panorm. in d. cap. quod Dei. col. iij. vbi ait quòd communis opinio eſt, quòd iſte fauor prædicationis hoc operatur. quod proſequitur Rochus in tracta. de iur. patr. in ver. honorificum. q. iiij. ſubdens, quòd regularis non poteſt præſentari ad beneficium ſeculare ſimplex, quia ceſſat ille fauor. P.

idoneis [a] conferant † [b], & aſſignent. quòd ſi aliter fecerint, per eorum ſuperiores [c],

a ¶ Idoneis) Eiuſdem religionis vel habitus, vt leg. & not. in clemen. j. de elec. vel eiuſdem monaſterij quando ſunt prioratus, vel officia regularia ſolita per eius monachos gubernari. cap. cum ſingula. §. prohibemus. de præbend. in vj. clemen. j. de ſup. negl. prælato. per quam dicit ibi Guliel. quòd abbas non poteſt dare prioratum monacho alterius monaſterij, niſi canonice eſſet tranſlatus (*1) ad ſuum monaſterium, nec valeret conſuetudo in contrarium: vt not. Henri. in cap. fi. de reli. dom. & d. clem. j. de elect. loquitur in principalibus prælaturis. idem Steph. & Imo. niſi vbi non poſſunt (*2) in monaſterio idonei monachi reperiri: quia tunc poterit auctoritate diœceſani alteri conferre. de præbend. graue. ne diu vacent beneficia, dum tamen ſit eiuſdem religionis vel habitus per. d. cle. j. de electio. *Prioratus vnius monaſterij an poſſit dari monacho alterius.*

(*1) De qua tranſlatione dixi in tract. penſio. par. ij. q. vj. P.

(*2) Vide quæ in ſimili trado in tractatu. diſpenſatio. præludio. v. in principio. Probus.

† b ¶ Conferant) Scilicet regularia, non ſecularia, etiam ad eorum regularium diſpoſitionem pertinentia, maximè curata (dico ceſſante prædicationis fauore, vt ſuprà proxime diximus) quia regulares illa non poſſunt obtinere ſine papæ diſpenſatione, cum mortui ſint mundo, licet Deo viuant. cap. monachus & cap. placuit. xvj. quæſt. j. l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleric. ſed per aſſecutionem ad eccleſiam ſecularem maxime curatam reſuſcitantur, quæ reſuſcitatio eſt miraculoſa: ideo vt reſurgat, & actus ciuiles exerceat, opus eſt diſpenſatione, dicit Rota deciſ. cccclxxxiij. collatio facta, in nouis. ſimilis apud Bellemere, deciſio. 714. collatio. Si igitur regularis cupit ſeculare beneficium obtinere, prius ad illud ſit diſpenſatus, quæ diſpenſatio ſolet dari per modum commendæ, id eſt quòd illud in commendam poſſit obtinere. P. *Regulares quare non poſſint obtinere curata.*

c ¶ Superiores) Facit iſte text. quòd vbi collatio ſpectat ad ſolum prælatum regularem, conuentus non ſuppleat (*) eius defectum vel negligentiam. ad hoc ſuprà eod. §. j. ver. quòd ſi quis. cum ibi not.

Digitized by Google

(*) Hanc quæſtionem habes per nos diſcuſſam in tracta. deuolut. parte ſecunda. vbi vide ij. quæſt. præceden. quando ſedes abbatialis vacat, an conuentus vices ſuppleat abbatis, & in quibus. P.

a ¶ Prouincialia) Concordat capitu. ea quæ. de ſtatu monachorum.

b ¶ Nono kal.) Id eſt. xxiiij Ianuarij.

¶ Placuit) Hoc in vno caſu tolerantur gratiæ expectatiuæ.

Placuit. c ¶ Placuit) Hîc verbum eſt legis promulgatorium. l. j. ff. de conſti. prin. inſti. de iur. nat. §. ſed quod principi. xvj. q. j. placuit. cap. j. de iud. cap. j. de teſti. cap. j. de præſcript. cum ſi.

d ¶ Congregationi) Gallicanæ eccleſiæ, cuius ſunt hæc verba (*) cum ſeq. vſque ad decretum de cau.

(*) Quæ & ſimilia legem facientia auctoritate concilij Baſilien. dicitur proferre, & ſi illius congregationis edita videntur dicti concilij, non congregationis: iuxta vulgatum, quod omnia facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur. l. j. §. omnia. C. de veteri iure enucleno. Bart. in extrau. ad reprimendum. in verbo totius orbis. nam ſuprà hoc tit. §. vt verò. ver. adijciens, concilium hanc dedit poteſtatem prælatis & doctoribus cuiuſlibet nationis, quam intellige procedere vt ibi per gloſ. in verbo concluſum. Probus.

Regis Franciæ priuilegium circa vacatura. e ¶ Facultates) Scilicet perſonales conceſſæ principibus (†) aut alijs vt poſſent aliquos nominare ad beneficia vacatura, ſicut Innoc. vj. tempore ſuo conceſſit Ioan. regi Francorum facultatem nominandi ad præbendas in xxx. tam metropolitanis quàm cathedralibus & collegiatis eccleſijs ſui regni: vt in extrauag. Innoc. vj. eximiæ deuotionis. realibus autem conceſſis alicui dignitati in perpetuum per hoc non derogatur, cum priuilegium debeat eſſe manſurum. cap. decet. de reg. iur. in vj. cum ſimi. ſicut legitur de imperatore quòd habet priuilegium à papa, vt in qualibet eccleſia Alamaniæ poſſit facere vnum canonicum. not. Specul. de præbend. ad fi. Ioan. Andr. in no. in cap. is cui. eod. tit. in vj. (*)

(†) Qui, & reges eccleſiarum cathedralium dicuntur patroni ſi aſtipuletur Archid. in cap. lectis. lxiij. diſt. & Bald. in cap. quanto. de iudic. & in procæ. Grego. quod non probatur iure, ideo illis non venit credendum, ait Bald. in l. reſpublica. C. ex

& capitula prouincialia[a] corrigantur, & debite puniantur. Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſilienſi ſolemniter celebrata[b] nono kal. Februarij, anno à natiuitate Domini M. ccccxxxviij.

Quod hic diſponitur, temporale eſt, & diu lapſum, cætera ante enuntiant proponenda, nec in aliquo diſponunt. Et quæ ſequuntur vſque ad finem tituli, ſunt congregationis Gallicanæ verba. P.

Placuit[c] tamen ipſi congregationi[d], vt gratiæ expectatiuæ, & facultates[e] no-

C.ex quib.cau.ma.facit quod not.Anto.& poſt eum Panorm.in ca.tua nos,de vſur. quòd etiam communi doctorum opinioni ve. glo.non eſt ſtandum quando iure vel ratione non fundatur.Ideo Præpoſ.in d.c.lectis,tenet contra Archid.& in ca. imperium,x.diſt.dicens, quòd deciſio Archid. & Bal. debet intelligi quantum ad protectionem,non quantum ad electionem vel præſentationem, huic opinioni videtur adhærere Panor. in c.venerabilem, in ver. carebit, de electio. dum ait quòd imperator non eſt patronus Romanæ Eccleſiæ, dato quòd ſit aduocatus & defenſor illius: quod olim ipſe erat, nunc autem contra, quia ille, prout & principes alij temporales,tam ipſam Eccleſiam Romanam quàm aliàs ab ea tanquam matre procedẽtes Eccleſias, multipliciter in dies & annos ſæuis exactionibus(quas charitatiua ſubſidia appellant) grauant, & vi opprimunt, docet facti experientia: & quod eſt deterius, indoctos & aliàs inhabiles ad eas promoueri totis conatibus procurant. P. *Reges an ſint patroni Eccleſiarũ cathedralium.*

minandi à ſummo [a] pontifice emanatæ, ac nominationes exinde ſecutæ,ſuper quibus iuxta determinationẽ [b] decreti Baſilienſis concilij proceſſus Apoſtolici fuerũt expediti vſq; ad paſcha proximũ † [c] & nõ vltrà [d],quoquo modo tolerẽtur [e]: ita tamẽ [f],

(*) Plerunque enim talium & ſimilium priuilegiorum conceſſio reperitur Eccleſiæ Rom.prout & aliis illi inferioribus Eccleſiis oneroſa, & ius ſuum opprimens: nam viſi ſunt ſæpiſſime principes & alij huiuſmodi priuilegia à ſede obtinentes apoſtolica,ſub vmbra eorum priuilegiorum alia iura ab vniuerſali,prout & qualibet Eccleſia particulari vſurpare, Scotorum more, prout & vxorum & aliorum quamplurimorum: qui quando eis vno pede permittimus domum intrare ſeu calcare, non ceſſant quin ambobus conculcent pedibus, vt demum omnibus qui in domo ſunt repulſis, illam ſoli habitent. Iſta in dies in oculari experientia habes: ideo attendant his priuilegia concedentes,& reſpiciant ad ea quæ medio illorum poterunt occurrere inconuenientia,quia tunc Eccleſiæ & cleri iuribus & libertatibus ſuffragabitur, & in eis manutenebuntur,vt Gallicorum verbo vtamur. P. *Inconuenientia ex conceſſione priuilegiorum.*

a ¶ Summo) Si ergo proceſſerint à legato, non ſunt acceptæ, nec poſſet hodie aliquo modo dare gratias expectatiuas,no.inf.eo. §.item voluit.

b ¶ Determinationem) Suprà eod.§.j.ver.exceptis.

† c ¶ Proximum) Abundat,quia tacite intelligitur,l.eum qui Kalendis,in prin.ff.de verbo.obligatio. P.

d ¶ Non vltra) Hæc limitatio non valuit in effectu,cum non potuerit Eccleſia Gallicana imponere legem gratiis expectatiuis, contra determinationem concilij loco præallegato.

e ¶ Tolerentur) Si hæc limitatio tenuiſſet,interim nominationes vniuerſitatum vires non habuiſſent, (*) ne collatores nimium fuiſſent grauati,no.ſuprà eodem §.inſuper.

(*) Vide quæ pro hac glo.tradit domi.Petr.Reb.in tract.no.q.xv.nu.42. P.

f ¶ Ita tamen) Hæc verba reſtringunt præcedentia ſup.§.j.verſi. non tamen, ibi, ita

Ccc

Digitized by Google

tamen, ff. de man. te. l. libertas ff. ad Treb. l. Lucius. (*)

(*) Hæc enim dictio ita, quandoque facit conditionem, & quandoque modum dicit. not. Io. And. in c. conſtitutus, de religio. do. P.

a ¶ Habebunt) Vt debent, cum concilia ſeruare habeant, ſuprà de auct. ge. con. c. ij. ſuprà eod. §. j.

b ¶ Tolerandas) Sicut nec toleratæ fuerunt per concilium, ſuprà eod. §. j. ver. exceptis.

c ¶ Item viſum) Expediens foret contra impetrãtes expectatiuas graues pœnas imponere.

d ¶ Statuerit) Súprà eodem §. j. verb. ceſſántque.

e ¶ Conſtitui) Bonum aduiſamentum, ſed non fuit executatum.

f ¶ Pœnæ) Statuta ſine pœnarum adiectionibus raro (*) proficiunt, no. in cle. j. de æta. & qua.

(*) Et minus quando principale non valet, cui adiectio ponitur, vt per multa probaui in tract. de uo. parte iiij. qu. xxiiij. Et dic rarò proficiunt, etiam niſi ipſo iure incurrantur, vt dixi ſuprà in §. ſi autem, in verbo in his. P.

g ¶ Singulos) Vt metu pœnæ ab hoc retrahantur, lxij. diſt. docendus, c. cum in cũctis, de elect. c. Vt clerici, de vita & ho. cleri. ca. j. de re iudica, in vj. l. j. C. de emen. pro. cum ſimi. & poſſet Eccleſia Gallicana conſtituere pœnas contra impetrantes & vtẽtes, per nò. per Io. An. in c. fi. de offi. Archipreſby.

h ¶ Impetrabunt) Aliquando quis ex ſola impetratione punitur, ca. ex tenore, de reſ. cum ibi not. per Hoſtien. c. diſpendia. eod. tit. lib. vj. vbi Archidia. c. ad falſariorum, in fi. de cri. fal.

Sola impetratio nocet.

i ¶ Fouebunt) Præſtando eis auxilium, conſilium vel fauorem, cap. ſi aduerſus, de

quòd ſi interim etiã quãdocunq; decernat cõcilium eas nõ eſſe vlterius tolerãdas, & quicquid in hoc caſu conciliũ ſtatuerit, decreuerit, ſeu declarauerit: rex & Eccleſiæ ſuorum regni & delphinatus gratũ habebunt [a] & acceptũ, quo verò ad alias expectatiuas aut nominationes ſuper quibus nõ erãt proceſſus expediti tẽpore decreti Baſil. cõcilij, ſæpedicti eas cenſent non eſſe amodo tolerãdas [b], ſed eas exnunc habent & cenſent rex & antedicti caſſas, vacuas, nullas & inanes.

Gallicana congregatio optat impetrantes expectatiuas mulctis puniri.

Item viſum [c] fuit eidẽ congregationi, quòd licet cõciliũ ſtatuerit [d] vt dictæ gratiæ (ſi quæ fiant) ſint nullæ ipſo facto, quòd nihilominus debent conſtitui [e] per concilium graues pœnæ [f] aduerſus omnes & ſingulos [g] qui decætero eas impetrabunt [h], ſeu acceptabunt vel fouebunt [i], aut qui

Digitized by Google

hære.c.felicis,de pœnis,in vj.cap.fi.de ſciſ.eod.lib.

a ¶ Eis) Etiam antea impetratis,niſi iuxta limitationem concilij, ſuprà eod. §.j. ver. exceptis.

b ¶ Vti) Ab vtentiũ manibus debẽt gratiæ expectatiuæ euelli.arg.l.ſicut ſacrificia,C. de paga.& debent vtentes cõdemnari aduerſariis ſuis in expenſis & damnis (*) quæ propter hoc cõtigerit eos pertuliſſe,ca.cæterum, c.fi.de reſcrip.c.diſpendia.eo.tit.in vj.c.vt debitus,de appel.de dolo & contu. ex literis,infrà con.fri.ap. cap.j. & ſi nimia eorum improbitas inueniatur, etiam ſeueritati ſubiacere iudicantis, C.ſi quis contra ius vel vti.l.& ſi legibus,xxv.q.ij.& ſi legibus,& fortè,l.Corne.de fal.puniri.arg.l.ſi quis irrepſerit,ff.ad.l.Cor.de fal.ſicut allegans, l. abrogatam, crimini falſi ſubditur, C.de Iuſ.C.con.l.j.ver. falſi criminis, l. ij. §.hæc ergo omnia, C.de ve.iu.enuc. no.in c.nouit.de iudi.Archid.in ca.fi.de offi.leg. in vj.vel ad arbitrium iudicis,ff.de iu. delib.l.j.c.de cauſis,de offi.deleg. *Vtentes literis prohibitis quando puniantur.*

(*) Vide in ſimili tex.in concor.§.ſi quis autem,iſto ti. P.

eis [a] vti [b] exinde præſument vel conabuntur [c] inuocando [d] etiam † [e] contra tales (ſi opus videatur) auxilium brachij [f] † [f] ſecularis.

Congregationi Gallicanæ non placet quòd Papa ordinarios in conferendo præueniat. P.

c ¶ Conabuntur) Conatus (*) plus eſt quàm ſimplex voluntas, & procedit ad aliquem actum exteriorem.l.ſi quis non dicam,C.de epiſc.& cleri.de pœni. diſt. j. §.ſi quis pulſatus,l.is qui cum telo.C.ad l.Cor.de ſic.de pœn.diſti.§.ſi quis non dicam,& §.ſeq.ſed vtrum ſola voluntas habeatur pro facto,not.latè doct.in c.j.de eo qui mit. in poſſeſ.cauſa rei ſer.Io.And.in regula,in pœnis,de regu.iur.in vj.mercu. *Voluntas & conatus differunt.*

(*) Vide quæ in puncto tradit Fely.in tract. quando conatus puniatur, quem reperies in fine lecturæ tit.de ſenten.excommunica. P.

d ¶ Inuocando) Concor.c.j.c.quoniam, de offi. ordi. nam vtraque poteſtas per alteram adiuuatur,c.princeps,xxiij.q.v.c.cum ad verum,xcvj.diſt.

† e ¶ Etiam) Dictio eſt quæ auget,& includit quod prius non includebatur,probat Domi.in con.cxx.in fi.& in con.cxxv. P.

f ¶ Brachij) Eccleſia militans habet duo brachia: dextrum quod eſt ſacerdotium, & ſiniſtrum quod eſt poteſtas ſecularis, (†) xij. quæſtio.ij. duo ſunt genera. in extrauagan. Bonifac. viij. Vnam ſanctam, & quantum anima præfertur corpori,tanto dignius eſt ſacerdotium ſecularibus,cap.duo ſunt, xcvj .diſtinctio. cap. ſolitæ, de maior.& obedi. quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, cap. bene quidem,ca.ſi imperator.xcvj.diſt.cap.cum laicis,de reb.eccle.non alie.de conſti.Eccleſia. *Brachium duplex eſt in Eccleſia.*

(†) Quæ in dies fruſtratim Eccleſiaſticam poteſtatem vſurpat, ſicut lupus agnum comedit, capit. Eccleſias, xiij. quæſtio. j. Ioan..mo. in extrauaga. deteſtandæ in verbo fruſtra. de ſepultur. dixi late in tracta. penſio. parte 3. quæſt. x. Ecce qualiter poteſtas Eccleſiaſtica per ſecularem iuuetur: perinde eſt ac filia ſuffocans matrem. Probus.

† f ¶ Secularis) Hoc enim facit Eccleſia, quando non habet vltra quod faciat,

Digitized by Google

cap. cum non ab homine. de iudic. &c. ij. de malefic. Oldra. in con. 89. & Præpo. in cap. perſona. xj. q. j. Et attende quòd delegatus (etiam Papæ) hoc brachium non poteſt inuocare niſi habeat ſpecialiter in ſua delegatione, ſecundum Archi. in ca. vt officium, §. fi. de hæretic. dicentem curiam ita tenere. cuius opinio videtur obſeruari his temporibus, vt patet in literis delegationum à curia ipſa procedentibus. P.

Item [a] circa clauſulam poſitam [b] in ipſo decreto quæ incipit, Neque etiã collationes per præuentionẽ fiendas intendit impedire &c. viſũ eſt prędictę cõgregationi, quòd quia indultum à iure beneficium, & maximè à ſacris canonib⁹, nemini debet auferri [c] abſque [d] ſua culpa, vt ait [e] Gregorius [f] in Regiſtro, rem quæ culpa [g] caret, in damnũ dari non cõuenit: viſum fuit prælibatæ cõgregationi, ꝗ cũ

a ¶ Item circa) Inſtandum foret apud cõcilium, vt præuentiones beneficiorum damnarentur. (*)

(*) Quæ in §. iſto continentur, tanquam contra ius commune, & non approbata à concilio Baſil. vim non habent dicit gloſ. ſuprà hoc ti. §. vt vero. in verbo concluſũ. Idem dicit gloſ. infrà iſto §. in verbo prouideat. P.

b ¶ Poſitam) Suprà eo. §. j. ver. nec etiam.

c ¶ Auferri) ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi quis cõdemnatus, c. ad eius, v. diſt. c. fi. de ſe. nup. c. indultum, de reg. iur. in vj. cum ibi not.

d ¶ Abſque) Id eſt ſine.

e ¶ Ait) in Regiſtro. c. cognoſcentes, de conſti.

Gregorij doctoris ecclesiæ laudes.

f ¶ Gregorius.) primus, qui magnus dictus eſt propter plura quę excellenter habuit: ſcilicet potentiam, diuitias, virtutes, nobilitatem, ſapientiam, ſanctitatem, famam, experientiam: nihil eum in omni ſtatu latebat, & ipſe eſt doctor principalis Eccleſiæ, vnus de quatuor. ca. j. de reliq. & vene. ſanct. in vj. ipſe ſolus cum beato Fabiano poſt ſanctum Petrum diuinitus in toto catalogo pontificum Romanorum ad pontificatum eſt aſſumptus, ipſe plures libros ſcripſit, & plura inſtituit: vt patet in eius regiſtro. in canone addidit, diéſque noſtros in tua pace diſponas &c. Deus in adiutorium, ante initia horarum dici iuſſit, totum officium Eccleſiaſticum ſtylo pulchriore & ordinatiore modo renouando compoſuit, quod vſque hodie permanet: & dicitur Gregorianum. Titulum totius humilitatis, ſcilicet ſeruus ſeruorum Dei ſummis pontificibus inſtituit, & adhuc permanet.

Damnum ſine culpa nõ ſine cauſa.

g ¶ Culpa) Aliquando tamen patitur damnum ſine culpa: ſed non eſt ſine cauſa: vt nota. in c. cognoſcentes, de conſtit. in c. antiqua. de priuile. ſuprà de elect. c. licet. §. j. ver. veruntamen. (†)

Culpa dicitur.

(†) Culpa enim dicitur macula ſeu offuſcatio, quæ generatur in anima peccatoris, & per peccatum diuertit à bono incommutabili. i. à creatore propter bonum commutabile. i. rem creatam, ex quo vulneratur anima in bonis ſibi naturaliter collatis, ait Car. in cle. j. q. xxxiiij. de priuileg. Et illa culpa deletur per confeſſionem præcedente contritione, quod proſequitur Fely. in trac. de indulg. nu. 10. & ſeq. Et dic cul-

Digitized by Google

pam,ſubiectonis eſſe cauſam,ait glo.in c.de Conſtantinopoli.xxij.di. P.

† a ¶ Eccleſiaſtici) In hoc etiam comprehenduntur fœminæ patronæ,quæ ſunt Eccleſiaſticæ,i.moniales, tum quia maſculinum fœmininum comprehendit, ca. ſi quis ſuadente diabolo,xvij.q.iiij.l.ſi ita ſcriptum,§.ſi ſub conditione.de lega.ij.quod nõ procedit ſolum in lege humana, ſed etiam in lege diuina.c.maiores, vbi Panor. col. ij. de bap. P.

collatores & patroni†[a] Eccleſiaſtici habeãt beneficio ſacri Latera.concilij[b] certũ tẽpus[c]

c ¶ Concilij) Cap. nulla. de conceſſ.præben.

c ¶ Tempus) vj. menſium, vt dicto cap. nulla.ca.licet. ca.ſe.de ſuplen. neg. præla. cle.j.eo.ti.quod non currit vbi præbendę non ſunt diſtinctæ: nec eſt certus numerus canonicorum, cap.ex parte. de conceſ. præben. & eſt vtile quo ad initium, & quo ad progreſſum, no. in ca. quia diuerſitatem,eo.ti.vnde impedito non currit,(*)& in illo ſemeſtri tempus ſuſpenſionis nullatenus computatur,vt ibidem cum no.per Inno.etiam ſi ſciat beneficia vacare: niſi ſit negligens in petenda abſolutione,ad idem. c.fi. de elec. & dicunt docto in di. ca. quia diuerſitatem, quòd poſt abſolutionem obtentam in curia non currit ſibi tempus quouſque in domum ſuam ſe receperit, & ſarcinulas ſuas recollegerit. arg. ff. ex qui. cau. ma. l.ſi ab hoſtibus, §.fi.quia iuſtius & honeſtius eſt quòd prouideat indigenis,quorum fortè non habet copiam, ſuprà in procem. §. quibus ad plenum. ver. nam Eccleſiarum, cum ibi no. Secundo, quia honeſtum eſt habere conſilium ſui capituli, quod forte ſecum non habet, ad hoc de elect.ne pro defectu. Tertio, quia in collationibus ſunt examiandæ (* 2) perſonæ: & ſi quid iudiciale occurreret, non poſſet in aliena diœceſi expedire, de offi. le.nouit.in cle.j.de fo.compe.idem Hen.in d.c.licet.ſed illud tenere non eſt tutum: quia ſublato impedimento currit ſemeſtre à tempore ſcientiæ, & poterit conferre extra diœceſim, cum collatio ſit voluntariæ iuriſdictionis: vt no.in d.c.nouit. niſi in caſu c. ſtatutum, de præ. in vj. etiam in curia Romana exiſtens poſſet conferre beneficia ad eius collationem ſpectantia. no. Io. And.in no.in c.ſi Apoſtolica.de præ. in vj. nec eſt opus præſentia collatarij, quia indigenæ abſenti poteſt conferre.c.ſi tibi abſenti.de præ.in vj. & hoc credo verius, cũ diutina vacatio Eccleſiarum ſit periculoſa.c.quàm ſit.de elec.in vj.l. di.poſtquam,c. ne pro defectu. de ele.

Tempus ſemeſtre ad conferendũ eſt vtile.

Ordinarius confert in curia.

(* 1) Imò currit, & eo non obſtante impedimento, etiam ex ignorantia procedente, quæ dicitur legitimum impedimentum, incipit tempus ad præſentandum aut cõferendum à die vacationis non illius ſcientię currere. Iſta eſt vera & praxi firmata cõcluſio, quæ probatur per do.de Ro.deci.38.in anti.& Io. mo.in c.ignorantia.de reg. iu.in vj.ita etiã concludit Cæſar Lamberti.in trac.de iu.pa.arg.xv.q.j.pa.ij. lib.ij. dixi in trac.deuol. par.j.q.iiij.tex.eſt formalis in c.iij. in fi. de iu. pat. & in ca. cum propter.eo.tit.ad quem tex.prout & ad d.c.iij.gl.ſequens nititur reſpondere. Cuius reſponſio non placet, merito in fi. ab ea videtur per quandam modificationem velle diſcedere, & bene, tum etiam quia licet fauorem habeat impedimentum, prout & ignorantia, maiorem tamen dic habere Eccleſiam, quæ non patitur ob multa pericula diu vacare beneficia, cum vacatio illa diutina ſit periculoſa. dicit hæc glo. in fi. ſed

Tempus conferendi currit & impedito & ignoranti.

iubet ea quamprimum conferenda, vt probamus in trac. deuo.ij. prælu. nimirum ſi Cæſar vbi ſupra dicat tempus hoc currere de hora ad horam, & momento ad momentum: vt per doc.in c.quàm ſit.vbi gl.in verbo menſem. de elec.in vj.ſic non dic vtile, ſed continuum à die vacationis, aliter dicere numquam fieret deuolutio, cum ordinarij collatores ſemper dicerent ſe vacationem ignoraſſe: ideo fruſtratoriè eſſent facta iura punctum deuolutionum tangentia quo ad caput deuolutionis ob negligentiam cauſatæ concernit. P.

ad præſentandum[a] & confe-

(*2) Quod examen à prælatorum collatorum aula receſſit, & in carnem, prout & ſanguinem ac familiarum aut ſeruitorum ſalarium ſeu recompenſationem eſt tranſlatum, ſeu commutatum: in quo an peccatum deſit, aut canonum tranſgreſſio, ſimoniæque peſtis, aut labes, quæſtio iuris eſt. P.

a ¶ Præſentandum) Patroni Eccleſiaſtici habent ſemeſtre, laici quadrimeſtre, c.j. de iu. pa. in vj. quæ currunt à tempore notitiæ vacationis beneficij tam collatori ſiue conferat iure proprio.c.quia diuerſitatem, de conc.præ.ſiue deuoluto (*1) c. licet. de ſup.neg.præ.Panor.in.d.c.quia diuerſitatem, in c.fi.de iu. patro.idem ſi patronus laicus eſt negligens intra quadrimeſtre, ſuperior ad quem deuoluitur poteſtas conferendi, habebit ſemeſtre.(*2)per.d.c.j.& quia mutata conditione perſonæ, rei ſtatum conuenit mutari.ff.de ſo.l.cum quis ſibi.§.j.c.dilectus, iij.de præ.ff.de col. bo.L j.§.is quoque no.Ioan.And.& Domi.dicto.c.j. quam patrono. not. Ioan. And. in cap.ij.de ſup.neg.præ.d. cap. fina. de iu. patro. vbi Panor. Frederi. conſilio cxxiiij. Panor.in cap. cum propter. de iur. pa. quia regulariter tempus præfixum ad prouidendum non currit ignoranti, nec debet quis puniri ſine culpa, vt hic.licet aliqui voluerunt dicere quod patrono ignoranti & impedito curreret tempus, per dictum c. cum propter.nam litigans ſuper iure patronatus impeditur præſentare. ca. ex literis, iur.patro.no.in c.ij.de in inte. reſt. & nihilominus currit ſibi tempus, ſed non ob.illud cap.cum propter, quia ibi non conſtabat quis eſſet patronus: merito Epiſcopus ordinat Eccleſiam ſine patrono. (*3) ſed ex quo conſtat de patro. non debet illam ordinare ſine illius præſentatione, xvj.q.vij. decernimus, & quod dictum eſt huiuſmodi tempora non currere niſi à tempore notitiæ: intellige de notita vera vel præſumpta vacationis, quæ debet determinari per iudicem, conſiderata beneficij qualitate, quantitate, & locorum diſtantia, & fama.ar.ff.de vſu.l.mora. cle.j. de con. præ. in fi.cum ibi no.per gl.& doc.Ho.& Io.An.in c.ex parte, de con.præ. Guil. in cle. j. de ſup.neg.præ. Geſ.in extra.execrabilis, in ver.notitiæ.Hen. in c. nulla.de con. præ. Panor.in d.c.quia diuerſitatem, de Rota, deciſio.38.566.& 267.

Patroni quod tempus habent ad præſentandum.

Simutatur cõditio perſone, mutari debet ſtatus.

(*1) Imò ſiue iure proprio, ſiue deuoluto, tempus currit præſentandi aut conferendi à tempore vacationis, vt firmatum eſt ſup.in glo. proxima, quibus adde quæ diximus in tracta.deuolu.parte j. quæſtio.v. P.

(*2) Quod latiſſime firmo in trac.deuo.parte j.q.xxiij. P.

(*3) Ratio hæc non placet, quia ſi certum eſt (prout eſſe debet) quòd quis ſit patronus vel non, tamen in dubio, & lite durante ille habet præſentare, & præſentatus inſtitui, & ſi illa præſentatio viribus ſubſiſtat, hoc futuro litis euentu apparebit. Probus.

Digitized by Google

rendum reſpectiue [a] quod

a ¶ Reſpectiue) Quaſi dicat. patroni Eccleſiaſtici habent ſex menſes: & collatores ſimiliter: cum ſcilicet conferunt libere iure proprio vel deuoluto, quia tempus ſemeſtre non habet locum in habente inſtituere præſentatum à patronis, licet enim dictum tempus ſit præfixum ad conferendum, & trimeſtre ad eligendum, cap. ne pro defectu. de elec. tamen ad confirmandum & inſtituendum præſentatos non reperitur (* 1) tempus præfixum à iure. ſi tamen ille ad quem pertinet confirmatio vel inſtitutio, ſit negligens, poterit ſuperior ei præfigere tempus ad confirmandum vel inſtituendum, quo lapſo ipſe ſupplebit, fa. quod not. in cap. Apoſtolicæ, de re iudi. gloſ. fina. in vj. Ioan. And. poſt Hoſtien. in cap. cum Eccleſia. de elec. Compo. & alij in cap. publicato. eodem titulo. Ioann. Andr. in dicto capitulo ex parte. de con. præ. notat. de Rota deciſio. 216. Panormitan. in capitulo poſtquam, de electio. in cap. nulla. de conceſ. præ. in cap. paſtoralis, de iureiur. fa. pro hoc quod not. Pau. in clemen. j. de re. permutatio. vbi dicit quòd ſemeſtre non currit ſuperiori in cuius manibus ſunt reſignata beneficia cauſa permutationis: (* 2) quia non inuenitur tempus præfixum in iure ad conferendum ea. de iur. patrona. nullus, de deciſio. 339. nec obſt. dictum capi. nulla. quia loquitur in habente liberam poteſtatem conferendi. Hic autem aſtringitur renunciantibus conferre, vt dicta clemen. facit quod not. Pau. in clemen. ij. de religio. do. quòd non eſt tempus ſtatutum intra quod conferantur hoſpitalia. idem Freder. in tracta. permu. quæſtione xxix. ſed hoc caſu compelletur collator per ſuum ſuperiorem ad prædicta beneficia ſic vacantia conferendum, aut ei præfiget terminum ad id faciendum: quo elapſo prouidebit, ar. dicto capi. nullus, capi. irrefragabili. de offic. ordinario. aut ſi nolit conferre: poſtquam conſtiterit de refutatione, redibunt permutantes libere ad ſua beneficia ſic reſignata, articu. de præbend. ſic beneficia. libr. vj. capitu. potuit. de loca. de appel. ſuper eodem. clemen. quamuis, de ap. idem Lap. in addi. Frederi. ſimiliter ſemeſtre non artat (* 3) executores Papæ ad conferendum, qui poſſunt prouidere de beneficio quod ſciuerunt per ſex menſes vacare: quia illa conſtitutio nulla, in ordinario ſolum loquitur. executor autem fingitur vice Papæ. xciij. diſpenſatio. capi. fi. de offic. deleg. ſane. not. Compo. in capi. capitulum, de reſcrip. in gloſ. magna. circa fi. ver. item nunquid executor. quod eſt verum quando executor prouidere poteſt ad cuiuſcunque collationem: nec tempus acceptationis adducitur, vt in clemen. j. de conceſ. præbend. ſed ſi certa perſona grauatur per reſcriptum, puta habet poteſtatem de beneficio ſpectante ad collationem capituli, illius tempore elapſo conferre non poterit donec deuoluatur ad Papam, pro in clemen. ſi beneficio: de præ. ſecundum Io. And. Ge. ibidem, quod limitant Lap. & Inno. quando mandatur prouideri per executorem certæ & nominatæ perſonæ, & illa etiam negligit (* 4) petere beneficium: quia tunc habet locum, d. c. nulla. ſecus ſi executor tãtum ſit negligens, & nõ ille cui prouideri mandatur. alle. de reſcrip. tibi qui. §. in prędictis, in vj. Item dicunt ꝙ ſi beneficium non eſt affectũ eod. tempore, curret tempus ordinario collatori, ad cuius collationẽ eſt ſcriptũ, & ipſi executori. ſi vero beneficium eſſet affectũ, tũc primo curreret executori, quia habet cõferre intra illud tẽpus intra quod ha-

Præſentati intra quod tempus sũt inſtituẽdi.

Reſignata cauſa permutationis quãdo ſunt cõferenda.

Tempus ad conferendũ hoſpitalia.

Executores Papæ non artantur ſemeſtri tẽpore.

Digitized by Google

bet conferre collator grauatus, eo elapſo conferre non poterit: niſi ad Papam facta ſit deuolutio, collatori vero non currit tempus durante tempore quo executor poteſt conferre: quia cum per literas Papæ, vel proceſſum executoris impediatur Epiſcopus beneficium conferre, non debet currere, cap. (*5) quia diuerſitatem, de con. præ. c. fi. de electio. ſed elapſo tempore quo executor poteſt conferre, currit ordinario tempus quod habebat ſi non eſſet executor datus: & collator in tempore ſibi dato negligenter non confert, non deuoluetur propterea collatio ad executorem, ad hoc, c. ſi clericus, de præb. in vj. ſed ad ſuum ſuperiorem, vt in diſt. clem. ſi de beneficio. Item limitant dictum Compoſ. Ioan. Andr. procedere in executore qui confert vice Papæ: ſecus in executore dato ab inferiore à Papa cui currit (*6) tempus indiſtincte, de elect. ſi compromiſſarius, in vj. de præ. in c. fi. eo. lib. ſic ſentit gl. in d. cle. à contrario quando dicit qui confert vice Papæ, idem Lap. in additi. ad Frederi. in tracta. permu. q. xxix. Sed nunquid legato de latere currit ſemeſtre tempus ad conferendum? ſic, cum ſit ordinarius in prouincia ſibi decreta, c. ij. de of. leg. in vj. no. Lap. & Innoc. in dicta clem. Imol. in d. ca. nulla, licet autem ſibi currat tempus, tamen poterit conferre donec prælatus ſuæ legationis iure proprio vel deuoluto poteſt conferre, (*7) ſed poſtquam deuoluta eſſet collatio ad prælatum extra ſuam legationem ex ſua & aliorum negligentia inferiorum à Papa: tunc conferre non poterit, niſi vltimatè deuolueretur ad Papam: quia tunc poterit, (*8) c. venerabilis, de præ. no. in c. j. de offi. lega. in vj. ſatis patet in d. cle. & dicit Imol. in d. c. nulla, poſt do. An. quòd legatus natus ratione dignitatis ſi ad eum deuoluatur poteſtas conferendi ex negligentia inferiorum, habebit vnum ſemeſtre tantum, nec habebit vnum tãquam legatus, & aliud tanquam Archiepiſcopus: quia non poteſt ſupplere ſui negligentiam, ſicut nec à ſeipſo appellatur nec querelatur, cap. ij. de conſuetu. in vj. ca. Roma. de ſomo. compe. eod. lib. nec in facto proprio auctoriſat. cle. ſi vna. de re. eccle. non alie. pro quo videtur caſus in c. licet, de ſup. ne. præ. vbi loquitur in Eboracenſi Archiepiſcopo, qui eſt legatus natus ratione ſuæ dignitatis, & ibi antequam fiat ad Papam deuolutio, non habet niſi vnum ſemeſtre. no. de Rota deciſi. 316. ſic nec ſuperior ad quem facta eſt deuolutio ex patroni laici negligentia, habebit quadrimeſtre ad præſentandum: & ſemeſtre ad conferendum: ſed duntaxat ſemeſtre ad prouidendum, vnico enim actu debet prouidere vt vacatio Eccleſiarum non diu duret, (*9) ita videtur ſonare textus in c. ij. de ſup. ne. præ. in fi. tenendo quod illud verbum ordinare ponitur pro totali prouiſione, de quo per Domi. in c. j. de re. permu. in vj.

Legato de latere currit tempus ſemeſtre.

Legatus natus non habet niſi vnum ſemeſtre.

Patronus ſi ſit negligẽs quod tempus habet ſuperior ad prouidendum.

(*1) Hanc quæſtionem habes per nos latè firmatam in tract. deuolu. ij. parte xij. quæſt. Probus.

(*2) Quid dicendum quando facta eſt reſignatio ſimpliciter, vide per nos in tract. deuolu. parte j. q. xiiij.

(*3) Iſtud firmo in tract. deuolu. parte iiij. q. xvj. col. fi. P.

(*4) Non enim eſt dubium, quòd negligentia impetrantis non faciat expirare gratiam, c. tibi qui, de reſcr. in vj. & c. ſi clericus, j. reſp. de præb. eod. lib. facit doctrina communis quòd vbi quis intra legitima temporis curricula aliquid facere debuit & neglexit, illum iura ad ſe pertinentia leges repudiare exiſtimauerunt, l. ſi ea, C. qui accu. non poſ. gl. in l. ſi ego, ff. de neg. geſt. P.

Negligens facere dicitur repudiare.

(*5) Non

Digitized by Google

(*5) Non placet, per ea quæ diximus ſuprà proxime hoc §. in verbo tempus. P.

(*6) Vide quæ in propoſito diximus in tractatu deuolu.parte iiij.q.v. P.

(*7) Iſta habes per nos latius deducta in tract.deuolu.parte iij.quæſtio.xxviij.& xxix. Probus.

(*8) Hanc q.tractatam habes per nos in tract. deuolutio,parte iiij.q.xxxvij. P.

debent inſtare [a] regij oratores apud ſacrum concilium [b] generale, vt prouideat [c] circa ſuum decretũ de collationib⁹,in hoc ſcilicet quòd decretũ illud videtur ipſi Lateranenſi concilio velle derogare [d] : ita quod velit ipſum ſacrum concilium decernere, quod præuentiones † [e] etiam Apoſtolicæ ſedis, vel

(*9) Hunc punctum firmo in tracta. deuolu.parte iiij.q.xj.vbi etiam videbis an talis ſuperior debeat vnico actu Eccleſiæ prouidere. P.

a ¶ Inſtare) quod non fecerunt, (*) ſaltem de cõtrario non apparet, & facta non præſumuntur, C.de non nu. pec.l. aſſeueratio.de proc.l.j.cũ Io.de fi.inſtr. & de his quæ nõ ſunt, & quæ non apparẽt, idem eſt iudiciũ,l.in lege, ff.de contrahen.emptio.

(*) Et bene, quia iniuſtũ erat, nam vulgare eſt (de quo Hoſtien.in ca.j. col.iij.ne ſede vacan.) Quod iuſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum,ibi Petr.de Ancha.nu.4. ait, quod vbi petitio eſt iniuſta, non proſunt ſuffragia, facit verbo Ro.in antiq.tit.de re.permu.dec.2.quòd iniuſta *Vbi petitio eſt iniuſta, nõ proſunt ſuffragia.* litis motio viciũ litigioſis nõ inducit, merito inſtare noluerũt oratores,& bene:quia petentibus datum fuiſſet Celſi reſpõſum Labeoni factũ, aut nõ intelligo quid ſit de quo me cõſulis,aut valde ſtulta eſt cõſultatio tua,l. Domitius,ff.de teſta.& reſpõſum do.Matt.20.c. Neſcitis quid petatis. Eſt quippe ius prouidendi de benefi. Eccle. penes Papam tanquã penes fontem, & penes inferiores tanquã penes riuulos qui aquã non recipiunt,niſi à fonte, qui tantam non dat quod ille efficiatur ſiccus aut aridus, non enim per indultum iuris (cuius pater eſt Papa) videtur ille dediſſe conferendi poteſtatem inferioribus priuatiuè,ſed potius cumulatiue,vt probo in ſimili in tract. penſio,parte iij.q.iij.. P.

b ¶ Concilium) Baſilien.

c ¶ Prouideat) Non prouidit, ideo remanſit eius decretum in ſuo robore quantum ad præuentiones, quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur, l.ſancimus, C. de teſtam. quare male dicunt aliqui non ſapientes hunc tex. iunct. decreto, quòd præuentiones non habent locum:cum iſte tex.non ſit diſpoſitio,ſed aduiſamentum ad impetrandam prouiſionem à concilio , item non potuiſſet etiam congregatio Gallicana tollere præuentiones, cum ſit contra iura. & d. decretum, ad hoc vide no. ſup.eo.§.j.ver.adiiciens.

d ¶ Derogare) In hoc quòd permittit præuentiones, ſicut erant olim : vt no.ſuprà eod.§.j.verſi.neque etiam.

† e ¶ Præuentiones) De hoc Eccleſia Gallic. prout nec alia, potuit nec poteſt conqueri,cum Papa præueniendo iure ſuo vtatur, tanquam ordinarius ordinariorum,

Digitized by Google

quia licet diſpoſitionem beneficiorum in ordinarios tranſtulerit, tamen illud fuit cumulatiuè, non priuatiuè, & maiorem poteſtatem in his penes ſe retinuit, quam tranſtulerit, ca. dudum, & c. quamuis, cl. ij. de præb. in vj. Idem dic in conceſſione priuilegiorum & aliarum diſpoſitionum, vt latè fuit per nos probatum in tract. penſi. par. iij. quæſt. iij. P.

legatorum [a] eiuſdem factæ

a ¶ Legatorum) Qui non debent impediri exercere ſuam poteſtatem in prouincia ſibi decreta, ca. ſi quis autem, xciij. diſt. etiam ſub obtentu priuilegij vel conſuetudinis, vt in extraua. Io. 22. ſuper gentes & regna. Sed an legatus de latere poſſit (* 1) conferre beneficia quæ ſunt deuoluta ex negligentia alicuius prælati de extra ſuam prouinciam ad prælatum qui eſt in prouincia ſuæ legationis? Videtur quòd ſic, per cap. j. de of. le. in vj. iunct. ſuprà eo, §. j. ver. nec etiam, contra ſentiunt de Ro. deci. 308. alias, 316. per id quod not. Innoc. in c. cum inter, in c. cum in cunctis, ad fi. de elect. cuius dictum poſuit Archi. in c. j. ne ſe. vac. in vj. Io. And. in ca. quanquam, de elect. in vj. in no. vbi concludit, quod licet in beneficiis quæ iure proprio ſpectabant ad collationem Epiſcopi, capitulum ſuppleat Epiſcopi negligentiam: ſecus vbi ex accidenti fit deuolutio, quia in illis non cenſetur communitas inter prælatum & capitulum, gl. eſt quæ eſt additio in d. c. cum in cunctis, ad fi. ſic in propoſito videtur, quod legatus non poſſit conferre accidentaliter deuoluta de extra prouinciam, & cum hoc dicto tranſeunt do. And. & Imo. in c. ij. de conceſ. præb. & fa. quòd actus debet attribui principio & non fini. c. literis, de reſcr. c. hi qui §. ij. de præb. in vj. ff. de ver. ob. l. filius familias, de ſti. ſer. l. fi. ad hoc iura quæ volunt initium ſpectari, quæ no. in c. dudum j. de elect. vbi latè per Henri. Io. And. in regula in obſcuris, de reg. iur. in vj. in mercu. & quòd ad ponderandam naturam actus attēditur origo rei, non accidens, (* 2) ff. de fideiuſ. l. tutor, C. ad Mace. l. ſi filiusfa. ff. de dona l. qui id quod de iudi. l. ſi quis legationis, de contrah. emp. l. in venditionibus, lxxv. diſt. ieiunium, cum ergo legatus non potuiſſet conferre illud beneficium ante ſui deuolutionem, nec poſt, ad hoc cle. literas, de reſcri. non enim ex perſona prælati prouinciæ legati prima beneficij conditio immutari debet, ff. de verbo. oblig. l. ij. §. ex his igitur de condit. & demonſt. cui fundus, dicunt tamen, diſt. doct. non eſſe ſine aliquali dubitatione, & merito, & pro contra, fa. quòd à fine (* 3) res denominatur, l. ſtipulatio. §. opus, ff. de noui oper. nun. de bap. maiores, §. ſed adhuc, & finis deſignat qualis res ſit cenſenda, de frig. & male ficiatis, in fi. Spec. titu. de fruct. & inter, §. j. ver. ſed quid ſi debeo, & finis inſpiciendus eſt, ff. de ver. oblig. l. quidam, de fideiuſſo. l. ſi debitori, §. ſi filiusfa. non origo, de pecul. l. iij. §. idem ſcribit, cum ſi. iuribus quæ volunt finem inſpici. Io. And. in ca. ij. de no. ope. nun. gl. in c. j. de renuntia. Henri. vbi ſuprà, & licet ante deuolutionem legatus non potuiſſet conferre, tamen poſt deuolutionem videtur quòd poſſit, cum ex mutatione perſonæ ſequatur mutatio ſtatus rei, ff. de ſenat. l. ſenatoris filium, c. dilectus iij. de præb. cum ibi no. per doc. c. j. de iure patronat. in vj. & pro & contra fa. cle. ſi de beneficio. de præbend. in hoc procem. quia ſi impetraui ad collationem Epiſcopi, executor non prouidebit de beneficio, cuius collatio ex negligentia Epiſcopi eſt deuoluta ad ſuum capitulum: ſed fa. contra, quia executor prouidebit de beneficio ſpectante ad collationem ipſius.

Legatus de latere an poſſit beneficia deuoluta conferre.

Initiū ſpectatur, non finis.

Finis ſpectatur.

Ex mutatione perſonæ rei ſtatus mutatur.

Digitized by Google

Epiſcopi, ſiue iure proprio ſiue deuoluto ex ſui capituli vel alterius cuiuſcunque negligentia, pariter dicendum eſt de legato, quòd poterit conferre dictum beneficium poſt deuolutionem ad prælatum ſuæ prouinciæ, ſicut poſſet facere ille prælatus: & hoc credo verius, cum concurrat accumulatiuè in iuriſdictione per totam prouinciam cum prælatis illius, c.j.de offi.leg.cum ibi no.& ſatis eſt caſus, d.clem. fa. quòd idem iuris debet eſſe in principali, & in additamento, (* 4) c.acceſſorium, de regul. iur.in vj.l.inter ſocerum, §.cum inter, ff. de pact.do. & deuolutio eſt additamentum ad collationem, vt diſt.cle.§.ij.vnde dicit Io.Mona.in ca.quanquam.Panorm.in ca. cum olim, de maio. & obed.quòd ſicut capitulum vacante ſede Epiſcopali non ſuccedit in collatione beneficiorum ſpectantium ad liberam collationem Epiſcopi iure proprio, (* 5) ita nec ſpectantium iure deuoluto paritate rationis. (* 6) Idem dico quòd poteſt conferre deuoluta ad Epiſcopum ſuæ prouinciæ ex negligentia patroni laici, licet ante deuolutionem non poſſet inuito patrono laico, c.cum dilectus, de iur.patro.ſa.no.per Archid.in ca.deliberatione, de offic. leg. in vj. quòd legatus poteſt conferre Eccleſias collegiatas, quarum collatio eſt ad Papam deuoluta, licet ibi La. & Do. teneant contrarium, & dicunt quòd non poſſet conferre deuoluta ad Papam quæ ſunt ſita extra prouinciam ſuæ legationis, per. diſt. cle. vbi executor datus ad prouidendum ad collationem Epiſcopi poteſt prouidere de beneficio cuius collatio ex negligentia inferioris eſt ad Epiſcopum deuoluta, quandiu eſt in manibus Epiſcopi: ſi autem deuolutum eſſet ad Papam, non conferret, quia primus collator non eſt de his qui grauabantur per literas executoris: vt ibi not.& hoc caſu puto dictum La.verum, ſecus in primis caſibus, quia legatus poſt deuolutionem adhuc inuenit beneficia in manibus Epiſcopi ſuæ legationis. Sed nunquid poterit conferre beneficia ad Epiſcopum deuoluta ex negligentia prælati regularis exempti (* 7) quæ habet Epiſcopus conferre auctoritate Apoſtolica? clemen. quia regulares, de ſup. neglig. prælat. videtur quòd ſic, concurrit enim in legatione ſua cum quolibet ordinario ſuæ legationis, ſiue ſit Abbas, ſiue Epiſcopus; ita quod quicquid iſti poſſunt in iuriſdictionibus tam de iure communi quàm de conſuetudine, poterit legatus, argum.ff.de offic.procon.l.ſi in aliam, de offi.præ.l.ſeq.& c.ij. de offi.leg. lib.vj. no.Spec.tit.de leg.§.nunc oſtendendum, ver.præmiſſa.& ſequitur Bartol.in l. prohibere, §.planè, ff.quod vi aut clam.Panorm.in c.fi.de con.vti.vel inutil. Item poterat ea conferre ante deuolutionem legatus de latere, qui poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem exemptorum, ca.j.de ver.ſig.in vj.ca.ſi Abbatem, de elect. eodem lib.per not.in ca.j.de offic.leg. ergo etiam poſt deuolutionem, nam & ſi forent ad Papam (cuius vices gerit in prouincia) deuoluta, conferret, vt dictum eſt. Puto contrarium verius, quia Epiſcopus in caſu prædicto non ſua, ſed Papæ vice, & tanquam delegatus confert: vt diſt.cle.ibi. in exemptis verò auctoritate Apoſtolica: ordinarius enim qui à lege habet iuriſdictionem delegatam, cenſetur in illis caſibus per omnia delegatus, ca. irrefragabili, §. cæterum, de offic. ordin. ibi tanquam ſuper hoc delegatus, vt ibi not. Innoc. & alij docto. ca. ad abolendam, in fi. de hære. ibi, tanquam à ſede Apoſt. delegatis, vbi hoc not. gloſ. Ioan. Andr. Henri. & alij ſi. in ca. j. de de. ægro. in vj. cle. attendentes, de ſta. re. in clemen. quia contingit, in princ. de reli. do. c. j. de ſta. re. in vj. in his enim caſibus Epiſcopi co-

Capitulum ſede vacāte an poſſit beneficia conferre.

Legatus quādo non cōferat deuoluta ad Papam.

Papa non omni iuriſdictione ſuccedit prælato mortuo.

gnoſcunt non iure ordinario, ſed vice delegata.not. in cap. vt litigantes, glo. iiij. de offi.ordi.in vj.fa.quod no.Io. Andr.de deuolutione in d.cle.quia regulares, in verb. ſua auctoritate, vnde talis iuriſdictio delegata mortuo prælato non deuoluitur (*8) ad capitulum, no.Io.And.& Henr.in d.c.ad abolendam. Panor. in ca. cum olim. de maio.& obe.per moder. in cap.j. eod. tit. in vj. ſicut nec alia iuriſdictio competens prælato ex delegatione ſpeciali, per cap.quoniam abbas, de offic. deleg. cum ibi no. per Inno. vbi mortuo prælato delegato à ſede Apoſtoli. iuriſdictio delegata non deuoluitur ad capitulum, ſed ad ſucceſſorem in dignitate, c. paſtoralis, §. præterea. de of. ord. vbi mortuo Epiſcopo delegato Papæ non recurritur ad capitulum pro abſolutione per eum excommunicati. c. ſi is cui. de offi. deleg. in vj. vbi à ſubdelegato non in totum mortuo delegato appellabitur ad Papam, & non ad capitulum. Item capitulum ſuccedit Epiſcopo propter communitatem quæ eſt inter eos. c. requiſiſti. de teſta. ſed in his quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali vel ex delegatione, nulla eſt communio. igitur ad hoc no. per glo. & Panor. in c. ſcriptum, de ele. Panor. in cap. verum, de foro compet. in cap. his quæ. de maio. & obed. Ideo dicit Io. And. in d.c.j. de ma.& obe. in vj. in no. quòd in priuilegiis & immunitatibus Epiſcopali dignitati conceſſis non ſuccedit capitulum, quia priuilegium perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona, in regula priuilegium, de re. iur. in vj. & priuilegium non excedit perſonam priuilegiatam, ca. ſane. de priuileg. ad idem no. Pau. in cle.j. de hære. Frederi. cõſil. xxix. Guil. in ſacra. tit. de diſpenſ. ver. ſed nunquid vicarius. vbi dicit, quòd ſede vacante capitulũ non poſſet diſpenſare cum illis cum quibus Papa vel eius pœnitentiarius mandat dipenſari per Epiſcopum ſuper irregularitate vel alio defectu, nec etiam eius vicarius generalis in ſpiritualibus & temporalibus Epiſcopo in remotis agente, cum intentio cõmittentis (ad quam eſt recurrendum, de reſcrip. ſuper literis) non fuerit cõmittere niſi ea quæ ſunt ordinariæ ſuæ iuriſdictionis, & quæ ipſi ſuæ ordinariæ iuriſdictioni tantum imminebant. ar. de offi. ordi. Romana. ver. nec pro eo. lib. vj. commiſſiones verò Papales non procedunt nec originem trahunt ab ordinaria iuriſdictione, cum ſint omnino iuriſdictionis demandatæ, de offi. deleg. c. fi. & ideo cum Epiſcopus in caſu propoſitæ q. conferat vt delegatus duntaxat, non poteſt legatus ſe intromittere, nec impedire Epiſcopum in conferendo, qui eſt hoc caſu maior legato, per ca. ſtuduiſti. de of. leg. ca. ſanè. de offi. deleg. glo. no. in cle. ſi de beneficio. in ver. ſiue ad nos, in fi. de præl. La. & Innoc. in cle. cum ex eo. de ſen. excom. vbi dicunt quòd legatus non poteſt ſe intromittere de his quæ Epiſcopus habet facere ex delegatione iuris, fa. quod no. La. & Domi. in d.c. ſi abbatem, nec ob. quòd Epiſcopus poteſt ea conferre: ergo legatus: quia vt dictum eſt, Epiſcopus non confert vt Epiſcopus, & iure ordinario, ſed auctoritate delegata: & quod dicitur quòd legatus poteſt omnia quæ Epiſcopus, intelligitur de his quæ poteſt Epiſcopus iure ſuo, & vt ordinarius, non iure delegationis aut alio ſpeciali, niſi inquantum à iure legato permittitur. Item de latere habet collationem beneficiorum, non iure legationis quæ ad hoc non ſe extendit, ſed ex quadam prærogatiua & ſpeciali priuilegio, vt dicit tex. in d.c.j. de offi. leg. in vj. hęc ergo poteſtas tanquam extraordinaria & ſuperinducta debet reſtringi. gl. ſin. in cle. ij. de offi. ordi. Panor. in d.c. fi. de confir. vti. licet ergo poſſit conferre iure ſpeciali, non tamen debet poſſe conferre ea

Priuilegiũ priuilegiatam perſonam nõ excedit.

Legatus quæ poteſt facere in ſua prouincia.

Digitized by Google

quæ Epiſcopus habet conferre ſimiliter iure ſpeciali: & debet Epiſcopus vti ſua ſpecialitate, cum certat de damno vitando.(*10) l. ſi minor. xxv. ff. de mino. & in multis reſtricta eſt legatorum poteſtas circa collationem beneficiorum, c. præſenti. cũ duobus ca. ſeq. de offi. leg. in vj. & multi voluerunt quòd non poſſet legatus vnire Eccleſias ſuæ legationis, cum ex hoc perpetuo priuaretur ordinarius iure conferendi illam Eccleſiã vnitam. Frede. conſi. 190. de quo per doc. in d. c. ſi. de confir. vti. Spe. in d. §. nunc oſtendendum, ver. v. & ibi Io. Andr. in addi. de Ro. deciſ. 61. & 121. *Legatus nõ vnit.*

in contrarium*[a] non valeãt[b]:

(*1) Hanc quęſtionem habes latius per nos diſcuſſam in trac. deuolut. par. ij. quæſt. xxviij. P.

(*2) Iſtud firmatum habes per nos in tracta. diſpen. memb. vj. parte j. nume. 55. Probus.

(*3) Dixi latè in tracta. diſpenſ. mem. 10. parte j. nume. 25. P.

(*4) Iſtud latè firmo poſt Ioan. Mona. in c. quanquam, de elec. in vj. hic per gl. alleg. Probus.

(*5) Quod iuribus & rationibus probamus in tracta. deuolu. parte iij. quæſtio. xvj. Probus.

(*6) Hæc quæſtio patitur negatiuam & affirmatiuam, quas habes per nos deductas, & quæſtionis reſolutionem in tract. deuolut. parte iij. q. xv. P.

(*7) Quæſtio ipſa eſt per nos latiſſimè expedita in tracta. deuolut. parte iij. q. xxvj. vbi ponimus affirmatiuam & negatiuam. P.

(*8) Hanc quæſtionem latius firmo in tracta. deuolut. parte iij. q. xvij. P.

(*9) Vide quæ latiſſimè dixi in tract. penſio. parte ij. q. iiij. P.

(*10) Sic magis fauetur, quàm illis qui certant de lucro captando. l. cum quis, C. de iur. & fac. igno. ideo ſi ſint duo priuilegiati pari priuilegio, ille præfertur qui certat de damno vitando. dicit Bart. in authen. quas actiones, C. de ſacroſanctis Eccleſiis: & Iaſon in l. quæ dotis, in iiij. no. ff. ſolu. matrimo. dixi latius in tracta. penſio. parte iiij. quæſt. iiij. P.

*a ¶ In contrarium) Iſtud non fuit receptum per concord. vt patet in titulo de mãdatis Apoſtolicis in §. declarantes, ibi, nóſque & ſucceſſores noſtros iure præuentionis, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia cæteráque beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, quæcunque & quomodocunque qualificata, tam in menſibus graduatis ſimplicibus & nominatis, quàm ordinariis collatoribus aſſignatis vacantia, ac etiam ſub mandatis comprehenſa libere conferre, hoc frenum Papæ imponere eſt duriſſimum tanquam poteſtatis ſupręmæ diminutiuum, meritò dic non receptum. P.

b ¶ Non valeant) Quæritur ſi capitulum ad quod collatio præbendarum ſpectat, præfixit diem ad conferendum præbendam vacantem, poſuit edicta ad vacationem abſentium, & interim ipſa præbenda impetretur à Papa hoc tacito: deinde capitulum confert, cuius collatio valeat? ar. quòd capituli: cum videatur præueniſſe Papam, nec erat amplius res integra. (*1) ad hoc quod le. & no. in l. mandatum, C. man. vbi no. quòd in negociis res non eſt integra, quo ad reuocandũ mandatum *Capitulum an præueniat Papam per præfixionẽ diei ad conferẽdum.*

Digitized by Google

Præparamenta faciunt deſinere rē integram.

per mortem mandantis, quando facta ſunt præparamenta. no. inſti. man. §. item ſi adhuc. in cle. fi. de procu. & quando aliquid geſtū eſt in negocio, res non eſt integra. ff. de polli. l. j. §. cœpiſſe. de iur. o. iud. l. & quia. & per ſolam citationem (*2) præuenitur iuriſdictio. ff. de iudi. l. ſi quis poſtea. le. & no. in c. poſtulaſti. de foro compe. in c. gratum, in c. licet. de offi. deleg. in c. fi. de offi. leg. & ad perpetuandam gratiam Apoſtolicam, quæ re integra Papæ morte expiret: ſufficit quòd executor fuerit aggreſſus negocium prouiſionis, arg. c. quamuis, de offi. delega. in vj. vel in forma pauperū quòd facit inquiſitionem: iuxta cle. j. de conceſ. præb. vt ibi no. Guliel. & in cle. fi. de reſcrip. Ioan. And. in ca. ſi cui nulla. de præb. in vj. in no. fa. quod ipſe no. in c. præſenti. de offi. leg. eo lib. in no. quòd ſi metropolitanus dedit executorem qui Titio conferret beneficium ad ſe deuolutū ſi idoneus eſſet, ſi executor inchoat, & poſtea metropolitanus det alteri, non valet collatio. de Ro. deci. 316. ar. ca. in cauſis, de elect. de quo tamen dic vt ibi per doct. Henr. in ca. conſtitutus, de conceſ. præb. Domi. in dicto ca. præſenti. ergo per edicta & citationes abſentium videtur capitulum Papam præueniſſe, & collatio Papæ hoc tacito videtur ſurreptitia. ar. ca. cæterum, de reſcrip. ca. coram. de offic. deleg. ca. inter monaſterium, de re iudi. ca. ſi. cum ibi no. vt lit. pend. ſi enim impetrās expreſſiſſet proceſſum factum per capitulū pro facienda collatione, Papa nullatenus, vel non ita de facili dediſſet illam præb. arg. c. cum olim. de re iudi. ca. ſuper literis, de reſcrip. Verius eſt quòd valet Papæ collatio per præuentionem. (*3) ex quo enim dicti canonici nondum contulerant nec ad tractatum collationis proceſſerant, res erat adhuc integra, & præuenit Papa. ad hoc. ca. vbi periculū, §. ſanè de elect. in vj. vbi dicit dicitur res integra antequam electio ſit celebrata d. ca. præſenti. vbi res eſt integra quouſque fuerit collatio facta. nam finita legatione legati expirat reſeruatio, etiam ſi factus fuerat proceſſus ſuper eam per executorem, niſi fuerit facta collatio. quod capitulum habet locum in omnibus literis gratioſis (*4) non de ſimplici iuſtitia legatorum, quorum iuriſdictio non eſt ita naturalis & fauorabilis, vt aliorum ordinariorum, no. in cle. ij. de offi. ord. vt expirant, expirante legatione, ex quo non fuit proceſſum ad collationem vel receptionē: licet proceſſus fuerint facti. no. Freder. conſi. cclxxxix. fa. quod no. Inno. & Compoſt. in dicto ca. in cauſis. quòd in extraiudicialibus negocium deſinit eſſe integrum cum attinguntur

Negocium quando deſinit eſſe integrum.

ſubſtantialia ipſius negocij: puta cum eligentes cœperunt tractare die adueniente in loco ſolito de electione, & dare voces ſuas, hoc enim modo res nō eſt integra, vt patet in dicto ca. in cauſis, no. Henri. in dicto c. conſtitutus. Man. ca. xlix. ad hoc. c. fi. eo tempore, de elect. in vj. ibi, vel alia quæ præcedunt, quod intelligi poteſt quòd reſeruatio Papæ non vitiat electionem vel alia quæ præcedunt, ſcilicet ſubſtantialia ipſius electionis: licet electio nondum fuerit facta, ſed ſi de ſolennitatibus electionis tantummodo aliquid factum eſſet, non minus eſſet res integra: vt ſi cantaſſent miſſam de ſancto ſpiritu, vel intraſſent capitulum, ſed de electione nondum tractaſſent, arg. ff. de con. ob cau. l. ſi pecuniam, ff. de procu. l. ante litem. & l. ſeq. vbi res eſt integra quo ad procuratoris reuocationem quouſque lis conteſtetur, licet multa præcedāt, vt citationes declinatoriæ fori. & ſi. ca. j. & ij. de procur. in vj. quare dicendum eſt Papam in caſu propoſito præueniſſe canonicos. Sed cum in talibus caſibus facilè poſſent præueniri canonici: æquum foret per Papam vel concilium ſuper his prouideri.

Digitized by Google

& vide Hoſtien. in ſum. de elect. §. qualiter facienda. ver. quid ſi timeant. vbi dicit quòd ſi timeant canonici ne Papa vel legatus ſuus præueniant: quia prope ſunt, aut curſor aliquis qui ſolet vti diplomate, celeriter profectus eſt ad eos: poſſunt eligere abſentibus non vocatis, & curialiter faciet contemptus, ſi quod factum eſt ratificet: (*5) licet poſſet agere de contemptu. ca. quod ſicut. de elect. quia hoc non eſt iuſtum periculum. ar. C. de cri. fal. l. diſputari. de ap. ſuggeſtum, de præbend. inter cætera. Et per prędicta videtur quod per ſolam electionem præſentandi verbalē vel literatorie factam à patrono in abſentia collatoris, ipſe patronus præuenerit Papam. Pone (*6) enim quòd patronus tempore vacationis beneficij longe diſtat à collatore: ita quòd Papa poſſet celerius adiri quàm collator: & dat literas ſuæ præſentationis Titio. tamen tanquam præſentauerit literas inſtituenti, alius impetrat à Papa illud beneficiū, durum eſſet dicere Papam præueniſſe patronū qui non fuit negligens, & fecit quod in ſe eſt circa ſubſtantialia præſentationis, & hoc voluit Compoſt. in c. capitulum, de reſcrip. in glo. magna. §. quid ſi patroni. & Ioan. And. poſt eum. nam electo à patrono conſentire volente alius præfici non debet. ar. c. cum inter canonicos, de elect. & præſentatio clericorum vim electionis habet. (*7) no. Inno. in c. cum autem, de iur. pa. & ſi Papa ſciuiſſet ſic taliter electum vel proceſſum ad præſentationem per patronum, non contuliſſet, vel non ita de facili. nec eſt præſumendum Papam voluiſſe ius illi tollere quod habuit ad petendam inſtitutionem, de verb. ſigni. dilecto. de offi. deleg. ſuper eo. & ca. ex parte j. d. ca. ſi eo tempore. vbi reſeruatio Papalis non vitiat electionem præcedentem, etiam ſi electus nondum conſenſerit. vt ibi no. fa. ca. ſi tibi abſenti. de præb. in vj. cum ibi no. per Domi. quod no. Archi. in cap. ſi poſtquam, de præben. in vj. quòd ſi Papa contulit alicui canonicatum ſub expectatione præbendæ vacaturæ, & poſtea confert præbendam vacantem alteri non facta mentione de primo, non valet collatio, per ea quæ dicta ſunt: quia non præſumitur Papa voluiſſe ius illi tollere, ex quo id non exprimit, idem Lap. ibidē, etiam ſi proprio motu Papa prouideat. licet aliud Ioan. An. ſentiat in no. quia motus proprius tollit ſubreptionem, non ius alteri quęſitum, ſiue in re, ſiue ad rem. facit ca. quanuis, de reſcrip. in vj. & quod ibi no. La. quod no. Compoſt. in c. cauſam. de reſcri. quòd ſi Papa dicat, conferas beneficium non obſtante collatione alteri facta: intelligitur de collatione alteri facta inualida, non de iuſta. Aliqui aliter dixerunt, quòd Papa præuenit ſi conferat antequam præſentatio fuerit inſinuata collatori: quia præſentare eſt realiter & in præſentia collatoris præſentare, ad hoc clemen. dudum, cum ibi not. in ver. præſentari. de ſepul. Panorm. in ca. cum parati. de ap. vnde patronus non releuatur ſi intra tempus iuris ſolum eligit præſentandum, vel dat literas ſuæ præſentationis in abſentia collatoris: niſi realiter & præſentialiter præſentet inſtituenti: (*8) quia tempus eſt præfixum, non ad nudam electionem, ſed ad præſentationem principaliter Epiſcopo faciendam, ca. j. de iure iur. patrono. in vj. & ibi Ioann. Andr. Innocen. & Domini. Archiepiſ. in ca. j. de præbendis. eodem, libro not. Ioannes Andreas & Panormita. in ca. finali, de iure patronat. de Rota deciſione 215. not. La. & Imol. in dicta element. & per talem electionem non quæritur ius electo: quia patroni ius in Eccleſia dare non poſſunt niſi per præſentationem, notat. in capitulo dile-

Canonicorū cautela ne præueniatur.

Præſentatio ſola impedit præuentionem.

Præſentari quid ſit.

Digitized by Google

ctus, de offi. legat. & non obſtante tali electione poſſunt etiam clerici alium præſentare: quia electio huiuſmodi nõ poteſt dici niſi quædam poſtulatio, quæ antequam ſuperiori præſentetur, non impedit aliquam electionem, de poſtula. præla. bonæ, ij. licet cõtra fuit ſententiatum in caſtelleto, ſuper quo pendet adhuc appellatio in parlamento, ſed illud verius, ad hoc no. per Geſ. & Imol. in clem. j. de iure patro. quòd ſi patronus clericus præſentat vnum vicario Epiſcopi ad hoc poteſtatem non habenti, aut forte reuocato: & deinde alium Epiſcopo qui ab eo admittitur: non dicitur variare, & valet ſecundi præſentatio: quia non dicitur præſentare niſi cum effectu, ſcilicet præſentibus tam præſentante quàm præſentato, & eo cui præſentatur: quorum altero deficiente non eſt præſentatio perfecta: ſicut non eſt iudicium, niſi ſit iudex actor & reus, de verborum ſignifica. forus, etiam prima præſentatio non tenuit: ergo ius iterum præſentandi non ademit. arg. ff. de op. le. l. ij. optione, dicto ca. fi. de iure patrona. quod placet Henri. in capitu. cum Bertholdus, de re iudi. in capitu. auditis, de elect. vbi dicit eſſe intelligenda iura quæ dicunt patronum clericum non poſſe variare, quando clericus efficaciter & bene præſentauit: aliàs ſecus: Incongruum igitur eſſet dicere Papam non poſſe conferre huiuſmodi beneficium, cum patroni poſſunt variare: quia non debent aliis legem imponere, quam ipſi non obſeruarent, de conſtitu. cum acceſſiſſent. de præ. pro illorum, & iſtorum opinio de iuris ſubtilitate eſt verior, quàm ſentiunt de Rota deciſio. 248. cum dicunt Papam nolle per ſuam collationem præiudicare rite & canonice electis vel præſentatis, non dicũtur autem rite & canonice præſentati, niſi vbi præſentatio eſt ſuperiori nunciata: (*9) vt dictum eſt.

Patronus clericus quandoque variare poteſt.

Præſentatio non dicitur niſi ſit cum effectu.

(*1) Quando res dicatur integra, dixi in glo. propoſito, in tract. penſio. parte j. q. xiij. num. 25. Probus.

(*2) Validam, & à iudice competente emanatam, ac debitè executioni mandatam, vt hæc omnia probo in tracta. penſio. parte j. quæ. xviij. ante fi. nu. 41. & ſeq. P.

(*3) De qua vide quæ tradit gl. concor. ti. de manda. apo. §. declarantes, in verbo iure præuentionis. P.

(*4) De quibus & aliis vide per nos in tract. penſio. prælu. vij. P.

(*5) Vel non agat de cõtemptu, quia tunc valida erit aliorum canonicorum prouiſio, vt dixi in tract. diſpen. ix. memb. nu. 21. & ſequen. dico non agat intra tempus ad hoc conſtitutum, de quo in dicto tract. præludio iiij. num. 105. P.

(*6) Vide quæ in propoſito per nos ſunt dicta in tract. deuol. parte j. q. xxx. quibus adde quæ etiam diximus in tract. penſio. parte j. q. xix. tangit glo. concor. titu. de manda. apo. §. declarantes, in verbo iure præuentionis, in fi. & etiam quæ citata ſunt in tract. noſtro deuolutio. parte iij. q. x. P.

(*7) Quod communiter doct. placet, prout & quòd clerici patroni ius habeant pinguius quàm patroni laici, argu. c. ſi quis Epiſcoporum, xvj. quæ. v. quod eſt dictu quòd per præſentationem clerici patroni, plus iuris præſentato tribuitur, quàm per præſentationem patroni laici, hinc eſt quod in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi poteſt conditio apponi, quòd nulla requiratur inſtitutio quando præſentatio vel electio fit per perſonam eccleſiaſticam, quia tunc illa præſentatio habet effectum inſtitutionis, aut electio vim confirmationis, cum fiat per perſonam

Patroni clericii ius habent pinguius quã laici.

iuris

Digitized by Google

iuris ſpiritualis capacem: ſecus ſi per incapacem, id eſt laicum, inquit Cæſar Lamber. in tracta. de iure patrona. quæſt. ix. parte j. primo lib. nume. 70. quod, & doctrinam Innocen. per gloſ. hic adductam, latius firmo in tract. deuolu. parte j. q. iij. Probus.

(* 8) Vide quæ in popoſito diximus in trac. deuo. par. j. q. xxx. P.

quo [a] magis ipſis collatoribus & patronis ſuum ius (ceſſante culpa [b] eorum) ſicut iuſtitia ſuadet [c] ſeruetur illæſum.

Suppoſitis vniuerſitatum Galliæ, duæ partes præbendarum, tertiæ partis per concilium ordinatæ, de collationibus beneficiorum, ſolis graduatis ſunt conferendæ, qui ordo in parochialibus eccleſiis obſeruetur, & in capellaniis. P.

Item placuit [d] ipſi congregationi, vt tanto magis ſtudia

(* 9) Hunc punctum habes per nos firmatum in tracta. penſio. parte j. q. xix. nume. 43. P.

a ¶ Quo) Id eſt vt. ff. de doli ex. l. j. C. ad legem Falcid. l. j. aliquando quo, id eſt quantum. cap. cum m. de conſti. ſuprà eo. §. j. ver. nec etiam & quo, id eſt quia c. j. de conceſ. præbend. *Quo exponitur.*

b ¶ Culpa) Scilicet negligentia vel delicto.

c ¶ Suadet) Dicit Panormi. in cap. quia diuerſitatem de conceſ. præb. quòd licet papa etiam ceſſante negligentia prælatorum poſſit conferre beneficia totius orbis, vt ibidem, ibi præter deſidiam. c. ij. de præbend. in vj. clement. j. vt lit. pend. & poſſit concurrere in collatione beneficiorum cum quolibet ordinario: quia ipſe eſt ordinarius totius orbis. ix. quæſt. iij. cuncta per mundum. non eſt tamen honeſtum vt auferat alijs poteſtatem contrarationem, Grego. in cap. cccc. xcix. diſt. & contra cap. peruenit. xj. quæſt. j. ſuprà eod. §. j. ver cui rei. infrà de cau. circa princi. ibi, confunditur etiam. &c. *Papa poteſt conferre omnia beneficia, etiam ſi prælati non ſint negligentes.*

d ¶ Item placuit (* 1) Primo ſtatuitur quòd duæ (* 2) partes tertiæ partis beneficiorum debitæ graduatis conferantur graduatis nominatis. ſecundo, quæ & qualia beneficia adinuicem turnum faciant declaratur. tertio, ad regularia hæc extenduntu. ſecunda ibi, ita quòd. tertia, & idem.

(* 1) Hucuſque non eſt facta mentio de nominationibus, nec nominatis, merito dic nominationes non à conſilio formaliter fuiſſe inuentas, ſed à congregatione Gallicana quæ hoc in caſu procedit auctoritate concilij, non propria: vt patet ex nota. in §. vt verò. ver. adijciens. ſuprà iſto titu. Sic nominationes ab ipſa congregatione procedunt formaliter, non auctoritatiuè. Et dic hucuſque, id eſt ad hunc §. non ad illius principium, ſed ad verſiculum, item quòd ad dictas duas partes, qui proximè ſequitur. P. *Nominationes formaliter non procedunt à concilio ſed à congregatione Gallicana.*

(* 2) Nunc verò duæ partes huius tertiæ partis in quatuor partibus conſiſtentis debentur graduatis per legem concorda. vt in illis patet iſto tit. §. præfatique ordinarij, vbi cautum habes iuncta declaratione poſtea facta ſuprà iſto tit. per nos citata in §. inſuper. in verbo tertia pars. quòd vacantia beneficia in menſibus Aprili &

Digitized by Google

Octobri debentur graduatis ſimplicibus, & vacantia in menſibus Iulio & Ianuario graduatis nominatis, qui per eam concorda. legem, à fructu legis huius non fruſtrantur (ſi non diſſentiat ordinariorum voluntas in gratificando) cum omnis nominatus ſit graduatus, non econtra. Et vbi fruſtrarentur, non propter hoc conqueri debent, cum ſit beneficium legis gratis datum, & ſicut potuit libere dare, ita & libere auferre. iſta eſt natura & ius legis: ideo auferendo iniuriam nemini facit, iuxta vulgatum, qui ſuo vtitur iure, nemini iniuriam facit, iuribus vulgatis. Probus.

& vniuerſitates ſtudiorum † [a] regni & delphinatus cum ſcientiarum augmento foueantur, quod ſuppoſitis [b] vniuerſitatum prędictarum [c] conferantur duæ partes præbendarum illius tertiæ [d], quæ ſecundum decretum ſacri Baſilienſis concilij de collationibus [e] beneficiorum, eſt conferenda ſolis [f] graduatis. Et idem [g] ordo [h] in

† a ¶ Regni) Quæ ſunt Pariſien. Aureli. Bituri. Tholoſ. Burdegalen. Carur. Dolen. & Montiſpeſ. Delphinatus autem Valent. Probus.

b ¶ Suppoſitis) Ex hoc volunt quidam dicere quòd non graduati qui ſunt de ſuppoſitis vniuerſitatis, ſunt capaces nominationum, quod eſt falſum: (*) vt infrà ſequitur ibi. ſolis graduatis.

(*) Quod probatur per legem concor. hoc titu. in §. præfatique ordinarij, ibi, viris literatis graduatis, & per vniuerſitatem nominatis. vbi glo. in verbo graduatis, firmando dictum huius gloſ. inquit, quòd non ſufficit ſola ſcientia ſine gradu: licet gradus non faciat hominem peritiorem, tamen cum prouocat & inducit ad maius ſtudium & lectionem aſſiduam, vt in eo decentius in gradu aſſumpto militet, & talis appareat qualis ex ſignis collatis prima facie creditur, vtque ſignatum ſignis correſpondeat, ait Bonifac. per illum tex. in cle. vn. no. xiij. de exceſſib. præla. Alia dixi in tract. diſpen. membr. iij. numero 21. & memb. xij. parte j. nume. 129. P.

Gradus quid operetur ad ſcientiam.

c ¶ Prædictarum) Priuilegiatum. ſuprà eo. §. inſuper.

d ¶ Tertiæ) Partis.

e ¶ Collationibus) Vt in d. §. inſuper.

Nominationes ſolis graduatis dandæ ſunt.

f ¶ Solis) Vide expreſſum quod ſoli graduati ſunt capaces nominationum conc. in d. §. inſuper in prin. infrà. §. j. ibi, ſuorum graduatorum.

g ¶ Idem j. quod duæ partes tertiæ partis eccleſiarum parochialium & aliorum beneficiorum conferantur ſimiliter ſuppoſitis vniuerſitatum nominatis.

Turni cõputatio.

h ¶ Ordo) Sed qualiter computabitur? dic primum poſt decretum Baſilien. finito curſu expectatiuarum, & dempta theologali debebatur graduato. ij. & iij. ordinario. iiij. nominato. v. & vj. ordinario. vij. nominato. viij. & ix. ordinario. x. graduato, & ſic conſequenter: ita quòd de tertia parte quæ eſt conferenda graduatis, capiantur ſemper duæ partes pro graduatis nominatis. Et probabitur iſte turnus per

Digitized by Google

regiſtra (* 1) ordinariorum. quod ſi doloſè regiſtrum collationum ſecerint, aut illud occultent vel latitent, videtur quod habeatur turnus probatus in odium illorum qui copiam probationum ſubtrahunt nominato. ar. l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. l. prouidendum. in fi. de poſtu. cap. peruenit. j. de teſt. cog. cap. conſtitutis de ap. ſed non eſt verum ceſſan. dolo collatarij: quia non debet aliquis alterius odio prægrauari. cap. non debet. de re. iu. in vj. & dolus promouentis non debet nocere promoto. (* 2) ar. cap. neminem. lxx. diſtin. clem. in pleriſque. de elec. in princ. vbi pœna prouidentis non extenditur ad prouiſum. not. per Innocen. & docto. in cap. quanuis. de re iudica. ad hoc. l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. de adulte. vbi probatur quòd vbi etiam eſt connexitas reſpectu eiuſdem delicti, vt in adulterio, ſententia condemnatoria contra vnum non præiudicat alteri. cap. ſignificaſti. de adulte. & ibi Panormit. & dicit Bartolus in dicto §. quæritur, quòd licet producens falſos teſtes ſit condemnatus de falſo: non ſequitur de neceſſitate contra teſtes quòd ipſi ſint falſi. fa. text. cum ratione ſua in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. cap. cum dilectus. in fi. de or. cog. idem dicit de notario condemnato de falſo inſtrumento: vt hæc ſententia non præiudicet Domino ad quem ſpectat inſtrumentum. fa. gloſ. in cap. dilecto. in fine. de præbend. cap. ex tenore. qui fil. ſint legitim. etiam ſi collator confiteretur beneficium per eum collatum eſſe in turno, non noceret confeſſio ſuo collatario. argument. legis ſi. partem. in fine. ff. quemadmodum ſer. amit. lege qui fundum. ff. loca. ſicut nec confeſſio cedentis nocet ceſſionario. ff. ad Trebel. lege. facta. §. ſi hæres. & ibi de hoc per Bartolum. & in l. ſi cum emptore. ff. de pact. Spe. tit. de ceſ. ac. §. j. ver. ſed nunquid. vbi Ioan. Andre. & Baldus in addi. nec confeſſio patris nocet filio quo ad ſuam legitimam, vt ſi confiteatur debitum abſorbens totum patrimonium de quo per Cy. in lege prima. C. de confeſ. Panormitat. in d. cap. quamuis. ceſſantibus igitur regiſtris probet nominatus turnum per literas collationum vel teſtes, aut per regiſtra receptionum per capitulum factarum, aut eis perditis probet ipſorum amiſſionem vnà cum tenore, & quòd erant ſine vitio quo poſſent argui falſitatis. l. teſtium. in fi. C. de teſti. l. ſicut iniquum. l. fi. de fide. inſtrumen. cap. cum olim. cum ibi not. de priuilegiis. Sed ex prædicta computatione ſequeretur magna intricatio, & difficultas poſitionis turni, cum oporteret ſemper aſcendere retrogradiendo vſque ad datam pragmaticæ parte aduerſa ponente beneficium extra turnum. & cum ab illa data iam effluxerint pluſquam xlviij. anni, eſt multum difficile, laborioſum & magnorum ſumptuum recuperare omnes collationes interim factas. quid ergo erit intra centum annos? vnde cum lex debeat eſſe clara. l. lege. C. de pac. con. in authen. de teſtamen. imper. §. per nos igitur. col. viij. & facilis. iiij. diſtin. erit autem. inſtit. de fidei com. hære. §. ſed quia. vtilis eſſet declaratio (* 3) ſuper probatione ipſius turni, vt ſatis eſſet graduato probare ordinarium contuliſſe iure ſuo duo beneficia ante vacationem iſtius quod acceptauit & hæc eſt mens (vt puto) concilij in §. inſuper. ſuprà eo. vbi tertia pars debetur graduatis, ita quòd prima vacatura graduato, & poſt alias duas. ſ. conferendas iure ordinario libere ſequens eod. modo conferatur, probato igitur quòd epiſ. libere & iure ordinario contulit duo: tertium eſt graduato. & ſi ſimul concurrerent

Notarij condemnatio de falſo non nocet domino inſtrumenti.

Turnus per quid probabitur.

Leges debent eſſe claræ.

graduatus ſimplex in vim gradus & nominatus, ſatis eſſet nominato ponere beneficium in quarto loco: cum quartum & ſeptimum, quę ſunt duæ partes illius tertiæ, debentur nominato. & hac via ſopirentur infinitæ lites quæ ob incertitudinem turni oriuntur. vix enim euadit aliquod beneficium quod non fiat à pluribus nominatis litigioſum. lucida eſſet computatio quæ priori modo obſcura & difficilis erat. vnde clerici qui vacare debent à ſtudijs diſtrahuntur, magnis ſumptibus vexantur. & cum beneficia litigioſa certis careãt rectoribus, dimittitur Chriſti cultus, animarum cura negligitur, ſubtrahitur hoſpitalitas, eccleſiarum iura depereunt, ruunt ædificia, deuotio populi attenuatur, materia fouendis iniuſtis vexationibus paratur, & plerunque per litium anfractus beneficia iniuſtè occupantur. Prouideant ergo ſuper his qui rempublicam zelantur, & à tali labyrintho pauperes nominatos liberent. circa quod vide quod ſcripſit magiſter Iac. de Forainuille in a, b, c, duro pauperi nominato. & bona eſſet prouiſio (*4) vt loco illius tertiæ partis darentur graduatis tres menſes in anno, ſic quòd beneficia interim vacantia eis eſſent affecta, & bonus ordo ſtatueretur inter eos & nominatos.

parochialibus [a] eccleſiis & capellaniis obſeruetur.

(*1) Quæ de regiſtris diximus, vide in tracta. penſion. parte iij. q. viij. P.

(*2) Vide quæ in ſimili dicimus in tracta. deuolu. parte j. q. xxix. de ſuperiore qui dolo fecit vt ad eum deuolueretur poteſtas conferendi, an dolus obeſſe debeat inferiori. P.

(*3) Et his rationibus lex concor. proceſſit ad declarationem ſuprà per nos citatam. §. inſuper. in ver. tertia pars. iſto tit. & hæc eſt vna ipſorum concordatorum vtilitas, non dicam minima, ſed ferè maior: quia illa operatur certitudinem & quæ beneficia debeantur nominatis & graduatis, & de quibus libere prouideant ordinarij. Probus.

(*4) Prouiſionem hanc (vt prædicti) receperunt Gallici per concordatorum legem, vt patet ex his quæ dixi ſuprà hoc tit. §. indignationibus, in verbo ordo. P.

a ¶ Parochialibus) Vide hic quatuor genera beneficiorum quæ cadunt ſub nominationibus, (*1) ſcilicet præbendæ, parochiales eccleſiæ, capellaniæ, & beneficia regularia. Quid autem de dignitatibus? videtur quòd non cadant, cum de eis taceatur, & quod de vno conceditur, de alio negatur. l. maritus. C. de procurat. ca. ſuſceptum. de reſc. in vj. l. cum lex. ff. de legi. de condi. & demon. l. cum ita legatum. c. ratione. de præſump. nec videtur eam ratio in dignitatibus ſicut in alijs, cum ſint maiora beneficia, quàm hic expreſſa. ad hoc, c. ſedes. de reſcrip. cle. non poteſt. de procurato. & nominationes ſunt odioſæ ſicut gratiæ expectatiuæ, ſic reſtringendæ. c. quamuis. de priuileg. in vj, & extenſæ ad certum caſum non debent extendi ad alium paritate rationis. c. cum in illis. c. cui de non ſacerdotali. de præb. in vj. c. ſtatutum. de elec. eo. lib. cle. j. de præb. per not. per Innoc. & Compoſt. in c. cauſam. de reſcrip. Sed cum dignitates etiam electiuæ cadant ſub gradu. ſuprà eo. §. inſuper. ver. in dignitatibus, & nominationes non ſint contrariæ decreto, immo de mente eius procedunt: nam voluit decretum prouidere viris literatis graduatis, aſſignando eis tertiam partem beneficiorum: & congregatio Gallicana pro bono ſuarum

Dignitates an cadant ſub nominationibus.

Digitized by Google

vniuerſitatum, decretum inſequendo, non ei derogando, voluit de illâ tertia parte duas partes aſſignari graduatis, qui eſſent nominati per ipſas vniuerſitates: debent dignitates cadere ſub nominationibus, ſicut ſub gradu. & hoc puto (* 2) verum. non enim alteratur decretum per hunc textum, cum nominationes ſolis graduatis concedantur. & dicere contra eſt nimis abſurdum: quia redderentur nominati qui in ſtudijs reſident, deterioris conditionis, quàm graduati ſimplices, cum tamen qualitas nominationis ſit ſuperinducta ad augmentum graduatorum: vnde non debet alterare diſpoſitionem ſuper prima qualitate gradus fundatam. ar. ff. de iu. anul. au. l. j. & adiectio ſeu augmentatio qualitatis non mutat ſubſtantiam perſonæ. nec tollit priuilegia priſtina. ff. de ſenato. l. pe. C. de execu. mu. l. eos. lib. x. de digni. l. iij. lib. xij. no. Cy. in l. ij. C. de ſuſpec. tu. Bart. in l. legatis ſer. §. ſi ex officio, de leg. iij. Panor. in c. quoniam abbas. de off. deleg. & quod hic dicitur, non eſt limitationis cauſa, ſed exempli. quæ autem exempli cauſa dicuntur, non reſtringunt regulam. no. in cap. j, ne cle. vel mona. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. not. Panor. in c. inquiſitionis. de accu. in c. in omni. de teſti. & caſus enumerati extenduntur ad omnes conſimiles ex identitate rationis. cap. cum delicta. de confir. vti. no. in l. j. C. de condi. inde. Panor. in cap. ſi. de re iudi. in c. ſi. vt lit. non conteſt. quæ extenſio habet (* 3) locum in ſtatutis diſpoſitionis in materia iuris, ſicut eſt iſtud. ar. c. ad audientiam. de cleri. non reſiden. & ibi Panor. Imo. in cle. j. de elec. ſi autem diſponeretur cõtra ius, tunc caſus non prouiſus in ſtatuto relinqueretur diſpoſitioni iuris. l. cõmodiſſimè. ff. de lib. & poſthu. l. ſi cũ dotem. in prin. ſolu. mat. d. c. ſuſceptum. c. in noſtra. de iniur. Item ſi nominatus acceptauit dignitatem in vim nominationis, eſto quòd ei non deberetur in vim illius, ſecundum illos qui dicunt dignitates non cadere ſub nominationibus, tamen debebitur in vim gradus. nam nominatus eſt graduatus, nominatio fundatur ſuper gradu: ideo adiecta gradui eum non alterat. qualitatis enim adiectio non alterat (* 4) ſubſtantiam. ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. de ac. rer. do. l. cum in corpus. l. ſenatoris filius. ff. de ſena. C. de digni. l. j. li. xij. & per ea quæ dicta ſunt. & debet actus interpretari in dubio potius vt valeat quàm pereat. ca. abbate. de verb. ſig. facit regula ſi non valet quod ago, &c. c. j. de deſpon. impu. lib. vj. ad hoc vide no. ſuprà eo. §. j. in ver. nullæ. vnde vt ſecurius nominatus acceptet dignitatem, acceptet illam & in vim gradus, & in vim nominationis, meliori ſcilicet modo & forma quo poteſt & debet: ſed reſpectu cuius beneficij faciet turnum dignitas, nihil hic expreſſè cauetur: puto tamen quòd dignitas reſpectu ſolius dignitatis faciet (* 5) turnum ſicut dicitur de eccleſia parochiali, ita quod omnes dignitates ad eiuſdem collationem ſpectantes inuicem faciant turnum.

Augmentatio qualitatis non mutat ſubſtantiam perſonæ.

Quæ exempli cauſa dicuntur, regulam non reſtringunt.

Nominatus eſt graduatus.

(* 1) Quæ autem non cadunt, ponit do. Pet. Rebuf. in trac. no. q. xv. quę ſummariè tibi impręſentiarum trado. Primo, quę ad laicorum ſpectant pręſentationem, quod probat iuribus & doc. auctoritatibus, ibi nu. 2. Secundo, quę etiam ad laicorum & clericorum pręſentationem pertinent: vt probat nu. 6. Tertio, quę ſunt mandatarijs affecta: vt nu. 4. Quarto, quę ſunt iure regalię: vt nu. 8. Quinto, beneficia quę cadunt in laicum: vt nu. 11. Sexto, hoſpitalia: vt nu. 12. Septimo, leproſarię & eleemoſynarię vt nu. 15. Octauo, præceptoriæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani. vt nu. 16. Nono,

Beneficia quæ graduatis non debentur.

Digitized by Google

capellæ non ſpiritualizatæ, ſeu altaria: vt nu. 17. Decimo, eccleſiarum operariæ: vt nu. 18. Vndecimo, loca collegialia, quæ ad tempus ſcholaribus dantur: vt nu. 20. Duodecimo, beneficia regularia in nominationibus clericorum ſecularium; vt nu. 21. Decimotertio, nec econtra: vt nu. 22. Decimoquarto, beneficia cauſa permutationis vacantia: vt nu. 24. Decimoquinto, beneficia verè electiua: vt nu. 25. Decimoſexto, beneficia in curia vacantia, vt nu. 27. Decimoſeptimo, beneficia certis qualitatibus, ſtatuto, vel conſuetudine, vel alio modo annexa: vt nu. 29. Decimooctauo, beneficia menſæ epiſcopali vel capitulari annexa: vt nn. 31. Decimonono, beneficia poſt datam nominationum creata, ſeu vt verius dixerim, erecta: vt nu. 32. Vigeſimo, beneficia quæ poſſunt optari per antiquiorem vigore conſuetudinis vel ſtatuti: vt nu. 36. Vigeſimoprimo, beneficium quod vnus canonicus confert ratione ſuæ præbendæ, non capituli nomine, niſi ſit appoſita clauſula in nominatione, tam coniunctim, quam diuiſim: vt num. 37. Vigeſimoſecundo, dignitates eccleſiarum cathedralium, quæ ex conſuetudine ſolis canonicis debent conferri: vt nume. 38. Vigeſimotertio, vnicum non debetur beneficium, id eſt quando ad collationem vel præſentationem quis vnicum habet beneficium, tunc illud non tenetur nominatis aut graduatis conferre, vel ad illud præſentare: vt num. 41. Vigeſimoquarto, beneficia extra regnum ſita: vt nume. 43. Vigeſimoquinto, beneficia quę per mortem collitigantium vacant: vt num. 44. Vigeſimoſexto, beneficia ſpectantia ad collationem duorum, ſi vni tantum directa eſt nominatio: vt num. 45. Vigeſimoſeptimo, beneficia eccleſiæ in qua certus non eſt numerus: vt num. 46. Vigeſimooctauo, beneficia per negligentiam nominatorum deuoluta: vt num. 47. Vigeſimonono, vicariæ temporales: vt num. 48. Trigeſimo, penſiones: vt num. 49. Trigeſimoprimo, per ſimplicem reſignationem vacantia: vt numero 50. Trigeſimoſecundo, beneficia curialium etiam extra curiam vacantia: vt numero 52. Trigeſimotertio, oratoria: vt numero 53. Trigeſimoquarto, non comprehenduntur quando in menſe ordinario libero, collatarius declaraſſet in menſe nominatis affecto nolle beneficia acceptare ſibi collata: vt dicto numero 53. Trigeſimoquinto, beneficia quæ per mortem aliquorum ſupprimi debent: eodem numero. Vltimo, non comprehenduntur beneficia reſeruata per extrauagan. Execrabilis, aut alia reſeruatione: vt numero 54. Iſta ſic ſummariè tibi volui deſcribere, vt cum caſus acciderint, ad locum prædictum habeas recurſum, & ibi bibas, vel cum tuis luminaribus videas. P.

(* 2) Votum gloſ. eſt firmatum per legem concord. iſto tit. in §. præfatíque ordinarij, vbi ponitur quod etiam dignitates huiuſmodi non verè electiuæ, & minores graduatis, prout etiam & nominatis indiſtinctè debentur, & per ordinarios illis ipſæ conferri mandantur, vacatione illarum in menſibus deputatis occurrente. Probus.

(* 3) Vide quæ latè diximus in tracta. penſio. par. ij. q. j. P.

(* 4) Vide quando alteret & quando non per Signo. de Homed. conſil. cxl. numero 3. procurator. P.

(* 5) Modus iſte ceſſat per ea quæ no. in concord. iſto tit. §. præfatíque ordinarij. Probus.

Digitized by Google

† a ¶ Eccleſia) Huius enim eccleſiæ parochialis rector, prælatus dicitur. not. Archid. & Præpo. in cap. nemo. ij. q. j. Idem Præpoſi. in c. abbatibus. j. col. xij. q. ij. vbi ponit de prælatis capitula non habentibus, vt eſt papa; de latere legatus, & eccleſiæ parochialis rector. Sed quid ſi duo in ea eccleſia ſint rectores, quis illorum dicatur prælatus? dic quòd nullus eorum, quia neuter illorum dicitur curatus, nec in eis locum habet diſpoſitio ca. licet canon. de elec. in vj. nec. c. de multa. de præbend. probat Oldrad. in conſil. lxvij. quæſtio talis eſt. P. *Curatus dicitur prælatus.* *Duo curati in eadem eccleſia.*

Eccleſia parochialis reſpectu eccleſiæ parochialis facit turnum, & capellania reſpectu capellaniæ, ac præbenda cathedralis reſpectu ſolius cathedralis, ſic de alijs: & omnes eccleſiæ collegiatæ ad eandem collationem ſpectantes pro vna eccleſia collegiata habentur, qui ordo in regularibus & eccleſiaſticis ſubuentionibus obſeruetur. P.

Ita quòd parochialis eccleſia † a reſpectu parochialis eccleſiæ faciat turnum b &

b ¶ Turnum) Qui non poteſt reperiri in beneficio monoculo, ideo non videtur (*) cadere ſub nominationibus. ad hoc. l. illicitas. §. ne tennis. ff. de offic. præſid. clement. j. in fi. de ſentent. excommunic. vbi fit mentio de vnico lumine. facit no. per Archid. in cap. ſi pro clericis. de præbend. in vj. Ioan. Mona. in cap. generali: de regul. iur. eod. lib. Ioan. Andr. in clemen. j. de præbend. vbi dicunt propter iura allega. mandatum de prouidendo de dignitate in aliqua eccleſia, non extendi ad dignitatem vnicam quæ eſt in illa eccleſia, quia non eſt veriſimile papam velle priuare ordinariorum collatorem vnica dignitate: & ſic vnico (vt ita dixerim) lumine, quæ forte ſemel tantum in vita ſua vacabit. & volunt de Ro. deciſi. 241. in antiq. not. in dicta. clem. Bertrand. & Imol. in reſcripto in genere impetrato ad primum beneficium vacaturum ad cuiuſcunque collationem in certa diœceſi, & poſtea vacauit beneficium ad collationem alicuius qui non habebat aliud beneficium conferre niſi illud, quòd illud beneficium monoculum non includetur in gratia, cum in gratijs non veniant in genere quæ quis in ſpecie non eſſet conceſſurus. de reſcriptis, ſuper literis. maximè in beneficialibus, vbi fienda eſt ſtrictiſſima interpretatio. capitu. quamuis. de præbend. in vj. facit l. ſi collectaneus. ff. de manumiſſis vindicta dicto. capitul. in generali. capitul. fi. de offic. vicar. in vj. cum ſimilibus vbi autem eſſent duo beneficia ſpectantia ad collationem illius, tantum extenderetur gratia ad primum: quod non videtur habere locum in nominationibus, niſi ſaltem ſint tria ad collationem conferentis, quia non poteſt pars tertia quæ debetur graduatis, inueniri niſi vbi eſſent tria: aliqui tamen voluerunt dicere turnum inueniri poſſe in beneficijs monoculis, vel vbi ſint duo, non de beneficio ad beneficium, ſed de vna vacatione ad aliam, pro quibus facit infrà eodem. §. item quòd omnia. ibi, faciant *Interpretatio in beneficialibus debet fieri ſtrictiſſima.*

Digitized by Google

turnum, & cætera. ſed primum placet, nimis enim grauaretur collator, cum forte ſemel in ſua vita tantum vacaret, vt dictum eſt, &c. & eſt ordo computandus reſpectu alterius beneficij, vt hic, & ſuprà eo. §. inſuper. in prin. ibi, poſt alias duas, &c.

(*) Hanc glo. ſequitur concor. gloſ. in tractatu nomi. quæſt. xv. numero 41. ſubdens illam procedere etiam ſi collator habeat alia beneficia extra regnum, tum quia duplici onere grauaretur collator, cum ad legum obſeruantiam alterius regni ratione horum beneficiorum teneatur, quod non eſt dicendum: tum ſecundo, quia tumulatio ſummarum fit minimè quando agitur de iuriſdictionis excluſione, & ſic quando eſt odioſum. l. ſi idem. in princi. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Alia dicit quæ videre licet, & vidiſſe te non pœnitebit, niſi deguſtatus fueris, ſi vis me hoc verbo vti. P.

capellania [a] † reſpectu ſolius capellaniæ, & præbēda cathedralis [b] reſpectu ſolius cathedralis, & prębēda eccleſię collegiatæ reſpectu cuiuſuis eccleſiæ collegiatæ ad collationem eandē pertinentis, ita ꝙ in hoc caſu [c] omnes eccleſiæ collegiatæ ſpectantes [d] ad eādem collationē pro vna collegiata eccleſia ſint habendę. Et idē ordo in regularibus [e] & eccleſiaſticis ſubuentionibus

† a ❡ Capellania) cuius rector & cuiuſlibet alterius eccleſiæ ſingularis titularius, tantam poteſtatem habet in bonis ipſius eccleſiæ, quantam prælatus cum capitulo in bonis prælaturæ. not. glo. in c. potuit. de loca. quam ibi ſequuntur Imola. & Panor. & Ancho. in c. primo de dolo & contuma. text. in c. relatum. 3. de teſta. Pro hoc vide quæ dixi in trac. penſio. parte i. quæſt. xv. P

b ❡ Cathedralis) Eccleſiæ. (†)

(†) Quæ eſt magis religioſa quàm alia in tota exiſtens diœceſi, quod fit quia illi principaliter epiſcopus præeſt, qui alios religione & ſanctitate antecellere debet & præcellere. c. viliſſimus. j. q. j. not. Archi. in cap. vbicunque. xiij. q. ij. ſubdens dato quod maior religio ſit in monaſterio, tamen maioritas & prælatio maioris eccleſiæ preponderat. P. *Eccleſia cathe. eſt magis religioſa.*

c ❡ Caſu) Quo ad faciendum turnum.

d ❡ Spectantes) Id eſt quarum præbendæ ſpectant ad eandem collationem.

e ❡ Regularibus) no. beneficia regularia cadere ſub nominationibus & ſub gradu. ſupra eodem §. inſuper. in fi. Religioſi igitur poſſunt graduari, & etiam doctores fieri (*1) de licentia ſuorum prælatorum. not. Hoſtien. in ſum. de magiſt. §. qualis debeat. Doc. in cap. quia nonnullis. eodem titu. Panorm. in cap. de multa. de præbend. Anto. iij. parte ſum. titu. v. ca. ij. §. viij. Panorm. conſi. lxxxix. nam per ſtudium & ſcientiam nedum eſt vtilior proprio monaſterio, ſed etiam toti eccleſiæ vniuerſali. cap. cum ex eo. de electio. in vj. ideo dicit Hierony. ad Ruſticum monachum, Ama ſcientiam ſcripturarum. de conſecra. diſtinct. v. nunquam. & longo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas. ca. ſic viue. c. ſi clericatus. xvj. quæſt. j. & cum *Religioſi poſſunt graduari.* *Scientiæ fructus.*

Digitized by Google

cum poſſit eſſe cubicularius Epiſcopi,ij.qu.eſt.vij.cum paſtoris & promoueri ad Eccleſiam parochialem propter bonum curæ & prædicationis, (* 2) ca. quod Dei timorem, de ſtatu mona.fortius poterit promoueri ad officium docendi, cum plus proficiat doctor in legendo, quàm ſimpliciter curatus in ſacramenta miniſtrando, quod colligitur in dicto c.cum ex eo.vbi propter ſcientiam capeſſendam diſpenſatur cum curato vt per ſeptennium poſſit ſe abſentare. Et dicit Anto.vbi ſuprà, quod ſimpliciter melius eſt docere ſacram ſcripturam, & magis meritorium ſi bona intentione agatur, quàm impẽdere particularem curam ſaluti huius vel illius: nam in ædificio aliquo melior eſt,& maiori mercede conducitur qui diſponit de ædificio,& dicitur architector,ſuprà de elect.c.j.in prin.quàm aliquis manualis qui opere exequitur ſecundum quòd ei ab alio diſponitur.In ædificio autem ſpirituali ſunt quaſi manuales operarij qui particulariter inſiſtunt curę animarum,ſacramenta miniſtrando: ſed quaſi principales artifices ſunt Epiſcopi qui imperant & diſponunt qualiter prędictum ſuum officium exequi debeant, & ſimiliter theologiæ doctores qui inquirunt & docent qualiter alij debẽt ſalutem animarum procurare. Vnde Apoſtolus de ſe dicit,1.ad Corinth.1. Non miſit me dominus baptizare, ſed euangelizare, & 2.ad Timoth. 2. Commenda hoc fidelibus qui idonei ſunt & alios docere. In aliquo tamen caſu neceſſitate imminente debent Epiſcopi & doctores intermiſſo proprio officio intendere particulariter ſaluti animarum, & intellige hunc tex.de beneficiis ſecularibus inferioribus, non de prælaturis principalibus Eccleſiarũ regulariũ conuentualiũ puta Abbatiis & Prioratibus cõuentualibus electiuis: qui licet ſint Abbatibus ſubiecti, tamen debent habere electionem ſui prioris, vt legitur & notatur in ca. ij. & ibi Panorm.de ſtatu mona.nam huiuſmodi prælaturæ non cadunt ſub gradu,(*3) vt not.ſuprà eod.§.inſuper,ver.in dignitatibus. Sed quæ dicantur beneficia regularia, dic (* 4) ea in quibus ordinatum eſt à fundatione quòd regantur per religioſos,vel quæ conſueuerunt per eos regi ſpacio xl.annorum cum titulo,vel tanto tempore cuius initij non ſit memoria,c.ſuper quibuſdam,de verbo.ſignifi.c.j.de præſcr. in vj.an autem ſufficiat ad iudicandum beneficium regulare,quòd per xxx.vel xl.annos fuerit gubernatum per religioſum,dic per Domi in c.cum de beneficio, de præbend.in vj.

Religioſus poſſit promoueri ad parochialem Eccleſiam.

Regularia beneficia dicuntur.

(* 1) Vtpote in iure canonico, ac in theologia, non in legibus, nec in medicina, cum illæ ſcientiæ ſint monachis prohibitę,c.iij.ne cler.vel mona.dixi latè in ſcala beneficiali,parte j.ar.religioſus qui vt leges aut phyſicam.Quòd tamen in legibus poſſint doctorari,probare nititur Cal.in conſi.ij.titu.de magiſt.& ante eum Collect.in c.ij.nu.2.de ſta.mona. P.

Religioſus doctoratur etiam in legibus.

(* 2) Vide Rot.in no.deci.483.collatio facta,vbi diſputat an collatio beneficij ſecularis monacho facta ſit valida,in quo variæ ponuntur opiniones. P.

(* 3) Iſtud ſatis clarum habes (etiam pluſquam Eccleſiæ Gallicanæ fuerit & ſit neceſſe) in concord. in titu. de regia ad prælat. no. fac. in §. monaſteriis vero. Probus.

(* 4) Dixi latius in tract.deuolutio.in prælud.j. ver. & dic regularia. Vide Staph. in 8.forma expecta.

Digitized by Google

a ¶ Perpetuis) Ob beneficia regularia quæ non ſunt perpetua, ſed manualia & reuocabilia ad nutum Abbatis, c. cum ad monaſterium, ver. nec alicui, de ſtatu monacho clemen. quia regulares, §. præmiſſa, de ſupplen. negli. præla. nec confirmantur à Papa, c. porrecta, c. ad noſtram, de confir. vti. niſi aliquando ex certa ſcientia: (* 1) & tunc non poſſet Abbas ea reuocare ſine cauſa, c. cum inter. R. ſeniorem, de elect. no. Innoc. in ca. niſi eſſent, de præb. Frede.

Beneficia reuocabilia.

perpetuis ᵃquocũq; nomine

in tract. permu. q. xvij. & quamuis Abbas concedat priori obedientiario vt teneat ad vitam prioratum vel adminiſtrationem ſibi conceſſam, poteſt nihilominus reuocare: quia non poteſt Abbas ſibiipſi imponere legem, nec venire contra diſpoſitionem illius, ver. nec alicui, nec poteſt obedientiarius reſiſtere mandato Abbatis, cum velle & nolle non habeat, ca. ſi religioſus, de elect. in vj. nota. Frede. conſil. ccliiij. Panorm. in dicto ver. nec alicui, in ca. monachi, de ſtatu mona. facit no. per Io. And. in regula, non eſt obligatorium, de regu. iur in vj. in mercu. per Bald. in authen. ingreſſi, C. de ſac. ſanct. eccleſi. & ſi dicas quòd prædicta ſunt vera in prioratibus & aliis regularibus collatiuis: tamen non militant in Abbatiis & aliis prælaturis principalibus electiuis, cum ſint perpetuæ: (* 2) nec poſſunt remoueri ſine cauſa, xviij. q. ij. nullam, diſt. c. monachi, §. priores, cum ibi no. tamen iſte tex. non poteſt intelligi de illis, cum non cadant ſub nominationibus: vt ſup. no. Dici poteſt quòd hæc dictio perpetuis, referatur ad ver. ſubuentionibus: vt ad proximum, non ad ver. regularibus, vel quod intelligatur de regularibus curatis quæ ſunt perpetua, nec debent amoueri ſine conſenſu Epiſcoporum, qui habent committere curam animarum, xvj. qu. j. de monachis, de præb. in Latera. no. Inno. & doct. in diſt. ca. monachi, contra loquuntur in non curatis. Vel dic melius quòd intelligitur de omnibus beneficiis regularibus collatiuis etiam manualibus: cum de his ſit idem iudicandum, ſicut de aliis, dempta facilitate reuocationis: vt in dicto §. præmiſſa, & poſſunt dici perpetua aptitudine: quia poſſunt remanere apud eos quibus ſunt conceſſa quoad vixerint permittente Abbate: vt no. in cle. & ſi principalis, de reſcri. Panorm. in ca. cum olim, de re. permut. vbi dicit quòd poſſunt permutari, not. Frede. in tract. permu. q. xvj. & ita vt hæc diſpoſitio valeat, debet ita accipi hoc verbum perpetuum, ſi. in l. & in perpetuũ, ff. de procu. c. ad abolendam, in princ. de hære. ca. clericos, cum ibi no. de coha. cleric. & mulier. Dicitur enim perpetuum, quod certo tempore non limitatur: etiam ſi detur ad beneplacitum ſuperioris, l. iuriſperitos, in princi. & ibi Bart. ff. de excu. tuto. & etiam in materia reſtringibili verba ſunt improprianda, vt diſpoſitio teneat, not. in l. & puto, ff. fami. herciſ. Bal. in l. ſi. C. de hære. inſti. nec debet Abbas ſine cauſa remouere tales prioratus & adminiſtrationes, quòd ſi hoc faceret ex odio & malitia, poſſet obedientiarius ſupplicare ſuperiori Abbatis, & per ipſum ſuperiorem debebit tueri inſtar ſerui ſupplicantis, C. de pre. impera. offi. l. j. no. Innoc. in c. inſinuante, qui cle. vel vo. (* 3.) ſed malitia ceſſante poteſt reuocare ad nutum: nec poteſt obedientiarius contradicere, vt dictum eſt, de quo per Archid. & Io. And. in no. in c. præſenti, de offi. ordi. in vj. Io. And. in c. cum ſingula, de præb. eod. lib. in no. & ibi per moder. & in dicta cle. quia regulares. Poſſunt etiam dici huiuſmodi (* 4) manualia perpetua: quia morte concedentis non reuocantur, vt no. Pau. in d. cle. arg. de delegato

Beneficium regulare poteſt dici perpetuum aptitudine.

Perpetuum quid dicatur eſſe.

Digitized by Google

qui poteſt ad nutum reuocari, & tamen morte Papæ non reuocatur, c. ij. de offi. leg. in vj. & de delegato re non integra, ca. licet, de offi. delega. & de precario, ca. fina. de preca.

(*1) Quæ dicatur certa ſcientia, not. Ludo. de Gozadi. conſil. lxij. nu. 15. prima facie. Et quo ad gloſ. intentum, ſi Papa ex certa ſcientia confert monacho non in Abbatis negligentiam, tunc Abbas illum ad nutum non reuocat, ne Papæ prouiſio ſit fruſtratoria, no. Guliel. in ca. cum ſingula, de præb. in vj. Vide Archid. in ca. ſi monachus, xvj. quæſt. j. dixi in tract. penſio. par. ij. q. vj. & vij. P.

cenſeantur, obſeruetur † a.

Vniuerſitates Galliæ ad duas partes tertiæ partis beneficiorũ, patrono Eccleſiaſtico, & collatori ſimili, certum ſuorum graduatorum numerũ actu reſidentium nominare poſſunt. P.

(*2) Pone, in prioratibus conuentualibus, qui dicuntur dignitates, clem. ij. de reſcri. Frede. conſil. xlix. domi. Cardi. in ca. niſi, no. vj. de præb. Pone etiam in prioratibus curam animarum habentibus, quia etiam tales ſunt perpetui, c. ij. §. priores, de ſtatu mona. no. Hoſt. in c. de multa, col. v. de præb. Frede. in conſi. cxxxiiij. Probus. *Prioratus conuentuales dicuntur dignitates.*

(*3) Notant Io. Andr. Guliel. Petr. de Anchora. Franc. & Domi. in c. cum ſingula, de præb. in vj. qui dicunt hoc recipi ab Vltramontanis, non apud Italos, meminit Decius in ca. ad noſtram, circa finem, de confir. vtili. Opinio Vltramontanorum poteſt firmari per dictum Frede. conſi. cxxxiiij. dicentis, quòd ſi illud quod eſt ad tempus, non poteſt reuocari ſine cauſa, facit perpetuum cauſa non accedente. Eo enim iure Galli vtuntur, ne monachus ſine cauſa à ſuo beneficio poſſit remoueri inſtar ſecularis, quod eſt datum in recompenſam, in eo quòd regulares ab inteſtato parentibus & cognatis aut aliis quibuſcunque non ſuccedunt, vt dixi in ca. ſi. de offic. ordi. in vj. Igitur æquum fuit vt illis in alio ſubueniretur, ne afflictis daretur afflictio. Probus.

(*4) Vide pro hac perpetuitate & manualitate Caſſador. deci. xij. nu. 9. ti. de præb. Probus.

†. a ¶ Obſeruetur) Ordo iſte per concord. non fuit datus, ſed quòd modo ſequenti procederetur, videlicet quòd tam graduati ſimplices, quàm nominati: tam regulares, quàm ſeculares, de quibuſuis beneficiis quacunque qualitate nominatis, tertia pars debetur in duas diuiſa. Nam omnia quæ vacabunt in menſibus Aprili & Octobri, debentur graduatis ſimplicibus: quæ verò vacabunt in Ianuario & Iulio, nominatis. Quòd licet deſcriptio hæc non reperiatur in concord. iſto titu. in §. præfatique ordinarij, vbi dicitur quòd in primo menſe poſt acceptationem concord. beneficia vacatura graduatis conferantur, &c. vt diximus ſuprà iſto titu. §. & quotiens, in fine: tamen rex attenta concor. publicatione hic Pariſius facta in menſe Martij, menſem Aprilem immediatè ſequentem per ſuas patẽtes literas ſub data Bogiaci, xxv. Octobris 1518. in fine concord. poſitas elegit & nominauit. Ex cuius initio cæteri menſes enunciantur, vt iuxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus proui-

Digitized by Google

deatur nullo habito reſpectu ad tempus publicationis in aliis parlamentis regni factæ. Quam electionem & nominationem rex fecit ex licentia & facultate Leonis Papæ x. vt patet ex tenore ſuæ bullæ ſub Datum. xviij. Kalendas Iulij. 1518. copiam cuius bullæ habes in eo concor. fine. quæ eſt ſub Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno 1518. pontificatus eiuſdem Leonis anno 6. & 17. Kalend. Iulij. P.

Item quòd ad dictas [a] duas partes ſecundum ordinem prædictum [b], poterunt [c] vniuerſitates [d] cuilibet Ec-

a ¶ Item quòd ad dictas) Primò dicit, quòd vniuerſitates poſſunt ſuis graduatis concedere nominationes ad duas partes tertię partis beneficiorum debitę graduatis. Secundo, quòd in nominationibus ſi ſunt eiuſdem anni, locus eſt gratificationi collationis, ſi diuerſorum annorũ, qui prior eſt in data, pręferendus eſt. ſecunda ibi, ita tamen.

b ¶ Prædictum) Suprà. §. j.

Poterũt dat liberam facultatem.

Nominationes dare non eſt neceſſitatis.

c ¶ Poterunt) Hoc ver. non importat neceſſitatem, ſed liberam dat facultatem, l. ſæpe. cum ibi not. ff. de offi. præſi. l. non quicquid. ff. de iudi. Bar. in repe. l. iij. C. de pigno. docto. in l. gallus, ff. de li. & poſthu. quare dare nominationes eſt voluntarium, nec poſſunt ad eas concedendas cogi vniuerſitates. (*1) facit no. per Archidia. in capitu. quàm ſit. de electio. in vj. Ioan. And. in capitu. ſi religioſus, eod. titu. & lib. in ver. obtenta. & in no. quòd quis non poteſt cogi (*2) facere ea quæ ſunt gratiæ, x. q. ij. precariæ, facit gloſ. in capitu. bonæ. ij. de poſtu. præla. iniuſtè tamen facerent, ſi denegarent nominationem graduato benemerito: iuxta no. in ca. vt conſtitueretur, l. diſtinc. quòd vbi diſpenſatio eſt debita iniuſtitiam facit ſuperior ſi eam denegat: tamen non poteſt cogi. (*3) facit no. in ca. bonæ. j. de poſtu. præla. in ver. gratia. & in glo. præal. in ca. exigunt. j. q. vij. Ioan. And. in ca. cupientes, §. penul. in ver. gratia. de elect. in vj.

Quãdo diſpenſatio dicatur debita.

(*1) Etiam) (Vt patet in §. præfatiquo ordinarij. iſto tit. in concor. lex ipſa concordatorum non cogit vniuerſitates ad nominationum conceſſionem. P.

Benefacere de ſuo cogitur nemo.

(*2) Quia gratiæ videntur dantis, & regula eſt quòd nemo inuitus de ſuo elargiri cogitur, ſeu benefacere, ca. precariæ. x. quæſ. ij. cum ſimilibus per nos adductis in tract. deuolutio. parte j. q. xxx. P.

(*3) Quia tunc illa eſt ius, vt probo in tracta. diſpenſa. memb. xij. parte iij. nume. ij. illáque dicitur ius, & iuſtitiæ executio: vt etiam probo ibi, memb. vj. parte prima nume. 76. etiam quòd diſpenſatio iuſta dicitur iuſtitia. P.

Vniuerſitatis approbatio ſpectat ad principem.

d ¶ Vniuerſitates) (*1) quarum approbatio ad Papam vel principem ſpectat. not. ſuprà in proœ. §. quibus attente. etiam à iure approbantur, C. de iuriſdi. om. iudic. l. fi. de procu. quia in cauſis, de conſti. ex literis, & debent habere matriculam in qua deſcribant nomina ſuppoſitorum, C. de aduo. diuer. iudic. l. iubemus, in fi. quia non dicuntur ſuppoſiti vniuerſitatis, nec debent gaudere priuilegiis ſcholarium, niſi ſint in matricula (*2) inſcript. l. matriculam, C. de agen. in re. lib. xij. Bal. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. Bar. in l. j. C. de his qui in exi. da. lib. x. vbi dicit quòd ſcholaris condemnatus & priuatus priuilegiis ſuis ſi reſtituatur, non gaudet eiſdem, niſi iterum immatriculetur.

Scholares non immatriculati nõ gaudẽt priuilegiis.

Digitized by Google

(* 1) Non per vniuerſitatum facultates dicit in propoſito gloſ. concor. iſto tit. in §. præfatique ordinarij. in verbo vniuerſitatis, vbi pro hoc ſe remittit ad ea quæ dicit in tracta. no. q. vj. P.

(* 2) De qua matricula & pluribus aliis diximus in trac. diſpen. memb. iiij. parte j. P.

à ¶ Eccleſiaſtico) & ita patronorũ laicorũ beneficia († 1) non cadunt ſub nominatione. no. ſuprà. c. §. ſtatuit. quod verum vbi ſunt pure ad præſentationem laici, ſecus videtur vbi laicus & clericus ſimul præſentarent: quia tunc beneficia ſaperent naturam clerici tanquam dignioris, ca. per tuas, de arbi. ff. de re. ven. l. quæ religioſis, ca. quod in dubiis, de conſecratio. Eccle. c. j. de iur. patro. in vj. fa. no. per Ioan. Andr. in regula in re communi. de regulis iur. in vj. in mercu. Henric. in ca. paſtoralis, de iu. patro. quòd vbi clericus & laicus ſimul præſentant: laicus non poteſt variare in præiudicium compatroni clerici. Panormi. in ca. cum propter. de iur. patro. ad hoc de Ro. deciſio. 261. quæ vult mandatum de prouidendo extendi ad talia beneficia. In contrarium (* 2) facit quod no. Frederi. conſi. lxij. quòd legatus non poteſt conferre beneficium ſpectans ad præſentationem ſimul clerici & laici inuito laico. Panormi. in ca. tranſmiſſæ, de iur. patro. Lap. & Domi. in dicto ca. j. eod. tit. in vj. quia non debet priuari laicus iure ſuo propter mixturam clerici. fa. ca. ſacris, de ſepul. l. ſi communem, ff. quemadmo. ſer. amit. per quam l: patet quòd propter communionem quam quis habet cum priuilegiato, gaudet eius priuilegio. ergo in dicto caſu clericus, propter communionem cum laico qui eſt priuilegatus, gaudebit priuilegio laici. ad hoc gl. no. in d. c. j. in fi. quæ dicit quòd vbi Eccleſia & laicus habent ſimul præſentare, ambo ſex menſes habebunt: ita quod ratione communionis priuilegium Eccleſiæ tranſeat ad laicum, not. Panor. in ca. cum te. de iu. pa. Henri. in ca. j. eod. tit. Flor. in d. l. ſi communem, Gaſ. in c. non eſt, de ſpõ. conſequitur enim per alium quod per ſe conſequi non poſſet, C. de tem. in integ. reſti. pe. l. petendæ, de con. præbend. auctoritate lib. vj. fa. quod not. Innocen. & alij in ca. auditis, de in integ. reſtit. quod non priuilegiatus reſtituitur per minorem, aut Eccleſiam priuilegiatos in facto connexo. ca. j. eod. titu. & ibi Innocen. per quãdam conſequentiam, (* 3) l. quod ſi minor. §. fina. ff. de mino. ſecus in facto diuerſo & ſeparato. l. cum minor. ff. eo. ti. ad hoc. l. ij. C. ſi vnus ex plu. ap. ij. q. vj. §. ſunt quorum, ca. pe. de ap. Bart. in l. j. C. ſi in communi ea. quæ cau. & hanc vltimam partem puto veriorem: præſertim quòd nominationes ſunt odioſæ & reſtringendæ: vt ſæpius dictum eſt ſupra. (* 4)

Beneficia ſpectantia ad præſentationẽ clerici & laici an cadãt ſub nominatione.

clesiaſtico * patrono, seu

Communio cõmẽdatur.

(† 1) Etiam non ſunt ſub reſeruatione Papæ, not. Domi. in c. ij. col. 3. de præb. in vj. vbi gl. tenet contra. quæ non placet Alex. in conſi. lxxv. viſis. vol. 4. & hæc eſt communis, ait Rochus in tract. de iure patro. in verbo competens, q. xxiiij. vbi hãc communem limitat niſi ius patro. ex priuilegio competat, quia tunc ceſſat ratio communis opinionis, videlicet ne laici retrahentur à fundatione Eccleſiarum, not. Staph. in 3. forma manda. nu. x. & ſeq. P.

(* 2) Iſtam tenet Rochus de Curte. in tract. de iure patro. in verbo ius. q. vij. & poſt eum nouiſſime domi. Petr. Rebuffi in tracta. no. q. xv. nu. 6. vbi ſubdit, quòd etiam legatus de latere tale beneficium non poteſt conferre, ca. cum dilectus, de iure patro.

Legatus nõ confert beneficia iuris patro. clerici & laici.

Digitized by Google

not. Panor. & Barbā. in ca. dilectus, de officio lega. poſtea pro glo. aliam rationem ponit, quòd mixtum & compoſitum aſſumit naturam illius ſpeciei ſecundum quam iuri minus derogatur, ait Panor. in ca. ſuper quæſtionum, §. ſi vero. not. vlti. de officio delega. ergo iſta aſſumetur, vt nõ comprehendantur beneficia ſpectantia ad præſentationem clerici & laici ſimul. de ea communione latius dixi in tracta. deuolutio. parte ij. quæſtio. xviij. P.

Mixtum quam aſſumat naturam.

Eccleſiaſtico [a] collatori nominare [b]

(*3) Pone in diſpenſatione, quæ licet de ſui natura ſit ſtricti iuris, tanquam contra ius commune, tamen extenditur ad conſecutiua: vt latè firmo in tracta. diſpen. membr. x. parte ij. nu. 16. cui adde gl. infra hoc tit. in §. itē inſuper. in ver. cõſecrari. P.

Diſpenſatio extenditur ad cõſecutiua.

(*4) Et infrà. §. Item quod omnia. in verbo faciendæ. P.

a ¶ Eccleſiaſtico) Ideo beneficia quæ cadunt in regalia, non veniunt ſub nominationibus per ea quæ dicta ſunt, ad hoc infrà de anna. §. item quod dicta. (†)

Beneficia regaliæ non cadunt ſub nominationibus.

(†) Quod multipliciter verificatur ex diſcurſu tract. Regalio. quibus addidi 63. q.

b ¶ Nominare) (*1) tempore quadrageſimæ, ſuprà eod. §. ſtatuit. & in aliquibus locis nominatio dirigitur vni collatori duntaxat, vel pluribus habentibus quandam communionem, puta Epiſcopo & capitulo. alibi autem dirigitur pluribus ſeparatis: vt Aurelianis. Sed an vniuerſitas poſſit re integra reuocare nominationem? videtur quòd ſic, cum per eam nullum ius acquiratur nominato. no. ſup. eo. §. j. ver. volens itaque, & poſtulantes poſſunt re integra reſilire à poſtulatione, ca. bonæ, ij. de poſtu. præla. contra faciunt no. in c. cum ex eo. de elec. in vj. quòd diſpenſatio facta ex cauſa non poteſt (*3) reuocari. ca. ex parte, alias ex tua. de fi. preſ. de quo per doc. in ca. cupientes, de elec. in vj. Henri. in c. & ſi Chriſtus, de iureiuran. Oldra. conſi. 229. & nominatio eſt quædam gratia ſeu beneficium quod decet eſſe manſurum, regula decet, de reg. iu. in vj. & cenſetur habere vim præſentationis: quia ſicut prælatus tenetur inſtituere præſentatum, ca. decernimus, xvj. quæſtio. vij. ita & prouidere nominato. ſupra eod. §. ſtatuit. ver. ſi autem. Sed aut vniuerſitas eſt Eccleſiaſtica: & tunc non poterit variare, præſertim poſt inſinuationem factam collatori: ſicut nec patronus Eccleſiaſticus, c. cum autem, c. paſtoralis, de iu. patro. aut eſt laica ſeu ſecularis, & tunc licet poſſet variare (*4) accumulando alios nominatos, non tamen ſimpliciter recedendo à primo: vt de patrono laico legitur, niſi Epiſcopus variationem admittat, c. quid autem, d. c. cum autem, d. c. paſtoralis, de iur. pa. no. Io. An. in regula, in re communi. de re. iur. in vj. mercu. & in dicto ca. cum autem. vbi Panor. Henri. in ca. auditis, de elect. Innocen. & Henri. in ca. cum Bertholdus, de re iudi. Innocen. & Hoſtien. in ca. dilectus, de offi. leg. Archidia in ca. Nicena. xxxj. diſt. in c. j. de iur. patro. in vj. Hen. in c. cum propter. in c. paſtoralis, de iur. patro. Dicitur Eccleſiaſtica ſi plures ſint ibi clerici quàm laici: ſed ſi ſint plures laici, eſt ſecularis: data paritate eſt dicenda Eccleſiaſtica: quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum, ca. quod in dubiis, de conſecra. Eccle. vel al. ratio primi eſt, quia ab eminentiori qualitate res iudicanda (*5) eſt. l. quæritur, ff. de ſta. ho. iiij. q. iij. §. item Hermaphroditus, no. glo. & Panormi. dicto c. j. de loca. Bar. in l. fina. ff. de colle. illi. Bal. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. Panor. in ca. ex literis, de conſti. in ca. cum ab Eccleſiarum, de offic. ord. in rub. de ap. vnde quia doctores Pariſien. pro maiori parte ſunt clerici. (*6) dicitur

Nominatio re integra an poſſit reuocari.

Patronus an variare poſſit.

Vniuerſitas quandoque Eccleſiaſtica, quandoque ſecularis.

Digitized by Google

vniuerſitas Pariſien. Eccleſiaſtica: ideo per eam fuit recurſum ad Papam, dicto ca. ex literis, in ca. quia in cauſis, de procu. Panormi. in ca. ſi diligenti. de fo. compe. primum puto verius, quòd poſſit reuocare nominationem, nam & legatus qui reſeruauit beneficium pro certa perſona, poteſt reuocare, & alteri prouidere, not. Hoſtien. in ca. cum dilectus, de iure patro. Ioan. Andr. in ca. præſenti. in verſi. pendente. de offic. leg. in vj. in addi. Spec. titul. de delega. §. nunc tractemus, verſi. item legatus.

Vniuerſitas Pariſienſis dicitur Eccleſiaſtica.

(*1) Hucuſque (vt ſupra) hoc §. in princi. diximus, non eſt facta mentio de vniuerſitatum nominatione viris graduatis diſtribuenda, & collatoribus ordinariis dirigenda, ac quòd ex tertia parte beneficiorum duæ partes (vt hic dicitur) ſint conferendæ. P.

(*2) Lex concor. expreſſe hoc non dicit, id eſt quòd eo tempore vniuerſitates, prout nec quòd alij poterunt nominare, ſed ſolum quod viris literatis graduatis & per vniuerſitates nominatis conferantur beneficia quæ vacabunt in quatuor menſibus anni expreſſis ſup. iſto tit. §. inſuper. in verbo tertia pars. Bene tamen quod gradus, nominationes, temporis ſtudij certificationes, & nobilitatis atteſtationes, ordinariis collatoribus inſinuentur, ac quod tempore ipſo ſingulis annis nomina & cognomina dicti graduati & nominati per ſe vel procuratorem ſuum eiſdem ordinariis, ſeu Eccleſiaſticis patronis, aut eorum vicariis, ſub pœna perditionis fructus ſuarum nominationum & gradus illius anni inſinuare teneantur, vt patet hoc titu. §. teneantur. Si igitur alio tempore quàm quadrageſimæ nominationes dentur per vniuerſitates, non video quod per illud ſint inualidæ, inſtar aliarum gratiarum quæ omni tempore à ſuperioribus dantur, ergo & nominationes dictæ gratiæ, dicit glo. poterunt, ſupra hoc. §. quod firmat domi. Petrus Rebuffi in trac. nom. q. xiiij. nume. 22. dum ait quòd nominationes, non priuilegia dicuntur, ſed reſcripta gratioſa, quę perpetua ſunt, capit. ſi ſuper gratia. de officio delega. in vj. & Iaſon in l. falſo. C. de diuerſis reſ. ideo concludit quòd nominationes propter non inſinuationem non pereunt ſaltem vſque ad xxx. annos, & ita fuiſſe in parlamento iudicatum. Probus.

Nominationes dicũtur gratia quæ nõ pereunt tẽpore.

(*3) Iſtud firmat latè in tracta. diſpen. in iij. præludio, nume. 145. Alber. in l. illicitas, §. ſicuti. poſt princip. ff. de officio. præſid. vbi ponit de Epiſcopo qui beneficium contulit alicui ſe doctum aſſerenti, poſtea tamen contrarium reperit: quia propter illud non poteſt auferre beneficium, ita concludit Roffre. Beneuenta. quæſtio. ij. Probus.

(*4) De qua variatione etiam clerici & laici, dixi latè in tracta. deuolutio. parte prima. q. iij. P.

(*5) Iſtud firmo in tract. diſpen. membr. vj. parte ij. nume. 112. & quòd in dubio diſpoſitio digniori applicatur, membro 5. parte ij. nu. 95. P.

(*6) Hoc dicit propter medicos, qui pro maiori parte ſunt laici, aut matrimonialiter copulati: prout & in artibus magiſtri, nonnunquam vt his temporibus viſum eſt, canoniſtæ, ſed id fuit ex accidenti, quia dum ad regentiam admitterentur, erant clerici ſoluti, poſtea ad matrimonium fuerunt tracti, & poſtremo poſt lapſum aliquot menſium ab aula receſſerunt. P.

Digitized by Google

a ¶ Numerum) Quj non eſt certificatus, & ſuper hoc vtilis foret prouiſio: vt refrenaretur tanta multitudo nominationum quæ hodie conceditur, propter quam infiniti proceſſus oriuntur, & quod vni non darentur niſi duæ nominationes, donec cõſtaret ipſas fuiſſe extinctas, ita quòd ſecunda faceret mentionem de prima ſicut legitur & no. per docto. in gratiis expectatiuis in c. in noſtra, de reſcri. & quòd non poſſet quis ſimul ſiue eodem tempore acceptare plura beneficia in vim diuerſarum nominationum: ſed vna executioni demandata, altera vti ſuperſederet, donec fuiſſet prima ſortita effectum: vel fuiſſet nominatus euictus (*) vti in gratiis expectatiuis cauetur per regulam cãcellariæ.

certum numerum [a] ſuorum [b] graduatorum: qui tunc [c] in ipſis vniuerſitatibus actu reſidebũt [d], qui pro

(*) In his omnibus licet multum reipublicæ vtilibus (ſi bene ſentiam) non video per concordatorum legem fuiſſe prouiſum, prout nec in eorum aliquo. P.

Graduatus in vna vniuerſitate ab alia nõ poteſt nominari.

b ¶ Suorum) Not. hic quod graduatus in aliqua vniuerſitate non poteſt nominari ab alia vniuerſitate cuius non eſt graduatus, (*) ad hoc. ca. pro illorum, in princ. de præ. c. fi. de ver. ſi. in vj. Nec examinatus in vno ſtudio poteſt in alio gradus recipere: quia cauſæ continentia diuidi non debet, ff. de iudi. l. vbi cœptum, C. eod. titu. l. nulli, c. j. de ſequeſt. poſſ. c. j. de cau. poſſ. & proprie, C. de exe. & exac. l. quicunque, lib. xij. fa. quod no. Bal. in l. qui indignus, ff. de ſena.

(*) Iſtud eſt de mente legis concor. iſto tit. in §. volumus autem, dum ibi legitur in princ. volumus autem quòd nominati literas nominationis ab vniuerſitatibus in quibus ſtuduerint obtinentes &c. vbi gloſ. ait, quod ſi quis in pluribus ſtuduerit vniuerſitatibus, tunc poteſt eligere à qua nominetur, intellige ſi ibi gradum ſumpſerit, vt minus ab hac lege diſcrepet, quæ dicit ſuorum graduatorum. P.

Tunc tempus extremum deſignat.

c ¶ Tunc) Id eſt tempore nominationis (*) Et extremum tempus deſignat, ff. de con. & de l. iiij. in fi. ij. quæſ. vj. biduum, c. concertationi, de ap. in vj. c. ſi eo tempore, de reſcri. eod. libr. ca. ſi capitulo, de conceſ. præbend. eodem libr. cum ibi not. in l. huiuſmodi, & ibi Bart. ff. de ver. obli. Bald. in l. ex illo, C. de appella.

(*) Cuius ad incapax illegitimus, cum nominatio præſupponat promotionem gradus, tanquam fundamentum illius, & illegitimus ad gradum non promouetur, ait gl. inf. iſto tit. in §. item vt de cætero, in verbo bonorum. P.

Scholaris an per abſentiã perdat matriculam.

d ¶ Reſidebunt (*1) & licet quandoque diuertant ad patriam vel alium locum, gaudent tamen hoc priuilegio: ex quo habent animum ſtatim redeundi, de pœ. di. j. diuortium. Si tamen ſcholaris abſens eſſet per quinquennium, perderet matriculam, l. j. C. de priuileg. ſchola. lib. xij. l. ij. C. de primice. l. iij. de domeſ. eod. lib. Bart. in conſ. quidam ſcholaris, ad hoc Bald. in authen. habita. C. ne ſi pro patre, l. aut facta, §. tempus, & ibi Bart. ff. de pœ. idem ſi tranſeat ad aliud exercitium, l. legatis, §. ſi ex officio, ff. de leg. iij. Bald. in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſan. Eccleſiis. Et pondera hoc verbum reſidebunt, iuncto ver. præſentibus, q. d. non ſufficit (*2) morari in ſtudio, niſi operam ſtudio dent. l. generaliter, C. de epiſc. & cleri. xvj. quæſt. j. c. generaliter, infrà de cau. ca. j. §. & ne ver. Roma. ibi actu, in curia ſuis officiis inſiſtentes, C. de colle. l. j. lib. xj. l. fi. C. de re mili. lib. xii. c. cum ex eo. ibi, ſtudentes, de electio. in vj. fa. not. per docto.

In vniuerſitate morari & ſtudere oportet nominandum.

Digitized by Google

docto.in c.fi.de magiſt.Panorm.in procem.decreta.Io.de Lig.in procem.cle.vbi dicit quòd ſcholares etiam ſcolas intrantes,non attendentes nec ſtudentes non gaudẽt priuilegio ſcholariũ,alleg.no.in l.j.C.de ſtu.lib.vrb.Ro.lib.xj.Bald.in dicta authen. ſpecul.tit.de in integ.reſti.§.j.ver.ſi vero actor ſit abſens, & idẽ ſi inhoneſtè viuunt, C.de decurio.& ſtat.l.per illud tempus,lib.xij.not.Panorm.in c.j.in fi.de iudi.Et dicit Bart.in l.ſemper, ff. de iur.immuni. per illum tex.quòd illi qui ſunt in collegio alicuius artis, ſi artem illam non exercent, nõ debent gaudere priuilegio illius artis.Bart. in tract.repreſ.in l.petitionem,C.de aduo. diuer.iudi.Panor.in ca.vigilanti de præſcr. & per iura allega.dicit Geſ.in extrauag.Io. xxij.execrabilis,in ver. vagandi, quòd clericus beneficiatus habens aliquod priuilegium,quia reſidet:perdet illud ſi vagari incipiat,fa.in ar.l.ſancimus,C.de teſt.l.actione,§.item qui ſocietatem,ff.pro ſo.inf. de his qui temp.diui.offi.va. per eccle. ca.j.& vide not.ſup.eod.§.j.in ver.virtuoſis.No. ergo quòd nominationes nõ debent concedi graduatis vagabundis & dyſcolis, & illis qui non reſident in vniuerſitatibus.

Beneficium perditur per vagationem.

(*1) De ea reſidentia per legem cõcor. mentio non eſt facta:ideo per hanc in hoc ſupplenda, cum non videatur abrogata, niſi ſit ipſi legi concor.contraria,quod placet, aliàs maioris prærogatiuæ non eſſet nominatus quàm graduatus ſimplex, licet lex hæc aliter voluerit,vt patet hoc in tex. P.

(*2) Iſtud latius firmo in tract.penſio.parte j.q.xvij. quibus adde Bartholo.Bologni.in repeti.auth.habita,hic alleg.nu.90.& præceden.vbi ait,quòd non refert legem hanc generaliter loqui de ſcholaribus in vniuerſitate reſidentibus,quia generalitas reducitur ad habilitatem,l.j.cum gl.ff.mand.l.j. cum ibi no. C. de ſac.ſan.eccle. Probus.

præſentibus [a] iuxta morem [b] vniuerſitatum,& ſtudiorum cenſebuntur habendi [c] per eaſdem.

Ordinarij collatores, prout nec patroni Eccleſiaſtici quibus ſunt directæ nominationes, ordinem illarum in conferendo vel præſentando ſequi non tenentur. Probus.

Ita tamen quòd ipſe Eccleſiaſticꝰ collator, vel Eccleſia-

a ¶ Præſentibus) Licet graduatus in vim gradus duntaxat poſſit acceptare beneficium,etiam ſi nõ reſideat in vniuerſitate,cum hæc prouiſio ſit ſpecialis, in nominandis tamen nominationes nõ debent dari niſi ibidẽ præſentibus & reſidẽtibus: vt hic.

b ¶ Morem) .i.conſuetudinem,j.d.mos,quæ ſecunda eſt,mores enim maiorum pro lege ſunt ſeruandi,ff.de iuſt.& iu.l.pe.de iu.om.iu.l.more.inſtit.de iu.na.gen.& ci.§. ex non ſcripto.xij. diſt.diuturni.& mos regionis in qua fit contractus,attendi debet ff.de ver.ſig.l.ſemper in ſtipulationibus,& ibi Bar.ff.de euic.l.ſi fundus,de vſu.l.j.de in inte.reſti.conſtitutus,de eo qui mit.in poſ.cum veniſſent, vbi Hen. de fo. compe. c.Romana.§.contrahentes,lib.vj.vbi doct.Panorm.in ca.quod clericis,de fo.cõpe.

Mores maiorum pro lege ſunt ſeruandi.

c ¶ Habendi) Licet ſcholaris ex mora in ſtudio gaudeat priuilegio ſtudij,non tamen

Digitized by Google

Scholaris an ſortiatur domicilium in loco ſtudij.

ibi ſortitur domicilium, ff. de iniu. l. lex Cornelia, §. domum vbi Bart. niſi per decennium ibi moretur, C. de inco. l. ij. lib. x. cum ibi no. per doct. in prooem. decret. Hoſtien. in ſum. tit. de fo. competen. §. quibus ex cauſis, ver. ſed & curſu. Hoſtien. & Panormi. in capitu. quod clericis eod. titulo. Hoſtien. in ſum. titu. de paroch. §. quis intelligatur, ver. quid de ſcholaribus. Archid. & alij doct. in c. eos, de tem. or. lib. vj. ſed Bar. in l. quæſitum, ff. de le. iij. dicit eum nõ fieri incolam loci, etiam ſi per centum annos in ſtudio ſteterit, ex quo animum habuit reuertendi, de quo per Bal. in authen. habita. ne fi. pro pa. docto. in cap. fi. de fo. compe.

ſticus patronus † [a] non teneatur [b] de neceſſitate ſequi

† a ¶ Patronus) A quo præſentatus per vicarium poteſt inſtitui, licet ille ab Epiſcopo ſuo domino ſpeciale mandatum inſtituendi nõ habeat, not. gl. inf. hoc tit. §. item voluit, in verbo vicario, & Archid. in c. fi. de officio vicar. in vj. probatur in c. ex frequentibus, de inſtitutio. Quod fit, quia inſtitutio fit per modum iuſtitiæ, ca. decernimus, xvj. q. vlti. dicit Staphi. in tract. de var. mod. vac. §. modo pro declaratione, nu. 25. vbi aliter dicit de beneficiis reſignatis ex cauſa permutationis, nam illa non confert ſine ſpeciali mandato, quia hoc per modum gratiæ fit. P.

Vicarius inſtituit ſine mandato ſpeciali

b ¶ Non teneatur (*1) quòd in nominationibus eiuſdem anni locus eſt gratificationi collatoris vel patroni, ad hoc capitu. cum autem, de iu. patro. cum ibi not. vbi locus eſt gratificationi (*2) cum patronus laicus præſentat ſucceſſiue duos Epiſcopo, & vbi datur paritas gratiarum, capitu. duobus, de reſcript. in vj. capitu. ſi à ſede, dè præ. eod. lib. & paritas vocum, vbi duo ſunt electi pares voces habentes cæteris paribus, not. in capit. venerabilem, de elect. Archid. xij. diſti. nos conſuetudinem. Quid ſi concurrant duo nominati eodem anno à diuerſis vniuerſitatibus, puta Andegauẽ. & Pariſien. videtur quòd Pariſien. præferatur: cum vniuerſitas Pariſien. ſit antiquior & dignior & magis priuilegiata, maius autem priuilegium præfertur minori, ff. de mino. l. verum, §. fi. C. ad Trebel. authen. niſi rogati, l. priuilegia. l. quod quis, ff. de priui. cre. l. impenſa. de reli. & ſump. fu. l. aſſiduis, §. exceptis, C. qui po. in pigno. ha. arg. ad hoc, quia qui fortiora, &c. l. fina. C. de edic. diui Adri. tol. & antiquius priuilegium præfertur poſteriori, ff. ne quid in lo. pu. fi. l. j. §. ſi quis à principe, de præſcript. veniens, cum ibi not. gl. in ca. j. de reſcrip. Dic quod locus eſt gratificationi per hunc text. ſunt enim quantum ad nominandum omnes vniuerſitates æque priuilegiatæ. (*3) nec priuilegia aliquarum ad hoc ſe extendunt, tolleretur enim gratificatio epiſcopo quæ ſibi datur.

Gratificatio non cõceditur niſi exprimatur.

(*1) Sic lex iſta permittit gratificationem, aliàs non poſſent ordinarij facere iſtam, nam regula eſt quòd gratificatio non conceditur niſi vbi eſt iure expreſſum: vt probamus in tract. diſpen. parte j. membro iiij. nu. 54. Similem gratificationis caſum habes in concor. iſto tit. in §. ſtatuimus j. P.

(*2) Dum tamen idoneus gratificetur, aliàs non procedit gratificatio, vt probo in tract. diſpen. membro vj. parte ij. nume. 48. quia generalitas ſemper recipit reſtrictionem de habilitate, not. in l. j. C. de ſacroſan. eccle. De materia gratificationis licet videre per nos latè in tract. penſio. parte j. q. xviij. nume. 35. vbi ponimus clauſulam gratificationis Papæ. P.

Digitized by Google

(*3) Quia ab eodem procedunt fonte, vtpote à Romano Pontifice, cuius eſt illas erigere, priuilegiíſque dotare, & illis alia regis Franciæ addere, quæ dicuntur regia, Papæ vero Apoſtolica, ad quæ manutenenda ab vtroque dantur iudices, vocati protectores, ſeu priuilegiorum conſeruatores. P.

a ¶ Ordinem) No. ordinem non curari, ff. de ſolut. l. nec enim, de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi plures, C. de ap. l. quia conſtat de mente literæ, cum enim conſtat de ordine intellectus, ordo ſcripturæ (*1) non attenditur, l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de le. ij. Bar. in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, in l. Scæuola, ff. ad Trebel. regula tamen in dubio datur ex or. verborum, (*2) c. mandato, de preb. in vj. cum ibi no. l. ſi non lex. & ibi Bal. ff. de hære. inſtitu. Bald. in l. j. C. de impu. & ali. ſub. Bal. & Bart. in j. conſti. C. §. quibus. Panor. in c. Nicolao de ap. *Ordo litera an debeat attendi.*

ordinē[a] huiuſmodi nominationis: dū tamē fiat pręſentatio, vel collatio alicui de numero nominatorū[b], adiecto

(*1) Vnum tamen Bal. dicit in c. conquerente, nu. 8. de reſti. ſpolia. quod qui certum deſerit ordinem, lætos non habet exitus, ideo dicimus quod ordo iudiciarius, in ordinariis omiſſus reddit proceſſum nullum, l. prolatam, C. de ſenten. dixi latè in tract. penſio. parte v. q. ix. P.

(*2) Qui minus attenditur quàm ordo neceſſarius, inquit Bal. in ca. inter monaſterium, nu. 8. de re iudica, qui in l. fi. C. de hæredi. inſti. ponit verb. gl. prout & in l. j. in iiij. oppo. C. de his quæ pœnæ no. & idem Bal. in cap. capitulum, nu. 9. de reſ. quòd ordo inducit prærogatiuam, etiam ordo vocis, quia ex illo præſumitur ordo intellectus, & qui prius in inſtrumento nominatur, prius principalior præſumitur: nam inter vocem & vocem tempus eſt, ſcilicet inſtans, hæc enim regula per gl. citata ponitur à Bal. in l. j. C. de impub. Et quando ordo ſcripturæ attendatur, ponit Fely. in cap. cum dilecta, nu. 4. de reſ. P. *Ordo multa operatur.*

b ¶ Nominatorum) Eiuſdem anni. Quæritur, vacant duo beneficia, nominatus acceptat & petit melius: Epiſcopus vult dare deterius, cuius erit optio? arg. quod nominati, quia in beneficiis pleniſſima eſt interpretatio facienda, ff. de conſti. prin. l. fi. ca. ex parte de deci. c. quia circa, de priui. pro Epiſcopo fa. quia in obſcuris minimum eſt ſequendum, ff. de re. iu. ſemper in obſcuris, de le. iij. l. minimis. de cen. ex parte, ergo dando deterius liberatur, ad hoc regula in alternatiuis, de re. iu. in vj. ff. de le. j. l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures, C. de dona. l. ſi quis argentum, & hoc verius, prout in ſimili concludit Brix. q. domi. lxiij. Henr. in c. accedēs, de con. pręb. fa. op. c. ſi pluribus, §. ſi vero, de præbend. in vj. quod intellige quando ſimul vacauerunt, & non apparet quod prius vacauit: vt puta quia obiit, vel tranſlatus eſt qui ſimul plura beneficia obtinebat ad eandem collationem ſpectantia. Sed quid ſi Epiſcopus confert omnia ſpreto nominato, an debet retractari collatio omnium vel vltimi? dic quòd ſolùm vltimū, id eſt vltimo collatum euincetur à nominato, nam Epiſcopus erat aſtrictus ad vnum dimittendum, vnde poterat dimittere quod volebat, vt dictum eſt, ideo facta collatione ſucceſſiue de dictis duobus beneficiis vltimo collatum remanſerat cōferendum nominato: cum primum canonicè fuerat collatum, no. in ſi. Cōpoſtel. in c. capitulum, in gl. magna, §. item quid ſi executori. de reſcri. Archidiac. in ca. manda- *Nominatus an poſſit melius beneficium acceptare.* *Retractatio collationis propter nominatū.*

Digitized by Google

to. de præb. in vj. ar. ff. de iu. do. l. plerunque. de fideicom. lib. l. ſi ligauero. §. à duobus, de ſolu. ſtichum aut pamphilum, circa princip. de leg. iij. l. qui concubinam, §. fina. fa. quod not. in dicto. c. ſi pluribus, in ver. elegerit, quod no. ſuprà in pro. in fin. in ver. depereunt. Quid autem ſi conferat omnia illa beneficia eodem die, nec apparet quod prius fuerit collatum? videtur quòd collatio omnium retractetur propter incertitudinem, non enim maior eſt ratio quòd vnius tractetur collatio quàm alterius, ad hoc. l. ſi fuerit. ff. de rebus du. de teſtamen. tu. l. duo ſunt Titij. ca. ij. delectio. in vj. ff. de in diem addic. l. cum duo. fa. quæ alleg. ad. q. de duobus teſtamentis eodem die confectis, de quorum prioritate non conſtat: quia ſi diuerſi ſunt hæredes inſtituti, neutrum valet cæteris paribus. (*1) l. j. §. j. ibi Bar. ff. de ſecundum ta. de quo per gloſ. & doct. in l. fina. C. de dic. diui Adrian. tol. in ca. duobus, in princip. de reſcri. in vj. quod no. Oldr. conſil. cclxij. quòd ſi plures ſimul factæ fuerint vniones plurium Eccleſiarum parochialium, & incipiunt eſſe damnoſæ, omnes reuocari debent, (*2) quod no. Ioan. And. in ca. ſi à ſede de præb. eod. lib. in no. quòd ſi Papa vel ordinarius eodem die conferat duobus idem beneficium: nec apparet cui primo, propter incertitudinem vna impedit alteram, & concurſu ſe impediunt. (*3) l. quotiens, ff. de vſufru. l. ij. §. fin. ff. quemadmo. vſufru. amit. niſi recurratur ad ordinarium qui contulit, vt declaret quis fuerit primus, ar. ca. ij. de offi. deleg. Barto. in l. ſi duas, ff. de ex. tu. Oldra. conſil. cxliij. collator enim eſt idoneus teſtis de collatione per eum facta. tex. cum glo. in ca. ij. de pa. te. & eius vio. puto quòd ſuperior ad quem recurſum habebit nominatus, poterit gratificare & conferre ei alterum illorum beneficiorum quod voluerit, ar. dicti ca. duobus, §. quod ſi forſitan. cum ibi. no. in ver. teneantur, cum enim Epiſcopus qui erat aſtrictus nominato non eligit beneficium quod ſibi cõferret, poterit ſuperior ad quem deuoluta eſt poteſtas conferendi eligere. & ad hoc extra. Io. 22. ſuſcepti. d. c. ſi pluribus. Item quæritur an nominatus poſſit renunciare acceptationi quam fecit de certo beneficio in vim nominationis, & in vim eiuſdem aliud acceptare? non. ex quo enim elegit vnum, non poteſt variare. ad hoc. ff. de op. leg. l. homine legato. l. optione. l. apud Aufidium, ff. quo. leg. l. j. §. quod ait. de leg. j. l. ſerui electione. l. ſi pluribus, in fi. l. huiuſmodi. §. Stichum. c. cum in multis, in fi. de reſcrip. in vj. cum ibi no. c. vt quis duas, de elec. cod. li. de. cum illuſio. de renum, quod enim ſemel placuit, &c. regula, quod ſemel. de reg. iu. in vj. & mutare conſi. &c. in ca. mutare. eod. tit. & lib. no. Ioan. mo. & Archi. in expectante per literas generales, in c. ne captandæ, de conceſſ. præb. eo. lib. hoc verum niſi probabili errore fuerit deceptus, vt no. Archid. in ſi. in c. gratia. de reſcri. eod. lib. puta quia illud beneficium debebatur alteri nominato antiquiori vel expectanti in caſu quo gratia expectatiua permittitur, vel non erat in turno nominatorum, aut erat aliàs tale quod non cadebat in turno: & ipſe hoc ignorabat, argu. ff. de op. le. l. ij. ff. de adulte. l. ſi maritus, §. vlti. de præſump. quia. no. Hoſtien. in expectante in ca. quia cunctis, iuxta fi. de conceſ. præben. in vj. vbi dicit quòd acceptans non variat ſi conſequi potuit quod optauit. (*4) vt in dicto c. quia cunctis, §. penul. ſi autem conſequi non potuit: vt quia alius habebat priores literas, vel acceptauit nõ vacans, quia nõ tenuit, variare poterit: caueat tamen ſibi quòd per ſententiam ſuccumbat & ſine colluſione, quia ſibi obeſſet, c. audiuimus, de col. dete. & ſi compromitteret, vel aliàs

Vniones quando reuocentur.

Papa & ordinarius ſi conferant eadem die quod iuris.

Beneficium acceptatum ſi renuncietur, non poteſt nominatus aliud acceptare.

Digitized by Google

componeret, imputetur ſibi, nec poterit aliud acceptare.ca. ad audientiam, de reſcr. c.non poteſt.§.ij.de præb.in vj.ff.de euic.l.ſi dictum,§.ſi compromiſero.ff. manda. l.fin.ſed Ioan.And.dicit in dicto ca.cum in multis, in no.quòd etiam ſi ſine ſententia ſuccumbat, maximè, ſi acceptans proteſtationem fecit,& videns errorem & beneficium alij debitum illud dimittit, & aliud acceptat, valet acceptatio. nam in talibus commendatur qui ſententiam non expectat,ff. man. l. fideiuſſor. §. quædam, c. ſi beneficia.de præben.in vj. nec ob. C.de euic. l.iij. vbi non agitur de euictione niſi poſt ſententiam: quia illa actio competit contra actorem à quo emptor cauſam habuit,hic non item ibi denunciare tenetur quòd defendat,alias non ſufficeret ſententia.de emp. & ven. c. fi. ille vero ei cum quo non litigat,nihil denunciare tenebatur, ſed oportebit eum nunc facere fidem quòd beneficium illud non erat in turno, & quòd ſibi non debebatur, ad idem de Ro. deci.88. vbi dicunt quòd quando notorium eſt quòd ille qui acceptauit non habet ius in beneficio, tunc nulla expectata ſententia poteſt acceptare ſecundum, ſi tamen acceptans dicat quòd primum non cadebat in gratia ſua, non creditur ſibi, quia ex quo acceptauit, præſumitur contra eum:ad quod onus vitandum expediens fuiſſet ſententia, quæ tamen non iuuaret ſi ipſius contrarium probaretur,vt no.Ioan.And.vbi ſuprà. non enim obeſt venditori ſententia emptoris quæ per iudicis imprudentiam lata eſt, ff. de euict. l. ſi per imprudentiam, d.c.fi.& vt ſecurius nominatus acceptet beneficium, dicat, accepto illud beneficium ſi mihi de iure debetur,proteſtans non recedere à mea nominatione ſi inueniatur nō deberi mihi.Sed quando dicatur nominatus acceptaſſe beneficium, dic petendo illud ſibi per collatorem conferri, aut recipiendo illud ſibi præſenti vel procuratori ſuo ſpeciali (*5) collatum in vim nominationis, ad hoc clem.j.§. quem etiam,de conceſ.præ.(*6) ſed ſi errat in modo acceptandi, quia acceptat beneficium per mortē Titij,& in veritate vacat per mortem Seij, an valeat acceptatio, ar. quòd non c. ſuſceptum, de reſcrip.in vj.dic contra quod valet, (*7) dum tamen per alias circunſtantias conſtet de corpore beneficij acceptati, licet erratum ſit in perſona per quam vacauit.arg.l.falſa.ff.de condi. & demon. c. licet ex quadam, de teſti.c. ſignificante.cum ibi no.de reſcri.de Ro.deci.413. in antiq.nec ob.eſt cōtra.quod habet locum in prouiſione,non in acceptatione beneficij, quæ eſt declaratio voluntatis tendentis ad executionem gratiæ vel nominatis,no. Domi.in d.c.ſuſceptum & quæ acceptatio valeret nō expreſſo alioquo modo vacationis,dū tamē beneficiū vacauerit ante acceptationē,de Ro.deci.411. 128.199.ad hoc no. ſuprà.e. c.j. §.j.in ver.fiēdas.

Proteſtatio acceptātis.

Verba proteſtationis nominati.

Nominatus per quid acceptat benefi.iū.

Sufficit cōſtare de corpore beneficij.

(*1) Bene dicit cæteris paribus, quia ſi alterum teſtamentorū cantat pro pia cauſa, illud in dubio poſterius præſumitur,quia ſicut illud procedit fauore fiſci: vt eſt tex. in l.1.de iure fiſci lib.x.C.dicit Bal.in l.j.C.de hæredi.vel actio.vendi.& Barba. in ca. relatum.j.de teſta.& Rom.in repetitio.authe. ſimiliter. in xij.ſpecie piæ cauſæ circa vltimas voluntates,C. ad leg. falci.& Iaſon in l.fi.C.de edic. diui. Adria.tol.col.penul. vbi teſtatur ſe ita contuliſſe, ſi debet procedere fauore piæ cauſæ. P.

Fauor fiſci ad fauorem animæ.

(*2) Iſtud habes per plura limitatum per nos in tracta. penſio. par.j. q.xxv. P.

(*3) Quod fit etiam ex capite impoſſibilitatis iuris & facti: iuris quidem, quia Papa aut alius ſuperior iure non poteſt etiam diuerſis temporibus vnum & idem beneficium pluribus conferre perſonis, cum impoſſibile ſit eſſe in iure concurſum,in

Digitized by Google

re, inquit Petr. de Anchara. in ca. duobus, de reſ. in vj. tum etiam, quia vnius debet eſſe beneficium, non plurium, ca. cum non ignotes, & ca. vacante de præben. quod proſequor latius in tract. penſio. parte j. q. xviij. P.

(* 4) Pro hoc puncto attende ad ea quæ diximus in tracta. penſio. parte j. quæſt. v. nu. 60. Probus.

quòd ſi omnib⁹ de dicto numero fuerit aliquo vel aliquibus excepto, vel exceptis ſatisfactũ[a], quòd illi vel illis quibus de dicto numero adhuc ſatisfactum non fuerit, neceſſario ſatisfieri[b] primitus[c] oporteat[d], & eos præferri[e]

In actibus ſpiritualibus mãdatum ſpeciale requiritur.

(* 5) Notat Lap. alleg. lxx. Sæpe vidi dubitari. vbi inquit quòd in actibus ſpiritualibus mãdatum requiritur ſpirituale, cum per illud melius diſponatur, quàm per generale, facit verbum Philo. 2. Ethicorum. Circa vniuerſalia ſermones ſunt faciliores, & circa particularia veriores, quod latè proſequor in trac. penſio. parte prima, q. v. poſt princip. nu. 8. & ſequen. P.

(* 6) Quod placet glo. in ca. j. in ca. poſt acceptationem, de conceſ. præben. in vj. quæ allegat illum text. P.

(* 5) Eſt enim regula, quòd falſa demonſtratio non vitiat, quando de corpore cõſtat. l. ſi quis in fundi. de lega. j. & §. ſi quis in nomine. inſti. de lega. facit tex. in l. cum in corpus, ff. de acquir. re. domi. vide Fely. tam pro regula, quàm pro limitationibus in ca. ſignificante, col. j. de reſc. Iſtud proſequi reperies do. Petr. Rebuffi in tracta. no. q. xvij. nu. 26. qui dicit prædicta habere locum in acceptatione beneficij per nominatum facta, dummodo ſequatur vera & effectualis prouiſio: quaſi dicat, quòd ſi erretur in expreſſione quando fit collatio, aliud dicendum eſſe, quia imò ſiue in acceptatione, ſiue in collatione erretur, dummodo conſtet de corpore, ſatis eſt valide proceſſum: quia error ad veritatem deducetur, dum coram iudice agitur inter partes: vt in ſimili firmo in tracta. deuolu. par. iij. q. xxix. P.

a ¶ Satisfactum). i. prouiſum de beneficio in vim nominationis.

b ¶ Satisferi) Prouidendo eis de beneficiis.

c ¶ Primitus) Ante alios poſtea nominatos.

Oportet ſignificat neceſſitatem, & honeſtatem.

d ¶ Oporteat) Neceſſitatem importat: patet in ver. neceſſario. in authen. de iudi. §. oportet. collat. vj. C. vnde vi. l. ſi quando. Bart. in l. j. ff. de iuſti. & iu. iij. quæ. ix. non oportet. ca. j. de præſcript. in vj. vbi gloſ. ca. cum ab vno. de re iudi. eodem, lib. vbi gloſ. aliquando honeſtatem, xxv. quæſtione, j. ca. j. vbi de hoc Panor. in ca. j. de lib. ob.

Nominatus prius præfertur aliis.

e ¶ Præferri) No. quòd inter nominatos diuerſorum annorum, prius (* 1) nominatus eſt præferendus omnibus poſtea nominatis: etiam ſi poſterius nominatus prius nominationem inſinuauerit, & diligentior fuerit in acceptando. ad hoc. c. cum qui. de præben. in vj. ca. tibi qui. de reſcrip. eodem, lib. cum prior tempore in data, potior ſit iure. ca. qui prior. de reg. iur. in vj. cum ibi no. nec attenditur inſinuatio, ſed data nominationis: (* 2) niſi forte dolus vel negligentia notabilis poſſet imputari antiquiori nominato. argu. d. cap. tibi qui. in fi. cap. ſi clericus, de præ. in vj. quod non practicatur, nam quocunque (* 3) tempore veniat nominatus, de negligen-

Digitized by Google

tia non arguitur, pro quo fa. iſte tex. ibi, primitus & quibuſcunque &c. quod eſt vniuerſale affirmatiuum nihil excludens, c. ſolitæ. de maio. & obe.

(*1) Iſtud eſt clarius deciſum per legem concor. in §. ſtatuimus, j. ver. quo vero. ibi, antiquiori nominato conferre. iſto titu. vbi ponitur deciſio, quando plures nominati eiuſdem anni concurrunt quis proferatur, quod eſt ſuprà iſto. §. diſcuſſum. in verbo non teneantur, & in gloſ. noſtra in verbo nominandis. P.

quibuſcunque [a] poſtea [b] ab ipſis vniuerſitatibus [c] nominandis* [d].

(*2) Imò datam anni ipſius nominationis, vt eſt de mente gloſ. in verbo nominatorum, in prin. ſuprà hoc. §. tex. & ibi glo. in §. ſtatuimus, j. in verbo eiuſdem anni, iſto titu. in concord. Probus.

(*3) Iſtud latè firmat do. Petrus Rebuffi in tracta. no. quæſtio. xiiij. nume. 20. ſubdens, dummodo primo inſinuatio fiat intra xxx. annos. Sed quid ſi antiquior nominatus non acceptauit aut requiſiuit beneficium ſibi debitum, an ſibi præiudicet in vacaturo? dic quòd non, pro ea quæ notat Fely. in ſimili in con. primo. in prin. & vrgentius in nu. 16. & ſeq. P.

a ¶ Quibuſcunque) Etiam magis qualificatis: vt not ſuprà eod. §. inſuper.

b ¶ Poſtea) Id eſt in ſequentibus annis.

c ¶ Vniuerſitatibus) non dicit facultatibus, ſolis enim vniuerſitatibus (*1) data eſt huiuſmodi poteſtas nominandi. ſuprà in prin. huius §. ibi poterunt vniuerſitates &c. infra. §. j. in princ. ideo non valent nominationes per facultatem decretorum vniuerſitatis Pariſien. ſuis baccalariis & licentiatis aliquando datæ ob refutationem ipſius vniuerſitatis, quæ ſolis magiſtris in artibus vult dare nominationes: cum tamen non debeat denegare omnibus graduatis in quacunque facultate (*2) vt hic in prin. ibi, ſuorum graduatorum, ſuprà eo. §. inſuper. & ibi no. *Vniuerſitates ſolæ nominant.*

(*1) Sic eſt deciſum per legem concor. iſto. tit. in §. præfatique ordinarij, ibi, per vniuerſitatem nominatis, vbi glo. etiam dicit non per facultates, quod firmat in tracta. no. q. vj. do. Pe. Rebuffi. P.

(*2) Quæ nunc non denegat in toto, ſed certum numerum graduatorum illius facultatis per eam præſentatum nominat. P.

*d ¶ Nominandis) §. iſte dicere intendit, quòd ſi plures eodem anno nominentur per vniuerſitatem, quod concurrente beneficiorum vacatione, locus eſt gratificationi, & quod ordo deſcriptionis nominationum de neceſſitate non eſt ſequendus, dummodo aliquibus de numero nominatorum prouideatur, quod lege concor. non eſt ſic traditum: vt patet iſto tit. in §. quo vero. & §. ſeq. quorum tenor ſequitur ad verbum.

Quod vero ad beneficia in menſibus graduatis, nominatis, deputatis, antiquiori nominato conferre, ſeu antiquiorem nominatum qui literas nominationis, temporis ſtudij, & atteſtationis nobilitatis debitè inſinuauerit, præſentare ſeu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominatis eiuſdem anni, doctores licentiatis, licentiati baccalariis, demptis baccalariis formatis in theologia, (quos fauore ſtudij theologici, licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina preferendos eſſe decernimus)

Digitized by Google

baccalarios iuris canonici aut ciuilis, magiſtris in artibus volumus præferri. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diuerſis facultatibus, doctorem theologum doctori in iure, doctorem in iure canonico doctori in iure ciuili, doctorē in iure ciuili, doctori in medicina præferendos eſſe decernimus, & idem in licentiatis & baccalariis ſeruari debere volumus. Et ſi in eiſdem facultate & gradu cōcurrant, ad datam nominationis ſeu gradus recurrēdum eſſe volumus. Et ſi in omnibus his concurrant, tunc volumus quòd collator ordinarius inter eoſdem concurrentes gratificare poſſit. P.

Vniuerſitates, in nominationibus, nominandorum gradus, ad numerum, qualitatéſque beneficiorum, quæ tempore nominationum poſsidebunt, deſcribere tenentur: non tamen obſtantias beneficiales ordinarij prouidentes nominatis in collationibus ſuis exprimere adſcribuntur. Probus.

Itē[a] quod vniuerſitates teneātur[b] deſcribere[c] gradus[d]

a ¶ Item quòd vniuerſitates) In literis nominationum gradus, numerus beneficiorum & qualitates eorum exprimi debent.
b ¶ Teneantur) Neceſſitatem importat, ſup. eo. ca. j. §. ſequuntur, cum ibi no. ideo videtur quod taciturnitas iſtorum reddat nominationem ſubreptitiam, ſicut de gratiis expe. legitur, in quibus oportet exprimere beneficia pri⁹ obtēta, vt inf. dicetur.
c ¶ Deſcribere) In literis nominationum. (*)

(*) Hic ponitur exceptio ad illud quòd iura non arctant ſuperiorem ad exprimendum beneficia impetrantis, ſed ipſum impetrantem ait Staphile. in tract. de vi & effect. clau. §. ſeptimo & vltimo. P.

Doctori creditur ſuper ſcientia diſcipuli.

d ¶ Gradus (*1) De quibus debent graduati fidem facere collatoribus & patronis, ſuprà eod. §. inſuper, ver. qui de prædictis, nominati autem non (*2) aliàs quam per literas nominationum, quibus ſuper hoc adhibetur fides, (*3) vt hic fa. ca. poſt ceſſionem, cum ibi no. de pro. xj. q. iij. curæ, l. nemini, C. de aduo. di. iu. vbi ſoli teſtimonio doctoris creditur ſuper ſcientia diſcipuli, & eius vita, le. & no. xij. q. j. ca. j. Bar. in l. cum aduocatio, C. de aduo. diſt. iu. in j. conſti. ff. §. omnem, aliis autem literis in quibus vocarentur magiſtri, vel licentiati, non crederetur, (*4) ca. ſi Papa, de priui. in vj. cle. ſi ſummus, de ſenten. excom. per not. in q. mer. per Io. And. in c. nō licet actori. de re iudi. in vj. Henri. in c. tua, de cle. pe. Bald. in l. adminiſtrantes, ff. de excuſ. tuto.

Nominatus an poſſit per Epiſcopum nominari.

Quæritur, quidam nominatus vacans beneficium curatū petiit ab Epiſcopo in vim nominationis, cui reſpondit Epiſcopus quod ei oſtenderet literas nominationis & inſinuationis: & examinatione (*5) facta ſi inueniret illum idoneum, quod libenter prouideret, ſed nominatus reſponſionem Epiſcopi pro refutatione accepit, & à ſuperiore collationem obtinuit, Epiſcopus verò poſtea illud beneficium alij contulit, an debeat nominatus obtinere? arguitur quod ſic, nam Epiſcopo aliàs fuerat exhibita nominatio tempore inſinuationis: vnde tenebatur illico prouidere illi nominato, & collatio in contrarium facta non valet, ſuprà eod. §. ſtatuit, ver. ſi autem, nec debebat

debebat eum examinare cum eſſet graduatus qui fuerat examinatus per vniuerſitatem, & de eius gradu & idoneitate ſatis conſtabat per literas nominationis, vt dictum eſt. fa. regula cancellariæ, qua cauetur quòd doctores in iure canonico vel ciuili, ac in theologia vel medicina, & qui per aliquot annos legerint in artibus magiſtri, necnon in altero iurium vel theologia cum rigore examinis licentiati ac baccalarij in ipſa theologia non examinentur, videtur enim prælatus facere iniuriam (* 6) vniuerſitati volendo ſuum graduatum examinare. l. diſputari. C. de cri. fal. & approbatus non debet reprobari ſine cauſa, ar. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de mu. & ho. l. grammaticos. C. de pro. & medi. li. x. niſi ergo epiſcopus cauſam promptam differendæ prouiſionis allegauerit, videtur eius reſponſio refutatio. Sed pro epiſcopo fa. quia poteſt examinare ſibi præſentatum à patrono. (* 7) c. veniens, ibi, examinandi epiſcopis præſententur. de verbo. ſigni. in vj. vbi doc. Panorm. in c. cum autem. de iur. pat. no. Ioan. And. de elect. c. fi. in vj. doc. in c. j. de cap. mo. eo. libr. & electum confirmandum. c. poſtquam. c. cum nobis ca. nihil. cum ſi. de elect. ſuprà de elect. ca. j. §. facta. Aduerte, quia in dicto caſu qui pendet de facto, epiſcopus duo petebat à nominato: primo quod videret literas nominationis, & hoc non potuit denegare nominatus. cum enim multa requirantur (* 8) in nominationibus, poſſet epiſcopus inuenire aliquos defectus: vnde non teneretur illi nominato prouidere. vel forte quia tacuit beneficia priora & qualitates eorum: vt hic, aut inſinuatio non fuit debitè facta, vel quid ſimile, aut eius nominatio eſt poſterior alia nominatione, quæ ſimiliter fuerat epiſcopo præſentata: & multa alia veniunt videnda in nominationibus, quæ ſunt quaſi gratiæ expectatiuæ generales ad beneficia, & in ipſis eſt iudicandum ſicut de gratijs, niſi vbi deciſum eſt contrarium. interpretandæ ſunt enim ſecundum ius commune: iuxta not. in deciſ. Ro. 453. quòd verba gratiarum extenduntur & obliquantur iuxta ius commune: vt ipſæ gratiæ ampliorem conſequantur effectum, per Ioan. And. in regula. qui tacet. de regu. iu. in vj. in mercu. quod ſtatutum in dubio debet interpretari ſecundum ius commune. de conſtit. ex literis de iureiuran. ad noſtram. iij. de verborum ſignifica. ſuper quibuſdam & reſcriptum not. Innoc. in c. fina. de eo qui mit. in poſſ. in c. j. vt lite penden. Bald. in l. iubemus. C. ad Trebel. Barto. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & in ſecundo volebat epiſcopus examinare nominatum: quod eſt admittendum ſi nominatus erat ignotus: puta oriundus de alio epiſcopatu, nominatus ab alia vniuerſitate, quàm illa quæ eſt in ciuitate epiſcopi. licet enim per literas nominationis ſatis conſtet de gradu & ſcientia, non tamen de vita & ætate. (* 9) ad hoc infrà eod. §. item vt de cætero, ibi. & approbatus. ſuprà eo. §. j. ver. ex his. per. not. per Innoc. & alios in c. in Lateranen. de præb. & per iura ſecundo allega. nam periculoſum eſt inexperto committere curam animarum c. cum ſit. de ætate & qualitate fa. quod le. & not. in capitu. ſi forte. de elec. in vj. & epiſcopi intereſt: quia ſi indignum promouerit, puniendus eſt. cap. cum in cunctis. de elect. cap. graue. de præbend. ſuprà eod. §. ſtatuit. ver. & nihilominus. cap. nihil. de elect. & de promoto per eum tenetur in foro conſcientiæ (* 10) reddere rationem. ſuprà de elect. cap. j. §. j. ver. ſcientes. cum ibi no. vnde dicit Innoc. in capit: quia diuerſitatem. de conceſ. præb. quòd examinatio clericorum debet fieri in collatione beneficiorum

Examinantur præſentati per inſtituentem.

Nominationes ſunt ſicut gratiæ expectatiuæ.

Interpretatio ſtatutorum fit ſecundum ius commune.

Promouens tenetur de promoto reddere rationem.

Hhh

per ſe, non per procuratorem. l. ij. iuncta gloſ. ibi per ſeipſum. C. de his qui ver. ӕta. im. ſi tamen nominatus erat euidenter notus (* 11) & dignus per diuturnam conuerſationem in loco epiſcopali, vel alias, debet admitti ſine examinatione per not. per Ioan. Andr. in dicto cap. poſtquam. noti enim non ſunt examinandi. xlvij. diſtinct. de Petro. cap. conſtitutis. cum ibi no. de ap. fallit in conſecrando, qui quamuis notus ſit, tamen examinatur. xxiij. diſt. qui epiſcopus. not. Hoſtien. in ſum. tit. de ſcru. §. quid iuris. Henric. in cap. conſultationi. de tempo. ordi. nam ex quo apparet euidenter idoneus, ſi epiſcopus eum non admittit, conuincitur de malitia. arg. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi verò in fine. vbi qui recuſat idoneum fideiuſſorem, tenetur iniuriarum. l. ſi creditores. ff. de pri. cre. ad hoc no. in c. paſtoralis. de iure patro. per doc. in dicto cap. in Lateranen.

Qui eſt notus.

(* 1) De expoſitione quorum nihil dicitur in lege concor. quia ſatis intelligitur quòd debeant exprimi in nominationibus, cum ſint illarum fundamentum. Probus.

(* 2) Sic gloſ. innuit quòd enunciatio gradus quӕ fit in nominationibus, operatur gradus probationem, & de eo creditur vniuerſitati nominati: tamen per legem concor. aliter dicitur, id eſt quòd in hoc vniuerſitatis non ſtatur narrationi quo ad gradus probationem: vt patet hoc titu. §. teneantur. vbi dicitur, quòb nominati tenentur patronis eccleſiaſticis, aut collatoribus, dum illis inſinuant literas ſuorum gradus & nominationis, inter alia duplicatas dare, eáſque literas inſinuare. intellige gradus ſuper quo nominatio eſt fundata, & contemplatione cuius data, non de alijs, & ibi probat gloſ. in verbo gradus. P.

Prӕſentatio probatur per verba inſtitutionis.

(* 3) Facit in ſimili quod per literas inſtitutionis epiſcopi, vel alterius ad prӕſentationem inſtituentis, fit probatio prӕſentationis, & illi inſtituenti de prӕſentatione creditur, not. Domi. de Rota in not. deciſi. 423. Sed retento. dixi *latius in* tract. deuolutio. parte ij. q. iiij. P.

(* 4) Quia tunc habent naturam propriam verborum enunciatiuorum, quӕ regulariter non probant, ſed probantur, iuribus vulgatis hic per gloſ. adductis. Probus.

(* 5) De qua vide per nos in tract. penſio. parte j. q. j. num. 11. P.

(* 6) Hunc punctum tangit gloſ. concor. iſto titul. §. prӕterea, in verbo quinquennium. quӕ huic in hoc adſtipulatur, ſubdens ſimile, quòd ſi papa pro graduatis ſcribat, nunquam de idoneitate impetrantis inquiri mandat, nec vult eum examinari, cum ſit approbatus: ſecus in alijs ait Felynus cap. ſi. de prӕſumptio. & Staphil. in tractatu de literis gratiӕ, in. x. forma expect. Ideo prӕlatus non cogit nominatum ad examen ſubeundum: quia ſi ille haberet in eum examen, nunquam inueniret doctum & idoneum, etiam ſi omnia iura in ſcrinio pectoris ſui eſſent, & hoc vt illum & quoſcunque alios repudiaret, liberéque & ad voluntatis libitum beneficia conferret, etiam ſuis cocis & mulionibus, & nonnunquam lenonibus. etiam non cogit ab abbate prӕſentatum: quia in hoc abbati creditur, & fides eius teſtimonio plena adhibetur, no. Collec. in capi. accepimus. nume. 3. de ӕtate & qualitate. allegat textum in capitu. monachi. xvj. quӕſt. j. Et dic creditur, non ſolum de literatura, ſed etiam de vita & moribus, cum iura indiſtinctè loquantur.

Ordinarius non cogit nominatum ad examen ſubeundum

Digitized by Google

aliàs ſi ſolum de literatura abſurdum prædictum ſequeretur, tamen iſtud ſic indiſtinctè gloſ. noſtra hoc non fatetur, quæ non placet, bene tamen quòd prælatus poſſit admitti ad probandum talem nominatum non eſſe idoneum ad beneficium requiſitum obtinendum, quod fiet coram iudice, tanquam per partem intereſſe habentem. P.

nominandorum, ac numerum [a]

(*7) Alia videtur ratio in nominato ab vniuerſitate, vt patet intuenti, quàm in præſentato à patrono qui ab inſtituente examinari iuribus mandatur: vt latè dixi in tractatu deuolutio. parte j. q. xij. P.

(*8) Quæ in hoc §. deſcribuntur, prout & in concor. hoc tit. in §. volumus. Probus.

(*9) Iſtud habes per nos tactum in tractatu deuolutio. parte ij. quæſtio. xxxij. Probus.

(*10) Facit text. in cle. j. in fi. ibi, ſi diuinam offenſam, & ſedis apoſtolicæ debitam vitare voluerit vltionem. de æta. & qualitate & ordi. præficiendo. P.

(*11) Iſtud latiſſime firmo in tractatu deuolutio. parte prima, quæſt. xij. vnum tamen eſt quòd Rota non admittit quem ad officium auditoris, notum ſiue ignotum, niſi per auditores fuerit examinatus, ſiue doctor ſit, ſiue licentiatus, etiam voce & fama ſiue ſcriptis ſit notus, teſtatur Baldus in capitul. ſcriptum. nume. 3. de electio. & Gomes de ſeipſo loquens in regula de trienna. poſſeſ. quæſt. lviij. & in tractatu expect. nume. 16. Eſt enim doctrina Ioan. Andr. in dicto capitu. ſcriptum. in fine, quòd quotiens de nouo gradus adijcitur vel mutatur, ita quòd locum habeat exceptio, locum habebit examinatio. Equidem non admittit curia ſuprema Pariſien. quem in conſiliarium, etiam per cancellarium examinatum, quin ille prius examen ab ea aut deputatis ab illa ſubierit, ſic video firmatum facti experientia, & rectè dic ſancitum, vtinam in promouendis ad prælaturas, dignitates & officia eccleſiaſtica, ſic fieret examen, non ſolum in literatura, ſed promptior indagatio in moribus & vita, quia in his conſiſtit inferiorum exemplariter aut via. P

Auditor Rote examinatur prout & parlamenti conſiliarius

a ¶ Numerum) Sicut in gratijs expectatiuis. c. ſi proponente. c. poſtulaſti. de reſcrip. niſi vbi proprio papæ motu concedantur. capitul. ſi motu de præbend. in vj. clemen. ſi Romanus. eodem titulo. & ideo numerus eſt exprimendus in nominationibus, vt ſciat ordinarius an nominatus habeat beneficia vſque ad numerum vel valorem de quo ſuprà eodem. §. inſuper. ver. quod ſi aliquis. & vbi concurrerent plures nominati, minus beneficiato prouideat. (*)

(*) Nam dicit gloſ. concord. in §. ſtatuimus. j. in verbo gratificare. col. penult. iſto titulo, quòd ſi graduatus aut nominatus ſemel habuerit vſque ad ſummam ducentorum florenorum, & reſignauit illa, amplius non auditur ad alia petendum tanquam qualificatus, ſi alij qualificati ſint, not. Petrus de Anchara. in capitul. is cui. in iij. not. de præbendis, in vj. ita dixit in hoc Pariſien. ſenatu fuiſſe concluſum, & in mente retentum. xiiij. Auguſtin. 1543. Et quod eſt æquiſſimum, ſiue talis illa habuerit virtute qualitatis nominationis, aut gradus, ſiue non, cum eadem ſit ratio quo ad intentionem legis ſcholaribus prouidere volentis. Iſtud intrepidè teneas, & amplius non dubites, quia opinio eſt veriſſima, &

Graduatus ſemel prouiſus vſque ad cc. flore. amplius non prouidetur.

Digitized by Google

pluſquam ciuilis & canonica, nec tibi ſit durum, quia ſaluti tuæ non contrarium, ſed potius affert ſalutem quàm dolorem, & minorem rationum tuarum redditionem. Probus.

a ¶ Qualitates) Not. quòd in nominationibus tria ſunt exprimenda. primò gradus, ſecundo numerus, beneficiorum nominandi, tertio qualitates eorum. & intellige de qualitatibus notabilibus (*1) inhærentibus beneficio de facto: & a quali- puta facienda eſt mentio de cura animarum ſi quam beneficium poſſeſſum habet. capitul. cum in illis de præbendis in vj. cle. j. eod. titu. ſecundum vnum intellectum exponendo verbum alteri ibi poſitum de prius habito. Item ſi illud beneficium ſit dignitas. c. ad aures. de reſcri. fa. regula cancellariæ, quæ habet quòd in gratijs ſuper beneficijs eccleſiaſticis de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, perſonatus, vel officia ſint, eiſque cura immineat animarum, & ad illa conſueuerint qui per electionem aſſumi, mentio fiat: aliàs gratiæ ſint nullæ, quæ licet loquatur in qualitatibus beneficiorum impetrandorum: idem tamen dicebant communiter doctores quòd qualitates beneficiorum obtentorum erant exprimendæ. no. Hoſt. in cap. poſtulaſti. in ca. in noſtra. de reſcrip. vbi Ioan. cal. Panor. in dicto ca. ad aures. licet Ioan. Andr. inclinet in contrarium in dicta clement. ſed primum verius quod ſequitur ibi Geſ. & hic approbatur quantum ad nominationes: & ratio eſt, quia nihil eſt tacendum de his quæ poſſunt mouere principem ad denegandum. cap. quanuis. de præbend. in vj. cap. ſuper literis. de reſcrip. ar. ca. is cui. de præb. in vj. Specu. titu. ij. §. nunc aliqua. ver. ſed nunquid nocet. Frederi. conſil. xxv. de Ro. deciſi. 703. Qualitates autem primi beneficij poſſunt mouere papam ad negandum ſecundum ob reſidentiam ad quam propter curam animarum tenetur in primo, & ob vinculum quo primo aſtringitur, propter quod inuitus poterat in eo retineri. xxj. q. ij. ſi quis iam. quæ ratio militat in nominationibus: nam ex prædictis poſſet moueri vniuerſitas ad non dandum nominationem, vel collator ad non concedendum beneficium iſti nominato, ſed alteri minus beneficiato & indigenti, qui non haberet tot beneficia. & ad prædicta fa. cle. ſi Romanus. de præb. vbi prouiſio facta motu proprio valet, licet qualitas vel numerus beneficiorum primorum non exprimatur, innuens à contrario ſenſu, quod ſi non motu proprio facta eſſet, ſubreptitia cenſeretur ob tacitam qualitatem priorum beneficiorum. De qualitate etiam reſidentiæ videtur facienda mentio, ſi primum beneficium requirat reſidentiam (*2) ex ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ. ar. cap. fi. de clem. non reſi. & per hunc text. & de beneficio annexo quando duæ eccleſiæ eſſent ſimul vnitæ, ita quod neutra ſubeſſet vel eſſet acceſſoria alteri, ſed vtraque eſſet per ſe principaliter. Oportet enim de vtraque facere mentionem. argum. d. clem. j. de præbend. capit. j. in fi. de conſec. eccleſi. vel alt. lib. vj. l. generaliter. ff. de fide iuſſ. no. Domi. in cap. ſuper eod. de præbend. in vj. ſed vbi beneficium petitur tanquam principale, & illud beneficium habeat aliud beneficium annexum & acceſſorium, de beneficio acceſſorio non eſt (*3) facienda mentio: vt not. Ioan. Andr. in d. capit. ſuper eod. in not. de Ro. deci. 319. 370. licet Domi. vacillet in d. cap. ſuper eod. de ordine autem annexo beneficio non eſt facienda mentio. ar. cap. ei cui. de præbend. in vj. not. Cal. in d. capit. in noſtra. Panormitat. in d. capitul. ad aures. nec de

Principem omnia quæ mouere poſſunt tangenda ſunt.

Subreptio tollitur per motum proprium.

Qualitas reſidentiæ exprimatur.

De annexo non fit mẽtio.

Digitized by Google

redditibus ſeu valore beneficiorum puto faciendam mentionem (* 4) cum nec alio iure caueatur. per not. per Panormitat. vbi ſuprà de Roma. deci. 336. 296. tamen regula cancellariæ vult quod in impetrationibus beneficiorum à papa exprimatur valor beneficiorum obtentorum & obtinendorum, quod iure non cauetur: ideo in ſuis terminis ſeruetur. etiam non eſt facienda mentio de qualita-

tates † b tibus inhærentibus beneficio de iure ar. cap. j. de conſti. li. vj. de Ro. deci. 610. & vide omnino de Roma. deci. 302. 257. 414. 547. 562. 582. 114. Sed nunquid ſufficit generalis mentio beneficiorum: puta non ob. quod alia beneficia obtineat, etiam ſi fuerint curata vel dignitates, &c. vt habetur in cap. non poteſt. §. vlt. de præbend. in vj. Non: ſed fienda eſt expreſſio ſpecialis: vt hic ſatis patet cùm de numero & qualitate eorum loquitur. ad hoc clemen. fina. de offic. ordina. cum ibi not. quod not. Archidia. in capit. fina. de offic. lega. in vj. Sed an procedat iſte text. ſi vniuerſitas proprio motu denominationem, arguitur quòd non, quia tunc videtur ceſſare vitium ſurreptionis, per dictum cap. ſi motu. & ex quo nominatus non impetrauit nominationem, ſed vniuerſitas eam motu proprio conceſſit in quo peccauit ipſe nominatus: certe in nullo videtur ergo valere. ad hoc. l. j. C. de pe. bo. ſublata. no. in dicto. cap. fi. de offic. leg. in vj. vbi Ioan. Andr. vult quod motus proprius legati tollit ſubreptionem collationis, quæ prouenirct ex taciturnitate beneficiorum. idem Domi. Anto. & Petr. in dicta clem. fi. Contra. verius, cum iſte textus generaliter loquatur, & dirigatur ad vniuerſitates, ibi, vniuerſitates teneantur, &c. ideo habent ſeruare iura. cap. j. de conſti. nec poſſunt contra ea facere. iuxta not. per Ioan. Andr. in cap. fi. de offic. Archipreſ. & tendit in fauorem ordinariorum & nominatorum, quia per talem expreſſionem beneficiorum videbit ordinarius inter nominatos quis plus & quis minus erit beneficiatus, & ita prouidebit minus beneficiato: vt ſupra dictum eſt. nec opi. Ioan. Andr. communiter tenetur, ſed dicunt quaſi omnes, quod. d. cap. ſi motu. habet locum ſolum in papa, qui eſt ſolutus legibus. cap. propoſuit. de conceſ. præbend. non in legato (* 5) qui habet ſeruare iura, & quia poteſtas eius eſt quaſi extraordinaria & præiudicans ordinariæ poteſtati: ideo eſt reſtringenda. de quo per doc. in d. c. ſi motu. in d. c. fi. de offic. leg. in vj. in dicta cle. fi. & in dicta clem. ſi Romanus.

(* 1) De quibus diximus latè in tracta. penſio. parte prima. quæſt. xxj. P.

(* 2) De qua latè diximus (& an importet incompatibilitatem) in trac. diſpen. memb. v. parte iij. num. 51. P.

(* 3) Iſtud firmo in tract. diſpenſatio. memb. vj. parte j. numer. 40. P.

(* 4) Immo iure concor. diſpoſitum mentionem fieri debere, vt dico in gloſ. proxi. ſeq. Probus.

(* 5) Cuius motus proprius, prout & ordinarij eſt debilis, vt probo in tract. diſpenſat. membr. vj. parte ij. nu. 27. & quid importet motus proprius inferiorum, dixi ibi, parte j. num. 66. P.

† b ¶ Qualitates). Glo. proxima in ſui princi. dicit fieri debere mentionem de qualitate curæ animarum, propter quod mouetur dubium, an ſub ea expreſſione comprehendatur cura parochialis, dic quòd non; imò illa debet exprimi in ſpecie *Qualitas parochialis in ſpecie exprimatur*

Hhh iij

quia multa ſunt beneficia quibus animarum cura imminet, quæ non ſunt parochiales, tum quia qualitas parochialis eſt qualitas quæ aduenit cuti, id eſt qualitati curiæ, ideo reponit illam in diuerſa ſpecie, & qualificata, vt apparet in l. ius ciuile. ff. de inſtit. & iure. vbi ius poſitiuum addens iuri naturali facit deſinere illud eſſe naturale, dicit Barb. cum alijs ſimilibus in tract. de præſtan. Cardi. quæſt. 1. num. 12. & ſeq. Sic eſt caſus in quo tantum non operatur genus quo ad omnia, ſicut ſpecies quo ad ſpeciem: **beneficiorum [a] quæ** quia licet ſub genere omnes comprehendantur generis ſpecies, nota. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudando. ff. de pact. tamen vbi requiritur notabilis expreſſio ſpeciei, non ſufficit facere mentionem per genus, quia expreſſio per ſpeciem poſſet retardare concedentem à conceſſione. Car. in con. xl. in fine prædictæ conſtitutionis. Pro hoc puncto dubij vide quæ per nos ſunt tradita in tract. diſpen. membr. 5. parte 2. nume. 37. & ſequen. in tract. penſio. parte prima. quæſt. xix. numer. 30. & ſeq. Et an illam qualitatem parochialis ſufficiat exprimere per æquipollens, vide per Staph. in tract. de forma impetr. §. 1. nume. 7. & ſeq. & per Caſſado. in deciſ. xij. tit. de præbend. Quid autem ſi quis dicit beneficium curatum, cum eſſet ſimplex, an illa expreſſio falſa ſurreptionem operetur? dic quòd non. Rota in antiq. deci. 562. Papæ ſupplicat. quod firmat Staph. in d. tract. in §. Præterea. Probus.

a ¶ Beneficiorum (* 1) de penſione ergo quam obtinet nominandus ab eccleſia, non vt beneficium eccleſiaſticum, ſed vt ſtipendium, & vt laicus. xxxij. diſtinct. ſi qui non eſt neceſſe fieri mentionem in nominatione, ſicut nec in literis ad beneficia. no. Hoſtien. in c. poſtulaſti. de reſcri. Archi. in c. ſi motu. de præb. in vj. Geſ. in cle. fi. de offic. ordi. ſecus forte videretur ſi penſio eſſet creata auctoritate Papæ ſuper beneficio, quia tunc ſuccederet loco beneficij. (* 2) ar. ca. ad audientiam. de reſcrip. cum ibi not. per. Ioan. Andr. qui dicit quod de tali penſione eſt fienda mentio in literis beneficialibus: vnde videtur quod habens penſiones ſuper beneficijs aut beneficia, vnà cum penſione vſque ad valorem ducentorum florenorum cameræ, eſſet incapax nominationis, & tertiæ partis beneficiorum debitæ graduatis: iuxta §. inſuper. ver. quòd ſi aliquis. ſu. eod. quod eſt multum æquum (* 3) tamen non eſt ſine aliquali dubitatione, cum di. ver. quod ſi aliquis. loquatur in beneficijs. & hic. §. ſimiliter. ſed ap. beneficiorum non veniunt huiuſmodi penſiones: vt d. c. ad audientiam. vbi annua penſio & beneficium ponuntur vt diuerſa. c. quamuis de præb. lib. vj. vbi ſi mandatur prouideri alicui de beneficio, etiam vſque ad certam ſummam, non poteſt prouideri de annua penſione, niſi hoc in literis exprimatur. non enim eſt beneficium eccleſiaſticum, nec vllam habet ſpiritualitatem in ſe, ſed eſt quid mere temporale: (* 4) ideo non poteſt permutari (* 5) cum beneficio. c. fi. de rerum permu. c. j. eo. ti. eo. in vj. ibi, ſua beneficia. vbi ſola beneficia cum beneficijs permutantur. no. Guil. & alij in clem. j. de ſupplen. negli. præl. ideo dicunt de Ro. deciſ. 210. quod de huiuſmodi penſione non tenetur impetrans facere mentionem, niſi eſſet perpetua conſtituta iure beneficij, quæ transfertur de perſona in perſonam. (* 6) Sed nunquid de hoſpitali fienda eſt mentio in nominatione? non videtur, vbi non habetur in titulum eccleſiaſticum. clem. ij. §. vt autem

Penſio an ſit exprimenda.

Penſio eſt quid mere temporale.

De hoſpitali ſit mentio.

Digitized by Google

de reli. Domi. ar. no. per Pau. in d. cle. ſi. de offic. ordi. & per hunc text. qui loquitur de beneficijs, ap. quorum non veniunt talia hoſpitalia, nec poſſent permutari cum beneficio. no. Ioan. Andr. in cle. j. de rerum permu. Frede. in tract. permu. quæſt. xiiij. nec cadunt ſub gratijs, etiam ſi habeant beneficium eis acceſſorium de Ro. deciſ. 484. contra. tamen eſt æquius, quia ſi nominandus exprimeret hoſpitale, non ſic de leui obtineret nominationem. ad hoc quod not. Frede. conſil. 325. vbi dicit quòd de tali hoſpitali debet impetrans beneficium à papa vel legato facere mentionem, quia de omni eo quod poſſet mouere papam ad denegandum gratiam, debet fieri mentio in literis: vt dictum eſt ſuprà. ſed nulli dubium eſt quòd ſi impetrans beneficium de hoſpitali faceret mentionem, papa non ſic de leui daret gratiam.

(* 1) Et ſubauditum eſt per legem concord. & eorum verum valorem, vt dicam infrà proximè in verbo nominandi. Et dic beneficiorum etiam & dignitatum, quia illæ magis ſunt in literis ad beneficia exprimendæ, quàm beneficia, cum plus incompatibilitatis afferant: tum etiam, quia eadem eſt ratio expreſſionis, ergo idem ius dicitur ſtatutum. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum alijs ſimilibus per nos adductis in tractatu penſio. parte ij. quæſt. j. ita intellige dictam legem concord. quæ etiam nihil dicit de ea dignitatum expreſſione, ſed ſolum beneficiorum & eorum vero valore, qui etiam dignitatum exprimitur, vt de beneficiorum. Idem dic de expreſſione qualitatum, de qua etiam lex concordatorum non facit verbum, quia non minus eſt facienda mentio per ea quæ dicuntur ſuprà in gloſ. proxima. P.

(* 2) Iſtud indiſtinctè habet locum in regulari, quia in eo penſio tenet locum beneficij: vt probo in vj. præludio tractatus penſio. ſubdens idem eſſe in epiſcopis & abbatibus, quibus omnia beneficia ſunt ſicut monachis incompatibilia: vt etiam probo in eodem tractatu parte ſecunda. q. vij. ante finem. P.

(* 3) Hanc quæſtionem latius vide per nos examinatam in trac. penſio. parte j. quæſt. j. num. 28. & ſequen. vide Brunel. in tract. de po. leg. xix. conclu. verſi. 4. declaratio. col. 3. P.

Redimens penſionem re temporali, de ſacris canonibus male ſentit.

(* 4) Quòd penſio reſeruata ſuper fructibus beneficij ratione ceſſionis, aut illius reſignationis ſit quid temporale, falſum eſt: vt probo latè in tract. penſio. parte prima, quæſtio j. Ideo concludo parte vij. quæſtio iij. illam non poſſe pecunia aut alio temporali redimi, & dicentem contrarium de ſacris canonibus perperam ſentire, & in terminis iuris errare, & temporale pro ea recipientem iudicium ſibi manducare, tanquam beneficium eccleſiaſticum vendentem, prout & dantem vel ementem, cum correlatiuorum eadem ſit diſciplina. infiniti tamen putant contrarium, deficientes in ſuo ſalutari. habet enim hoc in caſu locum regula, quod non poteſt fieri per directum, ita nec per indirectum: de qua per nos in tractatu diſpenſa. memb. 6. parte j. num. 88. P.

(* 5) Quod firmo in tracta. penſio. parte j. quæſt. j. num. 12. P.

(* 6) Equidem penſiones huiuſmodi modo prædicto, id eſt ratione ceſſionis, aut reſignationis beneficij conſtitutæ, ſolent de perſona in perſonam transferri per papam. tamen tranſlationes illas Gallia non recipit, nec eo vtitur iure, niſi in patria obedientiæ, id eſt in prouincia Prouinciæ. P.

Digitized by Google

(*7) Concluſio gloſ. vrget, vt nos dicamus potius debere mentionem fieri de penſione, quàm de hoſpitali, cum titularius hoſpitalis ad maiora onera teneatur, quàm penſionarius: vt patet intuenti, & per ea quæ diximus in tractatu penſio. parte j. quæſt. xxviij. P.

a ¶ Præſentationis) Id eſt impetrationis nominationum (*1) alij exponunt, id eſt tempore inſinuationis nominationis. (*2) ſed primum verius. non enim poſſet vniuerſitas dando nominationem diuinare quæ beneficia haberet nominatus tempore quo eam inſinuaret. (*3)

præſentationis [a] tempore poſſidebunt [b] ſui nomi-

(*1) Vel poteſt ſumi proprie, id eſt quæ habent tempore quo vniuerſitati ad nominationes ab ea obtinendas ſe præſentant, quo in inſtanti nominantur. P.

(*2) Et merito quia tunc facta eſt nominatio, in qua oportet deſcripta eſſe gradum nominati, ac numerum & qualitates beneficiorum quæ tunc obtinebat: vt hic in textu legitur, prout & in concor. iſto tit. in §. volumus. ibi, in nominationum literis beneficia per eos poſſeſſa, & eorum verum valorem exprimere teneantur. Probus.

(*3 Cum eas non teneantur nominationes inſinuare intra certum tempus, dummodo inſinuent intra xxx. annos, vt diximus ſuprà hoc ti. in §. item quòd ad dictas duas. in verbo nominare. P.

b ¶ Poſſidebunt) Pacifice. ar. c. licet. ij. de præb. in vj. cap. commiſſa. de elect. eo. li. cle. ſi plures. de præb. extra. Ioan. xxij. execrabilis. §. qui vero. verba enim ſunt intelligenda cum effectu. l. nomen. §. habere. ff. de ver. ſig. cap. relatum. de cleri. non reſiden. cum ſimi. ideo non puto quod nominandus teneatur facere mentionem de beneficio cuius recredentiam habet. (*1) & pendet adhuc lis ſuper poſſeſſorio, quia per recredentiam non efficitur (*2) pacificus poſſeſſor: ſicut per primum decretum in realibus non conſequitur miſſus veram poſſeſſionem, ſed cuſtodiam, aut vt alij volunt poſſeſſionem commutabilem. quia intra annum reo venienti & cauſationem præſtanti de parendo iuri debet reſtituere fructus perceptos. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. an. l. ſi quis emptionis. in fi. cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordi. cap. j. & ij. de eo qui mit. in poſſeſ. recredentia tamen non æquiparatur omnino primo decreto, quia eam habens per lapſum anni non efficitur verus poſſeſſor, ſed quotienſcunque euictus fuerit in poſſeſſorio reſtituet fructus. & limita prædicta, niſi per habentem recredentiam ſteterit quo minus pacifice poſſideat: ideo debet proſequi litem ſuper poſſeſſorio, nec debet expectare quòd pars aduerſa proſequatur (*3) arg. d. c. licet. d. cap. commiſſa. vbi paria ſunt pacifice poſſidere, vel per poſſeſſorem ſtare quo minus pacifice poſſideat. dicere enim contrarium eſſet fouere aliquem in pluribus beneficijs incompatibilibus ſine diſpenſatione, in quibus haberet duntaxat recredentiam. (*4) Sed nunquid ſi obtinuit in poſſeſſorio, & moueatur ſibi quæſtio in petitorio, dicantur pacifice poſſidere? Vide not. in d. c. commiſſa. vbi latè per Domi. quando dicatur pacifica poſſeſſio. Pau. in cle. gratiæ. de reſcri. vbi dicit quod pacifice dicitur poſſidere qui poſſidet ſine controuerſia iuris & facti iudiciali & extraiudiciali. (*5) no. Panor. in c. de multa. de præb. vbi

Recredentia non facit quem pacificum poſſeſſorem

Digitized by Google

vbi moder. & no. propter ver. poſſidebunt, quod non eſt neceſſario facienda mentio in nominationibus de beneficiis collatis de quibus nondum erat adepta poſſeſſio, licet per ſolam collationem quæratur (* 6) ius in beneficio, ca. ſi tibi abſenti, de præb. in vj. Innoc. in c. inter cætera, de præb. Bal. in l. j. C. de rerum permut. Et poteſt permutari beneficium ante poſſeſſionem, no. Imol. in cle. j. de rerum permut. (* 7) quia hic ponderatur poſſeſſio, non ius, nec refert fuerit iuſta vel iniuſta. argum. cap. eum qui, cum ibi no. de præbend. in vj. ideo ſi tempore nominationis erat nominandus ſpoliatus beneficio ſuo, non tenetur (* 8) facere mentionem, cum perdiderit poſſeſſionem, ff. de acquiren. poſſeſſio. l. ſi id quod, de offic. deleg. conſultationibus, cum ſimi. ſecus in gratiis expectatiuis, no. Ioan. Cal. & Panorm. in c. noſtra, de reſ. Panorm. in c. cum teneamur, de præb. quia in eis non ſolum de iure in re, ſed ad rem eſt fienda mentio: vt in dicto c. in noſtra, etiam de priori gratia: vt no. Io. And. in regula, ignorantia, de regu. iur. in vj. in mercu. Henr. in ca. poſtulaſti, de reſcript. non ſic in nominationibus, in quibus, ſolum de beneficiis poſſeſſis eſt fienda mentio, idem ſi per nominandos ſtaret quo minus poſſiderent, per ea quæ dicta ſunt, aut ſi dolo deſierint poſſidere, l. quòd ſi dolo. ff. de rei vendicatio, c. pro poſſeſſore, de regu. iuris in vj. *Poſſidere pacificè quis dicatur.*

(*1) Hunc punctum tractat do. Pet. Rebuffi in tract. de pacifi. poſſ. nu. 166. & ſeq. Probus.

(* 2) Vnum tamen audio hic Pariſius à curia Parlamenti teneri, quòd ſi obtinueris beneficij recredentiam à qua ſit ad eam appellatum per partem aduerſam, & intra triennium in ea appellationis cauſa non fuerit concluſum, & per appellatum nõ ſteterit, quòd tunc appellans etiam in poſſeſſorio tanquam annalis pacificus poſſeſſor amplius non poteſt moleſtari, quod videtur æquiſſimum, quod etiam videtur in petitorio dicendum identitatis ratione. P. *Notabile votum curia Parlamenti.*

(* 3) Iſtud in ſimili per nos firmatur in tract. deuolutio, parte j. q. ix. ver. Quinto quod licet. P.

(* 4) Verum quo ad duo, non quo ad tria, & ſuprà, quia ſi impetrando tertium incompatibile, non erat de tertio obtinendo diſpenſatus, tunc collatio tertij eſt nulla, & nihilominus duo priora vacant, no. doct. poſt gloſ. in clem. iij. in ver. vacare, de præb. Probus.

(* 5) Iſtud per plura firmo in tractatu deuolu. parte iiij. q. xxiij. P.

(* 6) Hinc Collect. in cap. conſtitutus, nume. 4. de conceſſio. præb. ait quòd ſatis quis dicitur obtinere beneficium, ex quo ius habet: licet non habeat poſſeſſionem, quod placet Domi. in ca. ij. in fi. de præb. in vj. Vide quæ dixi in tract. diſpen. memb. 7. nume. 37. & ſequ. Vide do. meum de Ripa in capit. ad aures, nume. 65. de reſcript. Probus.

(* 7) Quod placet Aureolo in c. penul. de pręb. in vj. poſt Guil. ibi dicentem poſt Archidia. & Io. And. quòd collatio ſiue inueſtitura tribuit ius in re: licet corporalis poſſeſſio non fuerit ſubſecuta, quod verum ſecundum Domi. ibi, nu. 5. ſi collatio eſt accepta. Probus. *Collatio acceptata tribuit ius in re ſine poſſeſſione.*

(* 8) Hanc quæſtionem ad partes deducit do. Petr. Reb. in tract. nomi. q. ix. nu. 17. vbi concludit pro affirmatiua, motus pluribus fundamentis, quæ videre licet. P.

Digitized by Google

† a ¶ Nominandi) & per concord.iſto tit. §. volumus autem, eſt additum, vt ſuprà diximus in verbo beneficiorum, quòd beneficia tempore nominationis poſſeſſa, ac eorum verus valor in literis nominationis exprimūtur, alioquin literæ ipſæ ipſo iure ſunt nullæ, dixi ſuprà hoc tit.in §.quod ſi quis, in ver.tempore vacationis, quod decretum irritans in lege noſtra (vt hic patet) non deſcribitur. P.

nandi † a. Ita tamen quod collatores b nō teneantur in eorum literis c huiuſmodi nō obſtantias † d exprimere e ſiue deſcribere.

Omnia beneficia per ordinarios conferenda quoquo modo vacātia, aliàs quàm ex permutationis cauſa, & ſimplicis reſignationis, reſpectu graduatorum & nominatorum, faciunt turnum. Probus.

b ¶ Collatores) Vel patroni.

c ¶ Literis) Collationum vel præſentationum.

† d ¶ Non obſtantias) De ipſis vide Decium in concil. clxviij. Reuerende pater. Probus.

Nominatus in refutationem ordinarij obtinens collationem, de beneficiis obtentis nō facit mentionem.

e ¶ Exprimere) Concord.clem. fi.de offi. or.cum ibi no. Quid ſi nominatus ex refutatione Epiſcopi obtineat collationem à Papa vel legato, non facta mentione de prioribus beneficiis? videtur quòd nō valeat, per. d.cle. & ca.fi.de offi.leg.in vj.vbi collatio legati non valet ſi non faciat mētionem de beneficiis collatarij nec Papæ, c.ſi motu, de præb.in vj. & debet hæc diſpoſitio trahi ad.d.ca.per legem, ſed & poſteriores, ff. de leg. & vitanda eſt iurium correctio.ca.cum expediat, de elect. in vj. & nouum ſtatutum in dubio debet interpretari ſecundum ius commune: vt ſuprà no.in ver. gradus, quare intelligendus eſt iſte textus de aliis collatoribus à Papa & legato, qui etiam de iure communi non tenentur exprimere in eorum collationibus beneficia collatariorum, puto contrarium verius, (*) cum iſte textus loquatur de omnibus collatoribus: generaliter ergo intelligatur, C.de vſufruct.antiquitas, xix.diſt.ſi Romanorum, cap.ij.de coniug. lepro.nec ob.contra.quia loquuntur in collationibus liberis, vtuntur enim ver. collationis ap.cuius venit libera collatio, non inſtitutio aut alia neceſſaria diſpoſitio, ca.cum in illis, §.cum autem, de præb. in vj.ca.fi.de officio vicar.eodem lib. capitu.j. de inſtitut. eodem lib. collatio autem quæ fienda eſt nominato in vim nominationis, eſt neceſſaria.

Statutum nouum interpretetur ſecundum ius commune.

(*) Iſta opinio videtur firmari, quia ſicut hoc in caſu ordinarij collatores, id eſt Papæ & legati ſedis Apoſtolicæ, inferiores dicuntur Pragmaticæ ſanctionis, & ex conſequenti concilij Baſil. prout nunc legis concordatorum executores, ita & Papa & legatus ipſe eius vices gerētes. de Papa, probatur ſuprà hoc titu.in §. quòd ſi quis, & in concord.eod.titu.in §.ſi quis vero cuiuſcunque ſtatus, & iſte caſus differt à ſequenti, in quo dicitur per ordinarios, & in noſtro dicitur ſolum collatores. Probus.

Digitized by Google

Vacatio quælibet an faciat turnum.

a ¶ Item quod omnia) Omnis vacatio turnum facit, vacationibus ex cauſa permutationis & ſimplicis reſignationis exceptis.
b ¶ Prædicta) Suprà eod.§.inſuper, cum ibi no.
c ¶ Ordinarios) Hic dicuntur ordinarij inferiores à Papa vel legato, ad quos ſpectat collatio vel præſentatio.ca.ordinarij, de offi.ordi.in vj.infrà de pac.poſ. ca.j.§.ordinarij, cum ibi no. licet enim legati poſſint conferre beneficia ſimpliciter, tamen non dicuntur collatores ordinarij, cum poteſtas eorum à iure ſit accidentaliter introducta, & per factum ipſorum præiudicetur collatoribus ordinariis naturalibus, gl. eſt no.in cle.ij.de offi.ordi. Panorm. in ca.fi. de confir. vti. licet etiam Papa ſit ordinarius ordinariorum, ix.q.iij.cuncta per mundum, c.fi.de foro compe.tamen appellatione ſimplicis ordinarij propter eius prærogatiuam non venit, per ea quæ no. in c.ij.in ver.dignitatum, de præb.in vj.

Ordinarij qui dicuntur.

Itē[a] ꝙ oīa prędicta[b] beneficia per ordinatios[c] ſcilicet[d]

Scilicet quid importet.

d ¶ Scilicet) Reſtringit, & ſuprà eodem, §.item circa, infrà de anna.§.item fuit deliberatum, ff.de con. præ.l.ſi in venditione, aliquando exponit præcedentia, ſupra in proxi.§.cum itaque, ff.de offic.præl.congruit, §.furioſi, & vult dicere quòd beneficia vacantia non ſemper faciunt turnum, ſed vbi conferuntur per ordinarios, ido vacantia in curia quæ ſunt Papæ à iure reſeruata, ca.ij. c.præſenti, de præb.in vj.& quæ legatus non poſſet conferre, licet haberet poteſtatem conferendi beneficia qualitercunque vacantia, (*1) de Ro.deciſi. 460. 122.etiam reſeruata ſe, ap. nam aliud eſt dicere beneficia apud ſedem apoſt.vacantia, & reſeruata ſe.ap.de Ro.deci. ca. (*2) non cadunt ſub nominationibus, & ad hæc c.fi.§.in præb.de conſuetu.in vj.niſi forte poſt menſem quando poſſunt per inferiores conferri, capitu. ſtatutum, de præb. eodem lib.& in caſu c.ſi apoſtolica, eodem titu. & l.niſi iure præuentionis à Papa vel legato conferentur. Idem de aliis beneficiis vacantibus in partibus, non enim cadunt ſub nominationibus, vbi per præuentionem per Papam (*3) vel legatum cōferrentur, per hunc tex.iuncto §. j. ver. nec etiam, ſuprà eodem quia nominationes non poſſunt limitare poteſtatem Papæ vel legatorum. Sed contra fa. quod no. Archidiac. & Ioan. Andr. in no.in diſtinctio.capitu.fi. quòd in deuolutis ad Papam ex negligentia inferiorum cadit optio, (*4) de qua in illo capit. quia illa confert iure ordinario, non de plenitudine poteſtatis, & text. de illis nihil excipit, videtur ergo quòd in eiſdem cadat nominatio, dictum Archid.non placet Henr.in ca. abbate, de ver.ſig.quia cum in dicto, ca.fi. dentur xx. dies ad optandum, impoſſibile eſſet ante lapſum illorum, xx. dierum deuolutionem fieri ad Papam, cum nec ante currant ſex menſes competentes Epiſcopo ad conferendum, d.c.fi.§.ne autem, ca.nulla, de conceſſ.præb.& c.quia diuerſitatem, & dato quòd currerent, non currerent niſi xx. dies, & reſiduum ſex menſium adhuc Epiſcopo ſupereſſet, & ſic eſſet impoſſibile effectum illius conſuetudinis de optando durare tempore deuolutionis ad Papam: ſic non habet locum ille, §. in præbendis in talibus beneficiis, ſed Domi. ibidem dicit quòd ſi canonicus abſens ignorauit vacationem præbendæ: tunc cum xx. dies dati ad optandum currant à tempore notitiæ: vt ibi not, Ioan. Andr. iſte poterit optare, quia Papa conferendo non intendit præiudicare (*5) iuri alterius, facit

Beneficia in curia vacantia non faciũt turnum.

Papa præuenit nominatorum collationes.

c. cum olim. de re iudi. quod no. ſuprà de elec. c. licet. in ver. impediri. ſed iſtud non placet Hen. vbi ſuprà, vbi dicit quòd ſi poſſibile eſſet quod in deuolutis ad Papam locum haberet conſuetudo, non credit quòd Papam ligaret, quia non ligatur conſuetudine aut conſtitutione inferioris: vt patet in d. §. in præbendis, de iureiu. venientes, no. Io. Mo. in c. non putamus, de conſue. in vj. in c. j. de cle. ægro. c. li. Archidiac. xij. di. illud. Guliel. in extrauagan. Ioan. xxij. execrabilis, Henri. in ca. à nobis. de ſenten. excommunica. in ca. dilecto. de præben. Sic & beneficia quæ conferuntur per Papam vel legatum, aut iure præuentionis, aut deuoluto, non cadunt ſub nominationibus, cum ipſi non ligentur modificationibus Eccleſiæ gallicanæ, oporteret etiā eis inſinuare nominationes ſi eis ligarentur, cum ante inſinuationem non afficiant, ſuprà eo. §. ſtatuit. cum ibi no. niſi vbi conferentur per acceptationem & requiſitionem (* 6) collationis ab ordinario factas per nominatum, tunc enim eſt affectum (* 7) beneficium taliter quòd alteri conferri non poteſt, per dictum §. ſtatuit. ver. ſi autem, iuncto ver. quòd ſi quis, ſuprà eo. §. j. multi tamen aliter ſentiunt in deuolutis per negligentiam prælatorum, quæ dicunt facere turnum in præiudicium ipſorum prælatorum negligentium illa conferre, perinde enim eſt cōferre & negligere, conferre, arg. ca. licet. ij. de præben. in vj. Sed intra quod tempus habeat nominatus acceptare & petere beneficium vacans, non eſt iure cautum, ideo arbitrio boni iudicis videtur relinquendum, ff. de iur. delibran. l. j. l. continuus, §. cum ita. de verborum obligatio. ad hoc cap. ſi clericus, cum ibi no. in ver. negligenter, de præbend. in vj. vbi gratia ſuper beneficio vacaturo tollitur negligentia non petentis primum beneficium vacans: ſed quando dicatur negligens, Ioan. Andr. ibidem dicit relinquendum arbitrio iudicis, no. moder. in ca. tibi qui. in fi. de reſcrip. in vj. Bonus autem iudex arbitraretur, quòd debet petere intra ſex (* 8) menſes, quod eſt tempus iuris ad conferendum, ca. ij. de conceſſ. præben. & præſentandum in patrono Eccleſiaſtico. ca. j. de iur. patro. in vj. aliàs nominatus negligens reputabitur, nec poterit amplius petere illud beneficium, per dictum ca. ſi clericus, & ita habet conſuetudo. Sed pone nominatus neglexit petere beneficium debitum, & collator neglexit cōferre: ita quòd ex negligentia deuoluta eſt poteſtas conferendi ad ſuperiorem: an poſſit illud petere à ſuperiore antequam fuerit alij collatum? arg. quòd ſic. ca. ſi tibi abſenti. de præbend. in vj. l. mancipiorum, ff. de op. leg. de iu. delibe. l. ſi quis, & quod nor. in dicto ca. ſi clericus, in verſi. aliam. quòd ſi neglexi petere beneficium mihi debitum, ſi non eſt adhuc alij collatum, adhuc poſſum petere, quod no. Archid. in cap. dudum, de præben. in vj. quòd expectans cum clauſula acceptandi intra menſem, poteſt poſt menſem re integra (* 9) acceptare beneficium vacans, quod tamen intellige vt no. in cle. j. de conceſ. præbend. quando erat canonicus, de Ro. deciſi. 331. ad hoc ſuprà eodem, §. j. ver. ſi quis, vbi ſuperior ad quem deuoluitur poteſtas conferendi beneficium debitum graduato: tenetur (*10) ſimiliter eidem conferre ſicut primus collator tenebatur, puto contra quod non poſſit amplius illud beneficium acceptare, nec petere à ſuperiore: (* 11) quia ex negligentia ſua illud amiſit, & poteſtas conferendi non eſt amplius apud collatorem grauatum per nominationem, ad hoc quod no. Lap. & Imol. in clementi. ſi de beneficio. de præbend. no. ſuprà eod. §. item circa. quòd quādo mandatur prouideri per executorem certæ & nominatæ perſonæ, & illa negligit

Beneficia per Papam aut legatū collata non cadunt ſub nominationibus.

Beneficium per neglīgētiam deuolutū facit turnū.

Intra quod tempus habeat beneficium petere nominatus

Nominatus an poſſit petere beneficium ad ſuperiorem deuolutum.

Digitized by Google

petere beneficium, tunc habet locum di. ca. de conceſ. præben. habet enim petere infrà tempus intra quod habet conferre collator grauatus, vt pro opi. in dicta clem. nec obſtant contra. quia loquuntur quando res eſt omnino integra: ita quòd beneficium nondum eſt collatum, & poteſtas cõferendi eſt adhuc penes collatorem grauatum, nec obſtat dict. ver. quòd ſi quis, cum loquatur vbi fit deuolutio ad ſuperiorem ex eo quod inferior collator denegauit conferre beneficium graduato, & alij contulit contra ordinem graduatorum: tunc enim ſimiliter tenetur ſuperior cõferre graduato, qui in petendo fuit diligens, aliud eſt in caſu propoſito, in quo tam nominatus quàm collator grauatus ſunt negligentes: ideo libera poteſtas conferendi deuoluta eſt ad ſuperiorem, vnde credo (*12) quod licet collator fuiſſet negligens, non tamen nominatus: quia alienatus erat à mente, vel captiuatus, vel iuſta cauſa abſens, & procuratorem dimiſerat qui mortuus eſt, vel his ſi. tunc caſu beneficium ſibi debitum non perdit, non enim poteſt dici negligens, qui poteſtatem experiendi nõ habet. (*13) ca. fi. de elec. c. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. ad hoc gloſ. in d. ver. negligenter.

(*1) Iſtud, & alia quæ dici poſſunt de beneficiis in curia vacantibus, firmata habeas per nos in tractatu deuolutio. parte iij. quæſtione xxxij. P.

(*2) Et deciſ. 258. in antiq. & 877. & Cal. conſi. 7. tit. de reſ. dixi latè in tractatu deuolutio. parte iij. q. xj. P.

(*3) Præuentio ipſa ſpecialiter eſt per legem concor. Papæ reſeruata, vt patet in tit. de manda. apoſt. §. declarantes, & ibi glo. in ver. iure præuentionis, iure tamen communi tacite venit intelligenda, cum nunquam Papa videatur tantam dare aliis poteſtatem, quin maiorem ſibi retineat. c. dudum, de præben. in vj. quia etiam generalem legem non facit (etiam per verba derogatoria) à qua recedere non poſſit, vt probo apud Ioan. Mona. & contra eius votum, in c. j. nu. 11. de conſti. in vj. Quo ad vero legati præuentionem, hoc in caſu Galli non admittunt, quia text. in di. §. declarantes, ſolum excipit Papam, ideo alios etiam legatum de latere excludit, inquit ibi glo. in verbo nóſque, ideo dum legatus ille per curiam parlamenti hic Pariſius recipitur, expreſſe eius poteſtas reſtringitur: vt nihil præiudicij facere poſſit contra graduatorũ & nominatorum prærogatiuas. P. *Legatus nõ præuenit durãte turnõ graduatorũ & nominatorũ.*

(*4) In vacantibus autem in curia non cadit, Rota in nouis 296. & Cardi. conſil. xvj. dominus Papa, dixi latius in tract. deuolutio. parte iij. quæſtio. xxxij. P.

(*5) Iſtud in ſimili firmatum habes per nos in tractatu. penſio. parte j. quæſtio. xix. numero 43. P.

(*6) Per quam eo ipſo fit acceptatio. text. in clemen. vnica. §. ſecus, de conceſ. prębend. alios modos acceptandi vide per nos in tractatu penſio. parte j. quæſtio. v. nu. 7. Probus.

(*7) Pro hoc habes legem regni. i. ordi. Ludoui. xij. ar. xiiij. in publica. 1512. Et dic affectum nõ ſolum pro requirente, ſed etiam pro aliis nominatis, aut graduatis, tex. in ſimili in l. cum quidam, ij. ibi, vno petente, iam eligere non poteſt. de leg. ij. vbi Imol. & Pau. de Caſt. no. Brunel. in trac. de pote. lega. conclu. xix. in iiij. decla. dixi latius in tract. deuolutio. parte j. q. xxj. vbi dico hoc verum, ſi requirens in ſuis qualitatibus nõ patiatur defectum: aliàs ſecus, vt in ſimili in l. cum vnus. §. plane. ff. de bo.

auctoritate iudic.poſ.quod non placet gloſ. concor. iſto tit. §. ſi quis verò.in verbo diſpoſuerit.col.vj. quia ſubdit, verbum præuenire eſt facti, ideo verificatur in præuentione facti: nam non poteſt dici non præuentus, pro hoc allegat. l. poſthumus, §.j.ff.de inoffi.teſta.vbi requiſitio illius cuius non intereſt, prodeſt illis quorum intereſt,allegat etiam not.Petr.de Ancha.in conſil.lviij.col.ij. circunſcriptis,vbi ponit quòd collatio Papæ etiam inualida præuenit ordinarium, opinio hæc iuuari & firmari poteſt fauore huiuſmodi nominatorum & graduatorum,reipublicæ cōferentium: vt patet ex diſcurſu huius tituli.hunc punctum requiſitionis proſequitur do.Pet.Rebuffi in tracta.de paci.poſ.nume.312.& ſequen. P.

Requiſitio vnius aliis prodeſt.

cōferenda[a] quocūque*[b] modo vacauerint[c] aliàs, ſcilicet

(*8) Hanc opinionem refert & ſequitur do.Petrus Rebuffi in tracta. no. q.xx. dicens ita tenere Brunel.& de Selua in locis per eum allegatis,& quod ſic introducitur conſuetudo,quod eſt veriſſimum,prout & iuri conſonans communi,vt probat glo. hic. Probus.

(*9) Vide quæ diximus in tractatu deuolutionum, parte iiij. quæſtione.iij. P.

(*10) Quod latè firmo in tract.penſio. parte j. q.j. nu.78. & in tracta. deuolutio. parte iiij.q.xiiij. P.

(*11) Quid videtur teneri conferre ſecundum hanc legem qualificatis, cum dicatur ad ſuam collationem ſpectare, de quo per nos in trac. deuolutio parte j. q. xxxj. tamen ſecundum legem concordatorum non procedit, cum non vacauerit in menſe affecto qualificato,niſi dicas quòd per deuolutionē fiat noua vacatio, vt dixi fieri in tractatu deuolutio. parte j. q. xxxvj. & parte ij. q. j. ideo debetur, cum omnes modi vacandi qualificatis debeantur exceptis duobus hic in tex. expreſſis, & in concor.in §. volumus, iſto titu. P.

(*12) Hanc glo.dicit no.domi. Petr.Rebuffi in tracta.nom. q.xx. vbi illam ſequitur,adducens glo. & docto.in cap. ſi clericus, de præbend.in vj. P.

(*13) Sic videtur includere quemlibet impeditum,& quis dicatur ille habes per nos plenè in tractatu deuolutio.parte j.q.iiij. & v. P.

Beneficia deuoluta an cadunt ſub turno.

a ¶ Conferenda) Hoc ver. facit quòd beneficia deuoluta per negligentiam prælatorum non cadunt in turno. (*) facit hic enim conditionem,iuxta no. per Barto.in l.j.ff.de condi.& demon.in l.ſi tu ex parte,de acqui.hære.Io.de Lig. in ca. verum, de con. ap, vt ſit ſenſus, beneficia ſcilicet conferenda, id eſt ſi conferantur per ordinarios, alij intelligitur intranſitiue: puta conferenda, id eſt vbi habent conferri per ordinarios, nec impediuntur conferre.

(*) Attende tamen ad ea quæ ſuprà proxima gloſ.diximus in additio.vij. P.

*b ¶ Quocunque) Modo multos vacandi modos videre licet citatos per nos in tractatu deuolutio. parte iiij. q.xxxiij. P.

Vbi non eſt certus canonicorum numerus non fit turnus.

c ¶ Vacauerint) Præbendæ ergo Eccleſiæ in qua non eſt certus numerus præbendarum, mortuis præbendatis non facient turnum: cum non vacent (*1) capitu. ex parte, de conceſſio. præbendæ: nec beneficium quod eſt de menſa prælati: quia mortuo vicario non vacat.clement.frequens.verſi.quidam etiam, cum ibi no.de ex. præ.clement.j.§.præmiſſa.vbi gloſ.de ſup.neg.præ.nec beneficium commendatum

Digitized by Google

per mortem commendatarij ſecundum illos (* 2) qui dicunt primam vacationem durare, de quo no. ſup. de elec. c. licet. §. j. tamen ſi prima vacatio fuit in partibus, bene cadet in turno: quia interim durante commenda non potuiſſet nominatus acceptare: ſicut nec ordinarius conferre. not. Archid. in ca. nemo. de elec. in vj. nec beneficium quod fuit vnitum debitè viuente eius rectore, cum per mortem ipſius non vacet, ſed conſolidatur cum beneficio cui eſt vnitum. arg. inſti. de vſufru. §. itẽ finitur. ca. cõſultationibus, de dona. nec puto quòd nominatio impediat vel ſuſpendat vnionem quæ fieret viuente rectore per hunc text. ſecus ſi fieret de beneficio iam vacante & debito nominato: licet aliter multi dicant in reſeruatione: vt no. in d. ca. licet. §. j. in ver. impediri. nec optionem præbendarum in Eccleſia vbi eſt conſuetudo optandi, & non optata remanebit nominato. per capi. fina. §. j. de conſuetu. in vj. de Rota deciſio. 219. & 466. 303. aliàs. 304.

Beneficij cõmendati vacatio an faciat turnum.

quã ex cauſa permutationis[a],

Gratiæ beneficiales extendũtur ad beneficia cauſa permutationis vacãtia.

(* 1) Pro hac quæſtione attende ad ea quæ diximus in tract. deuolut. parte ij. q. xiiij. vbi ponimus an in Eccleſia in qua certus non eſt canonicorum numerus, ſit deuolutioni locus. P.

(* 2) Videlicet curiæ Romanæ officiales, dum dicunt in prouiſionibus quas poſt mortem vel commendatarij ceſſionem dant impetrantibus, adhuc quo dum eidem N. abbati commendatum fuit vacabat, modo vacante, quod Galli non admittunt: ſed illud vacare dicunt per mortem aut ceſſionem commendatarij, ac ſi vacaret per obitum vel reſignationem titularij, & merito: quia in omnibus quæ ſunt titularij, ſuccedit commendatarius, vt latè probo apud Ioannem Mona. in cap. nemo. de elect. in vj. tum etiam, quia officiales ipſi dicunt beneficia commendata eſſe reſeruata, quod Gallis eſt odioſum, cum ſucceſſu temporis omnia pene beneficia eo medio reperirentur reſeruata, in quo ordinarij fruſtrarentur fructu prælaturarum ſuarum præcipuo, qui dicitur beneficiorum prouiſio. P.

a ¶ Permutationis) Concordat capitul. j. de rerum permutatione, in vj. vbi gratiæ beneficiales non extenduntur ad talia vacantia ex cauſa permutationis: quia debent conferri permutare volentibus. (* 1) capitu. inter cætera. de præ. clemen. j. de rerum permutatione, niſi vbi permutatio non ſortiretur effectum propter culpam vtriuſque vel reſignantium, not. ſuprà eodem, §. ſequuntur, & niſi fraudulenta foret permutatio: vt dicto capit. j. de rerum permutatio. in vj. ibi, ſine fraude. capitu. ij. de renunciatio. eodem lib. puta quia fit de beneficio quod ſperabatur proximo vacare ab infirmo qui de eadem infirmitate deceſſit intrà viginti dies, vt in regula cancellariæ ſi quis in infirmitate conſtitutus: vel à ſenio confracto. arg. d. c. ij. cum ibi no. in ver. alicuius, nam ſenectus morbus (* 2) eſt: ait Teren. allega. Ioan. And. in cap. magnæ, de vo. §. verum, vbi Panor. ſumit argu. quòd ſtatutum de caſu infirmitatis, habet locum in caſu ſenectutis. facit quod not. Ioan. And. & Panor. in cap. quoniam frequenter. §. in aliis, vt lit. non conteſt. aut quia permutatur beneficium pingue cum tenui. ar. ca. quia veriſimile. de præſum. ca. ſuper hoc. de renun. concurrentibus aliis coniecturis, quãdo permutat ſenex ſenio confractus beneficiũ pingue, cũ nepote iuuene habente tenue: quo caſu tres præſumptiones concurrunt, prima coniun-

Senectus eſt morbus.

Permutatio quãdo præſumatur fraudulentia.

Digitized by Google

ctio ſanguinis, præſumendum enim eſt quòd caro & ſanguis reuelauerit iſtam permutationem,arg.c.graue,de præb.ſecunda ratio ſenectutis. Vnde dicit Archid.in c. nihil, vij.quæ.j.quòd facilius eſt admittenda reſignatio ægri quàm ſenis : quia ſenex præſumitur minus (* 3) viuere quam æger. & valde ſenex æquiparatur grauiter infirmo.de cle.ægro.c.j.lib.vj.nam ſenectus eſt propinqua morti,ideo ſenex præſumitur ex ſenectute mortuus,ff.commo.l.ſi vt certo.§.nunc videndum fa.ff.de do. cau. mor. l. mortis cauſa capitur, & ibi gl.tertia, quia non eſt veriſimile quòd quis velit beneficium pingue dimittere pro tenui,arg.d.capit.ſuper hoc, ff.de pro.l.cum de indebito, & hæ præſumptiones reddunt prædictam permutationem ſuſpectam & fraudulentam vſque ad ferendum ſententiam annullatoriam contra eam,ar.c.afferte,de præſum.C.de rei ven.l.iudicia.not.Panorm.in d.c.quia veriſimile,in c.j.de cle. non reſi.communiter enim videmus iſta fieri in fraudem: (* 4) præſertim quando ſenex moritur poſt modicum tempus, & intra (* 5) viginti dies poſt permutationem: vt volunt de Rota deciſ.361.vna tamen iſtarum præſumptionum non ſufficeret ad iudicãdum permutationem fraudoloſam.de Rota deci.129. ſic intellige quod no.Io.And.in no.in d.ca.j.de re.permu.Io.de lig.in d.c.j.Frederi.in tracta.permu. q.xl.ſimul tamen iunctæ ſufficiunt : niſi eſſent (* 6) aliæ præſumptiones illas excludentes: quia ſenex non poterat ſecurè morari in pingui beneficio,vel alia ſimilis,ar. c.ad ſupplicationem,c.niſi cum pridem,§.propter malitiam de renun.vij.quæſtio.j. paſtoralis.

(* 1) Hunc punctum tangens lex concord. reddit hanc rationem, vt dicitur infrà hoc §.in verbo reſignationis.Dico permutantibus conferri,propter quod nõ comprehenduntur in reſeruationibus,probat Æneas de Falco,in tract.reſeruatio.quæſt. iij. principali, nume. 3. hæc ratio facit vt in ea permutatione patronorum conſenſus non requiratur, not. Staphi. in tracta. de forma impe.§,quinto,pro complemento. Probus.

(* 2) Quod ampliſſime firmat Gomez in dicta regula,de infir.reſig. quæſtio. vij. Probus.

Senex dicitur ſemimortuus.

(*3) Non immerito,quia ſenex dicitur quaſi ſeminex, hoc eſt ſemimortuus,quòd acta maiore ætatis ſuæ parte,iam morti propinquior ſit. Nex enim mortem ſignificat,& ſenectus omnium malorum appellatur portus. P.

(* 4) Pro ea fraude vide quæ tradit gl.concor.in §.volumus,in ver.vacantia, iſto tit.vbi ample tradit de coniecturis hic per gl.citatis. P.

(* 5) Cum regulæ in præiudicium horum qualificatorum derogat Papa, prout & eius legatus,dicit Boerij in tract.de po.lega.quæſtio.j.col.63.vbi ad partes arguit. Probus.

Infirmitas vera quæ dicatur. Febris dicitur.

(* 6) Ideo ſi non ſint, regula ipſa locum non habet in ſene reſignante ; tum quia ſimpliciter loquitur de infirmo,ergo in dubio debet intelligi proprie de illo infirmo qui iacet in lecto, & febre corripitur. Nam infirmitas vera & propria,eſt illa quæ ex humorum exceſſu cauſatur,ex quo ſuccedit febris,dicit do.meus de Ripa in tract. de peſte,in prin.Et febris nihil aliud eſt,quàm motus corporis contra naturam,l.quæſitum,§.j.ff.de re iudic. & l.j.§.ſed ſciendum, ff. de ædil.edict. Senectus vero non eſt huiuſmodi,ideo propriè infirmitas non dicitur,ſed debilitas,ait Fely.in c. quoniam frequenter,

Digitized by Google

frequenter, col. pe. vt lite non conteſta. ita in propoſito per hæc & alia cõcludit Gomes in d. regu. q. vij. vbi num. 8. ſubdit, quòd licet ſenes dicantur proximi morti, non tamen ita ſunt proximi, quin ſpem vitæ quinquennalis ex iuris præſumptione ſibi polliceantur, dicit Alexand. per illum text. in l. hæreditatem, ff. ad legem Falci. vel ſaltem per annum ſperent viuere, ait Rom. in cõſil. 363. colum. j. petitur à me, quod eſt verbum diui Hieronymi in ſecunda parte epiſto. tit. iij. epiſt. lx. P.

Senes ſperãt viuere.

vel ſimplicis reſignationis [a] faciant turnum [b] reſpectu præſentationis [c], vel collationis illis [d] de vniuerſitatibus, vel ſtudiis [e] faciendæ [f].

a ¶ Reſignationis (*) voluntariæ, & expreſſæ. ſi enim beneficia vacent per ſuppreſſionem beneficij male factam, cap. ex parte, de conſti. per vxorationem clerici, vel per adeptionem Epiſcopatus, aut ſecundi curati, facient turnum, potius enim priuatione iuris quàm renunciatione vacant, quia cõpelluntur inuiti ad illa dimittenda de cle. coniu. c. j. c. de multa, de præb. c. cum in cunctis, de electio. ſimiliter moriens non dicitur cedere beneficio, aliud enim eſt cedere, aliud decedere ca. fi. de verbo. ſignifi. lib. vj. fa. not. in ca. quamuis, ij. præb. eodem lib. in ca. ſuſceptum, de reſcript. eodem lib.

(*) Iſti duo modi vacandi, etiam per concor. iſto tit. in §. volumus, ſunt ſub ſimilibus verbis, poſt quæ ſubditur, quòd vacantia ex cauſa permutationis compermutantibus duntaxat, & ſimplicis reſignationis, perſonis idoneis per ordinarios libere poſſunt conferri. P.

b ¶ Turnum) Si ver. ſuprà eod. §. item placuit.

c ¶ Præſentationis) A patronis Eccleſiaſticis.

d ¶ Illis) Graduatis & nominatis, & pro, id eſt.

e ¶ Studiis) Generalibus priuilegiatis, ſup. eod. §. ſequuntur, & §. ſequen.

f ¶ Faciendæ) Speciale eſt quòd in nominationibus beneficia ex cauſa ſimplicis reſignationis vacantia, non faciunt turnum: quod non extenderem alibi vbi plures alternatim conferrent vel præſentarent, vt in caſu cle. plures, de iur. patr. & ſi, puta vbi rex & Epiſcopus Pariſien. (*1) alternatim conferunt præbendas Eccleſiæ collegiatæ ſancti Thomæ de Lupara, in qua canonicatum & præbendam habeo: cum vacatio per renunciationem ſimplicem ſit vera vacatio, de renun. per to. & ad eam extenduntur gratiæ beneficiales, ar. c. ſuſceptum, de reſcrip. in vj. licet aliqui contra dicant, quòd impetrans primum beneficium vacaturum, non debet habere vacaturum per renunciationem: quia impetratio intelligitur de vacaturo per mortem, ar. l. ſi quis ſic, ff. ſolu. matri. vbi Bald. & Imo. & quòd gratiæ beneficiales ſunt reſtringendæ, c. quamuis, de præb. in vj. ſed primum verius, patet in ca. dudum, de præb. eo. lib. ar. à ſpeciali (*2) in c. j. de re. permuta. eod. lib. Sed quid in dicto caſu & ſi. vbi rex & Epiſcopus conferunt alternatim præbendas, Epiſcopus impeditur per nominatum libere conferre præbendam, an perdat turnum ſuum? videtur de rigore quòd non, ſed ſequentem conferet, ad hoc de Rom. deciſ. 190. vbi dicunt in pari caſu impeditum per expectantem non perdere (*3) turnum ſuum: quia impeditus impedimento facti remanet illæſus, ca. ſignificante, de pig. ca. imputari, de reg. iu. in vj. ca.

Beneficia ſimpliciter reſignata non faciunt turnum.

Impeditus in ſuo turno.

quia diuerſitatem, de conceſ.præb. hoc verum quando ambo collatores ſunt Eccleſiaſtici: quia ſi vnus eſt laicus, ipſi non præiudicaretur, per not.ſup.in prox.§.quibus ad plenum, in ver.eneruantur.

(* 1) Idem de capitulo Pariſi. & gubernatoribus bonorum Eccleſiæ collegiatæ ſancti Sepulchri Pariſi. P.

(* 2) In iure valido, not.gl.pe.in l.eos, de fabricen.lib.x.C.& Panorm.in c.eccleſia, el.j.col.fi.de elect. P.

(* 3) Iſtud latius deduco in tract.deuolutio, parte prima, quæſt.v. P.

¶ Item vt decætero, primo ne præcipitata & indignorum fiat ad gradus promotio prohibetur, ſecundo contra facientes puniuntur, ſecunda, ibi, contra.

Ad titulos graduum & honorum, nullus niſi idoneus & moribus & ſcientia, atque benemeritus aſſumatur, nec leuis & præcipitata promotio fiat, & vniuerſitates contrarium facientes, priuilegiis ipſo facto ſunt regalibus priuatæ. P.

Item vt decætero floreat ſapientia, & vigeant literarum ſtudia: nullus ad titulos graduum & honorum [a] aſſumatur niſi idoneus [b] &

Honor naturaliter appetitur.

a ¶ Honorum) Honor alit artes: vt ait Tullius, & naturaliter appetitur, not.ſpec. tit.de cita.§.iam de citatione, ver.porrò.& dicit lex quod ſcholaſtici ſunt per præmia & ſtatus honorificentiam inuitandi, C.de aſſeſſo.l.j.ſuprà in pro §.quibus ad plenũ, ver. quique, quare autem ſcribatur honor per h, not.Io.And.in c.ad aures, de re.eccl. non ali.in ca.ſi religioſus, in no.de elect.in vj. ſed aliter dicit Aulus Gellius noctium Attic.lib.2.& not.hic magiſterium & doctoratum eſſe honorem (*) cle.ij.de magiſt. ad quem promoueri non debet niſi qui ſit legitime natus, ff.de mu. & ho.l. honor.§.de honoribus, nota. Geſ. in dicta clemen. ſed ibi dicit Cardi. Flo. vſu non ſeruari.

Doctor eſſe non poteſt qui illegitimus eſt.

(*) Ideo Gomes in regula de trien.poſ.q.ij.num.2.inquit, quòd baſtardi eſſe nõ poſſunt auditores Rotæ, quod multipliciter probat, ſubdens illegitimum omnium iurium ſpiritualium eſſe incapacem, c.ſi gens Anglorum, lvj.diſt. P.

Illicitum non eſt procurare doctoratum.

b ¶ Idoneus) B.Thom.quolibet, iij.quæſt.iiij.dicit non eſſe illicitum procurare magiſterium, aut doctoratum, ſi aliàs ſit idoneus, & ad bonum finem quærat, & debito (*) modo prælaturam, præſertim Epiſcopatum, & ad bonum finem, vt deducit Anto.in ij.parte ſum.titu.iij.ca.v. Aug.tamen de Ancho.in lib.de poteſt.eccle. tenet nõ eſſe licitum etiam ſi idoneus ſit ad magiſterium, quod ſi verum eſt, peccarent qui admitterent tales, ſed durus eſt hic ſermo condemnare tot & tantos, & Io. And. in cle. ij.de magiſt.ſequitur B.Thom.per ca.in ſcripturis, viij.quæſtio.j. de quo Hen.in ca. quia nonnulli, de magiſt.& vide q.mer.Io.And.in ca.cum quid prohibetur, de regu. iur.in vj.

Honor bono ſumatur medio.

(*) Hinc Io.Mo.in ca.ij.num.19.de conceſ.præb.lib.vj.ait, quòd ſperans vel appetens honorem, illum debet curare contingere per bona media, & tempore com-

Digitized by Google

petenti: aliàs peccat, & ſupple ſi alio medio habeat diabolus cum eo triumphat, dicit in ſimili Bald.in c.ne pro defectu.de elect. P.

a ¶ Approbatus) A doctoribus à quibus debet examinari, C.de pro.& medi.l.magiſtros,li.x.& debent eſſe ad minus vij.doctores examinantes, vt ibi no. ar. l.ſi quis, eo.rit.quibus debet præſentari ſcholaris à ſuo doctore,C.de off.ma.offi.l.j.& ſemel approbatus in doctorẽ vel magiſtrum: ſi poſtea reperitur inſufficiẽs poteſt & debet

Examinatio ſcolariũ per quot fieri debet.

approbatus [a] moribus [b] & ſciẽtia [c] atq;

reprobari,& inſigniis doctoratus priuari,l.grãmaticos C.de pro.& me.lib.x.ff.de mu.& ho.l. vt gradatim. §. reprobari,vbi Bart.de excu.tu.l.ſed & reprobari, nam in eis ſubeſt publica vtilitas, cum propter præſumptionem gradus doctores ad multa publica officia admittantur: & imperitia (*) multos lædunt,no. Panorm. in ca. de illis,de deſpon.impu.in c.cum ſecũdum,per ibi no.de præb. vbi etiam dicit quod examinatus & approbatus in licentia poteſt in examine doctorum reprobari, cum ex noua cauſa potuit inutilem ſe reddere: vt ſi fuit magnum interuallum inter licentiam & doctoratum. Poſſet etiam dici quòd non dato interuallo adhuc licite poterit reprobari in examine publico: quia antequam aliquis adipiſcatur gradum doctoratus,debet ter examinari,primo à doctoribus præſentantibus,l.nemini,C.de aduoca.diuer.iud. ſecundo à doctoribus ſigillatim & in priuato examine, tertio in publico,ad hoc dicta.l.magiſtros,iunct. clem.ij.de magiſt.cum ibi not.per Geſ. Panorm. in ca.non poteſt,de re iud.fa.l.j.C.de athle. lib.x. vbi athleta debet trinam reportare victoriam in pugna antequam eximatur à ciuilibus muneribus, non enim poteſt in vnico examine deprehendi eius ſcientia,& ita no.Bar.in dicta,l.j. Archidiac.in ca.de quibuſdam,xxxvij.diſt.& vide Bal.in authen. habita. C.ne fil.pro pa.vbi dicit quòd doctorandus poteſt approbari per ſolum cancellarium ſtudij: quando collegium doctorum dolo verſatur contra eum, ſi ipſe cancellarius habet rei peritiam: niſi ex forma ſtatuti requiratur certus numerus doctorum in approbando.

(*) Quæ dicitur vitium, & culpæ adnumeratur, l.ij. quod quiſque iu. ff. & ſic eſt vitium. Aliquando eſt pœna,non culpa, vt dicitur quod ignorantia non eſt peccatum,ſed pœna peccati.Hinc Prouer.15.ca.Os ſtultorum paſcetur imperitia.Tunc autem eſt culpa,quando quis inſipientem & imperitum ſe agnoſcens ingerit ſe, aut ingeri patitur negotio cuius ignorat,l.Iulianus,§.qui tamen,ff.de emp.& vendi. & l.ſi ſeruus ſeruum,§.pe.ff.ad leg.Aquil. P.

Imperitia dicitur pœna & culpa.

b ¶ Moribus) Arg.ex ordine literæ,boni mores præferuntur ſcientiæ, (*) not. ſuprà eod.§.j.ver.iuuenibus.

Mores præferuntur ſcientiæ.

(*) Quæ etiam præfertur moribus (ſumendo argum. illud) in capitu. cum in cunctis,§.inferiora, ibi, & ſcientia & moribus commendandus exiſtat. de elect. Probus.

c ¶ Scientia) Concord.l.magiſtros,C.de pro.& me.lib.x.de pro.qui in vr.con.do.l. j.li.xij.turpe enim eſt magiſtro ſcientiam in qua verſatur ignorare, l.ij.§.poſt hos,ff. de ori.iu.ideo iuriſperitus doctor minor xxv.annis allegans ſe læſum,non eſt audiẽdus,tãquam allegãs ſuam turpitudinem, (*1) ad hoc,l.j.C.qui & aduer.quos, cũ ibi no.per gl.& doct.ꝙ no.Bar.in l.ſed & reprobari,ff.de excu.tut.l.profeſſio.C.de mu.

Allegans ignorantiã iuris in quo verſatur, nõ auditur.

Digitized by Google

pa.li.x. & ibi no.& hoc vbi eſſet deceptus in iure, & certat de lucro captando. (2*) licet alius reſtitueretur, ff.de mino.l. & ſi ſine. §.j. ſi autem de damno, licet non præſumatur decipi, tamen ſi certum ſit, reſtituetur, de condi. inde. l. ſed & ſi me puten. de iur.& fac.igno.l.iuris.l. error. idem ſi eſt deceptus in facto quod peritiſſimos fallit.l.ij.& l.regula. in prin.eo.tit.

(*1) Hanc regulam cum quibuſdam exceptionibus latè firmo in tracta. penſio.parte prima. q. xx. P.

(*2) Cui nõ ſubuenitur, ſicut illi qui certat de damno vitando, vt per multa probo in tract.penſio. parte iiij. q.iiij. P.

benemeritus [a], nec ita leuis & nimium præcipitata [b]

Infames ad doctoratũ non admittuntur.

a ¶ Benemeritus) Si.ver.ſuprà de elec.§.item nec credit.inf. de nu. & qua.car. c.j. in fi. vnde viles & infames non debẽt admitti ad doctoratum, qui eſt dignitas, l. aduocati. C.de aduo.diuer.iud.Bar.in l.j.C.de no.C.con.l. prouidendum, C. de poſtu. l. iudices, de digni.lib.xij. & ibi Bart. vbi doctor dicitur nobilis. Ia. bu. in prin. ff. veteris, vbi dicitur quod excommunicatus vel hæreticus non poteſt eſſe doctor, quia iurat ſe fidelem Eccleſiæ ad hoc.l.fi. C.de iudi.cum ibi no.per Bar.ſed ibi Bal. contra. & doctores approbantes debent iurare doctorandum eſſe habilem, C. de aduo. diuer.iu.l.nemini.no.in l.magiſtros, C.de pro. & me. lib.x.

Licẽtia poteſt dari dupliciter ſtudẽtibus.

b ¶ Præcipitata (*1) no. contra momentaneos magiſtros & doctores, qui plerunque fiunt ſtudio non completo & ſine examine contra dictum Hiero. Longo tempore diſce quæ poſtmodum doceas.c.ſic viue.c.ſi clericatus, xvj.q.j .non poteſt quis in breui tẽpore multum addiſcere. arg, xlviij.diſt.§.j.c.tam literis, de in inte.reſti.nemo enim repente fit ſummus, de pœni. diſ.ij. §. hæc quæ de charitate, niſi ingenium ſuppleret tempus: vt not.in d.c.tam literis, fa. quod le. & not. lxxvij. diſtin. monachus, tunc enim ingenium vtitur duplomate.l.continuus, ff.de ver. obli. *Secundum* hoc aliqui baccalarij poſſunt licentiari per miſericordiam, aliqui per rigorem, not. Archid. de pœni. diſt.j. quem pœnitet.vt in mediocribus tempore determinata ſeruentur, de quibus no.in c.cum ex eo.de elect. in vj.in d. c. ſic viue. per Bar. in l. petitionem in l.iubemus, C.de aduoc.diuer.iudi.in ſubtilibus autem breuius tempus per iura alleg. & dicit Panor. in c. conſtitutus, de appel. & per illum tex. quòd ſcholaris notoriè (*2) penitus poteſt tranſire ſine examinatione, vel ſaltem modica pro forma.ad hoc xxiiij.diſt.nullus, vnde Sene. Beneficio capacis ingenij pluſquam pro tẽpore auxiſti. & Hiero. contra Rufinum, in memoriter tenendis præceptis doctorũ ingenio pro libris vtebantur, & id Pauli, Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt: non eſt tamen ingenio confidendum, c.ne innitaris, de conſtit. quod eſt contra illos qui plus credunt per ſe addiſcere, quàm à doctoribus audiendo. quod fatuum eſt: quia ſermo per aurem conceptus, facilius in corde cogitationem generat. xliij. diſt.ſit rector.ad fi. & Hier. in proœ. bibliæ, Habet neſcio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa fortius ſonat. ad hoc cle.j.de magiſ.ibi, inſtructionis, &c. & dicit Canon, Prius oportet addiſcere, & poſtea prædicare.xxxvj.diſ.§.ecce Salomon.& qui ſemetipſos inſtruunt, magiſtri ſunt erroris, quia veritatis diſcipuli primitus non fuerunt.xxiiij.q.iij.quid autem, & Hierony. vbi ſuprà, vt intelligeres te in ſacris ſcripturis ſine monſtrãte ſemitã non poſſe

Scholaris notoriè penitus poteſt tranſire ſine examine.

Doctrina ſine præceptore nequit haberi.

Digitized by Google

ingredi &c. quod medicorum eſt promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim, ait Horat. In rudibus tẽpus prolixius eſt ſeruandũ: quia non ſufficit in ſcholis diu fuiſſe, ſed laudabiliter vixiſſe, & bene ſtuduiſſe inquirendum eſt. xij. q. ij. gloria Epiſcopi. in fi. arg. C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. not. in l. vnicuique, C. de proxi. ſa. ſacri. li. xij. in d. c. tam literis.

promotio [a] fiat. Nam (vt notum [b] eſt, & cunctis ridiculoſum [c]) multi magiſtro-

(* 1) In ſimili pone de his quę facta fuerunt feſtinatè, quia nõ valent vtpote votum feſtinatè ſeu indeliberatè factum, gl. in cap. dudum, de conuer. coniuga. idem in iu[illegible]ento indeliberato. l. ij. C. ad leg. Iul. maie. no. in c. ſicut. j. de iureiur. alia diximus in tracta. diſpen. mem. ij. nu. 64. & ſeq. quibus adde vulgata. Primum, quòd omne violentum eſt reprobum, ait Ioan. mo. in ca. cupientes, nu. 36. de elec. in vj. Secundum quòd virtus lenta eſt omnium percontatrix, iniquitas autem omnia excipiat, ca. inter hæc. de pœni. diſt. iij. hinc Domi. in c. ponderet, l. diſt. inquit, Antequam quis loquatur, debet cogitare & præmeditari quid loquatur. ideo qui indicat antequam intelligat, incidit in labyrinthũ erroris, ca. ſciendum, xxix. diſt. Fely. in proœ. decreti, col. ij. Tertium, nemini manum cito imponas. Quartum, omne in præcipiti vitium ſtetit. not. Lucas de Penna. in l. Herennius, col. j. quan. & qui. quar. pars. lib. x. C. facit illud de quo glo. in c. Epiſcopus, xxxv. diſtinct. Si quotiens peccant homines, ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore nullus erit. Quæ omnia nota contra Gallos, qui in campo ad quæſita etiam arduiſſima reſpondent, poſt quorum reſponſum dicitur illud Sene. li. de offi. quòd velox conſilium ſequitur pœnitentia. hinc Bias Philoſophus hoc intuens, inquit, quòd conſilio ſunt contraria, ira & feſtinantia, & alibi legitur nullam rem conſiliis tam inimicam eſſe, quàm celeritatem, verba ſunt Titi Liuij lib. j. de bello Macedo. Feſtina ergo lentè, & non reſpondeas ex tempore: nam dicimus quòd tempus eſt pater veritatis, vt probamus in trac. diſpen. mem. iiij. par. j. nu. 75. equidem pater obliuionis, vt ibi nume. ſeq. P.

Feſtinata reprobantur.

Nota cõtra Gallicos.

(* 2) Vide quæ diximus ſuprà hoc tit. in §. quòd vniuerſitates, in verbo gradus, in fine. Probus.

a ¶ Promotio) Quæ plerunque fit per corruptelam, & impefectum ſcientiæ ſupplet perfectio pecuniarum, dicit Ioan. Andr. in cle. ij. de magiſt. promotus tamen ad doctoratum per corruptelam doctorum, non videtur doctor. Bart. in l. athletas, ff. de excu. tuto. idẽ ſi per ſaltum (*) fuerit promotus, l. nemo. c. de aduo. diuer. iudi. vbi Bar. ad hoc. c. j. de cle. per ſal. pro. cum ibi no.

Pecunia ſupplet defectũ ſcientia.

(*) Merito lex. concor. in titu. de colla. in §. monemus, prohibet graduum promotionem fieri per ſaltum, & ante ſtudium tempore certo ibi limitatum, aliàs promotio eſt nulla, dicit ille text. vbi vide glo. in verbo per ſaltum, & latius in tra. no. q. xxi. nu. 37. & ſeq. P.

b ¶ Notum eſt) Per rei euidentiam.

c ¶ Ridiculoſum) Id eſt riſu, & deriſione dignum. xj. quæſt. iij. ridiculum, C. de le. l. fi. Hiero. ſi quiſpiam aduerſus mathematicos velit ſcribere imperitus mateſeos,

Ridiculoſũ dicitur.

Digitized by Google

riſui patebit. xxxvj.diſt.qui de menſa. & de tali ſcribit Ora. Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.Spec.titu. de aduo. §. nunc de exordiis.

Homines dici nõ debẽt prorſus ignari.

a ¶ Nomen) Sed re carent & effectu: ſic multi ſunt homines nomine, & pauci re, vt ait Tullius : ad denotandum quòd prorſus ignari non debent dici homines, ſed potius imagines(*)hominum,no.Ioan.And.in cap.prudentiam, de offi. deleg .ad hoc xl.diſt.multi.c. non omnes, ij. q.vij.

rum nomen[a] obtinent, quos adhuc diſcipulos[b] magis eſſe deceret[c]. Contra facientes[d], aut venientes[e] priuilegiis[f] regalibus[g] eiſdem vniuerſitatibus cõceſſis, ipſo

(*) Etiam non dicitur homo, ſed bellua, ſi nolit quod vult lex, ius, vel ratio, ait Marc. Mantua. conſi.cxxxiiij. nu.8. cum his proximis, vbi pro hoc ſubdit rationẽ, quia homo dicitur animal rationale. P.

Sit diſcipulus priuſquam magiſter.

b ¶ Diſcipulos) Miſerum eſt illos fieri magiſtros, qui formam diſcipulorum nõ nouerunt.ca.miſerum,lxi. diſt.de elect. cum in magiſtrum, & impudens eſt qui ſtatim dux eſſe deſiderat, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quàm diſcere. lix. diſt.ſi officia.& quando ille efficitur prælatus,qui vix poterat eſſe diſcipulus,cæcum animal deo offertur.xlix. diſtinct. ſacerdotes, & peccant tales indignos promouentes,& promoti (*) qui anhelant.de quo per Archid.xlviij.diſt.§.j. Io. And.in cle. ij. de magiſt.

(*) Iſtud pleriſque in locis habes per nos diſcuſſum in ſcala beneficiali. P.

Turba magiſtrorum inutilium operatur contemptũ.

c ¶ Deceret) Melius enim eſſet paucos idoneos promouere, quàm tot illiteratos, ca.cum ſit ars, de ætate & quali. cum ibi no. & hodie turba magiſtrorum inutilium magiſtros contemptibiles facit glo. in authenti.de referen. in prin. col. ij. Panor. in ca.j.de priui.in cap.ſolitæ.de maio.& obe.vbi dicit,quòd hodie vileſcit dignitas clericatus propoter numeroſitatem,xciij. di. legimus, olim autem quia non promouebantur clerici indiſtinctè,habebantur in ſummo honore.

d ¶ Facientes (*) id eſt promouentes indignos.

(*) Congregatio Gallicana iure ſuo hanc priuationis pœnam non ſtatuit, ſed tanquam habens poteſtatem à rege priuilegia huiuſmodi concedente : cum eius ſit tollere, cuius eſt dare. Non enim eſt dubitandum de validitate huius decreti irritantis, quia rex omnia & ſingula in hac lege pragma. contenta, grata & accepta habuit, & illis ſuum conſenſum regium Bituris præbuit, vt patet infrà in rub. de conclu. congreg.Eccle.galli. in §. præmiſſis. P.

e ¶ Venientes) Id eſt, indigni aſpirantes ad promotionem.

f ¶ Priuilegiis) Scholares habent multa priuilegia.(*) no. Spec. tit. de reo. Bald. in authen.habita.C.ne fil.pro pa.aliquid. ſuprà eo.ca.j.§.ſequuntur.

Princeps ſecularis vniuerſitatibus etiam Eccleſiaſticis priuilegia cõcedit.

(*) Illa vide cumulata per do. Petr. Rebuffi in trac. priuilegio. ſchola.

g ¶ Regalibus) No.quòd princeps ſecularis poteſt concedere priuilegia vniuerſitatibus etiam Eccleſiaſticis ſicut Eccléſiis,lxiij.diſt. in ſynodo. iuncta. glo. de in integ. reſt.auditis,glo.& Inno.in ca.auditis,de præſcrip. Hoſt.& Inno.in c.veniens, eo.titu.quo ad temporalia, viij. diſ. quo iure. & ibi Archid. non quo ad ſpiritualia.(*1) c.tua.de deci. quia poteſtas concedendi priuilegium dependet à ſuperioritate quam

Digitized by Google

habet concedens ſuper re conceſſa.ideo nõ poteſt rex vel princeps ſecularis dare priuilegium ſuper ſpiritualibus,in quibus nullam habet ſuperioritatem, xcvj.diſt. bene quidem,de conſti.Eccle.& no.quod hic bene dicit regalibus,non Papalibus quia nõ potuiſſet congregatio Gallicana ponere os in cœlum. (*2)

(*1) Quia deficit vnum ſubſtantiale ad actum,videlicet poteſtas, vt hic per gloſ. ergo rex in his nihil poteſt, quia regula eſt quam Bald. poſt tex. tradit in ca.cum ſuper abbatia. de offi. dele. quem alij communiter ſequuntur.ibi, quòd voluntas & poteſtas operantur actus perfectionem, quod firmo in tracta. penſio. prælu. ij. Probus.

(*2) Iſtud aliis firmo in tracta. diſpen. memb.v.par.ij.nu.124. P.

facto ſint priuati*a.

Quilibet Romanus pontifex tempore ſuo collatoribus, vel patronis Eccleſiaſticis, mãdata ſua poteſt dirigere, quæ fiant ſub vera data, & ſub executionem ante menſem, à tempore ſuæ præſentationis, collatoribus aut patronis, vel in illorũ abſentia ſuis vicariis facta, non habeant. P.

Item[b] voluit dicta congregatio,quòd decretũ[c] faciẽs mẽtionẽ, quòd omnis futurus[d]

*a ¶ Priuati)Per concor.in §.monemus, iſto titu. in hoc puncto fuit ſic prouiſum. Monemus autem præfati regni vniuerſitates ſub pœna priuationis omnium & ſingulorum priuilegiorum à nobis & ſede Apoſtolica obtentorum, ne collatoribus ſeu patronis Eccleſiaſticis habeãt aliquos nominare,niſi qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint, & iuxta dictarum vniuerſitatum ſtatuta per gradus & non per ſaltum promoti fuerint: quod ſi ſecus fecerint, vltra nullitatis pœnam quam in præfatarum nominationum literis declaramus, nominandi priuilegio ad tempus ſecundum culpæ qualitatem ſuſpendimus. Deinde in §.ſequenti ponuntur aliæ duæ pœnæ: vna contra nominatos,altera contra collatores ordinarios,quas ibi videre licet. P.

b ¶ Item voluit (*) Roma. pontifex prouidere poteſt per reſeruationem aut gratiam expectatiuam in forma mandati hic limitati de vno beneficio ad collationem in qua fuerint decem,& de duobus in qua quinquaginta.

(*) Voluntas congregationis Gallicanæ tanquam contra ius commune, & à concilio Baſil.non approbata, vires obtinere non potuit, per ea quæ dicit glo.ſuprà iſto tit.§.vt vero, in verbo concluſum, iuuant etiam ea quæ hic in glo. proxi. ſunt citata. Probus.

c ¶ Decretum) Suprà eo. §. j. ver. non tamen.

d ¶ Futurus) Sic non videbatur includi Euge. iiij. tunc Papa, cum verbum futurus futurum reſpiciat, non præſens, aliquando tamen vnum tempus ponitur pro alio. (*) not. in l. nulli. C. de Epiſco. & cler. in l. talis ſcriptura. ff. de lega. j. de ver. ſig. l. verbum, xxxij. quæſtione v. ſi Paulus, de conſuetudi. diſtinct. in Chriſto.

Vnũ tempus pro alio ponitur.

Digitized by Google

(*) Vt per plura habes firmatum per nos in tracta. penſio. prælu. vij. poſt princi. Probus.

a ¶ Romanus pontifex) Non puto quòd hodie legatus de latere poſſit reſeruare beneficia in hoc caſu, & aliis caſibus Papæ permiſſis per §. j. ſuprà eod. ver. reſeruationes, vbi reſeruationes Papæ & legatorum ſunt damnatæ, (*1) iuncto ver. ſeq. non tamen vbi ab illa regula excipit caſum permiſſum Ro. pon. duntaxat, de legato autem nullam mentionem facit, nec in aliis locis vbi reſeruationes Papæ permittuntur, ſuprà de electio. c. j. circa princ. & c. licet. exceptio autem firmat regulam in caſibus non exceptatis, ff. de pe. le. l. nam quod liquidæ, §. vlti. xxxij. q. vij. dominus, vbi no. c. ij. de coniu. lepro. c. cum dilecta. de confir. vti. no. Io. And. ſuper rub. de reg. iu. in vj. in no. Bal. in l. j. C. de poſthu. hære. inſti. licet non extendat vel ampliet regulam ad caſus ſub ea non includibiles: vt ſentit Archi. in d. ca. dominus, quia exceptio venit ad diminutionem regulæ, ergo non debet operari contrarium, (*2) ſcilicet augmentum, ff. de leg. j. l. legata inutiliter, not. Bart. in l. generali, §. vxori. ff. de vſufr. leg. in l. quæſitum, §. denique, de fun. inſtru. per hoc dicit Pe. de Ancha. in ca. ij. de offic. vi. in vj. quòd ſi Epiſcopus conceſſit vicario ſuo quòd poſſit omnia quæ ipſe, collatione beneficiorum excepta duntaxat, per hoc non poterit exercere alia quæ non veniunt in generali conceſſione, de quibus habetur in d. c. ij. item vbi diſpoſitio vtitur verbo Rom. pon. non extenditur ad legatum, quando non extenderetur ad Epiſcopum, (*3) ad hoc no. per Imo. in cle. ij. de offi. ord. per La. & Domi. in c. ſi abbatem, de elect. in vj. nec obſtat quòd legatus de latere poteſt ea quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit, c. quod tranſlationem, de offic. le. quia reſeruare beneficia vacatura in caſibus permiſſis ſatis eſt reſeruatum Papæ ſpecialiter, vt dictum eſt per concilium, contra quod non debet (*4) tangere legatus, ſicut nec prohibita per alia concilia tangere poteſt diſpenſando, aut aliàs contra veniendo, c. ſi. c. dilectus, & ibi not. de ſi. preſby. c. dilecto, §. procurator, de præb. vbi Panorm. gl. in c. cum dilecti, de elect. not. in c. ſi. de hæret. in vj. ad hoc, ca. ex parte de capel. mo. per doct. in c. j. de exceſſ. præla. in vj. Pan[illegible]n. in ca. quod dilectio, de conſang. & affini. in c. ex parte de tranſact. Specul. titu. ij. §. nunc tractemus, ver. de illo, & §. nunc oſtendendum, ver. legatus, & §. ſupereſt, in fine. j. colum. nec poteſt venire contra priuilegium alicui conceſſum, no. in c. pro illorum, de præb. prædicta intellige niſi haberet mandatum ſpeciale de reſeruando in caſibus Papæ permiſſis, diſt. ca. quod tranſlationem, tunc enim auctoritate Papæ reſeruaret. Ea enim quæ geruntur à legato ex ſpeciali mandato Papæ, videntur fieri à Papa: ſecus de his quæ facit ex vi generalis legationis, c. cum olim, de conſue. c. hi qui, de præ. in vj. not. inf. de ſub. cle. c. j. no. Spec. in d. ver. legatus.

Reſeruationes ſunt damnatæ.

Exceptio firmat regulam.

Legati geſta à quo creduntur facta.

Facta legati ex mandato Papæ ſpeciali dicuntur à Papa facta.

Romanus Pontifex [a] poſſet

(*1) Etiam concordatorum lege, vt patet in tit. de reſeruatio. ſubla. P.

(*2) Hanc regulam cum quibuſdam limitationibus habes per nos latè firmatam in tracta. penſio. prælud. vij. ver. tertio reperio Papam ſignare. P.

(*3) Illud facit quòd legatus de latere in beneficiis graduatis & nominatis debitis, nihil poteſt in præuentione, quia illa eſt Papæ duntaxat reſeruata, vt patet in lege concord. in tit. de man. apo. in §. declarantes, ibi, nóſque & ſucceſſores noſtros (iure

præuen-

Digitized by Google

præuentionis) dignitates, &c. quæ quidem verba alios excludunt, ait Barba. in conſi. lvij. num. 15. vol. j. & pro prædictis attende ad ea quæ diximus in trac. penſi. prælu. ij. in ver. ſecundo reperio legatum de latere.

(*4) Iſtud latè firmo in tract. diſpen. memb. xij. par. j. num. 47. concludendo legatum ipſum conſtitutioni concilij derogare non poſſe. P.

prouidere [a] ſuo tẽpore [b], vel facere [c] prouideri de vno beneficio, reſpectu collationis in qua fuerint decem, & de duobus in qua fuerint quinquaginta, extẽdatur ſimiliter ad dominũ noſtrũ papã [d] modernũ. Et quia in ipſo decreto dicitur, ꝙ poſſit quilibet Romanus põtifex, modo tamẽ licito & honeſto, &c. Viſum [e] fuit ipſi cõgregationi, hoc debere fieri per mandatum [f] apoſtolicum, collato-

a ¶ Prouidere) Reſeruando ſibi prouiſionem beneficij vacaturi, aliàs per præuentionem & iure deuoluto ſemper ſibi licet. (*) ſuprà eo. §. j. ver. nec etiam.

(*) Etiam durante tempore quo deuolutio dicitur penes inferiores eſſe, quia cum eis ſemper concurrit, & poteſt id facere quod inferiores ipſi tanquam Dominus, prout latius firmo in tract. deuolu. par. j. q. ix. Caue tamen ne in prouiſione dicatur quòd prouidet ſub hac clauſula, dum tamen tanto tempore vacauerit, quòd collatio eſt iuxta ſtatuta Lateranen. concilij. j. ca. ij. de conceſſ. præb. ad ſedem apoſt. deuoluta, quia illa fuit gradatim, vt eſt per nos probatum in tract. deuolut. prælu. iiij. Etiam ſit per negligentiam. dicit Láp. alleg. xcv. quædam eccleſia. alia videre licet prædicta concernentia. in d. quæſt. ix. P.

Papa iure deuoluto cõfert tempore quo deuolutio eſt penes inferiores.

b ¶ Suo tempore) Id eſt durante eius pontificatu. Si enim renunciaret papatui. c. j. de renuncia. in vj. certum eſt quòd amplius conferre non poſſet.

Papa papatui poteſt renunciare.

c ¶ Facere) Dando gratiam expectatiuam cum executore, ad prouidendum vel compellendum.

d ¶ Papam) Eugenium quartum.

e ¶ Viſum) Iſtud aduiſamentum non potuit (*) nec poteſt imponere legem papæ. xxj. diſt. inferior. per no. ſuprà eod. §. j. ver. adijciens. ideo dictum decretum in ver. non tamen intendit, remanſit vt iacet validum: nec eſt eccleſiæ Gallicanæ interpretari illa verba, modo tamen licito & honeſto, cum factum papæ concernant, & interpretatio inferioris non ligat ſuperiorem. c. cum veniſſent. de iudi. no. in cap. j. de poſtu. præla. hæc tamen interpretatio æqua eſſet, ſi fuiſſet per concilium approbata.

Interpretatio inferioris non ligat ſuperiorem.

(*) Iſtud aduiſamentum præbuit cauſam conceſſionis formæ mandati hic per congregationem eccleſiæ Gallicanæ optatæ, vt patet in concord. in titu. de manda. apoſt. vbi ponitur forma ipſa ad verbum, prout & illius executorialis tenor. P.

f ¶ Mandatum) Quod expirat morte mandantis, vbi non eſt deuentum ad aliquem actum tendentem ad effectum mandati. ca. ſi cui. §. ij. de præb. in vj. cum ibi not.

Mandatum morte mandantis expirat.

Digitized by Google

per docto. vt ſi mandatur mihi prouideri de beneficio. Si autem per mandatum gratia erat facta, vt quia mihi contulit canonicatum & præbendam ſi vacat, vel quæ primo vacauerit, nulli alij de iure debitam, morte mandatis ante aſſecutionem præbendæ non expirat. (*) ca. ſi ſuper gratia, de officio delega. in vj. de cuius ca. intellectu vide in de Rot. deciſio. 532.

Mandata inſinuata morte papæ non expirant.

(*) Etiam non expirat (vt placet Gallis iudicibus) quando ante mortem papæ mandatis facta fuit intimatio prælato cui erat directum mandatum: quia tunc res non eſt integra, cum per eam intimationem videatur quæſitum aliquod ius, ſaltem implorandi officium executoris, tum etiam quia dicit Bal. in l. mandatum. colum. iij. in iiij. oppoſi. C. manda. quod ſi papa mandet in gratia executori vt eam exequatur, non finitur mandatum morte papæ. meminit gloſ. concord. in tit. de manda. apoſto. §. j. in verbo ſui pontificatus. colum. ij. ſubdens, quòd per viam contractus papa concedit mandata in Gallia: ideo debet intelligi cum effectu: & ſi morte papæ finirentur, non concederet cum effectu, quódque officium executorum gratiarum morte papæ non expirat. Bald. in cap. relatum. de officio deleg. ergo nec mandata, ſine quibus non conſiſtunt executores illorum. P.

ribus, vel patronis eccleſiaſticis * a dirigendum b iuxta

*a ¶ Eccleſiaſticis) Sic non comprehenduntur patroni aut collatores laici. probat per multa Domi. Petr. Rebuffi in tract. not. quæſt. xv. Dico collatores laici, id eſt miniſtros papę. Nam quotiens papa transfert ex priuilegio iura ſpiritualia in laicum non execrat illa, nec ſunt in laico vt fundata in ipſo, ſed vt in miniſtro & agente nomine papæ. not. Ioan. Andr. in c. ij. de præd. in vj. Nam laici patroni vel collatores ſunt in his ſpiritualibus tanquam canale lapidis. Sic ſuccedit regula quod is facit, cuius nomine fit, ſeu auctoritate. cap. mulieres de ſenten. excommunicatio. Probus.

Collatores laici dicuntur vt canale lapidis in conferendo.

b ¶ Dirigendum) Olim mandatum beneficiale aliquando dirigebatur ſoli collatori, vt prouideret de primo quod impetrans acceptaret: & tunc non eſt affectum beneficium, etiam ſi foret decretum irritans, niſi fiat ipſius acceptatio. cap. quia cunctis. §. penulti. de conceſſio. præbend. in vj. niſi acceptationi fuerit tempus præfixum cum decreto: tunc collatio interim aliter facta, non valet. clemen. j. de conceſſ. præbend. certum autem beneficium antequam vacet, talis acceptare non poteſt. cap. ne captandæ. eodem titul. in vj. (* 1) Aliquando de primo quod vacaret, prouideri mandabatur: & ſi papa contulit canonicatum, ſtatim affecta eſt præbenda quæ tunc vacabat, vel quæ primo vacabit, nulli alij de iure debita. capitul. ſi poſtquam. capitul. dudum. de præbend. in vj. Si autem non contulit, ſed mandauit prouideri: tunc per præſentationem literarum factam collatori, non afficitur præbenda, niſi in gratia erat decretum irritans. capitul. dilectus. ij. & iij. de præbend. capitul. ſi ſoli. de conceſſ. præbend. in vj. Aliquando dirigebatur ſoli executori, vt compellat ordinarium ad conferendum: & talis non poterat prouidere. not. in capitul. pro illorum. de præbend. in capitul. cum noſtris. de conceſſ. præbend. in capitul. fina. de præbend. in capitul. abbatem. de reſcript. ſed habet inſinuare & intercedere collatori ne alteri conferat, tunc non valet poſtea collatio: vt

Præbenda per quod dicitur affecta.

Digitized by Google

dicto capitul, ſi ſoli. & poteſt per cenſuram compellere contra dicentes: aliàs ſua poteſtas eſſet deluſoria. l. ij. ff. de iuriſ. om. iud. capitul. ex literis. de offic. delega. gloſ. & doc. in d. capitul. abbatem. Aliquando ſoli executori: vt prouideat. capit. mandato. capitul. ſi cui. de præbend. in vj. capitul. executor. de con. præbend. eo. lib. & talis non poteſt ordinarium compellere vt conferat. forma enim mandati non patitur, quæ ſeruanda eſt. capitul. cum dilecta. de reſcri. capit. cui non de ſacerdotali. de præbend. in vj. per Innocen. in capitul. propoſuit. de conceſ. præbenda. Ioan. Andr. in ca. ſi capitulo. eo. tit. in vj. in not. ſed poteſt inhibere, reſeruare, & decernere irritum & inane. d. capitul. quia cunctis. & ibi not. d. capit. ſi ſoli. vbi gloſ. cognoſcere de exceptionibus contra reſcriptum, vel eum cui debet conferre, obiectis. capitul. ad aures. & capitul. poſtulaſti. de reſcript. ca. paſtoralis. eo. tit. vbi Ioan. Andr. Panormit. & doct. in capit. de cætero. de re iud. Sed vtrum poſſit mittere in poſſeſſionem ſine ſpeciali mandato, not. Innocen. & alij in d. capitul. quia cunctis. Archidia. & Ioan. Andr. in not. cap. licet. ij. de præbend. in vj. doct. in clem. auditor. de reſcrip. Aliquando collatori & executori vt prouideat poſt negligentiam (*2) collatoris, & non prius: tunc per ſolam præſentationem mandati factam collatori affectum eſt primum beneficium, & poteſt executor præfigere ei terminum ad conferendum: quo elapſo poterit conferre. d. cap. ſi capitulo. cum ibi not. aliquando vt prouideat ſub aliqua conditione. cap. ſi pro te. C. (*3) de reſcri. in vj. vel forma in literis appoſita. & an poſſit aſſumere partes cognitoris & iudicis, vel meri executoris & informatoris, not. Innocen. & alij doc. in cap. fi. de præſum. cap. fi. de tranſla. præ. Compo. in ca. capitulum de reſcrip. gloſ. & doct. in cle. j. de offic. deleg. & vbi aſſumeret partes informatoris, non haberet neceſſe citare aliquem, vt not. doct. vbi ſuprà. Baldus in l. quinquaginta. C. de ex. tu. quandoque dabatur ad prouidendum ſecundum formam literarum legati, capitul. ſi apoſtolicæ. de præbend. in vj. quandòque cum beneficio acceptandi non determinato tempore. de capit. quia cunctis. quandoque cum determinato tempore acceptatiònis & cum decreto. d. clemen. j. de conceſ. præbend. quandoque vt prouideat primo de canonicatu: & poſtea de præbenda. & hoc erat commune (*4) quandoque econtra. ca. ſi clericus. de præbend. in vj. quandoque vt ſolum de præbenda prouideat. d. capit. ſi poſtquam. quandoque de vtroque vnà cum officio & dignitate. cap. quia ſæpe. de præbend. in vj. & cum clauſula anteferri cap. pe. eo. titu. & li. capitul. auctoritate. de conceſ. præbend. eo. lib. quandoque vt prouideat certæ perſonæ, quandoque incertæ. (*5) dicto capitul. ſi cui. cap. is cui. cap. quanuis. ij. de præbend. in vj. quandòque erat partim ad compellendum, partim ad prouidendum. d. c. abbatem. c. tibi qui. de reſcri. in vj. quandoque dabatur vt faceret alicui in tali eccleſia prouideri, vel ei competens beneficium aſſignari, & talis ſit tantum datus ad compellendum, vel etiam ad prouidendum. gloſ. & docto. in d. ca. pro illorum. in c. cum noſtris de con. præ. quandoque dabatur vt compelleret prouiſioni factæ parere. d. c. dudum. de præb. c. pe. & quandoque dabatur mandatum in forma pauperum, de qua in c. ſi pauper. de præ. in vj. Aliquando motu proprio. c. ſi motu. eod. titu. & lib. cum ſi. de poteſtate executorum beneficialium, & forma proceſſuum illorum, vide in ſpe. titu. de ac. & pe. §. ſuper actionibus.

Digitized by Google

(*1) Item etiam dum datur executor ad prouidendum iuxta vel ſecundum formam literarum legati, prout quando gratia legati per papam in forma ſpeciali confirmatur, quo caſu cenſetur gratia papalis, cap. ſi apoſtolicæ. de præbend. in vj. & ſic non habetur conſideratio ad nullitates quas patitur mandatum legati, ſed ad mandatum papæ, qui ſolus nullitates à iure prouenientes poſitiuo ſanat, vel ſanare poteſt, per not. in c. j. de tranſactio. Sanat enim aut ſanare cenſetur eo ipſo quòd ex certa ſcientia gratiam nullam confirmat, per not. in cap. ij. de ſchiſma. & in l. quidam conſulebat. ff. de re iudica. P.

Papa ſanat dum confirmat.

(*2) Iſta eſt forma Gallis per legem concordatorum data, vt patet in illis titu. de manda. apo. vbi ponitur illa, prout & forma executorialis, in qua legitur, quòd ſi prælatus cui mandatum dirigitur conferre mandatario recuſauerit aut diſtulerit vel neglexerit, executor omnia in mandato contenta exequatur. Ex quibus patet quod executor ipſe nihil poteſt niſi poſt recuſationem, aut negligentiam: ideo videtur datus ſub conditione, quæ debet eſſe impleta antequam prouideat: quia ante implementum non recipit iuriſdictionem. c. prudentiam de officio delega. gloſ. in c. cum plures. eo. ti. in vj. Roma. in ſing. 13. Archid. in c. dudum. num. 7. xviij. q. ij. Caſſad. deci. xxiij. num. 4. ti. de publi. reſig. Franc. poſt text. in c. ſi capitulo. not. vj. de conceſ. præbend. in vj. Staph. in tract. literarum gratiæ & iuſti. in 4. forma mand. & in 5. forma. Petr. de Anchar. conſil. 297. efficacibus. Secus ſi eſſet datus ſimpliciter, quia tunc non expectata recuſatione vel negligentia prælati, confert, not. Panormi. in capitul. ſuper eo. de officio delega. Si autem in propoſito quæras an prælatus ſic refutans, aut negligens, re integra, id eſt antequam executor ad mandati executionem procedat, poſſit conferre mandatario, ſiue moram purgare: Innocen. in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. tenet non poſſe argu. cap. literas. ar. eod. titu. & l. mancipiorum. ff. de optio legatum etiam, quia prælatus non debet variare in præiudicium executoris, cui eſt per refutationem aut negligentiam quæſita conferendi iuriſdictio, & cui honor eſt facere prouiſionem, fungi in hoc vice papæ. arg. cap. præcipimus. xcij. diſtin. P.

Iudex ſub conditione datus.

(*3) Vbi poteſtas executoris ſuſpenditur in euentum conditionis, in tantum quod ſi interim aliquis alius obtineat prouiſionem pure à papa, erit primo præferendus, per quem tex. Oldra. in conſil. 233. Credo de iure ſimilem determinat quæſtionem, videlicet quòd impetrans in forma ſpeciali præfertur illi qui impetrauit in forma pauperum in beneficio vacante ante conditionis purificationem, de qua in literis pauperum: ratio, quia in poteſtate ſuperioris ex cuius facto ius cauſabatur, fuit impedire ante purificatam conditionem. l. qui balneum. in ij. reſponſo. & in l. qui potior. ff. qui potio. in pigno. habe. intellige præfertur, niſi in primis literis conditionalibus reperiatur clauſula retroactiua. id eſt perinde ac ſi die datæ præſentium beneficium eidem contuliſſemus, quia ſecuta purificatione conditionis primus præfertur ſecundo purè impetranti. nota. Domi. in Rota in not. deciſio. 383. Si Papa. pro alia limitatione vide Domi. in conſilio 117. Titius habuit. Probus.

(*4) Et pro certo beneficio, vt in cap. ex parte el. j. de officio delega. & tunc ſi in ea forma eſt clauſula anteſ -ri, mandatarius præfertur expectanti in data priori:

Digitized by Google

licet tempore mandati beneficium illud iam acceptauerit, dummodo de illo ſib. prouideri non obtinuerit, & hoc propter dictam clauſulam anteferri, per quam poſterior in data præfertur priori habenti ſolum ius ad rem, quale eſt iſtud quod quæritur per ſolam acceptationem, cap. quondam. de præbend. in vj. not. Domi. de Rota. in antiquio. tit. de conceſ. præbend. deciſio. 8. vnus Innocen. quos vide

formam [a] capituli manda- quando hoc mandatum eſt conditionale, in no. deciſio. 383. Si Papa. quibus adde quæ tradidit Gomes in tracta. de manda. de prouiden. in j. forma. col. ij. quem vide in tertia forma, ponentem quando ſcribitur pro certa perſona & incerto beneficio, de quo in c. quanuis. ij. hic per gloſ. allega. P.

(* 5) Et de certo beneficio, & hæc forma reſpicit fauorem beneficij, non perſonæ, & executor illius ſuas alteri vices non committit, niſi aliud in literis dicatur, quia electio perſonæ includit induſtriam illius. iſte eſt caſus c. is cui. §. ſed ſi. de officio deleg. in vj. pro quo vide Rotam in not. deci. 443. P.

Item [b] non ſolum de illis [c] quæ dicti promouendi tẽpore ſuę promotionis obtinebunt, vt præfertur, ſed etiã de illis omnibus quæ ipſe dominus noſter Papa modernus volet & diſponet per aſſecutionẽ prędictorũ beneficiorũ mediate vel immediate in curia, [d] vel

(* 1) Iſtud latè firmo in tract. deuolu. par. j. q. xxij. P.

(* 2) Vbi apud eum. nu. 11. contra hanc gloſ. teneo tanquam veram, quam curia ſeruat: ideo quando prorogatio huius temporis de cõſecrandis petitur à ſede Apoſt. ſolet poni clauſula. Et quòd propter non conſecrationem beneficia per eum habita non vacent, nec vacare cenſeantur, hunc punctum habes latè examinatum per nos in tract. diſpen. mem. iiij. par. j. nume. 88. P.

(* 3) Iſtud per plura firmo in tract. diſpen. mem. x. par. ij. nu. 16. & ſeq. & in tract. penſio. par. ij. q. vij. P.

a ¶ Benedici) Quo ad abbates, & facit iſte tex. quòd beneficia electi in abbatem non vacẽt ante benedictionem, (*) de quod dic vt no. ſuprà de elec. c. licet. §. cenſuit.

Benedictio abbatis & abbatiſſæ petitur.

(*) Ad quam ſuſcipiendam, quoad concernit abbates, non eſt tempus præfixum, bene tamen quo ad abbatiſſas dicit Bonf. in clemen. attendentes, §. fi. nu. 5. & 6. de ſta. mo. Probus.

b ¶ Item non ſolum) Non ſolum poſſit Papa Eugen. diſponere quod eſt ſuprà.

c ¶ Illis) Beneficiis & officiis Eccleſiaſticis.

d ¶ Curia) Ro. quæ debet eſſe vbi Papa eſt. Inno. in c. expoſuit. de dila. quod tamen debeat eſſe Romæ, monſtrat Oldra. conſil. lxxxv.

Curia Romana vbi debet eſſe.

Digitized by Google

extra fore dimitenda: abſq; [a] tamen quacunque exactione vacãtiarum [b] aut aliorum onerum, ſalua [c] ſemper prouiſione quintæ partis [d] ſæpe dictæ in caſibus circa prouiſionem pecuniarum annotatis.

Enunciat congregatio Gallicana quandam liberalitatem perſonalem Papæ factam eſſe. Probus.

Item voluit † [e] dicta congregatio ipſam liberalitatẽ [f] facere & cenſeri eſſe factam perſonaliter [g] domino noſtro Papę [h] moderno, & ſine præiudicio [i] libertatum & iurium Eccleſiæ Gallicanæ, vt præmiſſum eſt: ita quòd huiuſmodi conceſſio in perſonam ſucceſſorum, prout

Aſque quomodo exponatur.

a ¶ Aſque) Id eſt ſine, excluſiue ponitur ſuprà, eod. §: ver. plurimi, ca. j. de conſue. in vj. aliquando incluſiue, no. in c. non eſt noſtrum, xxiij. q. v. Arch. in c. qui generaliter, de procu. in vj. Old. conſi. xlix. vbi de multis dictionibus tract. gl. & doct. in ca. ij. de confeſ. in vj. Cy. & Bar. in l. actor. C. de proba. Bald. in l. quod obſeruari, de iu. c.

b ¶ Vacantiarum) Infrà de anna. c. j.

c ¶ Salua) Hæc dictio hic detrahit ad prę cedentia, ad hoc quod no. Ang. in tracta. male. in ver. ſaluo & reſeruato. Bal. in l. terminato, C. de fruct. & li. ex.

d ¶ Quintæ partis) Infrà de anna. §. voluit tamen, & §. ſequen.

† e ¶ Voluit) & nos idem velle debemus ex quo illud præcipit obſeruari gl. in c. venerabili, de verb. ſig.

Liberalitas dicitur.

f ¶ Liberalitatem) Liberalitas eſt ſpontanea conceſſio, nam in neceſſitate nõ eſt liberalitas, ff. de leg. ij. vnũ ex familia, de adimen. le. l. rem legatam, de donat. inter vi. & vxo. l. ſi quis pro vxore, not. in c. relatũ, de præb. & debet eſſe temperata, no. Innoc. in ca. quanto, de cen. no. in ca. ex parte de conſue. & quot in ea ſint conſideranda, habetur in c. non ſatis, lxxxvj. diſt.

Diſpoſitio perſonalis extinguitur cum perſona.

g ¶ Perſonaliter) Sic non tranſit ad ſucceſſores: vt ſequitur, diſpoſitio enim perſonalis extinguitur cum perſona, (*) ca. pontifices, xij. q. iij. de teſta. requiſiti, ca. ſi gratioſe, de reſcr. in vj. ff. de re iu. l. ſciendũ, c. priuilegium, cum ibi no. de reg. iur. in vj. realis vero tranſit ad ſucceſſorem, l. annua. ff. de an. le. cap. cum veniſſent, de inſti. ſed

Diſpoſitio quãdo cenſeatur realis aut perſonalis.

quando cenſenda ſit realis vel perſonalis, no. Io. And. in d. ca. priuilegiũ, in no. Bart. in l. & quia, ff. de iuriſd. om. iudi. Henri. & moder. in ca. quoniam Abbas, de offi. delegat.

(*) Iſtud per multa firmo in tract. penſio. parte ij. q. iiij. P.

h ¶ Papæ) Eugenio iiij.

i ¶ Præiudicio) & merito: quia ex liberalitate ſua non debet damnũ pati, ff. de ædil. edi. l. ad res donatas, (*) de re iu. l. exhæredatum, & l. ſequen.

(*) Qui tex. allegatur ad vulgare Gallorum firmandum, que à cheual dõné, ne faut

faut regarder en la gueule, vel ſecundum Italicorum prouerbium, Non reſpiciendum dentem equi donati, ait gl. in cle. ij. in verbo gratioſe. de celib. quæ ſubdit. Quadrupedis dentes donati cernere noli. Probus.

Equi donati dentes reſpicere noli.

a ¶ In ſimili) Infrà de anna. §. item quòd huiuſmodi.

b ¶ Dictum eſt) Suprà eo. §. item inſuper.

in ſimili[a] dictum[b] eſt, tranſitum non habeat.

Fiat proſecutio apud concilium, ne Roma. pontifex decætero ſe intromittat de creandis canonicis in Eccleſiis in quibus certus eſt canonicorum & præbendarum numerus, cum appoſitione decreti irritantis, niſi ad effectum obtinendi dignitatem vel officium. P.

Item[c] cenſuit † [d] ipſa congregatio proſequẽdum[e] eſſe apud concilium, ne decætero[f] Romani pontifices ſe intromittant de creandis canonicis in cathedralibus[g] &

c ¶ Item cenſuit) Proſequendum foret apud concilium, ne Romanus pontifex de creandis canonicis ſe intromittat, niſi ad effectum dignitatis in aliqua Eccleſia obtinendæ.

† d ¶ Cenſuit) Quæ in hoc §. deſcribuntur, legem non faciunt, tum quia cõtra ius commune, tum quia à cõcil. Baſilien. non fuerũt approbata, vt hic petitur fieri: ideo vim non habent, dicit gl. ſuprà hoc titu. §. vt hoc vt vero, in verbo concluſum. Tamen quod gl. optauit, per legem concordatorum obtentum fuit, vt patet in tit. de reſerua. in fine, vbi gl. in verbo in cathedralibus, ponit vim huiuſmodi canonicatus. Sic eſt ſatisfactum gl. ſeq. ideo quòd congregatio Gallicana facere non potuit, vt ipſa gl. fatetur, hic Leo Papa conceſſit. P.

e ¶ Proſequendum) Non fuit proſecutũ: ideo nullius effectus eſt hoc aduiſamentũ: vt in ſi. no. ſup. eo. §. item circa, nec etiam potuiſſet Eccleſia Gallicana imponere legem Papæ, not. ſup. eo. §. item voluit.

f ¶ Decætero) Creationes igitur prius factas non vult vitiare, ad hoc, xxxij. qu. iiij. dixit Sarra, c. cognoſcentes, c. fi. de conſti. quod not. in c. ij. de conceſſ. præb. in vj. in ver. decætero, in c. j. de poſtu. præla. eo. lib. in cle. j. de electio.

Canonici cathedralis Eccleſiæ ſunt honorabiliores aliis.

g ¶ Cathedralibus) Canonici cathedralis Eccleſiæ funguntur maiori honore (* 1) quàm alij canonici alterius Eccleſiæ, Inno. in c. fraternitatem, de ſepul. de Rota deciſ. 450. vbi dicunt quòd magnus eſt honor quem eſſe canonicum cathedralis Eccleſiæ: quæ in forma communi non cadit, c. quamuis, de præb. in vj. facit, ca. extirpandæ, §. qui vero, de præben. talis enim canonicus ad Eccleſiam ruralem propter honorem cathedræ inſcribi non debet, (* 2) ar. C. ſi curi. re. ci. l. j. lib. 10. Archi. in ca. de cõſue. in vj. vnde per regulas cancellariæ minor xiiij. annis non poteſt eſſe præbendatus in Eccleſia cathedrali, de Rota deci. 327. de quo docto. in ca. ſuper inordinata, de præbend. nec infamis: licet poſſit eſſe canonicus inferioris Eccleſiæ, in authen. de mona. in princi. collat. j. not. Bald. in marga. in cap. in princ. inde tenet Rom. quòd diſpen-

Præbendã Eccleſiæ cathedralis non poteſt habere minor quatuordecim annis.

Digitized by Google

ſatio Epiſcopi facta cum illegitimo, non extenditur ad præbendas Eccleſiarum cathedralium: (*3) quia diſpenſatio eſt odioſa, ca.j.& ij.de fil.preſby.in vj. de Rota deciſio.139.de quo Io.Mo.& moder.in dicto c.j.de fil.preſby. Oldra. conſi.214.& in materia odioſa ap.beneficij non venit præbenda Eccleſiæ cathedralis, nec ap.clerici canonicus illius Eccleſiæ.Panorm.in c.bone,j.de poſtu.præla. vide ſuprà eodem c.j.§.j.in ver.ſacerdotali in ver.præb.

collegiatis [a] Eccleſiis in quibus eſt certus numerus [b]

(*1) Iſtud, & quæ in gl.ſequuntur, expedita habes per nos latè in tractatu diſpenſationum, membro ſexto, parte ſecunda etiam parte prima. P.

(*2) Rationem poſui ſup.hoc tit.§.item inſuper, in verbo diſponere. P.

Illegitimus ad canonicatum Eccleſiæ cathedralis, vt promoueatur.

(*3) Et propterea ſi cupis illegitimum ad eas præbendas promoueri, fac vt in diſpenſatione deſcribatur clauſula, & in cathedralibus, etiam metropolitanis Eccleſiis, &c.de qua & illius declaratione habes latiſſimè in tracta. noſtro diſpen. memb. vj. parte ij.num.59. Probus.

a ¶ Collegiatis) In quibus ſecundum multos collatio præbendarum ſpectat ad collegium, ar.c.cum in Eccleſiis, de præb. in vj.c.ex tranſmiſſa, de renun. de Rota deciſio. 170. in Eccleſiis autem cathedralibus ad Epiſcopum & capitulum ſimul de iure, capitu.nouit, de his quæ fi.à prælat.de quo gloſ.& docto.in capitu.cum Eccleſia, de elect.

Collatio canonicatuum collegiata ad quem ſpectet.

b ¶ Numerus) Eccleſiarum collegiatarum quædam ſunt numeratæ, quæ habent certum numerum canonicorum & præbendarum, & harum quædam habent præbendas diſtinctas in certis redditibus, poſſeſſionibus, ſeu iuribus: vtputa quãdo tres poſſeſſiones vel duæ deputantur pro vna præbenda, (*1) aliquæ ſunt quæ habent portiones certas priuilegiatas: puta quando omnes redditus ſunt communes, & percipiuntur per vnum loco capituli: & in fine anni fiunt certæ portiones, (*2) & ſecundum priuilegium vel ſtatutum datur cuilibet portio ſua: & in talibus Eccleſiis poſſet Papa creare nouos canonicos vltra numerum, abſque tamen expectatione præbendæ, & debebunt recipi, caueant tamen quod in eorum literis ſit clauſula, non obſtante certo canonicorum numero, &c. vbi numerus eſſet iuratus: vel ap. auctoritate confirmatus, c.conſtitutus, (*3) de reſcri.Panorm.in ca.dilecto, de ap. Talis enim creatio non eſt iuribus Baſilien.prohibita, nec repugnat canonicis inſtitutis, c. relatum, c.dilectus, j. de præb. cum expectatione tamen præbendæ vacaturæ (*4) non poſſet hodie, cum gratiæ expectatiuæ ſint damnatæ, ſuprà eod. §.j. ver. volens itaque, niſi in certis caſibus, vt in d.§.ver. non tamen intẽdit ſuprà eo.§.item voluit. quod ergo ius habebit talis canonicus ſupernumerarius? certe ius iſtius creati erit valde tenue & exile, & extinguetur cum perſona, c.dilecto, de præb.ideo talis canonicatus ſupernumerarius non poterit permutari, not.Io.de Lig. in cle. j. de re. permu.quia de natura permutationis eſt quòd extrema permutata eadem numeraliter maneant etiam in beneficialibus, probat totus titulus de re. permuta.ff. & C. in decre.in vj.& in cle.ſed hic ſi dictus canonicatus permutaretur, nõ maneret idem: quia cum iura vltranumeraria renũciantur, extinguuntur, fluunt enim & refluunt ad mutationem perſonæ: vt dictum eſt, ſecus quando renunciantur canonicatus & præ-

Eccleſiarũ collegiatarum quædã ſunt numerata quædã non.

Canonicatus ſupernumerarius permutari non poteſt.

bendæ intra numerum ex cauſa permutationis: quia non extinguuntur (*5) hæc iura: ſed omnino manent eadem, licet Lap. velit contra, in c. j. de re. permu. in vj. vbi per do. Frederi. in tract. permu. q. xiij. Panor. in cap. cum olim, de re. permu. nec puto quod talis creatus debeat habere aliquam commoditatem in Eccleſia, puta vocem in capitulo, aut recipere diſtributiones quotidianas: cum habeat quoddam ius ventoſum, per not. per gl. & Io. in ca. cum m. de conſti. de Rota deciſio. 450. vbi dicunt quòd talis creatus habens expectatiuam præbendæ, non dicitur habere beneficium, & quod de conſuetudine curię receptum eſt quòd iſti creati vltra numerum nihil interim recipiant: quod not. Barto. in l. ſi duas, §. grammatici, ff. de excu. tu. quod canonicus ſupernumerarius (*6) non gaudet priuilegiis canonicorum, proderit tamen iſti creato quod redditur capax dignitatis illius Eccleſiæ: quæ ex conſuetudine vel ſtatuto (*7) requireret canonicatum, vacat (*8) tamen talis canonicatus poſt collationem præbendæ ſibi factam cui eſſet canonicatus annexus: vt not. in dicto c. dilectus, quia non poteſt (*9) ibi habere duos canonicatus, cle. fi. de præb. nec mirum ſi poſſit fieri huiuſmodi creatio: quia aliud eſt præbenda, aliud canonicatus: vt not. in d. c. cum m. Guil. in d. cle. fi. Hen. in ca. ij. de inſti. & à principio erant canonici ſine præbendis diſtinctis: maxime quando eccleſia non habebat temporalia, xij. q. j. videntes, & poteſt quis eſſe perfectus canonicus ſine præbenda, not. Inno. in c. fi. de cle. non reſi. in c. dilectus, licet Rom. aliter deciſi. 454. & canonicatus (*10) eſt ius (*11) ſpirituale & incorporale: ideo eius creatio ſupernumeraria cõcanonicis non præiudicat, eſt enim in charitate & fraternitate: & in officio diuino abſque diminutione temporali aliorum, & ſpiritualia plus proſunt in pluribus (*12) quàm in paucis, quia aliàs dona Spiritus ſancti non dantur ad menſuram, no. de conſe. d. v. nõ mediocriter, ſi tamen quis fuerit receptus in canonicum vltra numerũ auctoritate Papę in caſu quo poteſt dare expectatiuam, ille haberet ius ad primam præbendam vacaturam: ita quòd collatio alteri facta non teneret, ca. ſi poſtquam, de præb. in vj. & ſi Papa mandaſſet eum recipi in canonicum cum plenitudine iuris canonicalis, vt in dicto capitulo dictus, capitu. propoſuit, de conceſ. præbend. interim deberet habere omnia iura canonicalia, per illud capitu. dilectus, & volunt docto. in dicto capitu. cum m. aliàs autem nihil percipiet, & erit canonicus honorarius in herbis: quia interim non percipit fructum: ſicut non percipit ex herba, donec veniat tempus fructus. Aliæ Eccleſiæ ſunt in quibus eſt certus numerus canonicorum: ſed non ſunt præbendæ diſtinctæ, nec per poſſeſſiones, nec per portiones priuilegiatas; ſed de omnibus redditibus iuxta numerum canonicorum dantur portiones, vnde ſi ſunt plures, minus, ſi pauciores, plus habent, & de iſtis habetur in capitu. fi. de conceſ. præbend. in vj. & in iſtis dic idem quod ſuprà, tamen vbi conſtaret Papam per ſuum mandatum velle frangere numerum: vt quia mandat canonicum creatum recipi in illa Eccleſia cum plenitudine iuris canonicalis, habebit extunc tales portiones, cum veniant acceſſoriè ad numerum canonicorum, ideo rupto ipſo numero videtur quod debeantur ipſi canonico ſupernumerario, ar. capit. tranſlato. de conſtit. capit. acceſſorium, de re. iur. in vj. ſed verius eſt quod non frangitur numerus portionum, cum nullus ſubeſſet nu-

Canonicus ſupernumerarius an habeat priuilegia canonicorum.

Canonicatus quale ius eſt.

Præbendæ quandoque diſtinctæ non ſunt, licet canonicorũ numerus ſit certus.

merus : ſed fierent portiones ſecundum quod ibi ſunt canonici, vt volunt docto.in d. ca.dilectus,ad hoc.d.c.fi. de conceſ. præ.in vj. Aduerte quod in dubio vbi ſtatuitur certus numerus canonicorum, per conſequentiam videtur tunc determinari numerus præbendarum (* 13) iuxta numerum canonicorum, no. Innocen. in cap. ex parte,de conceſ.præbend.per quem text. patet quod certus numerus non dicitur eſſe in Eccleſia ex ſola facti contingentia: vt quia ſunt ibi.x. vel.xij. canonici: ſeu quãdo ex fundatione, ſtatuto, vel priuilegio eſt diſpoſitum (* 14) quod ſint vſque ad talem numerum & non plures, facit quod habetur in d. cap. cum enim conſtitutus. Aliquando contingit quod in aliqua Eccleſia eſt certus numerus præbendarum, ſed non canonicorum : & tunc vbi Papa in caſu permiſſo mandat aliquem recipi in canonicum ſub expectatione præbendæ, debebit recipi, etiam ſi non ſit facta mentio de numero : ex quo non eſt certus numerus canonicorum. Aliquando contingit quod in Eccleſia non eſt cert.is numerus canonicòrum nec præbendarum : & in illa non numerata Eccleſia non eſt dare vacationem canonicatuum vel præbendarum: quia vacatio dicitur reſpectu exiſtentiæ & numeri. d. c. ex parte. Inno. in ca. cum in Eccleſia. de elec. Bart.in marga.cum enim in ea quis recipitur in canonicum, creatur quoddam ius de nouo quod extinguitur cum perſona.d.c.dilecto. & dicit ibi Inno. quod ſi canonicus moriatur in illa Eccleſia : & impetretur canonicatus vel præbenda tanquam vacans, non valerent literæ: quia canonicatus non vacauit, ſed deſiit eſſe. idem Compoſt. in c.capitulum, de reſcri.in glo. mag.§.item quid ſi Papa mandat.ſed contrarium innuit glo.in d.c.fi.de conceſ.præb.in vj.& doct.in d.c.ex parte, vbi concludunt quòd mandatum de prouidendò in aliqua Eccleſia non obſtante certo numero,&c. extenditur ad Eccleſiam non numeratam, quia illa clauſula venit potius ad augmentum quàm ad diminutionem, & ad tollendum obſtaculum ſi quod eſſet,etiam ſi mandatũ fuerit de præbẽda ſi vacat, vel quæ proximò vacauerit: quia ſi Papa voluit prouideri per tales literas in Eccleſia in qua haberet locum vacatio, & ſic in Eccleſia numerata, multo fortius in Eccleſia non numerata. ar. cap. ex parte, de deci. cap. per venerabilem, qui filij ſunt legi. hoc tenent Domi. Anto. & Panormi. in dicto cap. conſtitutus, per illum text. quia ibi faciendo mentionem de præbenda vacatura, tacite fiebat mentio de numero. d. ca. dilecto. & nihilominus debebat prouideri iſti ſi ſtatutum de numero non præceſſiſſet. Sed dicit Ioan. de Imol.in dicto ca.fin.de conceſ.præbend.quòd licet prædicta opinio videatur æqua, & in practica ſeruetur, tamen de iuris rigore non videtur vera : quia in iſtis literis beneficialibus non valet argumentum de maiori ad minus, (* 15) vt patet in ca. cui de non. de præbend. in vj. not. Henri. in c.nónne. de præſump. Panor. in cap. at. ſi clerici. §. de adulteriis, de iudi. & ſic licet maius ſit prouideri in Eccleſia numerata quàm non numerata, (* 16) tamen non videtur mandatum de prima extendi ad ſecundam, & quod dictum eſt de mandato ap. quo ad iſtas Eccleſias non numeratas, idem cenſeo dicendum in nominationibus.

Præbendæ quandoque ſunt numerata, ſed non canonici.

(* 1) Et tales habes in Eccleſia Pariſien. nam in Moriaco ſunt quinque vel ſex canonici, qui ſuas præbendas (quas groſſos præbendarum vocant) habent in & ſuper fructibus, redditibus & prouentibus qui inibi ad capitulum pertinent. Aliqui autem

in Vernolio, ac alij in cæteris dicti capituli vel ipſius Eccleſiæ dominiis, qui groſſi ſunt ſingulis canonicatibus annexi ſpacio xx. annorum continuorum, & his finitis per capitulum, aut illius deputatos de nouo æquantur, poſtea per quemlibet canonicorum ſecundum dignitatum gradus, ac antiquitatis receptionem optantur, & vno corū vita functo, alius ſecundū prærogatiuā prædictū, ſi placet, defuncti optat præbendā, & illius immediatus optat eam q̃ primus optans dimiſit, & ſic de aliis. P. *Præbendarū Eccleſiæ Pariſienſis ponitur diuiſio.*

(*2) Tales præbendas reperies in Eccleſia patriarchali Bituricen. & in multis aliis huius regni Franciæ Eccleſiis. P.

(*3) Quod loquitur de Eccleſia Bituricen. P.

(*4) De quarum materia habes tractatum amplum per Ludo. Gomes, intitulatū de gratiis expectatiuis, ac manda. de prouidendo. P.

(*5) De extinctione huiuſmodi canonicatum dixi in tract. penſio. parte vij. q. v. P.

(*6) De quo aut canonicatu ſupernumerario dixi latè in tracta. deuolutio. parte ij. quæſt. xiiij. Probus.

(*7) Quæ ligant ordinarios collatores, vt aliis has dignitates conferre non poſſint, probat Bald. in conſi. clxxvij. in Eccleſia regina. vol. primo. P.

(*8) Imò potius extinguitur, vt probaui in tracta. penſio. par. vij. quæſt. v. & in tract. deuolutio. parte ij. q. xiiij. vide Rotam deci. 445. in nouis, col. fi. Si legatus, ideo ſi contingat talem renunciare præbendæ cui eſt canonicatus annexus, amplius non dicitur ad dignitatem obtinendam habilis, obſtante ea conſuetudine, de qua hic in gloſ. Probus.

(*9) Et illos obtinere eſt magna incompatibilitas, vt probo in tracta. diſpen. mem. iiij. parte iij. nu. 20. Probus.

(*10) Ratione cuius, non præbendæ, competit vocis ſuffragium: prout & alia quę ſunt iuris ſpiritualis, no. Collect. in cap. pe. nume. 4. de conceſ. præb. & Domi. in cap. fina. §. in illis, eod. titu. & lib. vj. & Decius poſt tex. ibi no. iij. in cap. relatum, de præbend. qui ſubdit, quòd qui non eſt canonicus, licet in Eccleſia habeat dignitatem, non tamen reddit vocem. Innocen. in cap. ij. de inſtitu. quem Panor. ſequitur in ca. auditis, col. j. de elec. & in ca. Cum olim. de re iudica. & Imola in cap. Cum iam dudum. col. pe. de præben. dixi latius in tract. diſpen. memb. vj. parte j. nu. 5. intellige qui non eſt canonicus cum præbenda, quia in hoc regno non reperitur canonicatus ſine præbenda, niſi quo ad effectum obtinendi dignitatem, vt probatur in concor. in ti. de reſeruatio. vbi vide gl. Cui adde quòd talis canonicatus nihil affert ſpiritualitatis, & extinguitur, vt probo in d. tra. memb. v. par. iij. nu. 43. quæ ſunt de mente huius gl. ſup. col. iij. Probus. *Suffragiū vocis ratione canonicatus, non præbendæ competit.*

(*11) Text. eſt in ca. dilecto. ante finem, de præbend. quem ſingularem dicunt ibi Card. & Panormita. & Felyn. in capitu. cum, m. col. viij. de conſtitu. ad hoc quod præb. dicitur ius ſpirituale, & indiuiſibile, intellige quando eſt canonicatui annexa, ait Panor. in c. maioribus, eo. ti. eſt igitur ius ſpirituale, non ratione ſui ipſius, ſed ratione canonicatus: ideo ille eſt ius ſpirituale, ex quo ratione illius aliud fit late tale. P. *Præbenda dicitur ius ſpirituale & indiuiſibile.*

(*12) Et hæc eſt ratio quare dicatur quòd maius eſt diſpenſare ad duos canonicatus præbendatos in eadem Eccleſia, quàm ad plura curata in diuerſis Eccleſiis, iſtud firmo in tract. diſpen. memb. xij. par. j. nu. 29. Probus.

Digitized by Google

(*13) Et tunc collato vno illorum canonicatuum, eo ipſo dicitur collata præbenda illi canonicatui annexa, vt probo in trac. diſpen. memb. vj. parte j. nume. 54. dixi etiam infrà in glo. in verbo præbendarum, quæ eſt huic proxima, quibus adde quæ latius habes in tract. noſtro penſio. parte ij. q. prima. P.

(*14) Facit in ſimili, quòd beneficium non dicitur ſacerdotale ex eo ſolo, quòd titularius illius eſt præſbyter ſæpe celebrans, ſed quia fundatione, ſtatuto, vel cõſuetudine requiritur quòd titularius ſit actu preſbyter, vt deduco in tractu. diſpẽ. memb. v. parte j. nume. 12. P.

(*15) Etiam non valet arg. illud in præparatoriis ad beneficia, vtpote diſpen. vt late probo in tract. diſpen. memb. vj. parte ij. nu. 127. & iiij. membr. par. iij. nu. 9. P.

(*16) Quæ ſic in hac gloſ. ſunt diſcuſſa de eccleſiis non numeratis, aut numeratis, hodie magnus nõ eſt faciendus proceſſus cum pene omnes Eccleſiæ ſunt numeratæ, id eſt certus ſtatutus eſt canonicorum in eis numerus, ſaltem in Gallia. P.

canonicorum & prębẽdarũ[a] cum appoſitione decreti irritantis: vt tanto magis vitetur[b] occaſio[c] captandæ[d] aut deſiderandæ mortis alienæ. Niſi in eo caſu duntaxat[e] in quo dignitas vel officium

Præbenda & canonicatus differunt.

a ¶ Præbendarum) No. quod aliud eſt præbenda, aliud canonicatus, vt dictum eſt, vbi tamen præbendæ & canonicatus eſſent annexi, collata præbenda intelligitur canonicatus collatus. (*) argu. in l. illud. ff. de acquiren. hæred. vbi Ange. c. ſuper eo. de præbend. in vj. tunc enim appellatur illud ius vnicum & indiuiduum, c. dilectus, de præbend. Panor. in c. tuæ. eo. tit. & ademptio præbendæ ſolius ſine canonicatu non valeret. arg. in l. ſi ita, §. regula. ff. de libe. & poſthu. vbi Imola.

(*) Iſtud tenet Imola in ca. propoſuit. nume. 12. de conceſ. præbend. poſt Anto. ibi col. antepe. & Domi. in cap. ſi clericus, de præbend. in vj. & eſt de mente Rotæ, deciſione 547. in antiquis, dixi latius in tractatu diſpen. memb. vj. parte j. nume. 54. Probus.

b ¶ Vitetur) Debet tolli omnis occaſio delinquendi. j. q. j. emendari. c. cum ab omni. de vita & ho. cleri. l. j. ff. quemadmod. teſta. ape. l. j. nau. cau. ſta. (*)

(*) Iſtud per alia ſimilia firmat Lucas de penna in l. quicunque. de fund. patrimo. lib. xj. C. Probus.

c ¶ Occaſio (*) quam præſtare ſolet expectatio vacaturorum; ſupra eod. §. j. cum ibi no. in pro. §. quibus ad plenum. ver. cæterum.

(*) Quæ multis modis ſumitur, vt per Lucam de penna. in l. inter chartulas, de conue. fiſci debitor. lib. x. C. differt equidem à cauſa, vt firmo in trac. diſpen. memb. xij. parte j. nu. 88. P.

d ¶ Captandæ) Si. ver. in ca. ne captandæ. de conceſ. præb. in vj.

e ¶ Duntaxat (*) id eſt tantum, c. ex pœnitentibus, l. diſ. cle. j. de ſequeſ. c. contingit. de iureiuran. in vj. vbi Archid. l. cum in teſtamento. ff. de verbo. ſignifi. vbi teſtator iuſſit ęxpendi. c. aureos duntaxat in monumento, ſup. de elec. ca. ſi. no. de tem. or. cap. j. in vj. de qua Barto. in l. iij. §. Titio. ff. de adi. lega. in l. j. ff. ſi quis ius di. non ob. Oldra. conſil. clxxxvj.

Digitized by Google

(*) Quæ de ſui natura eſt taxatiua,& alios excludit,probat Marcus Mantua. in cõ. 188. nu.10. Cum alias per Felicis recordationis, & Ludo.Gozadi.conſil.lx. nume.7. & 20. & gloſ.concorda.in titu. de reg. no. ad præla. fac. in §. j. in verbo conſanguinei. col. iij. Probus.

a ¶ Ipſe) Rom.ponti.non alius ordinarius,& melior eſſet litera ipſi, vt conſonet in caſu cum ver. Ro. pontifices, quod præcedit.

de qua vel de quo ipſe[a] alicui cenſeret[b] prouidendum iuxta formam antedictam[c], requireret[d] forſan canonicatũ in Eccleſia à qua dependeret dignitas † [e] antefata: ita tamẽ quod p huiuſmodi creationẽ canoniȩ canonicus huiuſmo-

b ¶ Cenſeret) Aliàs cenſerent. & congruentius.

c ¶ Antedictam) Sup.eod.§.item voluit. & §. ſeq.

d ¶ Requireret) Vt eſt quaſi in omnibus Eccleſiis regni Franciæ de conſuetudine (*1) præſcripta,quod dignitas non poteſt nec debet conferri niſi canonico illius Eccleſiæ,de quo no.ſup.eo.§.j.in ver.ſimili. (*2) ſed de iure cõmuni non poteſt quis eſſe duplex in eadem Eccleſia ſiue in beneficiis vniformibus: vt habere duos canonicatus vel duas præbendas. c. literas de cõceſ.præb.Inno.in c.cum iam dudum.de præb.glo.in c.dudum.de elect.& vacat vna per aſſecutionem alterius,(*3)cle.fi.de præb.glo.& Bar.in l.eis,C.qui mit.in poſ.lib. xij.cle.fi. eodem tit. nec valeret conſuetudo in contrarium,cap.j. de conſuetu. in vj. nec poſſet Epiſcopus in hoc caſu diſpenſare: vt no. in dictis iuribus, vbi doct. ſiue difformibus: quia de iure communi non poteſt haberi dignitas & præbenda in eadem Eccleſia.ca.ſanctorum,lxx.diſ.niſi ex ſtatuto vel conſuetudine Eccleſiæ: vt no. Ioan.And.& alij in d.c.j.in cap.eam te.de reſcri.in c.poſtulati.de conceſ. præb.in ca. à collatione.de ap.in vj.cap.cum in Eccleſia.de præ. in vj. vel ex diſpenſatione Epiſcopi: vt no.in dicto cap.j.in d.cle.fi.de præb.Ioan. And. in dicto cap. literas.

Duplex an poſſit quis eſſe ſub eodem tecto.

(*1) De qua dixi latè in tract.penſio. parte ij. q.iiij. Et illa dicitur in omnibus fere Eccleſiis Galliæ notoria,adeò quòd alia non indigeat probatione,tanquam ſit apud Gallos ius commune. P.

(*2) Et ibi diximus,quibus adde eam conſuetudinem firmari per tex.in c. ſuper.e. de præ.in vj.&in c.quia ſæpe.eo.ti.& li.vbi Io.Mo.ait,quòd decet canonicum promoueri ad dignitatem ſuæ Eccleſiȩ,& quòd illam non debet habere non canonicus, tex.in ſimili de regularibus,in c.cum ſingula.e.ti.& lib.vide Collect.in c.poſtulaſtis, nu.4.& in c.ij.col.fi.eod.titu. P.

(*3) Iſtud videtur placere Signor. de Homed. in conſi. 112. col.iij. Thema. ſic ſe habet. ſic cap. de multa, dicitur habere locum in beneficiis ſimplicibus ſub eodem tecto,prout & in multis aliis per nos adductis in tract.penſio.par.ij.q.j. P.

† e ¶ Dignitas) Quæ & canonicatus loco vnius habentur,ait Staph.in 4.forma expec. ſubdens poſt Anto. de Butrio in c.cum olim. de re iudi. quòd ſi quis gerit vices plurium perſonarum, puta canonici & præpoſiti, non debet habere duplicatas diſtributiones,quia ſeruit pro vno,& loco vnius habetur. P.

Digitized by Google

di ſi ſaltē[a] præter[b] cōſenſum collatoris[c] crearetur, nō expectet præbēdā de proximo vacaturā in vim ſcilicet creationis huiuſmodi, niſi alia ra-

Saltem diminutionē ſignificat.

a ¶ Saltem) (*) eſt coniunctio aduerſatiua, quæ diminutionem ſignificat, c.ſtatutum, §.cum vero, de reſcript.in vj.vbi Archidia.aliquando eſt cauſatiua. l.omnes, C. de epiſc. & cle.ſed quando iungitur cum vel, aut ſeu, importat alternationem ordinis, patet in c.quia propter, de elect. vbi Io.And.& Panor.in ca.per veſtras, de dona. inter vi.& vxo.no.Pau.in cle.cauſam, de elect.per Io.And.in addi.ſpecu.tit.de offic. iudi. §. vlti.verb. ſed nunquid à ſententia. Bar.in l.j.ff.de iur.codi.

(*) De ea vide per gl. concord. in titu. de colla.in §.ſtatuimus, ij.in verbo ſaltem. Probus.

b ¶ Præter) Id eſt ſine conſenſu.

c ¶ Collatoris) Qui poteſt creare nouum canonicum vltra numerum: præſertim cum cōſenſu capituli, & vbi numerus non eſt apoſtolica auctoritate firmatus, capit. dilecto, cap. vacante, cap. pro illorum, de præb.c.cum m.de conſti. Sed aut ſimpliciter creat, & recipitur vltra numerum canonicorum, d.ca.cum m.v. & frangitur numerus ibi in derogationem ſuæ conſtitutionis: & per conſequens ſic receptus debet habere omnia iura canonicalia, & expectare præbendam tempore ſuo, ca.dilectus, j. de præb.aut creatur & recipitur hoc adiecto, vt ſit ſupernumerarius: & tunc non frangitur numerus, & ſic receptus non habet ius integrum, ſed eſt quoddam ius præparatorium (*) ad futurum ius præbendale obtinendum: vt in iuribus allegatis, non tamen intelligas quòd iſte habeat ius afficiens primam præbendam vacaturam ex tali receptione: quia collator & capitulum non poterant dare ius ad primam præbendam vacaturam, diſt. c.dilecto, ideo ſi collator poſt receptionem primam præbendam conferat alteri, valebit collatio. no. Innoc.& alij in ca.inter cætera, de præb.nec ob. ſi dicatur quòd perſona eccleſiaſtica non poteſt variare, cap.cum autem, de iur.pa.cum ibi loquatur quando præſentatio fuit facta ad beneficium vacans, non autem loquitur de beneficio vacaturo, ad quod obtinendum non poteſt inferior circa Papam dare ius, nec ob.cap.relatum, de præb. quia verum eſt quòd collator obligatur illi ad prouidendum, quia non videtur congruum vt prębenda careat, qui in canonicum eſt receptus, non tamen ſequitur quòd præbenda primo vacatura ſit ei affecta, nec ob.capit.ſi poſtquam, de præbend. in vj. quia loquitur in recepto auctoritate Papæ, aduerte tamen quòd collator prouidendo alteri tenetur iſti creato quem illuſit, de redditibus communibus prouidere, iuxta formam, dicto capitu. dilectus, vbi capitulum obligatur ad illam prouiſionem, propter transgreſſionem mandati Papæ: ita debet obligari per tranſgreſſionem mandati legalis: vt dicto capitu. relatum, ad hoc, dicto capitu. inter cætera, cum ibi no. aut creatur canonicus ſupernumeratus ad effectum duntaxat dignitatis obtinendæ quæ requirit canonicatum, & tunc non videtur quòd collator teneatur eidem prouidere de præbenda, per no. ſuprà in ver. numerus, licet iſte textus aliud innuat à contrario: ſed vt ſuprà dixi, non eſt hic aliqua diſpoſitio, ſed aduiſamentum.

Canonicus ſupernumerarius frangit numerum.

(*) Sic

Digitized by Google

(*) Sic ſe habet inſtar diſpenſationis, quæ dicitur ad collationem præparatorium vt probo in trac. diſpen. v. memb. par. iij. num. 103. P.

a ¶ Debeatur) Forte quia mandatum de prouidendo de vacatura, eſt in caſu permiſſo papæ: vel eſt nominatus, vel graduatus huiuſmodi creatus canonicus.

Diſpenſatio eſt ad collationem præparatorium.

* b ¶ Debeatur) Quoad concernit hunc punctum per concor. in tit. de reſeruatio. his verbis fuit prouiſum, in cathedralibus tamen metropolitanis & collegiatis eccleſijs, in quarum ſtatutis cauetur expreſſe, quòd nullus ibidem dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium obtinere poſſit, niſi in illis actu canonicus exiſtat, canonicos ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem vel officium huiuſmodi, & non conſequendi præbendam primam vacaturam creare poſſe intendimus. Probus.

Creatio canonicatus ad effectum

tione ei[a] debeatur *[b].

DE CAVSIS.

Acceptat decretum de cauſis, quod incipit.

Concilium prouidere intendit, ne per afflictiones & indebitas vexationes proximus opprimi permittatur, ſed quòd cuilibet iuſtitia miniſtretur, viris doloſis nocendi licentia auferatur, quieſque & rectorum tranquillitas facilè non perturbetur.

Eccleſiaſticæ[c] ſolicitudinis[d] ſtudiũ iugiter[e] inuigi-

Eccleſiaſticæ.) vſque ad §. & ne. Primo ponit breue exordium. Secundo inconuenientia (*) quæ proueniunt ex cauſarum de partibus longinquis ad Ro. curiam euocatione. Tertio ponitur conſtitutio ſuper dictis cauſis tractandis in prima inſtantia in partibus vltra quatuor diætas à Ro. curia diſtantibus, vno caſu excepto. Secunda ibi, inoleuerunt. Tertia, ſtatuit. Hoc decretum factum fuit ante diſſolutionem Baſilien. concilij. xj. calen. Februarij, anno 1435. alij tamen dicunt poſt diſſolutionem, anno ſcilicet 38. ix. calend. Febr.

(*) Quæ latiſſimè aliàs deducta fuere per curiam parlamenti, & Ludouico xj. Francorum regi propoſita, quæ reperies impreſſioni tradita in libr. trium ſtatuum Turonis habitorum, ad quem recurre: quia illa aliter non refero, cum illorum longus ſit ſermo & vulgaris. P.

c ¶ Eccleſiaſticæ) Alibi dicit operoſæ ſolicitudinis ſtudium. clem. dudum. de ſepul.

d ¶ Solicitudinis) Prælatus debet eſſe in ſolicitudine (*) non in quiete. xvj. q. j. in canonibus. xliij diſt. in mandatis. Spe. tit. de elect. §. j. ver. publicatione. ſuprà tit. j. c. j. circa princ.

(*) Quia legimus quod paſtoris non eſt excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, id eſt allegat ſe neſcire: in hoc enim non auditur: quia de eo inquirere tenetur. c. j. de of. or. fa. l. congruit. ff. de offic. præſi. dixi de offic. latè in trac. de uolu. par. ij. quæſt. xxxj. P.

e ¶ Iugiter) Id eſt aſſiduè & continuè, & hæc verba & ſi. frequentiam notant, non

temporis continuationem. de conſec. diſt. v. nunquam. xxxvij. diſt. de quibuſdam ibi, aſſiduè doceant. de offi. archipreſ. c. j. vbi exponit Hoſt. ver. aſſiduè, id eſt horis competentibus. debent enim intelligi ciuiliter, licet aliquando habeant interpolationes, vt in proœ. decre. in ver. quotidie. vbi docto. in c. ſignificatum. de præb. Panorm. in c. cauſam de elect. Bart. in l. j. §. quotidiana. ff. de aqua quo. & æſti. & hoc valet ad teſtium dicta concordanda. ſi enim teſtes debeant probare quòd Titius x. annis continuè poſſedit fundum, ſufficit deponere quòd viderunt eum omni anno colligere fructus vel arare: licet non continuè ſteterunt in conſpectu Titij & fundi. tamen intelliguntur continuè per x. annos vidiſſe. nec qui tenetur cum aliquo morari continuè, tenetur quolibet momento cum eo morari. l. ſi quis ita. ff. de condi. & demon. vbi Bar. per Henri. in c. ex parte, de cleri. non reſiden.

Aſſiduè quomodo intelligitur.

lare [a] conuenit, vt fraterna charitas [b] in clero ac populo [c]

a ¶ Inuigilare) Concor. ſuprà ti. j. c. j. §. ver. Ramanique cum ibi not. & capitur hic in pro valde. in clem. paſtoralis in princ. de re iud. vbi gloſ. cap. ad noſtram. de conſue. c. j. de fideiuſ. ff. de libe. & poſthu. l. gallus. §. ille caſus. vbi Bar. & legiſ. Spec. titu. de diſpu. & alle. aduo. §. poſt hæc. ver. vel ibi in.

In pro valde.

b ¶ Charitas) Concor. ſupra in proœ. §. quibus ad plenum ver. religio. & ſine charitate nulla virtus poteſt valere. j. q. j. ex his verbis. & vbi charitas non eſt, ibi fides & iuſtitia eſſe non poſſunt. xxiiij. q. j. vbi ſana. & de hac virtute quid ſit, & quotuplex, & an ſemel habita poſſit amitti, habetur de pœniten. diſ. ij. per totum. Ioan. Andr. in cle. j. de ſum. trini. in cle. ad noſtram. de hære.

Vbi non eſt charitas.

c ¶ Populo (* 1) no. quòd appellatione populi non venit (* 2) clerus. ca. ex parte de priui. vbi Henri. cle. in pleriſque. de elect. vbi clerus & populus ponuntur tanquam diuerſa: quod verum eſt in odioſis. c. ſi ſententia de ſenten. excom. in vj. vbi interdicto populo non venit clerus, nec econuerſo: ſed in fauorabilibus († 1) clerus comprehenditur ſub populo, attenta propria ſignificatione vocabuli. inſti. de iure na. §. plebiſcitum. vbi appel. populi veniunt omnes († 2) ciues, etiam patricij & ſenatores arg. cap. dilecti. de fo. compe. vbi priuilegium conceſſum Anglicis in genere, extenditur ad clericos. ad hoc capitu. ſi in adiutorium. x. diſt. Oldra. conſi. xxxij. Baldus in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. Pau. de caſt. conſi. cccxcvj. quod not. Panorm. in cap. eccleſia de conſti. quòd clerici poſſunt vti ſtatuto vel conſuetudine laicorum, fauente clericis quando diſponitur generaliter: & eſt priuilegium per d. capitul. dilecti. Panormitanus in capit. conſtitutis. de in integ. reſti. quia ſi non priuilegium, non extenditur ad clericos ex defectu iuriſdictionis quantumcunque generaliter loquatur, Bartolus & moder. in d. l. cunctos populos. beneficiati etiam in ciuitate ciuium appellatione continentur argu. d. capitul. dilecti. ca. iij. de tem. or. lib. vj. not. Bar. in l. j. ff. ad municip. Panorm. in c. poſtulaſti. de fo. compe. in c. cum cauſa. de re iud.

Populi appellatione an veniant clerici.

Ciuium appellatio continet beneficiatos in ciuitate.

(* 1) Qui conſtituitur ex decem hominibus, dicit gloſ. in c. j. quæſt. j. x. & gloſ. in c. j. de elect. vbi Panorm. num. 7. dicit hoc facere ad ſtatutum quo punitur is qui congregat populum de nocte, vt ſi congregauit x. homines, dicitur congregaſſe totum populum. Idem ſubdit de plebe. P..

Populus conſtituitur ex x.

Digitized by Google

(* 2) Eſt enim regula, quòd diuerſitas terminorum notat diuerſitatem rerum, ait Frede. in conſil. ccxiij. ad vltimum. & in conſi. clxv. col. ix. ver. primo, an do. Pontius. dixi in tract. penſio. par. j. q. j. num. 36. P.

(† 1) Ideo ſi indulgentia fuit conceſſa Pariſien. ciuitati, clerici ſub ea conceſſione comprehenduntur, cum ſit res fauorabilis, quia animam reſpicit. ita dicit Ludouic. Bolog. in trac. de indulgen. nu. 105. tum etiam, quia eccleſiæ ſunt de vniuerſitate domorum intra territorium poſitarum. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. ſignifica. ergo clerici eccleſiæ miniſtri. tum etiam quia ſacra & priuata ſunt partes eiuſdem totius, ergo non debent diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. merito hæc gloſ. dicit quòd beneficiati in ciuitate veniunt appellatione ciuium.

Chriſtiano [a] vigeat, nec quiſquã per vexationes & afflictiones indebitas proximũ ſuum opprimere [b] pmittatur [c]: ſicq;

(† 2) Etiam alibi nati, quia ſi epiſcopus Pariſien. concedit indulgentias ciuibus ciuitatis Pariſien. omnes in ea ciuitate commorantes & habitantes comprehenduntur, licet alibi nati, quia ex quo habitant Pariſius, de populo Pariſien. dicuntur, prout & ſubditi. cap. quoniam de offic. ordi. vbi Panorm. Etiam ſunt de ea ciuitate, etiam ſi non ſint præſentes, dummodo eorum familia ibi habitet. Bar. in l. j. §. j. ff. de liber. agnoſ. Etiam ſi non continue habitent, & eorum familia, dummodo maiori parte anni. Bar. in l. cum de lanionis. ff. de defundo inſtr. & in l. ſi quis ita. ff. de conditio. & demon. Probus. *De populo quis dicatur.*

a ¶ Chriſtiano (*) à Chriſto nomen ſumit. C. de ſum. trini. l. j. & xxij. diſt. ſacroſancta. & quare potius à Chriſto, quàm à nomine Ieſus, not. Archi. in c. decet. de immuni. eccleſia. in vj.

(*) Sicut dicitur Ieſus Nazarenus, quia nutritus in Nazareth, natus in Bethleem, & ſepultus in Ieruſalem in ſepulchro Ioſeph, dicit gloſ. in cap. j. in verbo alienam, de ſepul. & Hoſtien. in capit. cum terra in princi. de electio. P.

b ¶ Opprimere) Oppreſſio in malum ſonat, & fit à potentiori. (*) l. j. C. de præ. curi. li. x. C. quòd me. cau. l. ſi per impreſſionem. c. ſuper hoc. de renun. & poteſt de oppreſſione pauperum cognoſcere eccleſia. cap. ſi quis de potentibus. xxiiij. q. j. de quo per Innocen. & docto. in cap. cum ſit generale. de fo. compe. *Oppreſſio exponitur.*

(*) Quod firmatur verbis ſacræ ſcripturæ. Primo Iac. 2. c. ibi. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia? facit tex. in c. officij. in fi. de elec. ibi, ne monaſterium opprimatur in curſibus malignorum. Secundo, Eccleſiaſt. 4. c. ibi, Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Tertio, Leuit. 19. ca. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Idem Iob. c. 36. ibi. Non te ſuperet ira vt aliquem opprimas. Iuuat verbum diui Hierony. dicentes, Omnis oppreſſio & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt. cap. omnis iniquitas. de pœ. diſt. j. facit tex. in l. fi. de malefic. & mathe. ibi. oppreſſerit. i. dicit gloſ. occiderit. & cap. fi. de his qui filios occiderunt merito. Bal. in trac. de Carcer. ait quod præcepta legum ſunt principaliter inuenta ne pauperes perſonæ moleſtijs affligantur. P.

c ¶ Permittatur) Quilibet enim tenetur proximum ſuum defendere, quod ſi negligit

Digitized by Google

videtur iniuriantem fouere, & eſſe particeps peccati cap. dilecto. de ſent. excom. in vj. c. error. lxxxiij. diſt. c. non inferenda. xxiij. q. iij. c. quantæ. de ſenten. excom. vbi gloſ. hoc quando doloſe (*) non defendit, vt ibi no. doct. aliàs qui poteſt defendere alium ne occidatur & non defendit, non tenetur, niſi ſit aliàs conſcius criminis. Bar. in l. j. ff. ad Sylla. Bal. in l. j. C. de ſer. fug. Et poteſt recipere precium pro defenſione, igitur dolo ceſſante non cogitur. l. metum. §. ſed licet. & ibi Bar. ff. quod metus cau.

Defenſio poteſt fieri pro precio.

(*) Hunc paſſum latè firmo in ſcala bene. par. j. arg. clericum qui doloſe percutere permiſit. P.

iuſtitia [a] ordine [b] debito † [c] cuilibet miniſtretur : vt & viris doloſis [d] auferatur no-

Iuſtitiæ laudes.

a ¶ Iuſtitia) Quam dicit Ariſtoteles omnium ſeculi virtutum eſſe matrem & heram, ſine qua nihil in mundo firmiter durare valet: & dicit imperator, quòd ab alijs virtutibus ad maius apparere deſiderat. in authen. de referen. §. propterea. col. ij. & ſine ipſa aliæ virtutes nihil poſſunt in authen. vt om. obe. iu. pro. in princ. col. v. & Tullius. ij. de Offic. Tanta eſt iuſtitiæ virtus, vt nec illi qui maleficio vel ſcelere paſcuntur, ſine vlla eius particula viuere poſſint. nam & princeps latronum niſi æqualiter prædam diſpartiat, aut interficietur à ſocijs, aut relinquetur. Et Auguſt. Remota iuſtitia quid aliud ſunt regna, niſi magna latrocinia? ideo ſummum bonum in rebus eſt iuſtitiam (*) colere, ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubditos non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod eſt æquum cuſtodiri. c. cum deuotiſſimam. xij. q. ij. & eam princeps debet multum diligere. in authen. de non eli. ſecundo num. circa finem col. j.

(*) Quam qui facit, ex Deo eſt. 1. Ioan. 2. cap. qui cap. ſeq. ſubdit, Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. & in propoſito. Eccleſia. c. 18. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum. P.

b ¶ Ordine) Non ſolum rectè, ſed ritè (*) iudicandum eſt, infrà ibi, ordine congruo clemen. teſtibus. de teſti. Bartolus in l. lecta. ff. ſi certum peta. vnde ordo iudicij qui ortum habuit in paradiſo, ſpe. in pro. non poteſt peruerti. l. prolatam. C. de ſenten. niſi de conſenſu partium in aliquibus. gloſ. in capi. cum olim. de cau. poſſeſ. & pro. in cap. fina. de re iudi. in vj. c. de cauſis. vbi doct. de offic. deleg. docto. in d. l. prolatam. latè Ioan. bertha. in repe. in ver. conſenſus partium.

(*) In quibus differant hæc duo, dixi in tracta. diſpen. membr. iiij. parte iij, num. 72. Probus.

† c ¶ Debito) Id eſt iudiciario, qui dicitur inſtitutus vt nec innocentia inſidijs aduerſariorum deprimatur, nec reorum culpa iuſtam ſententiam effugere poſſit. c. quæ Lotharius. ij. q. j. & c. nonnulli. in princ. de reſ. P.

Malitia inuenit omnia.

d ¶ Doloſis (*) id eſt malitioſis. quid enim eſt quod homo ſemel deditus malitiæ non adinueniat? in authen. vt hi qui ob. ſepe hi. hab. poſt principium. col. vj.

Doloſus repellitur.

(*) Hi ſunt qui à Domino repelluntur, teſtante propheta regio, Pſalm. 5. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. & Pſalm. 54. in fine, Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. & Prouerb. cap. 14. Teſtis fidelis non mentietur, profert autem mendacium doloſus teſtis. & ibidem, Filio doloſo nihil

Digitized by Google

erit boni, ſeruo autem ſapienti proſperi erunt actus, & dirigetur via eius. Alia dixi in ſcala beneficia. parte prima, ar. doloſus. P.

a ¶ Licentia) Qua ſumus omnes deteriores ait Terentius. ad hoc capitulum, vt famæ. de ſenten. excommun. ibi, & per impunitatis audaciam. cle. j. de offic. or. ideo refrenanda eſt. nam ſi ea quæ male vſurpantur omittimus, exceſſus viam alijs præparamus. xciij. diſt. peruenit. c. vt clericorum. de vita & honeſta. clerici.

cendi licentia [a], quies & tranquilitas rectorum non facile perturbetur.

Abuſus intolerabilium vexationum deſcribuntur, prout & inconuenientia quæ ex eis ſequuntur. Probus.

Inoleuerunt [b] autem hactenus intolerabilium vexationum [c] abuſus [*] [d] permulti [e], dum nimium frequenter à remotiſſimis etiam partibus ad Romanam curiam, & interdum [f] pro paruis & minimis rebus ac † [g] negocijs, quam plurimi citati & euocati cõſueuerunt [h], atque ita expenſis & laboribus fatigari, vt nonnunquã cõmodius arbitrarentur iuri ſuo † [i] cedere [k]

b ¶ Inoleuerunt) Id eſt valde creuerunt, & ſonat in vitium. capit. extirpandæ. de præ. xj. quæſt. j. inolita.

c ¶ Vexationum (*) quæ fiunt eo quòd aliqui conueniuntur. ff. de noui operis nunciatio. l. de pupillo. §. ſi is cui. ea. diſpendia. de reſcrip. in vj. ſed ex ſola impetratione iudicum non dicitur quis alium vexare. gloſ. in clem. j. de reſcrip. in ver. vexare.

(*) Illæ enim vexationes non ſunt de quibus loquitur Eſa. 28. cap. ibi, tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui. Probus.

* d ¶ Abuſus). De quibus & illorum ſpeciebus tradidit Lucas de Penna. in l. vſum col. fi. de aquædu. lib. xj. C. P.

e ¶ Permulti) Per, pro valde capitur. l. tutor. §. tutores. ff. de ſuſpec. tut. l. fi. C. de iuriſ. om. iud. aliquando notat. continuationem. ff. de verb. ſig. l. vrbana. §. pernoctare. gloſ. in cap. ſi conſtiterit. de acc. in cap. cum veceſimum. de off. deleg. in cle. cauſam. de elec. Bal. in l. ſi. cui. ff. de leg. j. Bar. in l. quinquaginta. ff. de excu. tuto.

f ¶ Interdum) Id eſt aliquando: quod interdum fit, non fit plerumque. ff. de aqua quo. l. j. & ij. C. de carb. edi. l. ij. l. interdum. ff. qui po. in pi. ha.

† g ¶ Negotijs) Comprehendit actus iudiciales & extraiudiciales. C. forus. de verbo. ſig. not. Præpo. poſt text. in ca. non ita. in princi. ij. quæſt. vj. P.

h ¶ Conſueuerunt) Propter quod multa inconuenientia ſequuntur, quæ hic enumerantur. numer. 6.

† i ¶ Iuri ſuo) Quod cuilibet etiam diabolo denegari non debet. nota. in cap. cum inter. de exemp. Car. poſt text. in clemen. j. §. nonnulli. de exceſ. præla. P.

k ¶ Cedere) Id eſt renunciare.

Digitized by Google

a ¶ Redimere) Concor. ca. nonnulli. c. quia nonnulli. de reſcri. & hic eſt primum inconueniens.

b ¶ Longinqua) Scilicet in curia Romana.

c ¶ Diſpendia) Quæ ſunt coartanda. c. diſpendia. de reſ. in vj. cl. diſpendioſam. de iudi.

d ¶ Calumnioſis) Quorum calumnia eſt pœna reprimenda. c. calumniam. de pœ. in clem. j. de ſequeſt. in cle. vt calumnijs. de re iudi. & agens calumnioſe contra aliquem etiam actione ciuili, poteſt conueniri actione iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. ſi quis. ff. de iniu. Bart. in l. ſi quis repetere. §. ſi ſtellionatus. ff. ad Turpil. ſed in criminalibus qua pœna puniatur calumniator, not. in l. j. C. de calum. Hoſtien. in ſum. eo. tit. §. fina. docto. eod. tit. per to. Bart. l. j. ff. ad Turpilianum.

Agens calumnioſe poteſt conueniri iniuriarum actione.

aut vexationē ſuā graui dāno redimere [a], quàm in longinqua [b] regione litiū ſubire diſpendia [c], ſic & facile extitit calumnioſis [d] opprimere [e] pauperes [f], ſic beneficia eccleſiaſtica plerunque minus [g] iuſte per litium anfractus obtenta [h] ſunt, dum [i] iuſtis poſſeſſoribus eorum, ſeu quibus illa de iure competebant, neque opes, neque fa-

e ¶ Opprimere (*) Secundum inconueniens. concor. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ver. pauperes. de col. ca. j. §. j. ver. pauperes.

(*) Dixi ſuprà. §. proximo, eo. verbo. Probus.

Eccleſia pauperes protegat.

f ¶ Pauperes) Quos debet eccleſia protege. (*) lxxxiiij. diſt. peruenit. & c. nunciatum & principes. C. quando impe. im. pu. l. j. xxiij. quæſt. v. regum.

(*) Hinc Pſalm. 71. liberabit Dominus pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor. parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet. & Pſal. 73. & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Item Eccleſiaſtici. 7. Pauperi porrige manum tuam, perficiatur propiciatio & benedictio tua. & 29. Propter mandatum aſſume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Opprimi etiam dicuntur pauperes & fraudari, ac fame affici, quando prælati bona eccleſiarum in vſus ſuos diſtribuunt. capitul. epiſcopus. x. quæſtio. ij. P.

g ¶ Minus) Id eſt non. cap. ex parte de reſcrip. de his quæ fi. à præ. cum apoſtolica.

h ¶ Obtenta) Tertium & concor. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum. ibi, beneficia, &c. de col. c. j. §. j. ver plurimi.

Dum exponitur.

i ¶ Dum) i. quia. ff. de arbit. l. diem & aliquando pro tantum inſti. vi. bo. rap. §. ſed nondum. aliquando i. donec. ff. de of. præ. vr. l. j. §. circa. quandoque notat continuationem actus vſque ad finem. ff. de nego. geſt. l. diuortio. & an faciat modum vel conditionem, no. Bar. in l. j. ff. de con. & de Ioan. Andr. in cap. ex tuarum de vſu pal. & dicit Panorm. in c. non poteſt. de præbend. in vj. quod quando iungitur rei perfectæ, facit modum, vt in q. quam fa. Ioan. Andr. in d. c. non poteſt. Spec. tit. de le. §. pc. ver. ſed quid ſi indulgentia. ſi iunguntur rei imperfectæ, ſonat in conditionem c. vt præteritæ. de elec. per Io. de Lig. in c. verum. de con. appo. & de dictione dum tamen, no. in cle. j. de con. præ. per docto. in c. ſi. de tranſla. præ.

Dum tamen.

Digitized by Google

a ¶ Profectio) Quæ ſine magnis ſumptibus & expen. fieri non poteſt, vt hic. cap. tam ex literis. de in integ. reſti. & ſine diſpendio rerum noſtrarum l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmo. teſta. ape.

b ¶ Litium) Quarum ſumptus ſunt magni (*) & euentus dubij. l. quod debetur ff. de pecu. vnde melius eſt pati modicum, quàm intrare litium certamina. Panor. in c. j. de ap. & ſatis lucratur qui à litibus recedit. Pan. in ca. quintauallis. de iureiu. & litis ſumptibus non vexari intereſt. Spe. ti. de homi. §. illud autem ideo dicunt communiter doct. quod in tranſactione non habet locum remedium. l. ij. C. de reſcin. ven. quia hoc ipſo quod à lite receditur, magnum commodum eſt: vnde indebitum ſolutum ob tranſactionem non repetitur. ff. de con. inde. l. in ſumma. C. de tranſact. l. ij. nec prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum tranſactio reſcinditur, quantacunque fuerit læſio. C. de tranſact. l. ſub prætextu. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. fi. vbi legiſ. per doc. in d. l. ij. glo. & doct. in c. penul. de emp. & vendi. & Bar. in l. ſiquis cum aliter. ff. de ver. oblig. *Lites ſunt fugiendæ.*

(*) Quod multis firmo in tract. penſio. præludio vj. Ea enim ratione dubij aduocatus, nunquam debet clientulo victoriam promittere, tum etiam quia illa in co non eſt, ſed in iudice. Probus.

cultates ad ſumptus illos ſufficere poterant, quos longinqua profectio [a] ad Romanã curiam, & litium [b] agitatio in eadem [c] depoſcebant. Confunditur [d] etiam [e] exinde eccleſiaſticus ordo, dum ordinarijs † [f] iudicibus ſua iuriſdictio minime [g] ſeruatur [h], pecuniæ & facultates regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parum [i] diminutæ [k] ſunt: & quod vniuerſo eccleſiaſtico ordini

c ¶ Eadem) Curia.

d ¶ Confunditur) Quartum.

e ¶ Exinde) Id eſt ex euocatione cauſarum ad Rom. cur.

† f ¶ Ordinarijs) Qui etiam de cauſis iudicibus delegatis commiſſis non ſe intromittunt, etiam poſt mortem delegatorum. Bal. in l. ſi vt proponis. el. j. col. pe. C. quomo. & quando iudex. vbi Saly. & Imola. in l. ſi expreſſim. col. vlt. ff. de appel. & Franc. in ca. vt noſtrum col. pe. eo. ti. tex. in c. paſtoralis. §. j. de officio ord. dico non ſe intromittunt, licet ordinarij poteſtatem habeant à Papa, dicit Præpo. poſt text. in c. qui ſe ſcit. ij. quæſt. vj. P. *Ordinarius non ſe intromittat de cauſis delegatorum.*

g ¶ Minime) Pro non.

h ¶ Seruatur) Concor. c. peruenit. xj. q. j. ſuprà in pro. §. quibus ad plenum. ver. prælatis. de col. c. j. §. j. ver. ordinarijs. (†).

(†) Iſtud per plura firmat Mantua. in con. 149. col. j. & con. 234. P.

i ¶ Non parum) Id eſt multum.

k ¶ Diminutæ ſunt) Quintum inconueniens concor. ſup. in pro. §. quibus ad plenum. ver. ſicque iura. de col. c. j. §. j. ver. facultates.

Digitized by Google

admodum [a] nocere compertum eſt, hi [b] quosad ſumma [c] negocia [d] chriſtianæ religionis, ſublimitas [e] dignitatis euocabat, illis minus reddebantur intenti [f], dum ipſorum mentes nimium occupabat aſſidua cauſarum multitudo. quæ attendens hæc ſancta ſynodus, pro reformatione eccleſiæ Dei in capite [g] & in membris, iuxta poteſtatem à Domino [h] ſibi cõceſſam inuigilans, vt omnia deinceps [i] ordine congruo peragantur ad ſalutem † [k] animarum, ac pacem & quietem cunctorum.

a ¶ Admodum) i. valde. l. j. in princ. C. ne li. po. l. j. ne quis in ſua cau. cle. Romani. §. nos itaque. de iureiuran. vbi glo. cle. j. de magiſ.

b ¶ Hi.) ſ. papa & cardinales eius lateri aſſiſtentes.

c ¶ Summa) ij. quæſt. vj. cap. ij. cle. dudum. de ſepul.

d ¶ Negocia) Quibus ſummopere intendere debent minoribus alijs relictis exemplo apoſtolorum dicentium, non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij vij. plenos ſpiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus: nos vero orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Act. 6. xciij. diſ. legimus in fi. vnde & Moyſes primus dux in populo Iſraëlitico à Iethro cognato ſuo merito redarguitur. Exod. 18. quòd ipſe ſolus ſatisfaciebat populo, & audiebat omnes cauſas eorum. ſtulto, inquit, labore conſumeris &c. ad hoc ſup. de col. ca. j. §. j. ver. Romaníque, quod no. de elec. c. licet. in ver. reſeruationes.

e ¶ Sublimitas) Vnde papatus, aut cardinalatus, non ſunt ſimplices dignitates, ſed ſublimes: ideo appellatione dignitatum non venirent. no. inf. de pac. poſ. c. j. §. j. in ver. prælaturam.

f ¶ Intenti) vj. inconueniens.

Caput eſt membrum principalius.

g ¶ Capite) Ar. quòd caput non eſt membrum, cum hic ponantur vt diuerſa. ſuprà ti. j. c. j. in princ. ſed hic capitur caput pro prælato, & membrum pro ſubditis. aliàs caput eſt membrum principalius corporis. l. cum in diuerſis. vbi Bart. ff. de rel. & ſump. fu. ſu. ti. j. c. j. §. j. ver. totius. Bal. in §. ad hæc. de pa. iu. fir. col. x. doc. in l. ij. ff. de publi. iudi. vbi dicit Bal. quòd membrum propriè dicitur quod habet in corpore diſtinctam operationem. Bal. in auth. ſed nouo. C. de ſer. fugi. vt naſus, lingua, pes, & auricula: caput. Ange. in auth. vt nul. iudi. col. ix. manus. ſed non venit digitus: quia eſt pars membri, non habens officium de per ſe, ſed coadiuuat manum vel pedem. no. in l. non ſunt liberi. & ibi Barto. ff. de ſtatu homi.

h ¶ Domino) Supr. de aucto. con. ge. c. ſacroſancta. de col. cap. j. in princ.

Ius nouum quando fit.

i ¶ Deinceps) Per hoc & per ver. ſtatuit & decreuit. patet quòd hæc conſtitutio ius nouum ſtatuit per not. in clem. eos. de regula. in ver. deinceps. & quòd non trahitur ad præterita. c. nemo. de elect. in vj. clem. j. §. porrò. de ſum. trinitate. cum ſimi.

† k ¶ Salutem animarum) Quam canon. prout reuerentiam & Dei timorem reſpicit,

Digitized by Google

cit,inquit Bal.in tit.de pace iur.firman.§.Item ſacramento,col.iiij. Probus.

a ¶ Diætas) De vulgaribus intellige, non de legalibus, pro quibus cōputantur xx. milliaria,ff.ſi quis cau.l.j.nec de ſingularibus quæ ſunt cum quis vtitur diplomate, l. continuus, §. ij. ff. de verborum obligationibus,vbi enim in aliqua diſpoſitione fit mentio de diætis,intelligendum eſt de vulgaribus, (*) niſi aliud in diſpoſitione exprimatur, ar. à ſpeciali in c.præſenti, §.loca,de præb.in vj.quia lex debet conuenire cōſuetudini regionis, ſuprà in proœ. in fi. cum ibi no. & communis vſus loquendi præferendus eſt proprio ſignificato vocabuli,ff.de ſupel.le.l.Labeo.de fun.inſtru.l. cum de lanionis,§.aſinam, ca.ex litteris,de ſpon.no.in ca.ſtatutum, §. cum autem, de reſcr.in vj.in ca.cupientes,in ver.commode,de elect.eo. lib.in c.nōnulli,de reſcri. & vbique doct.Spe.titu.de cita. §.j. ſi autem deſint vulgares,ſequendę ſunt legales.no. in dicto c.cupientes. *Diætæ ſunt duplices.* *Communis loquendi vſus eſt attendendus.*

(*) De huiuſmodi diætis vide per Fely. in c.olim,de excep.vbi nu.7. inquit, quòd quinquaginta miliaria per mare, ſunt minus quàm vna diæta per terram, quia licet mare ſit incertum,tamē à communiter accidētibus citius fit iter per mare quàm per terram: vt not.in c.vbi periculum,de elec. in vj. habetur tamē in hoc ratio temporis, quia tempore hyemis aliter conſideratur iter maritimum,aliter ęſtatis tempore,no. doct.poſt Io.And.in c.olim,de reſcrip. Probus.

Omnes cauſæ in partibus vltra quatuor diætas, à curia Romana diſtantibus (exceptis tamen maioribus in iure expreſſe enumeratis, Eccleſiarum cathedralium, & monaſteriorū cauſis) apud iudices, qui de iure aut cōſuetudine præſcripta, vel priuilegio, cognitionem habēt, terminentur & finiantur. T.

Statuit & decreuit quòd in partibus vltra iiij. diætas [a] à Romana [b] curia [c] diſtātibus, omnes † [d] quæcunque cauſæ [e] exceptis [f] maioribus [g]

b ¶ Romana) De ſtatu curiæ Romanæ vide P.Ia.tit.de ſtatu curiæ Romanæ.

c ¶ Curia) Quæ eſt vbi Papa eſt (*) c.ergo N.de iureiu.vbi doct.

(*) Vel vbi eſt audientia cauſarum,quia tunc etiam dicitur Roma.licet Papa præſens non ſit.Dicunt doct.per illum tex.in cle.Roma.de elect. Probus.

† d ¶ Quæcūq;) Comprehēdit ſpirituales,ciuiles,criminales & mixtas,cum ſub hoc vocabulo large ſumēdo ipſæ cauſæ comprehēdantur,niſi aliud addatur,probat Prępo.in ſumm.xj.q.j.in prin.quod no.pro inſtrumētis procurationū interpretādis. P.

e ¶ Cauſæ) Siue mere ciuiles,ſiue ſpirituales, ſiue criminales, ſiue mixtæ : de quibus not.xj.q.j.in ſum.Specu.tit.de contu.§.iij.in prin.de offi.iudi.§.fi.Io.And.de crimi. fal.ca.final.

f ¶ Exceptis) Exceptio firmat regulam, ſup.de elect.c.j.circa prin.ca.& quia, de col. c.j.§.j.ver.exceptis,inf.de anna.§.item quòd dicta.ver.exceptis,no.ſup. tit.j.§.item voluit. *Exceptio firmat regulam.*

g ¶ Maioribus) Quæ ex natura ipſarum ſunt deferendæ ad ſedem apoſtolicam, nec

Digitized by Google

in illis compellebatur quis litigare coram iudice inferiori, ca. vt debitus, de appel. de Ro. deciſi. 40. doct. in c. Nicolao, de appel.

Reuocatio priuilegiorum in corpore iuris clauſorum non fit per generalem reuocationem.

a ¶ In iure) Ar. quòd per generalem reuocationem non cenſentur priuilegia clauſa in corpore iuris reuocata, niſi dictum ſit expreſſe, (*1) gl. & doct. in authen. quia in prouincia, C. vbi de cri. agi opor. ſa. gl. & quod ibi no. Bart. in l. ij. ff. de iudi. in extrauagan. ad reprimenda, in ver. non obſtantibus, quòd verba nõ obſtante aliquo priuilegio, intelliguntur de priuilegio ſpeciali, non de clauſo in corpore iuris: (*2) pater ſuprà de elect. c. j. ij. & iij. vbi per generalem caſſationem reſeruationum nõ caſſantur reſeruationes in corpore iuris clauſæ.

in iure [a] expreſſe enumeratis [b] Eccleſiarũ cathedralium & monaſteriorũ cauſis, quas cauſas immediata ſubiectio ad ſedem Apoſtolicã deuoluit [c], apud illos † [d] iudices in partibus, qui de iure [e] aut de

(*1) Quam gl. ibi extollit Bar. in ij. op. & Bal. in iiij. col. ver. tertia ſolutio. Refert & ſequitur Fely. in ca. ſicut Rom. num. 12. ver. vnum in propoſitis, de reſcr. P.

(*2) Conuenientias & diſconuenientias inter ius commune, & priuilegia in corpore iuris clauſa, ponit etiam vſque ad xxj. Guliel. de Montferrat in tract. quem fecit ſuper hac Pragmati. ſanct. & hoc in tertia parte. Probus.

b ¶ Enumeratis) In gl. in c. j. de transla. præ. in c. quod tranſlationem, de offi. leg. in c. præceptis, xij. diſt. Specu. titu. ij. §. nunc oſtendendum. Hen. in ca. cum dilectus, de accu. Hoſtien. in ſum. titu. de offi. lega. §. quid pertinet. (*)

(*) Ratio quòd maiorum cauſarum cognitio ſpectet ad ſedem Apoſtolicam, ponitur in c. iij. in prin. de bap. Probus.

c ¶ Deuoluit) Olim omnes cauſæ electionum cathedralium Eccleſiarum inter maiores enumerabantur, & eas appellatio deuoluebat ad ſedem Apoſtolicam, c. quamuis, de elect. in vj. idem in regularibus, c. cupientes, eo. tit. ſed hic dũtaxat excipiuntur cauſæ cathedralium & regularium Eccleſiarum exemptarum, non habet igitur locum in non exemptis.

Pro iudicibus Eccleſiaſticis cõtra laicos.

† d ¶ Iudices) Scilicet Eccleſiaſticos, quia hæc lex in eo ſolum dirigitur ad illos, non ad ſeculares: & attende quòd in primitiua Eccleſia omnes etiam laici per iudices Eccleſiaſticos iudicabantur, c. venerabilem, qui filij ſint legi. quia in ea erant pauci fideles inter quos non emergebant litigia multa, ideo plane poterant referri omnes cauſæ fidelium ad Eccleſiam, & hoc obtinuit quouſque multitudo fidelium excreuit, ſed hodie non obtinet locum niſi in laicis, qui ſunt de patrimonio Eccleſiæ, ait Præpo. in cap. relatum, xj. quæſt. j. vbi gloſ. ſubdit quòd adhuc ſecundum legem ſi iudex ſecularis eſt ſuſpectus, Epiſcopus ei adiungitur, vel cauſa ad iudicem Eccleſiaſticum transfertur, & hoc niſi ſit cauſa ſanguinis. P.

Iure communi quis dicatur habere iuriſdictionem.

e ¶ Iure) communi, puta qui habent iuriſdictionem vniuerſalem, aut à lege quæ dat iuriſdictionem ordinariam, l. eos, C. de mo. mul. aut à principe, l. & quia, ff. de iuriſ. om. iudi. vbi Bar. eſt enim lex animata in terris, in authen. de conſue. ad fi. col. iiij. aut ab vniuerſitate, l. fi. C. de iuriſd. omnium iud. ca. cum Eccleſiarum, de offic. or. vbi per

Digitized by Google

doct. Hoſt. in ſum. tit. de offi. or. §. j. & ij. Panor. in c. cum contingat, de foro competen. in repeti. capituli, ſi quis contra clericum, eo. tit.

a ¶ Conſuetudine) Quæ dat iuriſdictionem (*1) etiam priuatæ perſonæ, cap. cum contingat, (*2) de foro compe. vbi gl. & doct. alia enim iura loquuntur vel in prælatis vel in capitulis habentibus aliquam adminiſtrationem, ca. ad hæc, ca. accedentibus, de exc. præ. ix. quæſt. iij. conqueſtus, c. irrefregabili, §. exceſſus, de offi. ord. ca. auditis, ca. cum olim, de præſcr. c. ſuper quibuſdam, de verb. ſig. cum ſi. de quo per Cy. & legiſ. in l. j. C. de eman. l. Spec. de iuriſd. omnium iud. per totum. Pau. in cle. j. de ſent. excommu.

cõſuetudine[a] præſcripta[b] vel

(*1) Et etiam territorium aſſignat, ac iura territorij ampliat, ait Bald. conſi. 49. in facto Abbatis, vol. j. vbi idem dicit de priuilegio. P.

(*2) Iſtud firmat Bald. in con. 289. in princ. quia conſuetudo, volum. iiij. dicens, quòd conſuetudo etiam penitus priuatæ perſonæ iuriſdictionem iure publico tribuere poteſt, d. cap. cum contingat, fa. l. ſi quiſquam, de diuer. & tempo. præſcr. ff. l. iniuriarum, §. fi. cum l. ſeq. ff. de iniur. & l. venditor, ff. communia prædio. Eſt equidem tantæ virtutis ipſa conſuetudo, quòd de perſona inhabili, id eſt incapaci facit habilem & capacem, l. j. C. de emancipa. liber. & cap. dilecti filij, de arbitr. Et de illicito facit licitum. Archidia. in cap. ſanctum, lxiij. diſtinct. dixi in ſcala parte j. ar. luſor. Probus.

b ¶ Præſcripta (*1) ſpacio. xl. annorum, vbi conſuetudo eſt contra ius (*2) ſecundum ius canonicum, c. cum Eccleſia, de cau. poſ. & pro. c. auditis, de præſc. c. cum de beneficio. de præb. in vj. & ibi doct. Archidiaco. in cap. ij. de conſue. eodem lib. in c. generali, de elect. eodem lib. Si vero eſſet præter ius (*3) ſufficit quòd ſit x. annorum, no. in l. de quibus, ff. de legi. vbi Bar. no. in c. vt litigantes, de offi. ord. in vj. in c. fi. de conſue. eodem lib. vbi dom. de Ro. deciſi. 463. vbi dicunt quòd vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, omnino conſuetudo de optando inducitur ſpacio decem annorum, ſi ſunt diſtinctæ ſpacio xl. annorum, (*4) ſi tamen conſuetudo eſſet præter legem quæ derogaret iuri particularis Eccleſiæ, tunc non cenſeretur valida, niſi per lapſum, xl. annorum, no. Innoc. in cap. cum dilectus, de conſue. Bal. in authen. quas actiones, C. de ſacroſanctis eccleſ. late per Panorm. in c. fi. de conſue. & vbi conſuetudo venit contra ea quæ ſunt reſeruata principi in ſignum priuilegij ſpecialis, tunc requiritur tempus de cuius intio non eſt memoria, capit. ſuper quibuſdam, de ver. ſig. de quo per Guil. in extrauagan. Ioan. xxij. ſuſcepti. Pe. Ia. titu. de confeſſ. in tem ac. (*5) Et no. hic quòd conſuetudo debet eſſe præſcripta & rationabilis, (*6) cap. conſuetudini, & quaſi per totum, xj. diſt. & multa alia requiruntur ad eam inducendam, quæ notant. per Cy. & legiſ. in l. conſuetudinis, C. quæ ſit long. con. gl. & doct. in dicto cap. fina. de conſuet. Ioan. Feb. inſtitut. de iu. na. §. ex non ſcripto, & in dubio appellatione conſuetudinis, præſertim in materia ſtricta, intelligitur de præſcripta, tex. & ibi doct. in cap. cumana, de elect. in dicto cap. generali, in dicto cap. cum de beneficio. Frederi. conſil. 86. Ioan. Andr. in regula nemo, de regu. iur. in vj. in merc. (*7) quod eſt verum, vbi agitur de conſuetudine con-

Conſuetudo quanto tẽpore præſcribitur.

Conſuetudo per quæ inducitur.

Conſuetudinis appellatione intelligitur de præſcripta.

Digitized by Google

cernente caſum petitorij: quo caſu etiam conſuetudo primam non tolleret, niſi eſſet præſcripta. no. in l. nemo. §. temporalis, ff. de regu. iur. gl. & Innocen. in ca. accedentibus, de priui. gl. in ver. ſolitæ, in cle. ij. de ſtatu reg. glo. in dicto c. cum de beneficio. Archid. in ca. in his, xj. diſt. ſecus ſi concerneret caſum poſſeſſorij, not. Ioan. And. in cap. cum Eccleſia. de electio. Bal. in ca. j. de feud. cog. Ludo. in fin. ad hoc ca. querelam, de electio. dicto ca. cum Eccleſia. ca. conſultationibus, de iure patronatus.

Differētia inter cōſuetudinē & præſcriptionem. (*1) Ex hoc textu videtur inferendum, quòd conſuetudo differat à præſcriptione, quod tangit glo. in ca. finali, in verbo legitime, de conſuetudi. vbi Panormi. & communiter alij, poſt eos vero latius Franci. Balbus in tracta. præſcriptio. in prima parte prin. ver. decimo & vltimo. vbi poſt multas differentias vnum dicit quod eſt Bald. in l. j. col. vj. C. de ſeruis fugiti. quòd licet præſcriptio & conſuetudo differant, tamen non dicuntur contraria, quia poſſunt ſimul allegari. Et inter eas differentia vna eſt præcipua, nam præſcriptio principaliter tendit ad tollendum iam in eſſe productum, puta dominium vel actionem: conſuetudo vero tendit ad inducendum de nouo quod non eſt: notat Iaſon in l. de quibus, col. xiij. ver. ſecunda eſt opinio. ff. de legib. has differentias ponit do. meus de Ripa in repe. c. cum Eccleſia ſutrina. nu. 124. & ſeq. de cau. poſ. quem vide. v. reſpon. nu. xj. lib. 2. P.

(*2) Quando enim quis vult præſcribere iuriſdictionem in alieno territorio, opus eſt titulo, cum ius commune reſiſtat. cap. ad decimas, de reſtitu. ſpo. in vj. vel probet de tanto tempore, de cuius initio non extat memoria. Bal. in l. vis eius, C. de probatio. & in l. ij. ver. Quæro nunquid. C. de ſenté. vbi inquit, quòd poſſeſſio à iure damnata non iuuat poſſeſſorem, niſi probet de priuilegio vel titulo, aut poſſeſſione immemoriali. Probus.

(*3) Hanc diſtinctionem tangit & firmat Fran. Balbus in trac. præſcript. in quinta parte quintæ partis princi. ver. duodecimo quarto. P.

(*4) Hunc punctum habes latius per nos tractum in tractatu deuolutionum, præludio primo, in fine. P.

Conſuetudo infeudandi quo tēpore præſcribatur. (*5) Si quæras de conſuetudine infeudandi, quo tempore præſcribatur, Bald. in tit. qui feu. dare poſ. col. iij. inquit, quòd ſi illa manifeſtè eſt vtilis Eccleſiæ, tunc ſpatio triginta annorum: ſi expreſſè damnoſa, tempus immemoriale, ſi dubium, quadraginta an. ſpacium. ſic ad concordiam reduci poſſunt doct. opiniones, & conſuetudo illa poſſit alterari propter caſum ſuperuenientem. Ponit idem Bal. ibi, col. iiij. Probus.

Conſuetudo irrationabilis nō admittitur. (*6) Bene dicit rationabilis, quia irrationabilis non admittitur, per id quod dicit Baldus in conſil. 232. Fratres prædicatores, quòd conſuetudo irrationabilis prohibita in præteritum, videtur prohibita etiam in futurum. l. iij. §. diuus. ff. de ſepulchro vio. Probus.

(*7) Etiam intelligitur quòd cum violentia non fuerit inducta, quia cum violentia conſuetudines non poſſunt præſcribi: ait Baldus in dicto titu. qui feud. da. poſ. col. iij. qui in fine dicti titu. verbum notatu dignum dicit, quòd eſt quædam conſuetudo quæ requirit præſcriptionem, & tunc, ſecunda conſuetudo non tollit primam, niſi ſit præſcripta. l. nemo. §. temporalis, ff. de re iudica. Quædam eſt conſuetudo ſolennis quæ non requirit præſcriptionem, & tunc ſecun-

Digitized by Google

da conſuetudo (etiam recẽs) tollit primã.l.Mela.§.j.ff. de alimentis & cibariis legatis. Poſtea in ſimili tradit an poſterior forma tollat priorem,& dixit illam præualere, quæ ex certa cauſa nata eſt.l. ſi mater. C. ne de ſta. defunct. Et ſi non apparet de cauſa, tunc aut ſunt duæ famæ contrariæ in eodem vico, & tunc præualet poſterior: aut in diuerſis, tunc præualet illa quæ eſt in loco contractus, vel delicti, aut alterius caſus, puta mortis, vel in loco viciniori, quia vicini præſumuntur ſcientiam habere.l.j.§.j. ff.de fluminibus, & l.j. C. vbi de crimi. agi oporteat. Probus.

Multiplex cõſuetudo.

Multiplex fama.

priuilegio[a] cognitionem ha-

a ¶ Priuilegio) No.quod conſuetudo æquiparatur priuilegio (* 1) ca. nouit. & ibi not. de iudi.not. in cap. accedentes, de præſcriptio. Innocen. in cap.j.de apo. (* 2) præſertim immemorialis,cap. ſuper quibuſdam,de verbo. ſignifica. vbi gloſ.& Panormita.l.iij.§.ductus aquæ.ff. de aqua quotidiana & æſtiua. Bald. in l.ſi ſolẽnibus, C.de fide inſtrumen. cap. cum contingat. de foro compet. vbi docto. quod verum data capacitate (* 3) perſonæ, aliàs longe plus poteſt priuilegium quàm conſuetudo.cap.quanto.cum ibi not.de conſuetud. Ioan. Andr. in cap.ij. de præbend. in vj. in nouel.vbi dicit quòd laicus non poteſt conferre beneficia, etiam (* 4) ſi contulit tanto tempore de cuius contrario (* 5) memoria non exiſtit, & ex priuilegio Papæ poſſet.lxiij. diſt. Adrianus. Idem vbi conſuetudo damnatur à iure, plus operatur priuilegium,cap.cum ſatis,de offi. Archidia.iuncto ca.cum veniſſent.de inſtit.quod not.Compoſtella.in cap.cum venerabilis de conſue.Ioan. And.in c.j.de cleri.ægro. in vj.in cle.j.de priuileg.gloſ.fi.quod not.in cap. catholica.xj. diſtin. & conſuetudo habet vim conſtitutionis,l.j.§. denique, & ibi Barto. ff. de aqua plu.arcen. & æquiparatur ſtatuto.l.magiſtratus,ff.ad municipa.l.ſemper.de iure immu. inſtitu. de iure natu.§.ex non ſcripto.Bart. in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Bald. in tract. de tabel.& pacto.Panor.in ca.cum nobis,de præſcrip.ff. de legibus, l. de quibus, gloſ. & Bald.in l.j.C. de ſer.fu. Bal. in l. liberti. C. de ope. li. & quod poteſt induci pacto & conſuetudine.ff.quemadmo.ſerui.amit. l. non ſatis, C. de agrico. & cenſi. l. j. libro xj.gloſ.C.de decre.decu.in ru.lib.x.& gloſ. arguit de pacto ad conſuetudinem in ca. ij. de conſuetu. in vj. Archidiaconus, xj. diſtinctio. in his, & quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt fieri per conſuetudinem, cap. ſacroſan. de elect. non eſt tamen regulariter verum: vt ibi not.Panormita. Barto.in repe.d.l. omnes.

Cõſuetudo & priuilegium æquiparantur.

(* 1) Hunc punctum tangit Panor. in c. cum nobis olim. col. j. de præſcriptio. & in cap. per venerabilem, col.iij. qui filij ſint legi. Fely. in cap. ſi diligenti. col. vij. de præſcrip.Bald. in conſil.49. in facto abbatis, volumine primo. P.

(* 2) Etiam habet vim decreti, & vim iuſtitiæ tenaciter obſeruatæ, dátque mandatum: probat Bald.in titul.qui feu. dare poſ. colum.ij. in vſib. feu. P.

(* 3) Sic debet intelligi regula quòd quæſibile priuilegio eſt quæſibile tempore immemo. not. in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea. de verborum ſignifica. quod proſequitur Franci.Balb.in tractatu præſ.prima parte quintæ partis princi.nume.55. & ſeq. quem tex. Bal. in conſi. 182. col. iij. vol. v. allegat ad hoc quòd priuilegium conſuetudini æquiparatur. P.

(* 4) Hunc punctum etiam quo ad decimas proſequitur Franci. Balb.in trac.præſc.

Digitized by Google

in j. parte quintæ partis princi. nume. 53. & ſeq. Probus.

(* 5) Quomodo probetur hæc præſcriptio, ponit gloſ. in cap. j. de præſcriptionibus in vj. pro cuius intelligentia & ampliori doctrina in eo puncto adde Franc. Balb. in tract. præſcri. in ſecunda parte tertiæ partis prin. nu. 34. & ſeq. P.

(* 6) Quòd præſcriptio pacto ęquiparetur, & habeat vim contractus, dicit Bal. in l. j. C. de ſeruitu. & aqua. quod placet Maria. Sozi. in conſil. 86. colum. v. ver. Quarto, hęc concluſio, in cauſa communitatis. Pro hac conuenientia facit dictum Bald. in conſilio 182. col. iij. Caſus talis eſt, Rex Cypri. vol. v. quòd per pactum & conſuetudinem poteſt alterari natura feudi & tranſmutari. l. ſi prius, §. rectè. ff. de aqua pluuia arcen. quem ad hoc dicit ſingularem. Equidem facit aliud, quia lex & conſuetudo dicuntur ęquiparari, ergo & pactum cum illud dicatur habere vim legis. Probat. Bal. in conſil. 29. ordinamentum, volu. v. P.

bent terminentur & * finian-

Conueniatur quilibet in ſua prouincia.

a ¶ Finiantur) æqua diſpoſitio, cum quilibet in ſua prouincia ſit conueniendus. (* 1) iij. q. vij. per totum. vj. q. iij. per totum. in qua teſtium & inſtrumentorũ copia habetur. C. vbi de rati. l. ij. quando impera. in pu. & vidu. l. j. (* 2) Olim tamen quiſque clericus poterat in curia Romana conueniri: licet aliàs ibi forum non ſortiretur. ca. fi. de foro competen. quia Papa eſt iudex ordinarius ſingulorum: vnde nullus poterat declinare eius forum. ix. q. iij. cuncta per mundum, niſi haberet ius reuocandi domum: vt in dicto ca. fi. cum ibi no. & Roma communis eſt patria. ff. ad munici. l. Rõma. & caput aliarum patriarum. l. j. C. de veteri iur. enu. & dicebat Innocen. in ca. expoſuit. de dila. quòd curia Ro. eſt commune forum omnibus, ff. ex quibus cau. ma. l. nec non. §. ſi cum, l. fi. C. ſi ſer. expor. ve. ſed de hoc conquerebatur Hoſtienſis in capi. j. de ſup. neg. præla. in vj. dicens quòd imperator curialior (* 3) erat Papa, quia parcit remotis ne ad ipſum venire teneantur. in authen. de queſtoribus, col. vj. & compatitur paupertati, & occurrit litibus, laboribus & expenſis, in authen. de man. prin. §. ſi tibi. & §. ſequen. col. iij. in authen. vt dif. iudi. §. ſi vero col. ix. not. in l. j. & ij. C. vt lite pend. nec eſt cuilibet facile adire curiam Ro. pro iuſtitia quærenda, nec fit ſine grauamine ſumptuum & expenſarum, vt ſuprà habetur: & per eundem modum conqueritur de extrauagan. cuius mens habetur in ca. quanquam. de elect. in vj. cui dicit obſtare capi. cum in cunctis, de elect. in fi. Quid ſi clericus conſentiat litigare in curia? arguitur quòd non teneat proceſſus, inf. eo. §. j. ver. & quicquid. c. ſignificaſti. de foro compe. vbi clericus non poteſt conſentire in alium iudicem Eccleſiaſticum ſine conſenſu diœceſani. c. Romana. de fo. compe. in vj. vbi iudex. ap. non poteſt cognoſcere de cauſa principali, omiſſo appellationis articulo, de cõſenſu partium, (* 4) glo. & doc. in ca. cor. de ap. eo. li. doc. in ca. vt debitus, de ap. Item hæc diſpoſitio quod cauſæ tractentur in partibus, eſt ius publicum inductum non ſolum in fauorem clericorum, ſed propter publicam vtilitatem: vt ſuprà in ver. pecuniæ. & ver. ſequen. iuri autem publico partes renunciare non poſſunt, ff. de pac. l. ius publicum, de leg. j. l. nemo. de pac. do. l. de die. iuncta l. j. ff. ſoluto matri. c. ſi diligenti. de fo. compe. & in fauorem ordinariorum, ne eorum iuriſdictio confundatur: vt ſuprà in ver. confunditur. nemini autem ſuum ius detrahi debet. ff. de his qui

Papa eſt ordinarius omnium.

Cauſas in partibus tractare, eſt iuris publici.

ſunt ſui vel alieni iuris, l.ij.de re iudi.l. id quod noſtrum, c. cum Eccleſia. de electione.& vbi ius continet vtilitatem renunciantis, & tertij, ſi non poſſunt ſeparari, non valet renunciatio. ff. de liberali cauſa.l. j. ij. &iij. facit quòd exemptus ſine licentia Papæ non poteſt renunciare priuilegio fori, & prorogare iuriſdictionem ordinarij, c.inter dilectos,de donatio.c.cum temp. de arbi. vbi doct. etiam tenẽt quòd ſi renũciat,proceſſus vel ſentẽtia nõ tenet, cũ ſuperioris fauorẽ reſpiciat tale priuilegiũ, ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio.facit.ij.q.j.nomen.&c.multi.de iur.nimis,no.Io.An. in regula,ſcient. de reg.iur.in vj.in mercu. Panor.in d. c.ſignificaſti.per La.in cle.j.de ſta.re. Domi.in c.cum nullus,de tẽp.ord.in vj. Dic cõtra. quòd valebit proceſſus,ad hoc.c.dilecti.de foro cõpe.vbi priuilegiũ quòd Anglici citra mare cõueniri non poſſunt, non prodeſt illi qui citra mare promiſit reſpondere vel ſoluere. c. nonnulli. de reſcrip.vbi clericus prohibetur trahi vltra duas diætas (*5) per reſcriptum Apoſtolicum, niſi conſentiat. ſi igitur conſentiat, poterit vbicunque conueniri. Durum enim eſſet dicere clericum non poſſe prorogare Papæ iuriſdictionem ſine conſenſu ſui Epiſcopi, cum tamen vt dicunt Ioan.de lig.& do.Anto. in dicto cap. ſignificaſti. clericus ſubiectus abbati vel Archidiacono, etiam vbi Epiſcopus non poteſt præuenire, poteſt prorogare iuriſdictionem Epiſcopi ſui ſine conſenſu abbatis, vel Archidiaconi propter ver. Epiſcopi diœceſani ibidem poſitum.nec ob. dict.ca.ſignificaſti. quia aliud eſt clericum in alium iudicem penitus extraneum conſentire ſine ſui ſuperioris licentia, vt ibi: & aliud clericum conſentire in Papam (*6) qui eſt omnium iudex, ſaltem in habitu: vt no. in cap. nouit. de iudi. in extrauag. Bonif. viij. vnam ſanctam. nam res de facili reuertitur ad ſuam naturam, ff. de pacif. ſi vnus, §. quod in ſpecie. xxxv. diſt. ab exordio. & ipſe eſt publica perſona, ſuper omnes Eccleſias & clericos habens plenitudinem poteſtatis, ſingulariter & vniuerſaliter. Innocen.in cap.cum pridem. de pac. Bald. in proœ. li. feu. & cum ad eum appellatum eſt, poteſt cognoſcere de cauſa principali, omiſſo ap. art. d. cap. cordi. etiam inuito appellante, & de conſenſu ſolius appellati, dum tamen prius reuocet grauamen, ſecundum Ioan. Andr. ibi, licet Domi. contra Panor. in dicto cap. vt debitus. Sed cum hodie Papa non poſſit adiri principaliter per viam querelæ, ſed cauſæ habeant tractari in partibus: videtur quòd non poſſet omiſſo appellationis articulo cognoſcere de principali: niſi de conſenſu partium: nam ratio quare Archiepiſcopus non cognoſcit omiſſo ap.articulo, eſt, quia non poteſt adiri principaliter per viam querelæ: vt d. cap. Romana. quæ militat iſto caſu.ſed poſito quòd ſententia non valeret, non poterit tamen venire cõtra ſententiam contra eum latam, quia videtur in ſe habere tacitum pactum ne vlterius petat, ſicut acceptilatio inutilis ratione materiæ habet vim taciti pacti.d. l. ſi vnus, §. penul. no. in fi. in dicto ca. ſignificaſti. vbi Panor. præſertim quando poſt prolationem ſententiæ ipſam approbauit, tunc tacitè videtur contrahere & paciſci: vt eſt caſus in l. ij. C. com. vtri. iu. & valet tunc non vt ſententia, ſed habet vim cuiuſdam contractus, quaſi partes tunc videantur contrahere ſuper eo quod venit in ſententia: vt no. Cy.& alij in dicta l.ij.Bar.in j.licet. ff.de iudi.Bar.& Bald.in l.j.C. qui pro ſua iuriſ. Panor. in ca. examinata. de con. vti. Sed nunquid per literas apoſtolicas poterit clericus cõueniri coram iudice delegato in partibus exiſtente? videtur quòd ſic. in nullo enim talis grauatur, cum cauſa rema-

Fori priuilegio nõ renunciat exẽptus ſine Papa.

Papa per viã ſimplicis querela adiri non poteſt.

Acceptilatio inutilis habet vim pacti.

neat in partibus: & ſi Papa ibi eſſet, cognoſcere poſſet, ergo & delegatus ipſius, ad hoc regula quam ponit Hoſtien. in dicto c. dilecti, quòd coram quocunque ordinario quocunque modo de iure communi poſſit quis in aliquo loco conueniri, eodem modo poterit coram delegato Papæ conueniri. Dic contra, nam licet pars non grauaretur, bene tamé ſuus iudex ordinarius in fauorem cuius ſicut in fauorem partium eſt facta iſta diſpoſitio: concurrentibus autem pluribus cauſis non ceſſat diſpoſitio altera ceſſante, (*7) inſtitu. de nup. §. affinitatis, ff. de his qui notãtur infamia, l. liberorum, de pri. cre. l. ſi ventri, §. in bonis. Bar. in l. ita ſtipulatus ff. de verborum obligationibus. Item ſi ſubditus Epiſcopi poſſet ſic coram delegato conueniri, poſſet & ſecundus, & ſic vlterior, & ſic euacuaretur eius iuriſdictio: & ad prædictã bene fa. infrà, §. proxi. vbi ad Papam non poteſt appellari omiſſo medio: & vbi appellatur, debet cauſa appellationis delegari in partibus (*8) non poterit igitur adiri in prima inſtantia: ſed per iudices ordinarios partium cauſæ decidantur. Aliud videtur dicendum in legato ſedis apoſt. in partibus exiſtente, per hunc tex. qui dicit cauſas eſſe tractandas apud illos iudices in partibus, qui de iure, &c. legatus autem de iure habet iuriſdictionem ordinariam in prouincia ſibi decreta, capit. ij. de officio legat. in vj. & vt ordinarius poteſt adiri per querimoniam, capit. j. de offic. legat. vbi de hoc Hoſti. in ſumma eodem titu. §. quid pertinet, circa finem. Specu. titu. ij. §. ſupereſt, in principio.

Appellatio ad Papam omiſſo medio imponi non poteſt.

(*1) Quod firmatur per illud quod Lunæ legitur c. 23. ibi, Pilatus autem audiens Galilæum, interrogauit Ieſum ſi homo Galilæus eſſet, & vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat diebus illis. Etiam firmatur, quia priuationes beneficiorum non ſolent in curia, ſed in partibus committi, niſi delictum ſit in curia commiſſum, vel cenſuræ ob quarum incurſum priuatio datur, in curia fuerint fulminatæ, aut priuandus ſit præſens vel reſidens in curia: nam iſtis caſibus priuandus in curia forum ſortitur, l. j. C. vbi de crimi. agi opor. c. poſtulaſti, & c. fi. de foro competenti. Probus.

Priuatio beneficij fit multis locis.

(*2) Not. Archidiac. & Io. And. in nouella, in c. diſpendia, de reſcri. in vj. vbi Io. Mona. & nos apud eum ibi, & doct. poſt tex. in ca. iij. de electio. & in cap. ſcriptum, eo. tit. vbi habetur quòd inquiſitio perſonarum debet committi in eo loco vbi quis eſt natus, & diutius conuerſatus, quia ibi præſumitur haberi plenior notitia, ca. poſtquam, eod. tit. Probus.

(*3) Pro ea curialitate facit verbum Io. Mo. in c. ſi contra, nume. 4. de officio delega. in vj. quòd iudices dantur partibus non propter iudices, ſed propter partes, vt prouideatur negotiis, non perſonis, ad idem Bellemere deciſi. 115. col. ij. falſa, quòd Papa propter delegationes intendit non perſonis delegatorum, ſed perſonis litigantium prouidere. Succedit quod idem Io. Monach. ait in c. vt litigantes, de offi. ordi. in vj. quòd quando agitur reali actione, melius poteſt cognoſci vbi res conſiſtunt, l. ſi prædium, C. de prædiis mino. Alias rationes vide per nos traditas in tractatu penſio. præſud. vij. Probus.

(*4) Alios caſus in quibus partium conſenſus non operatur, habes per nos in tractatu penſionum, par. iij. q. vij. Probus.

(*5) De quibus dixi ſuprà in §. j. hoc tit. in ver. eod. Probus.

(*6) Pro

Digitized by Google

(*6) Pro confirmatione huius puncti habes recurrere ad ea quę diximus in tract. deuolu. parte iij. quæſt. ix. P.

(*7) Iſtud latiſſimè firmo in tra. diſ. prælu. iij. ver. quinta ratio. P.

(*8) Et in diœceſi in qua appellatus degit, aut in ea in qua prima inſtantia fuit facta, aliàs appellatur ab ea reſcripti obtentione tanquam ab abuſu. P.

tur †. a.

Ratio legis immediate deſcriptæ ponitur, & hic in concor. rubrica de friuolis appellationibus initium ſumit. P.

Et ne [b] ſub vmbra appellationum [c] quæ nimium leuiter [d], & nonnun-

† a ¶ Finiatur) Verba concor. hoc tit. hunc titulum concernentia ſolum prædicta concludunt, tamen iſta magis exprimunt, dum ad ſpeciem cauſarum exceptarum deſcendunt: quod patet ex verbis his, & quę in eo. tit. in concorda. ſcribuntur, quæ ſunt hæc, Statuimus quoque & ordinamus quòd in regno, delphinatu & comitatu prædictis, omnes & ſingulæ cauſæ, exceptis maioribus in iure expreſſe denominatis, apud illos iudices in partibus, qui de iure aut conſuetudine præſcripta, vel priuilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant. Et dic finiri ſiue diffiniri, ſiue abſolutorie, ſiue condemnatorie, quia illa duo ſunt eiuſdem naturæ. gloſ. in capi. repulſione. de appella. not. Præpoſi. in capi. accuſatus. iij. quæſtione vj. qui poſt text. in cap. j. ver. iudices. iij. quæſt. viij. ait quòd cauſa dicitur finiri per ſententiam appellatione non ſuſpenſam. l. cauſas. C. de tranſact. gloſ. in capit. j. de litis conteſta. in vj. P.

a ¶ Et ne) Vſque ad §. ne tamen. primo ponitur cauſa conſtitutionis. ſecundo conſtitutio quod graduatim etiam ad Papam appelletur. tertio ab interlocutoria non habente vim diffinitiuæ reparabili in diffinitiua appellare prohibet. quarto quod cauſa appellationis ad papam interiectæ committatur in partibus ſtatuitur. quinto facta in contrarium annullat, & litigan. in expen. condemnat. ſexto Ro. eccleſiæ officiales actu in curia ſuis officijs inſiſtentes hoc decreto non comprehendi declarat. ſecunda ibi, ſtatuit. tertia, neque. quarta, ſi verò. quinta, & quicquid. ſexta, Romanæ.

c ¶ Appellationum) Quæ ſunt regulariter permiſſæ, niſi inueniantur prohibitæ. gloſ. & do. in l. qui reſtituere. ff. de rei ven. Specu. titu. de ap. §. ij. vbi ponit xxxvij. caſus in quibus ſunt prohibitæ. & ſunt introductæ, vt eſſent innocentiæ remedium. (*) ca. ad noſtram. c. cum ſpeciali. de ap. & vt iniquitatem vel imperitiam iudicantium corrigant. ff. de ap. l. j. in princ. de mino. l. præfecti. non vt eſſent iniquitatis defenſio, vt in iuribus alleg. Hoſt. in ſum. de ap. §. ij. & quid ſit appellatio, not. ii. q. vj. in ſum. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de ap. Hoſt. in ſum. eo. tit. §. j. Bar. in l. j. ff. de ap. Panorm. eo. tit. in rub.

(*) Non ſubſidium malignantium, dicit Præpo. in c. ad noſtram. hic allega. per gloſ. in j. not. quia regula eſt, quòd inuenta ad vnum effectum, non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. de lega. j. P.

d ¶ Leuiter) Ar. quod ex leui cauſa & pro minimis rebus non poſſit appellari. in

Appellari non debet pro modico. auth. de ap. & in quæ tem. col. iiij. ij. quæſt. vj. anteriorum. quod non eſt verum. de iure canonico præſertim. appellatur enim pro minima cauſa, cum appellatio non ſit fundata ſuper quantitatę grauaminis, ſed ſuper iniuſtitia & iniquitate iudicis. l. j. ff. de ap. & iniuſtitia poteſt accidere in minimis, ſicut in maioribus. C. de appellationibus. eo. tit. tamen pro modica læſione non fit reductio arbitramenti ad arbitrium boni viri, ſicut pro modico non datur reſtitutio in integrum. l. ſcio. ff. de mino. ca. j. de in integrum reſti. not. Spe. tit. de arbitris. §. vt autem. ver. ſed quo iure. ſentit gloſ. & Bar. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitris. vbi dicunt arbitratorem poſſe de iure vnius dare alteri pro bono pacis, dummodo modice. ad hoc. c. niſi eſſent de præb. aliàs fieret reductio ad arbitrium boni viri. ff. de oper. li. l. ſi libertus. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. vbi per Bart. latè Panorm. in c. quintauallis. de iureiur. *Arbitrator quid poſſit.*

quam friuole [a] hactenus interponi [b] viſæ ſunt : atque

a ¶ Friuole (*) appellans friuole ante ſententiam in expen. intereſſe, & in emenda parti appellatæ condemnatur. infrà titu. j. ca. j. P.

(*) Quæ dicuntur quando ſine grauamine interpoſitæ ſunt, vel quando vanæ & inanes, ait gloſ. concor. in titu. de friuol. appel. in verbo hoc. & quando appellatio à principe tollitur, de friuola intelligitur, probat Hippoly. conſ. xvj. nume. 2. & con. lxiiij. num. 6. Plura profecto. P.

Appellatio quæ facit. b ¶ Interponi) Interpoſita appellatio operatur tres effectus principales. Primus eſt, quòd ſuſpendit pronunciatum. l. furti. ff. de his qui not. infam. vbi Bar. ca. venientes. & ibi not. de iureiur. de re iudic. cum inter. de elec. cum dilecti. appellatio enim facit vt non videatur ſententiatum, adeo quod leges dicunt quòd per appellationem extinguitur ſententia. l. j. in fi. ff. ad Turpil. vbi Bart. l. ij. ff. de pœ. ſed re vera non extinguitur: ſed ſuſpenditur (* 1) ſicut canones dicunt. not. in c. ſacro de ſenten. excommu. cap. paſtoralis. §. præterea c. fina. de offic. delega. Bal. in l. minoribus. C. ad Syllan. in l. j. ſecundum ta. in l. C. ne ex deli. de. nec ſuſpendit quò ad omnes effectus. l. ſi inſtituta. §. de inoſſicioſo. ff. de inof. teſta. vbi nepos qui dixit teſtamentum aui in officioſum, & obtinuit, debet habere appellatione pendente alimenta ab hæreditate. c. fin. de ſequeſt. poſ. vbi ſi reus appellat à ſententia contra eum lata, fructus rei petitæ ſequeſtrantur ſi diſſipantur (* 2) ab eo. & ibi Panomi. in c. dilecti. de ma. & obed. in rub. de ap. nec appellatio impedit effectum confirmationis præcedentis. cap. conſtitutis. vbi Innocen. & doc. de ap. Bal. in marga. in ver. appellatio. (* 3) Quid autem operetur appellatio à ſententia cenſuræ, not. in c. ad reprimendam. de offic. or. vbi moder. & in c. paſtoralis de ap. Innocen. in ca. ab excommunicato. de reſcript. in dicto. c. ſacro. Secundus eſt, quòd ſuſpendit negotium tam principale, quàm acceſſorium connexum. c. ſolicitudinem. c. dilectis. de ap. vbi doc. in quibus dicitur quod per appellationem legitimam nedum negocium principale, ſed omnia acceſſoria ſunt ad ſuperiorem delata. ideo caſſantur omnia poſt ap. huiuſmodi per iudicem à quo attentata. de Rota. deciſi. 366. (* 4) Tertius eſt, quòd deuoluit cauſam ad ſuperiorem. c. non ſolum. c. ſi à iudice. de ap. in vj. totaliter ita vt poſſit ſententiam reformare ex noua cauſa. l. per hanc. C. de tem. ap. cum appellatum eſt à diffinitiua, ſecus ſi ab interlocutoria, vt le. & no. in clem.

Appellatio non ſuſpendit omnes effectus.

Appellatio ſuſpendit principale & acceſſorium.

Digitized by Google

appellanti. de ap. vbi appellatio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari, niſi ex de-
ductis coram iudice à quo gl. & Bar. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Bar.
in dicta. l. per hanc. C. de tem. ap. Oldra. conſi. cxxx. niſi alia veniant de nouo ad
notitiam appellantis, quia tunc ea deduci poſſunt. ar. cap. inſinuante. de offic. dele.
Bal. in l. inuitus. C. de procur. Bar. in l. ſi expreſſim. ff. eo. tit. Panor. in c. cum cau-
ſa. de re iudi. & appellatio iudicialis reſpectu vnius articuli ſuſpendit iuriſdictionem
iudicis à quo in tota cauſa, ſiue cauſa principalis ſit connexa articulo ap. ſiue non.
non in alijs cauſis. c. præterea. ca. ſuper eo. vbi docto. de ap. l. ſi quis prouocatione.
C. eod. tit. vbi appellatio interpoſita ſuper iniuria illata, puta à tortura, (* 5) ſu-
ſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, & deuoluit eam ad ſuperiorem, & ibi gloſ. &
legiſ. iudex tamen poterit recuſari in alijs caſibus. c. propoſuit. de ap. vbi doct. ideo
quicquid iudex facit poſtmodum in illa cauſa in qua eſt appellatum, in præiudicium
appellationis, non valet, & eſt ipſo iure nullum. d. c. venientes. d. c. non ſolum.
vbi glo. & docto. cum ſi. nam attentata poſt appellationem iudicialem, ſunt ipſo iu-
re nulla, etiam ſi appellatio deſeratur. (* 6) not. Innocen. de elect. auditis. Ioan.
Andr. in cap. licet. de ſenten. excommuni. in vj. vbi moder. c. ſuper quæſtionum.
de offic. deleg. docto. in ca. ſæpe. de ap. fa. cap. cum veniſſent. vbi docto. de eod.
qui mit. in poſſeſ. La. alleg. j. ſed attentata poſt appellationem extraiudicialem, non
videntur ipſo iure nulla (* 7) cap. conſiderauimus. de elec. vbi Panor. docto. in cap.
cum nobis de elect. & ibi Panor. Innocen. in cap. j. de his quæ fiunt à maiori parte
capituli. quando interponitur ab actu extraiudiciali. cap. ſi poſtquam. de elect. in
vj. cap. j. de ap. eod. lib. Innocen. & gloſ. in dicto cap. non ſolum. ſecus ſi ab actu
iudiciali. & appellatur non vt à parte, ſed vt à iudice. de reli. do. cap. cum dilectus.
Archi. ij. q. vj. quotiens de iudi. exhibita. do. An. in cap. dilecti. de ap. omnia ta-
men reuocantur ex officio iudicis per viam attentati. ff. nil. Innoc. pen. ap. per to-
tum. cap. bonæ. de ap. vbi latè per moder. Panorm. in cap. conſuluit. eod. titu. vbi
dicit attentata contra appellationem extraiudicialem eſſe nulla ipſo iure, ſi ex cauſa
probabili & veriſimili interponatur, ſiue à iudice ſiue à parte fuerit interpoſita. ad
hoc ca. j. de ap. vbi Panormitanus ca. ad audientiam dicto ca. dilecti. eod. tit. vbi
excommunicatio lata poſt appellationem (* 8) extraiudicialem eſt nulla. per Inno.
in dicto c. dilecti. de maio. & obe. vbi Panormitan. ſed do. Anto. ponit alios duos
effectus ap. in dicto cap. ad reprimendam. qui comprehenduntur ſub prædictis. v-
nus enim effectus eſt ſecundum eum: quia ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo.
ſed iſte effectus conprehenditur in tertio: quia ſi deuoluit cauſam ad ſuperiorem, er-
go ſuſpendit iuriſdictionem iudicis inferioris. ca. licet. de offic. lega. dicto. cap. pa-
ſtoralis. §. præterea. cum ſimilibus. quod verum ſi appellatio eſt intimata parti &
iudici. nam attentata poſt appellationem non intimatam legitime non reuocantur.
de Rota deci. 142. (* 9) ſed Innocen. contra. & docto. in cap. dilectis. de appel. di-
centes non eſſe neceſſariam intimationem niſi quando appellans vellet proſequi.
& ſpeciale eſt ſolum in ap. extraiudiciali in beneficialibus. not. in clem. cauſam. de
elect. & vide Panor. in cap. ſuggeſtum. de ap. & alius effectus ſecundum eum eſt,
quia impedit tranſitum in rem iudicatam, ſed iſte effectus comprehenditur ſub pri-
mo: quia ſi appellatio ſuſpendit vel extinguit iudicatum, ergo impedit ne tranſeat

Appellatio ab interlocutoria ex quibus iuſtificetur.

Attentata poſt appellationem an ſemper reuocentur.

Digitized by Google

in rem iudicatam. cap. quod ad conſultationem. de re iudicata. vnde pendente appel. non debet fieri executio ſententiæ. dicto cap. venientes. & ibi not. dicto ca. dilectis vbi gloſ. cum ſimilibus. Innocen. de offic. delega. quærenti. Pau. de caſt. conſil. cccxxv. niſi in caſibus not. per Innocen. in ca. paſtoralis de offic. delega. Bal. in marga. in ver. iudex. Archid. ij. quæſt. vj. ſunt quorum. & vide Specu. titu. de ap. §. nouiſſime. de effectu. vbi tractat de effectu ap. & de reuocatione attentatorum. Gaſ. & Ioan. Mo. in c. cupientes. de elect. in. vj.

(*1) Concluſio eſt, quòd inſpecto ſtatu de præſenti, ſententia per appellationem dicitur extincta, ſeu reciſſa, ita debet intelligi. l. j. ff. ad Turpil. hic per gloſ. allegata, ſed inſpecto futuro ſtatu dicitur ſuſpenſa, ita debet intelligi capitu. paſtoralis. de appellatio. & capitu. venientes. de iureiuran. not. Baldus in rubrica. C. de appellationibus. Angel. in l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pactis. Et hoc procedit diffinitiua, ſecus in appellatione ab interlocutoria, dicit Ioan. Andr. in capitu. fina. de appellatio. in vj. & Ang. in l. iij. quæſt. ij. ff. de appella. recip. & in l. furti. poſt Barto. ff. de his qui not. infa. quod proſequitur Felynus in rubric. de appellatio. num. 2. & in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. delega. P.

Apellatio quid operetur.

(*2) Et ſecundum Gallos ſi à ſententia recredentiam vel gaudentiam (vt cum vulgaribus loquar) continente appelletur, tunc cautio de fructibus reſtituendis huic qui victoriam in cauſa obtinebit datur. ſic iudicatum in ſuo totali effectu non impeditur, ſed ſub hoc modo executioni mandatur. non eſt tamen abſurdum dicere, quod ſi pendente pleno poſſeſſorio, is qui ſic recredentiam obtinuit, fructus dilapidet, quòd propterea de dilapidatione non poſſit per victum accuſari, & ſuper hoc ſibi medio cautionis aut alio iuris remedio per iudicem prouideri. P.

(*3) Hunc punctum latè tango in tractatu deuolutio. præludio. ij. P.

(*4) Quod reperio deciſione 193. Si ab excommunicatione. in no. P.

(*5) Quæ debet dari præcedentibus indicijs legitimis, aliàs confeſſio in ea facta eſt nulla, etiam ſi milies ſit ratificata, vt eſt gloſ. ſingularis iuncto textu, vbi Bartolus & alij in l. penultima. ff. de quæſtionibus quam gloſ. firmat Hippolyt. de Marſil. conſilio xv. nume. 3. Magnificę. P.

Confeſſio facta in tortura quando valeat.

(*6) Tamen Præpo. in c. ſæpe. nu. 36. de appel. dicit, quòd attentata non reconualeſcunt appellatione deſerta. P.

(*7) Hunc punctum tangit Præpoſi. in capitul. dilecti filij. numer. 6. de appel. & in capitul. bonæ, numer. 35. & ſeq. eo. tit. & in cap. ad audientiam, num. 6. eod. titu. Probus.

(*8) Et decidit Rota deci. 317. in antiq. quod qui allegat appellationem præceſſiſſe excommunicationem, debet hoc probare. regula enim eſt quòd alleganti incumbit onus probandi. l. cum te minorem. C. de proba. cum ſimilibus. P.

(*9) Nihil ibi reperio, bene tamen deciſ. 64. in anti. legitur, quòd attentata appellatione pendente poſt eius deſertionem, non ſunt reuocanda, quia propter deſertionem fingitur non appellatum. capitul. licet de ſenten. excommuni. ſumendo à contrario ſenſu. Etiam deciſ. 357. in antiq. quod attentata lite pendente non reuocantur vbi conſtat de nullitate apellationis, vel non intereſſe partis. quod vltimum firmari poteſt per ea quæ diximus in trac. penſio. in præludio iij. quod ille

Digitized by Google

cuius non intereſt, non agit, nec vocatur, nec ſe opponit, aut alia ſimilia facit. Probus.

a ¶ Eadem) Not. quòd cauſa principalis & appellationis cenſentur eadem inſtantia. ad hoc infrà ti. j. cap. j. C. ne li. in vna eademque cauſa. in ru. & ij. quæſt. vj. ſi quis in quacunque. vbi dicit gloſ. quòd ſunt eadem cauſa ſiue idem negotium, vn-

eadem [a] inſtanti [b] ad

de procurator appellantis, vel aduocatus in cauſa principali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa ap. cap. fi. de teſti. in vj. vbi gloſ. ſed aliud eſt indicium cauſæ ap. & cauſæ principalis. diuerſi enim ſunt iudices, & ſunt diuerſæ inſtantiæ. Panormi. in ca. dilectæ. de excep. nam in cauſa appel. à diffinitiua non allegata allegabo: & non probata probabo. C. de tem. ap. l. per hanc. vbi Batolus capitul. cum Ioannes. de fi. inſtrumen. & in ca iuratur de calumnia, licet fuerit iuratum in principali. capitul. ij. de iura. calum. in vj. & procurator in cauſa principali non cogitur appellationem proſequi. C. de procura. l. inuitus. capitul. non iniuſte. eod. titu. quod intellige vt ibi not. Innocen. nec tenetur aduocatus pro eodem ſalario patrocinari in cauſa ap. à diffinitiua. not. in l. j. C. de ſuffrag. Specu. titu. de ſala. §. ſequitur. ver. ſed nunquid. Ioan. Andr. in dicto cap. fina. de teſti. in regula contractus, de regu. iu. in vj. in mercu. nec renunciatio teſtium producẽdorum facta in cauſa principali, extenditur ad cauſam ap. not. Innocen. in cap. cum veniſſent. de teſti. & in cauſa ap. ſuper nouis articulis poſſunt noui & veteres teſtes produci, non tamen ſuper eiſdem, vel directe contrarijs cap. fraternitatis. de teſti. iunct. cle. teſtibus. eod. tit: & vbique doct. iudicium autem cauſæ appel. ab interlocutoria magis conuenit cum primo iudicio, quàm iudicium ap. à diffinitiua. cle. appellanti. de ap. per not. per Innocen. in dicto cap. non iniuſte. Spe. loco prælleg. & quod hic dicit inſtantia, expone pro cauſa.

Inſtantia cauſæ an pereat per triennium.

b ¶ Inſtantia) Inſtantia cauſæ principalis perit per lapſum triennij. ſecundum l. C. de iudi. properandum. ſecus de iure canonico ſecundum communem (*1) opinio. ad hoc cap. cum olim. §. iudices. de priui. vbi facta fuit condemnatio expenſarum factarum per quadriennium quo durauit iudicium, & ſic non perijt inſtantia per lapſum triennij. ca. cum ex literis de in integ. reſti. cum ibi not. vbi lis durauit longe vltra triennium. c. venerabilis de iudi. vbi doct. ibi enim ſeruien. aſſerebant inſtantiam iudicij periſſe. ideo recuſabant reſpondere ſub iudice: ſed Papa mandat ei ſimpliciter, vt non obſtante illa exceptione procedat in cauſa. & rationem diuerſitatis ponit Panormi. in dicto cap. venerabilis. quia de iure canonico appellabatur à quolibet grauamine: non ſic iure ciuili. capitul. ſuper eo. de ap. vnde iudex ciuilis ſatis poteſt cauſam intra triennium decidere: cum per appellationem non impediatur eius iuriſdictio: ſed iudex eccleſiaſticus non ſic, cum per frequentes ap. ab interlocutoria non poſſit quandoque intra hoc tempus cauſam terminare. ſed hæc ratio hodie non militat, quia his iuribus ante ſententiam regulariter non appellatur: vt infra ſequitur. d. tamen l. properandum, quo ad peremptionem inſtantiæ non habet locum de iure canonico: quia non fuit in foro eccleſiaſtico recepta: vt clarè patet in primis iuri. alleg. ad hoc. iiij. diſt. leges ſupra in proœ. in. fi. ſed inſtantia ap. perit per laſpum anni qui datur appellanti ad proſequandam & finiendam appellationem. & ſi iuſta cauſa interuenerit, indulgetur biennium. C. de tem. ap. authen. ei

Digitized by Google

qui appellat. ij. q. vj. ſi quis appellat. c. cum ſit Romana. c. conſtitutus. de ap. & aliquando triennium. c. ex ratione. c. titu. quòd ſi intra dictum tempus non fuerit proſecutus (* 2) appellationem, rata manet ſententia, & cauſa appellationis perimitur. d. c. cum ſit Romana. cle. ſicut. cle. ſi appellationem. de ap. cum ſi. idem per lapſum termini hominis dati appellanti ad proſequendam ap. appellante non proſequente rata manet ſententia: vt d. c. cum ſit. quia terminus præfixus ab homine (* 3) ſuccedit loco termini iuris. ideo quo ad deſertionem operatur eundem effectum nor. Innoc. in c. perſonas in c. ex ratione de ap. vbi vtrobique Panor. c. licet. de ſenten. excom. in vj. vbi doct. & de conſuetudine parlamenti & per odinationem regiam ſi appellans non proſequatur ap. intra trimeſtre. lapſo dicto tempore deſerta eſt. Sed nunquid lapſo tempore iuris ſtatuti, vel hominis ad proſequendam ap. poſſit iudex à quo ſententiam executioni mandare appellante vlterius non citato? de hoc per Guil. & moder. in d. cle. ſicut. Innoc. & alios in d. ca. ex ratione. Barto. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & communiter dicitur quòd ſic, quando ſententia eſt liquida: quia appel. eſt deſerta. d. ca. perſonas & c. ſeq. de ap. vbi Panor. Bald. in l. ſi contra. C. de appel. vrbaniter tamen procederet ſi citet eum pro informatione habenda ſummaria de impedimento, de fructibus, & omnibus deducendis. d. l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. de Rota deci. 358. Et prudenter faciet appellans ſi compareet coram iudice à quo, & doceet de impedimento. & ſi hoc non obſtante iudex vult procedere ad vlteriora, appellet ad ſuperiorem. dic tamen quòd licet appellans non compareat coram iudice à quo allegaturus impedimentum, ſi tamen in veritate impedimentum ſuberat, reuocabitur executio per ſuperiorem. prædicta limitat Innoc. in cap. cum ſuper. de re iudi. quando executio fit in rebus adiudicatis per ſententiam. & Bartol. vbi ſupra intelligit quando erat fienda executio in ſpecie adiudicata: tunc non requiritur citatio. Barto. in l. penulti. ff. de auct. tu. ſed quoddam præceptum de exequendo, poſt quod auferetur res manu militari. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. Barto. in l. meminerint. C. vnde vi. Bald. in l. j. de iure emphy. in l. ſi prætor. ff. de iudi. ſed dicit Panorm. in d. c. ex ratione. hęc procedere quando non fuit ap. vel quando certum eſt impedimentum non fuiſſe in primo anno dato ad proſequendum. in dubio vero credit indiſtincte citationem præmittendam: licet ſit fienda executio in rebus adiudicatis. Bal. in l. filio fa. ff. ſolu. matri. vbi dicit executionem ſententiæ non poſſe fieri ſine citatione, ſiue fiat in bonis, ſiue in perſona debitoris. poſſe tamen fieri ſine aliqua probatione debiti vel primorum actorum cauſæ: quia vbicunque abſenti poteſt competere defenſio, ſemper requiritur citatio, etiam in notorijs. ca. ſi. de offic. deleg. in vj. nor. Innoc. in ca. tua. de coha. cleri. & mu. doc. ca. veſtra. eo. tit. in ca. ad noſtram iij. de iureiu. ſed in caſu iſto poteſt competere defenſio, quia forte appellator fuit impeditus in primo anno. Item iura ſemper exigunt citationem & ſummariam cognitionem in executionis actu quando veriſimiliter poteſt competere defenſio parti: vt colligitur ex dicta l. à diuo pio. ad hoc not. infrà de paci. poſ. c. j. §. fina. in ver. declarent. nec ob. ſi dicatur præſumptionem eſſe contra appellantem ex lapſu primi anni: quia dicit Panorm. hanc præſumptionem non ſufficere vt ſine citatione ſpolietur re ſua: ex quo poteſt ſibi aliqua defenſio competere. probatur in ſi. per. c. licet epiſcopus. de præb. in vj.

Sententiam an poſſit iudex à quo exequi tempore ad proſequendam appellationem lapſo.

Executio ſententiæ an poſſit fieri ſine citatione.

Digitized by Google

c. ordinarij. de offic. ord. eo. li. vbi habetur quòd licet per adeptionem ſecundi curati vacet primum ipſo iure. c. de multa. de præb. non tamen poteſt epiſcopus illum ſpoliare citatione prius non facta, quia poſſet ſibi defenſio competere: puta diſpenſatio vel quid ſimile. & ex dictis iuribus probatur, quòd licet contra abſentem ſit præſumptio iuris: non tamen ex hoc debet priuari poſſeſſione ſua citatione non præmiſſa. ita executio ſententiæ non poteſt fieri appellante non citato. Bar. in l. j. ff. nil Innoc. ap. per Bal. in d. l. ſi contra. & ſi de facto fieret, deberet incontinenti de facto reuocari. ar. c. cum cauſa. de offic. dele. ca. conquerente. de offi. or. l. fi. C. ſi per vim vel ali. Aduerte tamen ad prædicta, quia licet perempta inſtantia cauſæ ap. perimatur cauſa vt dictum eſt: tamen in cauſa principali ſolum pereunt (* 4) acta iudicij, vt libelli oblatio, litis conteſtatio, & ſi. vt d. l. properandum. vbi doct. non autem acta cauſæ pereunt: vt confeſſiones, atteſtationes, & ſi. not. ſpec. tit. de iur. deli. §. reſtat. ver. ſed nunquid omnia. de quo Bart. in l. cum lite. ff. iudi. ſol. Innoc. & doct. in c. cauſam de teſti. doct. in dicto c. venerabilis. *Beneficium ſecundum curatum acceptans, an perdat ſtatim primum.*

(* 1) Hanc etiam fatetur eſſe communionem Alexand. in conſil. xxij. viſis. vol. iij. vbi dicit, quòd ſecundum communes concluſiones non eſt dare inſtantiam, & Fely. in ca. venerabilis. in princ. de iudic. pro quo allega. c. fi. de probatio. iuncta declaratione Hoſtien. ibi dicentis, quòd in illa cauſa lis fuit conteſtata tempore Cæleſtini, deinde poſtea proſequuta coram Gregorio. ratio diuerſitatis inter hæc, id eſt quare potius perit de iure ciuili, quàm de iure canonico, ponitur per Bald. in capitul. fi. not. j. de dolo & contuma. quia ius canonicum conſiderauit quòd inducendo hanc peremptionem, eſſet potius inſtantiam reiterare, quàm liti finem imponere, quia non dicitur perfectè ſopitum quod reiterari & recidiuari poteſt: ideo per ius canonicum melius prouidetur immortalitati litium, quàm per leges, cum per illas lites efficiantur prolixiores, propter tempus in reiterando conſumptum. intellige hanc communem procedere in inſtantia principali, non in inſtantia appellationis, in qua lapſo anno vel biennio ex cauſa cadit appellans. cap. cum ſit. de appella. Etiam non procedit vbi reus abſoluitur propter ineptum iudicium. cap. examinata, de iudic. P.

(* 2) Et non fuerit impeditus, ſecus ſi fuerit, quia tunc cauſa appellationis ipſo iure non currit impedito, dicit Fely. in cap. venerabilis. numer. vj. de iudi. ſubdens, quòd non eſt neceſſaria petitio reſtitutionis in integrum, quia illam petendo pateretur præiudicium vexationis & expenſarum. quod procedit dummodo impeditus fuerit proteſtatus, & appareat quòd per ipſum non ſtetit. gloſ. in capit. cupientes. §. quod ſi. in verbo propoſita, de electio. in vj. vide Domini. allegantem facti contingentiam. Probus.

(* 3) Qui non ſtatuit, vt inſtantia intrà certum tempus pereat, quia eſſet contra canones ſtatuere, quod denotaret ambitionem, & ſuperioritatem, etiam quia nullus contra canones ſtatuit, etiam de latere legatus, cum regula ſit, quòd inferior nihil poſſit contra ſuperioris legem. P.

(* 4) Iſtud habes latius deductum in reperto. Fely. in ver. Acta litis ordinatoria, vbi vnum ſubditur, quòd iſta acta ordinatoria licet pereant quo ad ordinationem litis, non tamen pereunt quo ad effectus litis, vt eſt, quòd pars ſit malæ fidei poſſeſſor,

vel quòd res ſit facta litigioſa, vel quòd ſit interrupta præſcriptio, quia in iſtis operantur ſuos effectus. Bartol. in l. ij. ff. iudicat. ſolui. & Panormita. in capit. cauſam quæ. colum. vlti. verſic. quædam eſt. de teſtibus, vbi Fely. nume. 28. vnum tamen eſt, quod quando pronunciatum eſt libellum eſſe ineptum, & reus eſt ab obſeruatione iudicij abſolutus, iſto caſu pereunt acta iudicij ordinatoria quo ad effectus, etiam quia non interrumpit præſcriptionem, neque res facta eſt litigioſa, ait Baldus in l. ij. C. de fructib. & litium expen. quod proſequitur Fely. in dicto cap. cauſam in ver. adde. ad iſta. P.

prorogationem [a] litium ſæ-

a ¶ Prorogationem) Quæ diſpendioſa eſt partibus & reipublicæ. c. diſpendia. de reſcrip. in vj. clemen. diſpendioſam de iudicijs. ideo voluit l. inſtantiam iudicij triennio perire, ne lites ſint immortales, & quia pendentia litis ſæpe materiam criminibus creare noſcitur: vt l. properandum. C. de iudic. vbi dicit gloſ. & Bartol. quòd illud tempus non poteſt per expreſſum partium conſenſum prorogari. (*) gloſ. in l. ij. ff. de iudi. ſicut prorogatur in cauſa appellatio. in authen. ſi tamen. C. de tempo. appella. clem. quandiu. de appel. Ioan. Andr. in addi. ſpe. ti. de appel. §. nunc breuiter. ver. item fallunt. titu. de lega. §. reſtat. verſi. quid ſi in ſtatuto. ſed Baldus dicit contrarium in d. l. properandum. quòd idem ſit in cauſa appellationis, ſicut in cauſa principali, vt non currat tempus durante compromiſſo. ſed primum dictum ſequitur Panorm. in ca. venerabilis de iudi. quia compromiſſum eſt voluntarium. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. ideo non debet ius publicum lædi per factum voluntarium partium. Aduerte dicit do. Anto. & Panorm. in cap. ex ratione. de ap. quòd tempus iuris vel hominis vel ſtatuti, non poteſt per viam prorogationis elongari ampliando, duplicando, vel triplicando, quia hoc non reperitur conceſſum: ſed ſi volunt partes expreſſo conſenſu vel tacito per viam compromiſſi ſuperſedere proſecutioni, bene poſſunt, & interim ipſo iure currit tempus: vt d. clem. quandiu. vult Ioan. Andr. in d. ver. item fallunt. & in d. clemen. in ver. currere. tex. enim illius clemen. loquitur, vt termino appellationis proſequendæ ſuperſederi poſſit, non prorogari, dum dicit quòd interim non currit tempus. ergo non loquitur in termino prorogato, quia tunc curreret tempus. Item ſequeretur abſurdum, quòd partes poſſent prorogare illud tempus in mille annos, & ſic inquietaretur iudex, reſpublica læderetur, partes vexarentur litibus & expenſis, materia criminibus præberetur ex longa concertatione: quibus lex vel ſtatutum obuiare volens, præfixit certum terminum: ideo non poſſunt huic partes renunciare, poſſunt tamen illum arctare & reſtringere, & appellationi interponendæ renunciare per viam pacti, & vtriuſque partis conſenſum. C. de tempo. ap. l. fi. in fi. vbi doc. ff. à quibus appel. non licet. leg. j. §. ſi quis, & ibi Bartolus de Rom. deci. 291. quia huiuſmodi reſtrictio vel renunciatio concernit præiudicium partium, prorogatio præiudicium reipublicæ: merito primum permittendum eſt partibus, non ſecundum. An autem tempus appellationis interponendæ poſſit prorogari à partibus vel à iudice, not. Panorm. in cap. cum ſit Romana. de appel. Baldus in authen. ei qui appellat. C. de tempo. appel.

Appellationis proſequendæ tempus poteſt prorogari per partes.

(*) Vide Fely. in c. venerabilis. col. iiij. verſi. quarta declaratio. de iudi. P.

a ¶ Sæpe

Digitized by Google

a ¶ Sæpe) Ideo obuiandum fuit, l. nam ad ea, ff. de legi. c. frequens, de reſti. ſpolia. c. iij. de adulte. cum ſi.

b ¶ Multiplicari) Multiplicatio appellationum non approbat factum iudicis, ſed potius reprobat & impugnat, arg. xxxj. q. ij. Lotharius, no. Inno. in ca. dilect. de ap. vbi dicit quod ſi quis in iudicio vel extra ſecunda vel tertia vice appellat, non videtur per ſecundam appellationem à prima recedere: quia ſemper inſtat, vt per appellationem defendatur, cap. directæ, capit. bonæ, vbi Ioan. Andr. de ap. clem. j. de dolo & contu. & ibi no. quod per appellationem à diffinitiua non receditur ab appellatione interpoſita ab interlocutoria, clem. j. §. ſimiliter, de re iud. vbi docto. conſulit tamen Specu. titu. de ſent. pro §. iuxta, verſi. quid ergo ſi appello. quòd in ſecunda appellatione proteſtetur quis ſe nolle per eam à prima recedere, quid autẽ operetur ſecunda appellatio, not. Bar. in l. cum procurator, ff. de no. ope. nuncia. Bal. in l. generaliter, §. ſed iuramento, C. de iureiur. Panor. in d. ca. bonæ, in d. ca. dilecto. Paul. de Caſ. conſi. xxv.

pe [a] multiplicari [b], materia fouendis iniuſtis vexationibus relinquatur.

Offenſus qui coram ſuo iudice iuſtitiam non poteſt habere, ad immediatum ſuperiorem per appellationis recurſum valet eam obtinere. Probus.

Statuit † [c] eadem ſancta ſynodus, ꝙ ſi quis [d] offenſus [e]

† c ¶ Statuit) Verba ſequentia vſque ad §. ſi vero, habes in concor. in titu. de friuol. appella. in prin. & à d. §. ſi vero, vſque ad §. ne tamen in diſſolutionem. P.

d ¶ Quis) Vel qua, ff. de verb. ſig. l. j. de pact. l. tres fratres, xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente, iuncto ca. mulieres, de ſenten. excom. cum concor. quas vide ſuprà de elect. ca. j. §. & cum humanæ, in ver. Abbatis.

e ¶ Offenſus) Id eſt grauatus iniuſtè, qui poteſt appellare quicunque ſit, ij. q. vj. omnis oppreſſus, & c. ſeq. ca. vt debitus, de ap. cum ſi. etiam excommunicatus, iij. q. ix. re vera, c. peruenit. de ap. c. fi. cum inter, de excep. cum omnis defenſio ſibi reſeruetur: & appellatio eſt quædam defenſio ad remotionem grauaminis inſtituta. cap. ſuggeſtum, de appel. quod intellige de appellatione iudiciali: quia excommunicatus extra iudicium appellare non poteſt (* 1) vbi appellatio eſt mere extraiudicialis, no. Inno. in d. c. cum inter, vbi latè Panor. (* 2) in c. ſignificauerunt, eo. tit. quia appellatio extraiudicialis eſt quædam prouocatio ad cauſam, ca. cum ſit, de ap. ſed excommunicatus non poteſt prouocare ad iudicium, c. intelleximus, de iud. c. pia de excep. in vj. vbi Io. Andr. & alij. Henr. in cap. prudentiam, de offic. deleg. in dicto capit. intelleximus, vbi Panormita hæc vera, niſi ex omiſſione appellationis poſſet aliquod præiudicium generari excommunicato, tunc debet admitti ad appellandum: puta ſi appellat ab executore prouidente extra iudicium. Nam quia poſſet excommunicato præiudicare in beneficio vel iure ſuo, poterit appellare, ſatis enim ſtimulatur ex facto executoris: vnde eſt quaſi reus neceſſarius, quod intelligit Panormita. in capitu. dilecti, de maior. & obedien. quando de iure ſibi inferretur præiudicium: ſecus ſi de

Excommunicatus quando appellet.

Digitized by Google

Excommunicatus ſpoliatus non reſtituitur.

facto tantum: quia excommunicatus ſpoliatus non auditur (*3) petens reſtitutionem, no. xxiij. d. in nomine domini, de reſcr. dilectus, j. in d. c. prudentiam, §. ſexta. Innoc. in c. veritatis, de do. & contu. vbi doct. & in c. ex conqueſtione, de reſti. ſpol. Frede. con. cxj. vbi dicit, quod nec pro iniuria illata tempore excommunicationis poteſt agere, glo. in ca. omnibus, iiij. quæſt. vj. ca. teſtimonium, de teſtim. niſi iniuria irrogaretur ei volenti explicare rem à iure ſibi conceſſam, puta proſequenti appellationem vel abſolutionem: tunc enim poteſt agere durante excommunicatione, vt illa iniuria ceſſet: quia vno permiſſo, &c. de offi. delega. c. j. cum ſimi. Sed non offenſus, & ille cuius non (*4) intereſt, appellare non poteſt, ij. quæſt. vj. non ſolent, ca. cum inter, de electio. omnes tamen quorum intereſt appellare poſſunt, licet in iudicio non interfuerint, l. ab executore, l. tutor. l. à ſententia, ff. de ap. capit. ſtatuimus, de elect. in vj. ca. cum ſuper, de re iud. vbi gloſ. & docto. Spec. titu. de ap. §. j. etiam ſi ſolum facti præiudicium prætendant, ne ſcilicet de facto moleſtentur, c. peruenit, cum ibi no. de arbitr. d. ca. dilecti, vbi gloſ. & doct. in criminalibus quilibet appellare poteſt inuito reo. l. non tantum, ff. de ap. & ibi Bart. C. eodem titu. l. eos, §. ſuper his, ff. quando ap. ſit, l. ij. in fi. l. addictos, C. de epiſco. audi. vbi Bald. no. ij. q. vj. in ſum. Spec. loco præalle.

Excommunicationis exceptio in Gallia non admittitur.

(*1) Iſtud in Gallia apud iudices laicos non habet locum, cum excommunicationis exceptio in eorum foro non admittatur, vt dixi in tract. penſio. prælu. vij. & male: quia per id fit quòd cenſuræ Eccleſiaſticæ non timentur, propter quod infinita mala & ſcandala oriuntur, quæ longa eſſent in deductione, ideo optarem vt ſuper hoc per concilium Tridentinum nunc congregatum prouideretur, ad quod tale pertinet dictamen ſeu iudicium, quia mores communes concernit, & eſt de foro Eccleſiæ, vt patet intuenti: cum per hoc generetur præcepti Eccleſiæ contemptus, quod generat mortem. Probus.

(*2) Hunc punctum latè proſequitur Philip. Franc. in c. bonæ memoriæ, q. ij. de ap. & dicit Panor. in d. ca. cum inter, quòd excommunicatur ad appellandum, & ad omnia alia iura, quod eidem Panor. placet in c. j. col. iiij. de præſcr. & iſta eſt communis, quam intellige locum habere, quando excommunicatus in abſolutione petenda non fuit negligens, ſecus ſi fuit, quia tunc non reſtituitur, prout placet Car. Panor. & Imo. in d. c. cũ inter, vbi Fely. quod eſt demẽte Bal. in c. j. in fi. de præſcr. vbi ait, quòd qui facit vt non poſſit agere, dicitur poſſe, l. ſed & ſi per prætorem, §. ij. ff. ex quibus, cau. maio. no. in l. j. C. de natura, libe. intellige & ſecundo, niſi terminus fuerit à iure præfixus: quia eo elapſo, excommunicato non ſubuenitur, nec ille reſtituitur, dicit Car. in c. exceptionem, col. iij. de excep. Probus.

(*3) Idem tenet gloſ. in ca. ex inſinuatione, in verbo canonicum, de procura. quæ placet doct. ſecundum Panor. in ca. ſolitæ, de reſtitu. ſpol. in fi. prout & in c. dilectus hic per gl. alleg. vbi Fely. nu. 11. dicit, d. gl. canonicum, omnes ſequi: quam alijs gloſ. firmat, poſtea, vj. fallentias ad hanc regulam ponit, videlicet quòd excommunicatus ſpoliatus reſtitui poſſit. Probus.

(*4) Iſtud habes per ſimilia firmatum in tract. noſtro penſio. prælud. iij. quibus adde Rot. in antiq. deciſ. 17. vbi dicitur quòd prælatus non poteſt agere pro damno dato ſubdito, niſi dicat ſua intereſſe. Inno. in c. dilectus, de ap. P.

Digitized by Google

a ¶ Coram) Coram aliquo dicitur fieri quod fit eo ſciente & intelligente, licet non conſentiente, ff. de verbo. ſigni. l. coram, de arbit. l. diem, §. coram, vbi Bart. gl. in c. vt circa de elect. in vj. Bal. in l. ſi quis obrepſerit, ff. de falſi. & facit iſte tex. quòd coram iudice ſit appellandum, pro ff. quando ap. ſit, l. j. §. dies, & §. ſi quis, quando appellatur à iudice, & poteſt haberi eius copia, c. ord. de ap. in vj. c. vt debitus, eo. titu. niſi iuſtus metus appellantem excuſet, vel iudicis copia non habeatur: tunc valet appellatio abſente iudice, proteſtatione præmiſſa, de Ro. deciſio 369. c. fi. de ap. vbi gl. & doct. ad prædictam gl. ij. q. vj. biduum, in c. appellatio, de ap. in vj. vbi doct. ca. ſi duobus, de ap. vbi patet quòd ſi quis à ſuo iudice appellauit, non protegit ipſum appellatio, donec ad iudicis notitiam perducatur, gl. in c. ſuggeſtum, de ap. vbi latè Hen. & Panor. Bar. in l. j. §. libelli, ff. eod. titu. Bal. in addi. Spe. eo. tit. ver. appellatio debet interponi, tamen licet in appellatione præſentia iudicis requiratur ſi haberi poteſt: non tamen requiritur præſentia appellati, ſed ſufficit quòd fiat ſibi intimatio, cle. cauſam, de elect. vbi Pau. & alii, clem. j. de ap. vbi doct. Spe. eo. ti. §. qualiter, ver. cautus, ideo ſi appellatur extra iudicium ab alio quàm à iudice, ſatis eſt quòd fiat illi intimatio ſecundum diſpoſitionem dictæ cle. quando appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem: vt in caſu, c. j. de elect. in vj. iunct. ad. cle. cauſam, ſed ſi quis appellat generaliter à grauamine, & non cōtra certam perſonam, ſerua. c. bonæ, de ap.

Coram dicitur fieri.

Appellatio an debeat interponi coram iudice.

coram [a] ſuo iudice [b] habe-

b ¶ Iudice) Non arbitro compromiſſario à quo non appellatur, l. j. C. de arbitr. vbi doct. c. à iudicibus, ij. quæ. vj. eius enim ſententiæ ſtatur vel iniuſtæ, l. diem, §. ſtari, ibi doct. ff. de arbi. niſi ex forma ſtatuti actio oriretur ex laudo. Bar. in l. ij. ff. de arbi. Bar. & Bald. in d. l. j. & niſi inter partes conueniatur quòd poſſit apppellari, vt ibi dicunt, arg. l. fi. in fi. C. de tem. ap. Bar. in l. nemo poteſt, ff. de leg. j. ſed dicit Bal. in d. l. j. de iure canonico poſſe appellari, alleg. ij. q. vj. ſtatuendum, ſed ille tex. nihil facit, quia non loquitur in arbitrio, ſed in iudice: vt ibi colligitur ex tex. & innuit ibi gl. & contra dictum Bal. videtur tex. in d. c. à iudicibus, vbi dicit glo. quod de iure canonico poterit arbitrium iniquum, per viam cuiuſdam reclamationis retractari, & ſic per implorationem officij iudicis per c. ij. de arbi. quod limitant ibi doct. quando arbitrium continet euidentem iniquitatem, & eo ipſo quòd enormiter lædit partem: tunc enim ex officio iudicis debet retractari, c. expoſita, de arbi. vbi Panor. ca. fi. de re. permu. ca. examinata, de confir. vti. dum tamen intrà decennium fuerit reclamatum à parte cōquerente, aliàs contra no. in capit. per tuas, de arbitr. Specu. eodem titu. §. fin. ver. ſed intra quod tempus. Ratio primi dicti eſt, quia nulla lex vel ſuperior poteſt ſuſtinere actum cum peccato, ca. fin. de præſcr. vnde ſententia iudicis non tranſit in rem iudicatam, ratione peccati imminentis, ca. lator, ca. conſanguinei, de re iud. imò contra executionem laudi competit parti exceptio doli: quia omnis iniquitas notoria habet dolum præſumptum, l. creditor, §. Lucius, ff. manda. capitu. j. de præſumpt. ſimiliter vbi laudum eſt doloſum datum per gratiam aut ſordes, competit doli exceptio, l. arbitrorum, C. de arbitr. not. in dicto capit. ij. pro hoc, l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbit. de hoc latè Panorm. in capit. cum dilectus, eodem titu. doct. in capitu. quintauallis, de iureiu. Sed de conſuetudine Fran-

Appellatio an poſſit interponi ab arbitris.

Digitized by Google

Appellatur à ſētētia arbitrorum de cōſuetudine.

ciæ in patria conſuetudinaria in foro ſeculari appellatur à ſententia huiuſmodi arbitrorum: & ſi male fuerint arbitrati, emendant, & ab arbitris iuris appellatur, l. fi. L apertiſſimi. C. de iudi. c. ab arbitris, cum ibi no. de officio delega. in vj.

re nō poſſit iuſtitiæ[a] complementum[b]

a ¶ Iuſtitiæ) Aliud in his quæ ſunt gratiæ: quæ ſi iudex facere non vult cum poſſit, non admittitur appellatio, vt quia non ſuppleat. Spec. tit. de offi. iu. §. impedit. ver. quid ſi iudex. non enim quicquid &c. l. non quicquid, ff. de iudi. vel contumaces non expectat. ca. conſuluit. de offic. deleg. aut non refrenat multitudinem teſtium. Spe. titu. de teſti. §. reſtat. in fi. aut ſimilia non facit arbitrio eius relicta. Inno. in c. fi. de feri. Bal. in marga. in ver. iudex. in l. ij. C. de reſcin. vend. Panor. in c. ſuper his de accu. nec tenetur (*1) quis ad gratiam, (*2) no. ſuprà tit. j. §. item quod ad dictas, prædicta. vera niſi pars nimis læderetur ex eo quod iudex non facit. Bald. in c. j. de mi. vaſ. qui con. eſt. col. x.

(*1) Facit regula, de qua latè per nos in tracta. deuolu. par. j. q. xxx. quòd quis inuitus de ſuo benefacere non tenetur. ca. precariæ. x. q. ij. P.

(*2) De his quæ ſunt gratiæ & iuſtitiæ, vide per nos in tracta. penſio. prælud. vij. Probus.

b ¶ Complementum (*1) quia iudex grauat contra ius ſcriptum, vel denegat iuris beneficium, c. penul. & fi. de ſecun. nup. puta ſi negat reſtitutionem ſpoliato priuſquam cognoſcat. iij. q. ij. per to. de reſtit. ſpol. ex conqueſtione. vel quartam productionem teſtium cum ſolennitate legali. ca. ſignificauerunt, de teſti. aut negat dilationem aliam, vel non admittit exceptionem legitimam, vel grauat in ſimilibus caſibus. Spec. tit. de ap. §. ij. ver. ſed quam dices, aut denegat eius officium: nam à denegato officio iudicis implorato appellatur. l. j. C. ſi ſæ. in inte. reſtit. poſt. Bar. in l. j. C. de iuriſ. om. iud. & à denegata publicatione proceſſus petita per partem. glo. & doc. in ca. cum I. de re iudi. ſi tamen officium iudicis non fuit imploratum, licet illud non impenderit, non poterit appellari, quia iudex non tenetur impendere officium ſuum ad commodum priuatum ſi non petatur. (*2) l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Panor. in c. fi. de reſcrip. in ca. ſignificauit. de teſti. in ca. ſignificauerunt, de excep. aut intellige hunc tex. ſiue iudex iniquam ſententiam ferat, ſiue deneget facere iuſtitiam: vbique enim quis grauatur. ca. cæterum, de iudi. ca. ex parte Ba. de foro comp. Vnde qui iuriſdictionem denegat, indignationem principis incurrit. in auth. de man. prin. §. ſit tibi. colla. iij. & omne grauamen tenetur parti reſarcire, & extra ordinem poteſt puniri. in auth. de quæſto. §. ſuper hoc col. vj. in authen. vt dif. iu. col. ix. Bal. in l. j. C. quomo. & quan. iu. Et propter defectum iuſtitiæ de iudice ſeculari poteſt haberi recurſus ad Eccleſiaſticum. (*3) ca. licet. ca. ex tenore. vbi de hoc. de fo. comp. & iudex ſecularis negligens facere iuſtitiam perſonis Eccleſiaſticis, tertio requiſitus iuriſdictionem amittit. l. ad decus, §. ſancimus, de ſtatu. & conſue. con. liber. Eccle. coll. x. in auth. ſtatuimus, & ibi Bal. C. de Epiſc. & cleri. & à denegatione iuſtitiæ poteſt appellari. Hoſt. in ca. interpoſita. de ap. ca. dilecto. eodem, ti. & ibi Ioan. Andr. vbi dicunt quòd iudex debitè requiſitus de iuſtitia cauſæ vel expeditione ſi nihil reſpondet dicitur eſſe in mora, & iuſtitiam denegare: & poterit appellari, quia ſatis tunc grauat. arg. ca. j. & ibi Bald. de mi. vaſ. qui con. eſt.

Officiū iudicis ſi denegetur an ab eo licite appelletur.

Iuſtitia ſi denegetur appellari poteſt.

Digitized by Google

col.x. ca.j. de ſup. neg. præl. cle. quanuis, de ap. de elect. cum in veteri. de offi. deleg. ſuper quæſtionum, §. fi. Panor. in ca. ex parte de ap. ſed Bal. dicit in l. ij. C. de Epiſ. audi. quod à denegatione audientiæ non debet appellari, ſed debet recurri ad ſuperiorem per viam ſimplicis querelæ. de quo remittit ad Spe. ti. de ap. §. in quibus, ver. xxij. ad gloſ. in l. ſed & ſi per prætorem, §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex qui. cau. ma. Archi. xvij. q. iiij. vxor Felicis, idem Bal. in l. fi. C. de ſenten. & inter. dicit quod à tarditate iudicis non valet appellatio. Bal. in ca. j. ſi in do. & vaſ. lis ori. colla. x. ſed primum verius, & pro hoc nor. Bal. in marga. in ver. appellatio. gl. in ca. ad aures, de ſimo. in ca. ij. de ap. in vj. & poterit etiam porrigi querela ſuperiori, ca. nullus, de iu. pat. l. fi. §. illud. & ibi Bal. C. de tem. ap. Inno. in ca. ex conqueſtione, de reſti. ſpol. Nam iudex qui non vult audire, partem facit litem ſuam, & tenetur, vt ſup. xxiij. q. v. adminiſtratores. Bal. in l. obſeruare. ff. de offi. procon. in rub. C. de pœ. iu. qui ma. iu. in authen. preſbyter. C. de Epiſ. & cleri.

ad immediatum [a]

(*1) Hunc punctum habes per nos tactum in tractat. deuolut. prælud. vij. P.

(*2) Debet ergo peti, aliàs iniuria non fit, vt latè deduxi in tract. penſio. parte j. q. xxx. Probus.

(*3) Notat Alex. in conſi. xj. nu. 4. circa primum, & conſi. cxj. col. ij. ponderatis verbis, volu. j. P.

a ¶ Immediatum) Nunquid ſit neceſſe exprimere ad quem iudicem quis appellet? dicit Barto. quod non in l. j. ſi quis, ff. de ap. per tex. illius, l. ad fi. l. qui Romæ. §. Seia. cum ibi. not. ff. de ver. obli. vbi valet appellatio ad competentem iudicem, glo. in l. cum proponas, C. de bo. auc. iu. poſ. & ibi Bal. & quando appellans non exprimit, intelligitur appellare ad immediatum, quia gradatim eſt appellandum, no. Archi. ij. q. vj. anteriorum. Io. And. in ca. vt debitus, de ap. vbi doct. Spec. eo. tit. §. nunc tractemus ver. quid ſi appellans. Bal. in l. apertiſſimi. C. de iudi. & illud tenebant doc. eſſe veriſſimum de iure ciuili: quia genus quod non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, non inducit incertitudinem, ſicut in ſimili no. in nomine appellatiuo in ca. ex parte j. & ibi Panor. in ca. quoniam abbas. de offi. deleg. ſed de iure ciuili non poteſt appellari omiſſo medio. l. imperatores, ff. de ap. ideo generalitas reſpectu iudicis ad quem non inducit incertitudinem, (*) quia debet intelligi de iudice immediate ſuperiore. ad hoc. l. ſi hæres, ff. de op. le. de ſti. ſer. l. ſed ſi ſibi. in fi. & l. ſe. de fideiuſ. l. fideiuſſor. ſed aliud dicebat Panor. in d. c. vt debitus, in c. ij. de ap. de iure canonico, ſecundum quod non putabat talem appellationem valere: quia poterat omiſſo medio appallari ad Papam vel legatum. Item Oldr. conſi. 286. ideo cum illa appellatio generalis inducebat incertitudinem, non debet valere, quia iudex debet eſſe certus, de reſcrip. ad hæc. nec licet cum alterius iniuria vagari. ff. de iniur. l. prætor. ſed hodie idem dicendum eſt de iure canonico, cum non poſſit nunc omiſſo medio appellari, vt infrà ſequitur. ideo ex appellatione generali non inducitur aliqua incertitudo, cum non poſſit verificari niſi de immediato ſuperiore, vt hic & ſuprà dictum eſt, pari ratione dico quod valeret appellatio alternatiua: quia ex quo iudex ap. eſt certus, & gradatim eſt appellandum, alternatiua non poteſt inducere obſcuritatem, nec poteſt verificari niſi in vno iudice, ſcilicet de immediato, vt dictũ eſt. olim tamen

Appellans an debeat exprimere iudicem ad quem.

Appellari an poſſit omiſſo medio.

Digitized by Google

multi doct. dicebant eam non valere de iure canonico, niſi intra x. dies fieret declaratio de perſona iudicis propter incertitudinem, ex quo omiſſo medio poterat appellari. de quo no. in Spec. vbi ſup. ver. quid ſi dicat. Io. And. ibidem in add. Io. And. in ca. ſi is cui. de offi. delega. in vj. vbi doct. in ca. vt quis duas, de elect. eodem lib. Ioan. Andr. in regula in alternatiuis, de regu. iur. in vj. in mercu. Hen. de ap. conſuluit. Panor. in d. ca. ij. Bal. in l. appellatione. C. de appel.

(*) De qua vide quæ latè diximus in tra. penſio. parte j. q. xviij. P.

ſuperiorem [a] per appellationem [b] recurſum habeat.

a ¶ Superiorem) De inferiori iudice ad ſuperiorem eſt appellandum, ij. q. vj. anteriorum, §. illo videlicet. Spec. titu. de ap. §. nunc tractemus, nec valet conſuetudo quòd appellatio deuoluatur ad partem vel minorem. ar. ca. ij. de conſue. in vj. vbi gloſ. & doct. Bal. in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. ideo de vicario Epiſcopi ad Epiſcopum non appellatur, cum ſit idem conſiſtorium Epiſcopi & eius vicarij, ca. Romana. de ap. eodem, li. ſi tamen conceſſum eſſet Epiſcopo ne ab eo appellaretur, poſſet ab eius vicario appellari, caſus eſt in l. præcipimus, §. fil. à proconſulibus, C. de appel. no. Ludo. in ſingu. valeret tamen conſuetudo appellandi ad alium quàm ad ſuperiorem, non parem vel minorem. Ioan. And. in addi. Spec. §. iiij. Quid ſi per errorem alius pro alio appelletur: ſi ad maiorem quàm debuerit vel ad parem appellauerit, talis error appellanti non obeſt. ſi vero ad minorem, tunc obeſt. ff. de ap. l. j. §. ſi quis, no. Hoſt. in ſum. de ap. §. à quo. ver. quid ſi per errorem, quia in primo caſu appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem iudicem debitum, & remittitur ad eum appellans, ff. de ap. l. imperatores, hæc vera cum per iuſtum errorem alius pro alio appellatur, ſecus dicit Panor. in ca. dilecti. de ap. ſi ſcienter appellauit omiſſo medio. Nam ſi hæc appellatio venerit in notitiam appellati poſt decendium, eo excipiente rata manet ſententia: quia appellatio non valet obſtante exceptione. ar. in d. l. j. §. ſi quis.

b ¶ Per appellationem) Si offenſus à iudice non appellat, videtur acquieſcere ſententiæ: ita quòd tranſeat in rem iudicatam, ca. cum inter. ca. quod ad conſultationem, de re iudi. alibi dicit lex, quòd non appellans confirmat ſententiam, l. fi. C. de ſen. quæ ſi. cer. quam, l. ab eodem, C. quomodo & quando iud. hæc procedunt in conſenſu ficto & interpretatiuo, non vero: quia ſæpe quis omittit ap. execrans litem, & timens vexationem, ad hoc. l. item ſi res, in fi. ff. de ali. mu. iu. cau. fac. & hoc eſt in dubio præſumendum, arg. l. cum de indebito, ff. de pro. ſed iura vt ſit litium finis, præſumunt ſeu fingunt conſenſum, ad hoc vt præcludatur via appellandi, ſentit Inno. in ca. quia plerique, de immu. Eccle. ſi autem non appellans verè ſententiæ conſentiret, tolleretur obligatio naturalis: quæ tamen per ſententiam non tollitur. l. Iulianus, ff. de cond. inde. & dicit Bar. in d. l. ab eo, quòd ex ſententia condemnatoria iniuſta non oritur obligatio naturalis: quia facilius tollitur, quàm inducatur. l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. Panormit. in d. ca. quo ad conſultationem. Item ſi non appellans vere conſentiret, non poſſet habere regreſſum contra iudicem ad intereſſe prætextu iniquæ ſententiæ: quod tamen poteſt, quia licet per lapſum decendij ſententia tranſeat in rem iudicatam

Sententia an cõfirmetur per appellantem.

Digitized by Google

inter partes, d. ca. cum inter. ca. quo ad conſultationem, ff. de reg. iu. l. res iudicata, niſi notorietate facti conſtaret nunc ſententiam eſſe iniuſtam, tunc enim ex ſuperuenienti cauſa deberet per iudicem retractari. ſic poteſt intelligi l. ſi fullo. ff. de con. ſi. cau. l. in commodato. ff. commo. ca. ij. de pur. vul. cum ibi not. & ibi not. Panormit. & in ca. ſuborta. de re iud. Innocen. in d. ca. quia plerique, in ca. cum Bertholdus, vbi doct. de re iudi. Bar. & docto. in l. admonendi, ff. de iureiu. tamen reſpectu iudicis ſententia non tranſit in rem iudicatam, quia omiſſio appellationis non purgat vitium ſententiæ quo minus pars poſſit habere regreſſum contra iudicem, not. in ca. paſtoralis, §. quia vero, de offi. delega. & ibi doct. Bar. in l. j. ff. quod quiſ. iu. in l. ſi duobus, §. competit. ſi men. fal. mo. di. Innocen. in d. ca. ſacroſancta, de ſenten. excommu. etiam ſi appellatio fuerit deſerta. Bal. in l. fi. C. de pœ. iu. qui ma. iu. doct. in ca. ſæpe. de ap. Panormit. in rub. eodem, titul. Cum enim condemnatus habeat duas vias, vnam per appellationem, aliam agendi contra iudicem, inſti. de obli. quæ ex delictone naſcitur. renunciando vni non videtur renunciare alteri. ad hoc. l. contra maiores, C. de inoffic. teſta. l. ſi domus, ff. de ſer. vrba. prædi. ca. ex tuarum, de vſu pal. nec obſtat agenti contra iudicem exceptio rei iudicatæ, cum ſit alia via agendi. l. cum quæritur. cum ij. l. ſeq. ff. de exceptio. rei iudi. not. in ca. aduerſario. de except. gloſ. & Bartolus, in l. ff. de ap. vbi etiam tractat quid de arbitro, conſiliariis & ſimilibus. Panormit. in ca. quia iudicante. de præſcrip. in rubri. de ap. Bald. late in ca. iudices, de pa. iura. fir. colla. x.

Ad quemcunque, etiam Papam omiſſo medio, neque à grauamine in quacunque inſtantia, ante diffinitiuam quoquo modo licet appellare, niſi grauamen in diffinitiua reparari non poſſit, quo in caſu, non aliàs quàm ad immediatum ſuperiorem, licet appellare. Probus.

Nec ad quemcunque [a]

a ¶ Quemcunque) Etiam patriarcham, ad quem olim poterat omiſſo medio appellari per ca. antiqua. in fi. de priui. & ibi hoc not. Innocen. & Panormit. gloſ. in ca. renouantes, xxij. di. Spec. tit. de ap. §. nunc tractemus, ver. nunquid idem eſt, & per hunc tex. non videtur hodie verum quod dicit Hoſtien. in ſum. tit. de ap. §. à quo. ſub ver. vt autem. docto. in ca. dilecti. de ap. quod vbi concurrunt iuriſdictio mediata & immediata, ad ſuperiorem qui immediate præeſt appellatio facta valet: vt ſi appellatur ad diœceſanum à præſbytero qui ſubeſt Archipreſbytero, vel ab Archipreſbytero qui ſubeſt Archidiacono, ad Epiſcopum. Nam omnes iſti immediatè ſubſunt diœceſano, & eius vicarij ſunt. x. quæſtio. j. regenda, de offic. Archipreſbytero. & de offic. Archi. per totum. Vides enim hic quod licet Papa ſit ordinarius cunctorum mediate vel immediate, ix. quæſtione, iij. cuncta per mundum, tamen hodie non appellatur ad eum omiſſis mediis. Secus

Legatus de latere per viam appellationis & ſimplicis querelæ poteſt adiri.

puto (*) de legatò de latere qui eſt ordinarius in ſua prouincia,& concurrit immediate in iuriſdictione ſuper illos de prouincia cum diœceſanis & aliis prælatis, c.ij.de offi.lega.in vj. Panorm.in ca.mandatum,de reſcrip. ideo omiſſo medio poterit adiri per viam appellationis ſicut per viam querelæ,c.j.de offi.leg. cum ibi not.glo.in cap. quiſquis,ij.quæſt.vj.Specu.titu.ij.§.ſupereſt videre,ver.illud autem, de ap. §. nunc tractemus,ver.nunquid,glo.in ca.Roma.
de ap.in vj.de conſue.cap.ij.eod. lib.in ca.
ſi is cui,de offi.dele.eo.lib. Archidia.x.q.j.

etiam Papā [a] omiſſo medio [b]

peruenit,doct.in c.quod tranſlationem,de offi.lega. Nec ita grauabuntur partes adeundo legatum ſicut ſi Roma. curiam adirent, ſi tamen ille qui appellat ad Archiepiſcopum vel ad legatum,intra decem dies non eligit alterum, deſerta eſt appellatio de iuris rigore,ratione incertitudinis,ar.c.j.de poſtu.præla.lib.vj. per no.ſup.in ver. immediatum,ne cum diſcrimine appellati liceat ſic vagari,l.prætor, ff. de iniur. not. in d.c.ſi is cui. Ioan.And.in regula in alternatiuis,de re.iu. in vj.in mercu.Panorm.in c.ij.de ap.ſed Specu.vult contra,in diſt.§.nunc tractemus,quem ſequuntur de Rota deciſio 213.& opi.Specul.de facto ſeruatur,nec ob.quòd non debet in incerto vagari aduerſarius: quia per citationem certificabitur,de ap.per tuas,cum ibi no.

(*) Iſta opinio videtur dura prælatis Galliæ, quia per eam aufertur ſuæ iuriſdictionis exercitium,prout & contra mentem huius decreti, quod vult quemlibet ordinarium inferiorem in ſua iuriſdictione conſeruari. P.

a ¶ Papam) Olim ſecus: quia omiſſis mediis poterat ad eum appellari, c. ad Roma. c.quotiens,ij.q.v.c.ſolicitudinem,de ap. c.antiqua,de priuile.glo.& doct. in c.dilecti,de ap.in c.Roma.eod.tit.in vj.in cauſis Eccleſiaſtici fori, vel etiam in ſecularibus quo ad eos qui ſunt de temporali Eccleſiæ iuriſdictione,non quo ad alios, ca.ſi duobus,de ap.& niſi vbi delegatus Papæ ſubdelegaſſet cauſam alteri non in totum: quia cum delegatus Papæ repræſentet perſonam ipſius Papæ,c.ſane,de offi.dele. ca.ſuper literis,in fi.de reſcr.ad ipſum delegatum, non ad Papam appellandum erit,cap.ſuper quæſtionum,§.porrò,vbi doct.de offi.deleg.Panor.in c.cum Bertholdus,de re iud. c.ſi.delegatus,de offi.deleg.in vj.vbi doct.

Appellādum eſt gradatim.

b ¶ Medio) Accipe appelletur,quod eſt infrà,nam gradatim eſt appellandum, id eſt ad eum qui in gradu proximo eſt ſuperior eo à quo appellatur, puta ab Archidiacono ad Epiſcopum, ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, ab Archiepiſcopo ad primaté, ab illo ad Papam: (* 1) & ſic in ſimilibus,C.de ap.præcipimus,l.j.§.ſi quis,l.imperatores,ff.eo.titu.ij.quæſt.vj.quis,& c.placuit,c.dilecti,de ap.vbi de hoc, ca.Roma. eo.tit.in vj.& ſi non admittatur talis exceptio,poteſt appellari,de Rota deci. 387.& ius ciuile tantum abhorret appellationem gradatim non factam, quòd imperator non vult quòd etiam appelletur ad eum omiſſo medio,d.l.imperatores,ij.quæſt.vj. anteriorum,propterea dicit Specu.titu. de ap.§. nunc tractemus, benedictus ſit imperator: qui licet mundi dominus ſit,ff.ad l.Rho.de iac.l.deprecatio,& omnes prouinciæ ſub eo ſint, lxiij.d. Adrianus,& omnes principes, vij.quæſt.j.in apibus, dempto rege Franciæ, (* 2) c.per venerabilem,qui filij ſunt legit.non tamen patitur, in præiudicium inferiorum ordinariorum , & in damnum & laborem inæſtimabilem litigatorum ad ſe omiſſis mediis appellari: quod ſi fiat,remittit appellantem ad iudi-

Rex Franciæ nō ſubeſt imperatori.

cem

cem competentem, vt dictum eſt, & dicit Pan̄or. in c. antiqua. de priuileg. quòd bene faceret Papa ſi tales appellationes ad eum interiectas omiſſis mediis non reciperet: hodie tamen conueniunt in prædictis ius ciuile & canonicum per hunc textum, qui fallit in octo caſibus. Primo, vbi conſuetudo eſt in contrarium, quòd poſſit omiſſo medio appellari, c. referente, de præbend. ca. ſignificantibus, de noui ope. nuncia. dicto ca. Romana, de appel. in vj. vbi gloſ. & doct. nam etiam de iudice ſeculari ad Eccleſiaſticum valet appellatio, ſi habeat conſuetudo, vt not. in ca. ſi duobus de appellatio, in ca. dilecti, eod. titu. patet in dicto ca. Romana, §. debet, not. in ca. licet, de fo. com. vbi Panormi. vel priuilegium, dicto ca. Romana, §. j. vbi gloſ. & doct. aut præſcriptio. licet præſcriptio non procedat quòd non appelletur ad principem. Bald. in authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſi. idem ſi iudex à quo non cognoſcit ſuperiorem de iure vel facto: quia tunc ab eo poteſt ad Papam appellari omiſſo medio, ca. fina. ca. nouit, de iudi. ca. j. de pro. gloſ. & docto. in ca. ex tranſmiſſa, de fo. com. Inno. & docto. in dicto c. licet. Innoc. & Hoſtien. in ca. inter dilectos, de fi. inſtrumen. argum. in authent. vt dif. iu. §. ſi tamen contigerit, §. in ciuitatibus, colla. ix. quia penes Papam eſt poteſtas temporalium habitu, vt no. in ca. nouit, de iudic. ideo deficiente ſuperiore illum habitum poteſt deducere in actum, ſicut illum exercet in cauſis arduis etiam non deficiente ſuperiore, ca. pro humani, de homicid. lib. vj. quod limita in grauibus & arduis articulis, per not. in ca. per venerabilem, §. rationibus, qui filij ſunt legiti. Panorm. in dicto ca. ſi duobus, & quando per viam peccati adiretur Papa propter iuſtitiam denegatam ab imperatore vel rege, argum. dicti ca. nouit, nam in concernentibus animam omnes principes ſubiiciuntur canonibus, ca. omnes, de maior. & obedien. Panormit. in ca. j. de conſtit. Secundo, quando Archiepiſcopus litigat coram ſuffraganeo contra ſubditum ipſius ſuffraganei: quia tunc non appellabit ad ipſum Archiepiſcopum, cum eſſet iudex in cauſa ſua: quod eſſe non debet, C. ne quis in ſua cau. ius ſi. diſt. in rub. & ni. ſed ad primatem: & ſi deſit, ad Papam, & ſi ſubditus ſuffraganei appellare voluerit, non ad ipſum metropolitanum appellabit, cum ſit ſuſpectus in cauſa ſua propria, vt dictum eſt, ergo ad proximum ſuperiorem poſt metropolitanum recurrendum eſt in hoc caſu. articu. ca. ne pro defectu. de electio, ca. nullus, de iur. patron. Ioannes, And. in dicto c. Romana. Tertio, vbi medium eſt quoquo modo ſublatum: puta quia iudex immediatus eſt hæreticus, excommunicatus (*3) vel ſuſpenſus: quo caſu ad alium ſuperiorem eſt recurrendum, ca. ſi is cui, de offi. deleg. in vj. cum ibi not. vel potius ad Papam, ar. ca. quia diuerſitatem. de con. præ. cum ibi not. per Innoc. de electio. quia diligentia, ca. Romana, de ſup. neg. præla. in vj. Quarto, vbi ordinarius recuſatus delegauit, quo caſu à delegato non appellabitur ad delegantem, ſed ad ſuperiorem immediatum: quia cum ordinarius ſit recuſatus, non debet facere medium ij. quæſt. vj. placuit, gloſ. in dicto ca. ſi is cui. Ita intellige de fo. compe. ſi quis contra clericum, vbi glo. & docto. idem vbi ordinarius cauſam committeret in fraudem: ne cauſa appellationis ad ſuperiorem perueniat, quo caſu nō debet de ſua fraude commodum reportare, ar. de reſcr. ſedes apoſto. Specu. in d. §. ver. ſed ſecundum præmiſſa. Io. Mo. & Dom. in d. ca. Romana, aliàs fraude ceſſante à delegato ſpeciali

Appellari poteſt ad Papam omiſſo medio.

Canones ligant omnes etiam principes in cōcernentibus animā.

Digitized by Google

Epiſcopi ad vnam cauſam appellatur ad Epiſcopum delegantem: cum non ſit idem tribunal eorum, gl. in c. Romana. Io. And. in cle. ij. de reſcr. Item ſi committeret ſine fraude collationem alicuius beneficij, vel alium articulum ſuo vicario, debet appellari ad ipſum Epiſcopum delegantem, de Rota deciſi. 373. & 374. Dom. in c. iij. de conſue. in vj. licet à ſententia vicarij generalis non appelletur ad Epiſcopū, cum ſit idem

A vicario ad dominū non appellatur.

tribunal, dicto c. ij. Bar. in l. præcipimus, C. de appella. niſi forte vbi eſſet vicarius alicuius non recognoſcentis ſuperiorem, quo caſu à ſententia vicarij generalis illius ſuperioris ad ipſum ſuperiorem appellatur, licet à ſententia ipſius ſuperioris non poſſit appellari, l. j. ff. à qui. ap. non licet, l. eos, & ibi docto. C. de ap. ſed hoc verum de iure ciuili quo appellatur à vicario ad conſtituentem, l. à proconſulibus, d. l. præcipimus C. de ap. gl. in l. j. ff. eo. tit. ſecus videretur de iure canonico. per d. ca. Romana. Quinto, ſi delegatus etiam ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegauit vnam cauſam alteri in totum, tunc appellatur ad primum delegantem. idem in delegato à principe ad vnam cauſam tantum eandem prorſus ſubdelegante, l. j. ff. quis & à quo ap. de offic. dele. ſuper quæſtionum, §. porrò, vbi doct. ſi autem delegatus in delegando aliquid ſibi retinuit de iuriſdictione, tunc ad ipſum non ad principem eſſet appellandum, vt ibidem, ca. ſi delegatus, in fi. de offi. dele. in vj. fallit in duobus caſibus, qui habentur in d. c. ſi is cui, in c. ſi à ſubdelegato, eo. tit. in vj. cum ibi no. quo tamen ad delegatum ad vniuerſitatem cauſarum videtur verius quòd ad eum poſſit appellari: quia licet officialis aut vicarius generalis committat totaliter vices ſuas in vna cauſa: remanet tamen iudex in omnibus aliis cauſis, & vnum conſiſtorium habet cum Epiſcopo, ideo ad ipſum ſicut ad Epiſcopum poterit appellari, no. doct. in d. ca. ij. de conſue. de Ro. deciſ. 353. Sexto quando concurrunt iuriſdictio delegata & ſubdelegata, tunc ad primum delegantem & non ad delegatum erit appellandum, dato quòd aliquid ſibi retinuerit de iuriſdictio. d. c. ſuper quæſtio. §. ſi vero duo. c. ſi duo. de offi. deleg. in vj. Idem ſi metropolitanus proceſſit ſimul auctoritate ordinaria & apoſtolica, ab eius ſententia eſt ad Papam appellandum, c. cum ex officij, vbi glo. & doct. de præſcr. ſpe. d. §. ver. quid ſi appelletur à metropolitano.

Conſuetudo contra ſubſtantialia appellationis, non valet.

Septimo propter abſurditatem vitandam, d. c. ij. de conſue. vbi non valet conſuetudo vt à vicario Epiſcopi appelletur ad ipſum Epiſcopum: quia eſt contra ſubſtantialia appellationis quæ interponenda eſt de inferiori ad ſuperiorem: ſed Epiſcopus reſpectu ſui vicarij ſemper eſt idem, quod intellige vt ſup. valet tamen cõſuetudo ꝙ appelletur omiſſo medio, vt dictū eſt, quia quòd non appelletur omiſſo medio, non eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed de circunſtantiis: vt no. in d. c. ij. ad præd. c. à collatione, de ap. in vj. vbi non appellatur à ca. & Epiſcopo ad ipſum Epiſcopū, ſi Epiſcopus interfuit in ca. vt prælatus, ſecus ſi interfuit vt canonicus, tunc poteſt appellari ab eodem ad eundem aliter conſideratum, ſic intellige, l. j. §. ſolet, ff. quando appellan. ſit, vbi appellatur ad præſidem qui non interfuit in ordine tanquam iudex, ca. multis, xvij. d. iſtos caſus ponunt in effectu Hoſtien. in ſum. titu. de ap. §. & à quo. ver. vt autem. Specu. eod. titu. §. tunc tractemus, gloſ. docto. in d. c. dilecti. Heur. in d. c. vt debitus, eo. ti. Octauo fallit hic tex. quando appellatum eſt omiſſo medio, & non fuit oppoſitum per partem aduerſam, gloſ. & doct. in d. c. dilecti. iunct. tex. de hoc tamen nõ habetur alicubi tex. ideo multi dixerunt contra Archid. in dicto c. ſi delegatus, pro quibus Imo. in dicto c. dilecti.

Digitized by Google

alleg.j.de foro competen.in vj.in princ.ſed loquitur in cauſa principali,tamen communiter docto.ſequuntur gl.dicti ca.dilecti, quemadmodum tacitus conſenſus inducendo conſuetudinem poſſit hoc operari, vt dictum eſt: ita & tacitus conſenſus in non excipiendo facit: quia regulariter quod poteſt facere conſuetudo, poteſt operari pactum tacitum ſeu expreſſum: licet non per omnia: iuxta not. per Bar. in

neque[a] à grauamine in quacunque inſtantia ante diffinitiuam ſententiam quomodolibet appelletur[b], niſi

l.omnes populi,ff.de iuſti. & iu. Panorm. in c.ſacroſanct.de elect.& fa.in arg. tex.d. c.dilecti,vbi Papa fundat ſe ſuper appellatione, & ſic fuit ibi opus excipere & appellare pro primis: tamen facit decretum irritans quod eſt infrà in ver. & quicquid, quare puto eorum opi.veram cum eſt appellatum ad aliũ quàm ad Papam, omiſſo medio,& non fuit exceptũ.vbi autem appellatum eſſet ad Papam,ſto opinioni communi,cur tam varie? vide no.ſup.eo. §.j.in ver.finiantur, facit quod prorogatio iuriſdictionis non habet locum in cauſa appellationis ſecundum Bal.ſingu.in extra. de pa. Conſtan. vbi dicit non poſſe litigari in cauſa appellationis coram iudice incompetenti,etiam de conſenſu partium,argumen.l.ex cõſenſu,ff.de ap.l.j. C. de peda. iu. Spe. tit.de ap.§.nunc tractemus, ver. quid ſi de facto. *Iuriſdictionis prorogatio locum nõ habet in cauſa appellationis.*

(*1) Sic fit deuolutio,vt firmamus in tract.deuolu.prælud.iiij. Probus.

(*2) Qui non ſubeſt igitur imperatori, prout nec Galli vtuntur legibus Romanis,niſi inquantum ratione nituntur. Hinc Papa Euſebius in Galliam ſcribens,eas leges quo ad Gallos vocat exteras,tex.in c.de accuſationibus, iij.q.v. Illa enim ratione plus ſuis conſtitutionibus & ordinationibus ſeu conſuetudinibus abundauit & abũdat,quàm quæcunq; alia patria.Ideo Petr.Iacobi in ſua practica in tit.de ſuc.feu.col. viij.inquit, quòd liber feudorum non eſt in Gallia allegabilis: tum etiam quia feuda de conſuetudine generali Franciæ ſunt inſtar patrimoniorum redacta, prout firmo in tract.diſpen.memb.8.nu.31. Probus.

(*3) Quia tales non habent iuriſdictionem, cum ſint extra Eccleſiam, extra quam non eſt iuriſdictio nec ſpiritualis nec temporalis: vt perpulchre probamus in tracta. penſio. parte prima. numero 21. Probus.

a ¶ Neque) Hæc dictio copulatiua eſt.l.neque natales,C.de pro.l.quidam,ff.de vul. & pu. ſub.

b ¶ Appelletur) Olim ſecus ſecundum canones poterat indiſtinctè appellari ante diffinitiuam, ca. cum ſit Romana, ca. ſuper eodem, de ap. ſed de iure ciuili non. l. ante ſententiæ, C. quo ap. non reci. dicto ca. ſuper eod. l. ſi clericus, C. de epi. audient.vbi latè Bald.l.apertiſſimi.C.de iudi.l.ij.ff. de ap.reci. vbi latè Barto. & in l.intra vtile.ff.de mino.vbi reſtringit quod ipſe no.in dicta l.ante ſententiæ.Bal.in l.eos, §.ſup.his, C.de ap.Spe.ti.de ap.§.ij.ver.ad huius,& ibi Io.And.in addi.ſi tamen cauſa vertebatur in foro Eccleſiaſtico inter clericum & laicũ, poterat laicus ex iuſto grauamine appellare ab interlocutoria, quia in præparatoriis debent ſeruari ſtatuta fori vbi iudicium exercetur,l.iij.ad fi. ff. de teſti. ca. quod clericis, vbi Panormit. de foro compe. Archidia. ij. q. vj. non ita. Henr.in ca.ſi duobus,de ap.& dicebat gloſ. in l.j. *Appellatio ante diffinitiuam,an ſit admittenda.*

Digitized by Google

ff. à qui. ap. non li. quòd ius canonicum admittendo appellationes ante diffinitiuam mitius agebat cum appellantibus, quàm ius ciuile: verùm hodie conueniunt ius canonicum & ciuile per hunc tex. vnde videtur inane nunc quærere quod olim quærebatur, an valeret ſtatutum vel conſuetudo quòd ab interlocutoriis non licet appellare, niſi prout ius ciuile diſponit. de quo per doct. in ca. venientes, de iureiurando. Ioan. And. in ca. fina. de appella. in vj. in addi. Spe. eodem titu. §. nunc tractemus, in princi. Bart. in l. finali. ff. de aqua plu. arcen. Bar. & Bal. in l. j. §. quibus, C. de no. C. con. Sed an valeat ſtatutum quòd non liceat appellare, no. glo. & Bald. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtilitatem. Bart. in dicta l. finali. ff. de aqua pluuiali arcen. Doc. in l. ſi appellationem, C. de appella. in ca. quia plerique, de offic. ordina. in vj. Panormi. in rubri. de ap. vbi dicit quòd prima fronte poſſet dici quòd licet princeps poſſit appellationis formalitatem tollere, quæ eſt de iure poſitiuo. l. j. C. de ſenten. præfecto. nam olim reddebatur ius manu regia, nec erant inuentæ actiones & ſolennitates iudiciorum & appellationum, l. ij. §. deinde ex his, ff. de origi. iuris, non tamen videtur quòd poſſit tollere ipſius appellationis ſubſtantiam, quæ videtur de iure naturali: eſt enim quædam defenſio ſeu præſidium innocentiæ. ca. cum ſpeciali. ca. ſuggeſtum, de appella. Fuit enim principaliter inuenta ad iniquitatem ſeu imperitiam iudicis corrigendam, l. j. ff. de appel. vel ad ſupplendum quod incaute in priori iudicio fuerat omiſſum, l. per hanc. C. de tempo. ap. ca. cum Ioannes, de fide inſtru. & princeps non poteſt ea tollere quę ſunt iuris naturalis & gentium, in clem. paſtoralis, de re iudi. Innoc. in ca. quæ in Eccleſiarum, de conſtitu. dicit tamen Panor. vbi ſuprà, quòd à ſententia principis non poteſt appellari, nec tenetur princeps admittere ſupplicationem, ſi non vult. nam licet princeps de directo non poſſit tollere defenſionem, tamen pro principe præſumitur cum proceſſit cauſa cognita: ideo non eſt dicendum quòd tollat defenſionem, ix. q. xiij. cuncta per mundum, l. j. ff. à quibus ap. non licet. fa. no. per Cy. in l. reſcripta. C. de pre. impe. offe. Bar. in l. fi. C. ſi contra ius. Idem putat ſi commiſit alicui cauſam appellatione remota: nam poteſt ſi vult appellationem non admittere, ſicut diſponit in pręfecto prætorio & in ſenatu. d. l. j. ff. à quibus non l. j. C. de ſenten. præfec. præto. & hoc quia princeps præſumit illum non minus recte quàm eum iudicaturum, vt ibi. hoc procedit præſertim attẽto quod exceptio rei iudicatæ fuit inducta ad iuris rigorem ſeruandum: vt no. in l. qui exceptionem, ff. de condi. inde. in c. paſtoralis, §. quia verò. de of. delega. & vt ſit litiũ finis, vnde ſicut princeps ſtatuit poſt ſententias duas quod tertio appellare non licet. c. ſua. de ap. ita aliquibus cauſis inſpectis poteſt hoc ſtatuere à principio poſt ſententiam in certis cauſis, bene fa. iſte text. & infrà con. fri. ap. ca. j. vbi ſecundo appellare prohibetur ab interlocutoria vim diffinitiuæ non habente.

Statutum prohibens appellationem an valeat.

Appellatio quare fuit inuenta.

forſitã tale grauamen[a] extiterit, quod ĩ diffinitiua reparari

a ¶ Grauamen) Iudiciale, vel extraiudiciale, c. bonæ, de appel. vbi doc. illatum vel comminatum, appellari (†) enim poteſt à comminatione iudicis, ca. cum ceſſante. de ap. cle. ſicut, eo. tit. cum ibi not. quando comminatio infert iuſtum metum facti, quia poſt factum, ſ. torturã, & oſſa fracta, ſero appellatur, l. ſi quis prouocatione. &

Digitized by Google

ibi Bar. C.de ap. Inno.in c.inter cætera. eo.tit. Panor.in ca.paſtoralis, eod. tit. Ioan. Andr. in ca. dilecti. de maior. & obed. docto. in ca. ſignificauerunt, de teſtib. in ca. cordi. de ap. in vj.

(†) Etiam poteſt appellari quando iudex obmuteſcit, quia obmuteſcendo iuſtitiam denegare videtur tex. & ibi Andr. de Y ſer. & Bal. in ca.j. in prin. de milite vaſ. qui contumax eſt. P.

nequiret[a]: quo caſu, nõ aliàs

a ¶ Nequiret) No. regulam quod poteſt appellari ante diffinitiuam quando grauamen eſt per eam irreparabile. (*1) Idem ſi difficulter eſſet reparabile.no.Bar.in l.j. ff. de ap.in ſol.cuiuſdam contrarij,de primo exemplum: puta ſi iudex decreuit aliquem torquendum, hoc enim grauamen torturæ non poteſt tolli in diffinitiua.l.ij.& ibi gl.& plene Bar. ff. de ap. reci. quæ eſt ij. q.vj.§.ante ſententiam,C.de abolitio.l.ij.no.in cle.j. de hære. Pau.de caſt. conſi. 25. Et huiuſmodi appellatio à tortura futura ligat ſtatim manus iudicis ante inhibitionem factam per ſuperiorem,cum tortura ſit irreparabilis,Bal.in l. generaliter, §. ſed iuramento,C.de iureiur.ſecus in aliis quæ poſſent reparari per appellationem à diffinitiua.c.non ſolum,de appel.in vj.Bal.in addi.Spe.ti.de ap.ver.per appellationem, vnde cum hodie non appelletur à grauamine ante ſententiam, niſi ſit irreparabile per diffinitiuam, ſtatim per appellationem abſque inhibitione ligantur manus iudicis à quo. vel ſi fideiuſſores non idonei approbantur, licite appellatur, l. arbitro. ff. qui ſatiſdare cogan. aut ſi iudex prounciat procedendum ante declarationem,ca.ij. de libel.obla.c.ſignificantibus,de ap.aut ſi iudex pronunciat tutorem illum qui non eſt, vel procuratorem illum qui non eſt, vel principalem perſonam eſſe legitimam, quæ non eſt,vel ediuerſo,poteſt appellari.Bal.& Bar.in l.à procedẽte,C.de dila. ſiue ſit interlocutoria quæ includit proceſſum qui debet excludi, ſiue ſit interlocutoria quę excludit proceſſum cum poſtea non ſperetur alia, poteſt appellari, cum nõ poſſint talia grauamina poſtea reparari.Specu.titu.de.ap.§.ij. ver.ad huius, & ibi Ioan. And.in addi.c.ex parte iij.de ap.vbi doct. ff. de mino.l.ait prætor. §. permittitur, C. de procura.l.ita demum.c.fi.de ap.in vj.no.Frederi.conſil.63.ideo dicit Bal.in l.ſi clericus,C.de epiſc.audien. quòd ſi iudex abſoluit ab obſeruatione iudicij, quia iſta interimit proceſſum cauſæ,poteſt appellari,licet ſit interlocutoria, not. in l. harum, ff. ſi ſer. ven. idem à ſententia quòd decætero non audiatur is qui iuxta terminum non egit.l.Titia.& ibi Bart.ff.de accu.Bal.in addi.Spec.de dila.ver.ſententia,vel à ſententia lata ſuper deſertione appellationis quæ eſt interlocutoria,Bal.in authen.ſi quis litigantium,C.de Epiſco.audien.glo.& doct.in c. cum dilecti.de elect.& in ſimilibus caſibus vbi interlocutoria imponeret perpetuum ſilentium, Bal. in marg.in ver. appellatio. per dictam legem Titia.& dicit Panor.in c.ſuper eo.de ap. quòd poteſt appellari ante diffinitiuam, quando poſt grauamen non expectatur diffinitiua: ideo ſi quis pronunciauerit ſe non iudicem, ab hac interlocutoria poteſt appellari: quia cũ non expectetur alia ſententia, ſi non poſſet ab hac interlocutoria appellari, grauamen eſſet irreparabile,ad hoc ca.ſignificantibus,de offi.deleg. gl. in authen. habita, C.ne filius pro pa.& huic tex. conſonat regula cancellariæ Apoſtolicæ, qua cauetur quod appellatio nõ admittitur ante diffinitiuam,niſi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minime concernente negociũ principale,quod nõ

Appellatio quando ante diffinitiuã admittatur.

Sentẽtia abſoluens ab obſeruatione iudicij eſt interlocutoria.

Appellatio à grauamine repa-

Digitized by Google

rabili in diffinitiua nõ eſt recipienda.

poſſit per appellationem à diffinitiua reparari. & curia Parlamenti tales appellationes à grauamine reparabili in diffinitiua non recipit ſi appelletur in patria iuris ſcripti: ſed in huiuſmodi caſibus conſueuit omiſſo appellationis articulo cõcedere literas illis iudicibus à quibus dicit aliquis ſe grauatũ, per quas ipſis mandatur vel quòd grauamen reuocent, vel quòd partibus iuſtitiam faciant, ſed ſi ſit à grauamine irreparabili appellatum, admittitur appellatio. In patria conſuetudinaria in foro ſeculari ab omni grauamine illato per modum ſententiæ interlocutoriæ vel diffinitiuæ de facto appellatur, & recipitur in dicta curia appellatio: & ad prædicta vide gloſ. in l. intra vtile. ff. de mino. quæ dat regulam quòd ab interlocutoria non appellatur, niſi ſit talis quæ ſtatim executioni mandetur, vel cauſam fere totam determinet, vt ibi. Collige ergo ex prædictis quatuor regulas in quibus admittitur appellatio ab interlocutoria. Primo, quando talis eſt quæ facit præiudicium in illa cauſa & in aliis. Secundo, quando eſt talis quæ mandaretur executioni ſtatim. Spec. vbi ſuprà. Tertio, quando talis eſt quòd poſt eam nulla ſperatur diffinitiua. Quarto, quando grauamẽ eſt irreparabile per appellationem à diffinitiua: ſed aliam regulam ad illam tendentẽ dat Baldus in dicta l. ſi clericus, quòd quando grauatus per interlocutoriam obtinẽdo per diffinitiuam, nihilominus remaneret læſus, quòd à tali interlocutoria ſemper poſſit appellari. non enim conſiderat appellationem à diffinitiua: ſed an principalis victoria excludat grauamen nécne. ſi quidem excludit, non appelletur cauſa litium abbreuiandarum: ſi autem nõ excludit, tunc bene poteſt appellari, vt patet per exempla ſupradicta, bene probantur hæ regulę in hoc textu: ideo ſi nimis breuis terminus aſſignetur ad comparendum in iudicio, & citatus timet probabiliter de grauamine ſi non compareat, puta quia iudex procedet de facto, poteſt appellare, ca. præterea, de dila. vbi doc. ſi autem hoc non timeat probabiliter, non poteſt appellare per regulã prædictam, quia terminus nimis breuis non arctat citatum ad comparendum, inſti. de verb. obli. §. loca, ff. eo. ti. l. interdum, vel ſi arctat, arctat ad terminum iuſtum, nõ ad terminum ſtatutum, l. inſulam, ff. loca. ſi autem terminus eſt probatorius: ille qui nimis arctatur, poteſt appellare, ad hoc, l. à procedente, C. de dila. quia cum in probationibus ſtet tota virtus cauſæ, tale grauamen eſt aptum ad inferendum ſibi magnũ præiudicium, d. l. intra vtile. nã ſi non probaret, & publicaretur eius proceſſus in cauſa ap. non poſſet poſtea probare, c. fraternitatis, de teſtibus, cle. teſtibus, eo. ti. & dicit Bar. in dicta l. ij. ff. de ap. reci. quòd bannitus poteſt appellare ab interlocutoria banni: quia banum ſeu annotatio bonorum ſtat per ſe, & à principali ſententia, & appellans in principali poſt annotationem bonorum non recuperat bona. l. j. ff. de requirendis reis. Bar. in l. ij. C. ſi pendente appellatione mors interuenerit, niſi bannitus ſit verus contumax. Bal. in addi. Specu. titul. de appel. ver. Titius appellauit, latè Ange. in tractat. malefici. in ver. qui iudex videns, & ſi iudex format inquiſitionem contra aliquẽ in caſu in quo non poteſt, poterit appellari à formatione inquiſitionis ne procedatur, ſi appellans allegat cauſam impedientem proceſſum, & non auditur ſub illa cauſa: quia grauatur litibus & expenſis, & forte poſtea incarcerabitur: quod grauamen non poteſt reparari. Specu. titu. de inqui. §. iij. ver. quid ſi prælatus, ſecus ſi prætenderet cauſam innoncentiæ duntaxat: tunc non poteſt appellare, ſed debet ſe purgare, ff. de public. iudi. l. is qui reus. Baldus, in dicta

Appellatio ab interlocutoria quandoque admittitur.

Bannitus ab interlocutoria bãni poteſt appellare.

Digitized by Google

l. ſi clericus, idem à citatione reali, per capturam ſcilicet perſonæ poteſt appellari: quia iſtud grauamen cohæret perſonæ, & non poteſt reparari in diffinitiua, ſicut dictum eſt de tortura. nam mala manſio carcer eſt, & quædam ſpecies tormenti. l. ſi hominem, ff. de poſtu. no. in cle. j. de hære. & appellatio à carceratione qualibet die fieri poteſt: quia carceratus quotidie (* 2) grauatur, ideo tanquam à nouo grauamine poteſt omni die appellare. Specu. titu. de ap. §. reſtat. ver. & not. vbi Bald. in addi. Bar. in l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ie. niſi iudex pronunciauerit iuſte captum: quia tunc à die ſententiæ debet appellare intra decem dies, nec poteſt ap. poſt tanquam à præſenti grauamine. Bal. vbi ſup. in c. de teſtibus, de teſti. do. Anto. in ca. cauſam, de elect. non debet tamen iudex vel executor (* 3) à quo appellatur, ſtatim dimittere appellantem donec ſibi mandetur per iudicem ad quem, arg. l. eos, §. pe. C. de ap. facit l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. de his quæ in fraud. cred. no. Bal. in dict. l. ſi clericus, Bar. l. ab executore. C. quo. ap. non re. per illam, l. Panor. in ca. quod ad conſultationem, de re iudi. etiam per ordinationes regias executor vel ſeruiens non debet differre capturam vel detentionem accuſati propter appellationem: & vbi appellatio eſt interiecta ad curiam Parlamenti, captus debet directè duci ad carceres ipſius Parlamenti, idem dicit Bald. in dicta l. eos, quòd appellans à ſententia capitali debet ſub fida cuſtodia remitti ad iudicem appellationis per iudicem à quo, per not. in l. minime, C. de ap. Car. Fol. in clemen. j. de cauſa poſ. & propter. facit quod no. Innocen. in ca. vt famæ, de ſentent. excom. Ange. in trac. de cri. in ver. præſente. in materia ap. Vtrum autem à citatione verbali poſſit appellari: not. Bal. in d. l. ſi clericus: Bar. in d. l. ij. ff. de ap. reci. Innocen. c. præterea. de dila. vbi doct. debet enim comparere & allegare coram iudice exceptiones, ff. de iudic. ſi quis ex aliena. niſi citatio verbalis contineret nimis breuem terminum ad comparendum: vt ſupra not. Specu. titu. de cita. §. ij. in fi. aut aſſignatio fieret ad locum non tutum: vt nec per ſe, nec per alium poſſit ire ad exceptionem proponendam, ca. ex parte, & ibi do. de ap. Inno. in ca. fi. de not. ope. nun. aut non inſignem, iuxta. ca. ſtatutum, §. j. de reſcr. in vj. Specu. titu. de cita. §. j. verſ. ſed quid ſi citatus, doct. in d. ca. ex parte. Sed an à primo decreto de iure poſſit appellari? Bart. in dicta l. ij. & in l. ſi finita. §. ſi forte, ff. de damno infecto. dicit quòd non, cum non appelletur à poſſeſſorio, C. ſi de mo. poſ. fu. ap. l. j. multo minus appellatur à grauamine nudæ detentionis, niſi vbi miſſo acquireretur ius fructuum, l. Fulcinius, in fi. ff. in quibus cau. in poſ. ea. Baldus contra in vtroque dicto. in dicta. l. ſi clericus, nam à grauamine illato per primum decretum dicit poſſe appellari: iuxta not. in l. cum proponas, C. de bonis aucto. iudi. poſſ. & hoc contingit: quia primum decretum habet materiam excluſiuam à proceſſu cauſæ, niſi ſatiſdetur, & refundantur expenſæ, in authen. ei qui iurat. C. de bonis auct. iudi. poſ. ca. quoniam frequenter, §. quod ſi ſuper. vt lite non conteſt. ſed ille qui excluditur à proceſſu cauſæ, poteſt appellare, d. l. Titia. Videtur dictũ Barto. verius: quia aut paſſus primum decretum eſt verus contumax, & non appellat à ſecundo decreto in caſu in quo requiritur latitatio, propter veram contumaciam, C. de iudi. properandum, C. quando prouo. non eſt ne. l. j. in clemen. j. de cauſa poſ. & propr. aut eſt verus contumax, nec latitat, etiam non appellat: quia licet primum de-

Appellari poteſt à captura perſonæ.

Accuſati captura nõ eſt propter appellationem differenda.

Decretum primũ paſſus an poſſit appellare.

Digitized by Google

cretum habeat materiam excluſiuam à proceſſu, niſi ſatiſdetur, poteſt reus purgare contumaciam, & recuperare bona, q̄ ſi non fecerit, ſibi imputet, ad hoc, l. ij. §. ſi quis tamen ff. ſi quis cau. d. c. q̄ ad conſultationē ad fi. itē vbi nō latitat & requiritur latitatio, non patietur ſecundum decretum, & ſi paſſus eſt: non nocet dicta l. Fulcinius, §. ſi quis, ar. l. & ſi præſes, C. de præd. mi. no. Panor. in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. dicens, quòd à primo decreto non appellatur, niſi ius partis abſorbeatur non reparabile per ſententiam, à ſecundo autem decreto interpoſito contra non latitantem bene poteſt appellari: quia trahit ſecum plenum præiudicium, & loco diffinitiuæ ſuccedit, ar. d. l. intra vtile, no. Inno. in c. dilecto, de verb. ſignifi. Panor. in d. c. cum ad ſedem, licet ſecundum decretum ſit interlocutoria, quia ad hoc non agitur principaliter, ad hoc no. per Innoc. in c. j. de eo qui mit. in poſ. & ibi Panor. per legiſ. in l. ſi minor, ff. de bo. auc. iu. poſ. Ex prædictis non puto poſſe (* 4) de iure appellari à recredentia rei contentioſæ in caſu ſaiſinæ & nouitatis, quæ eſt interlocutoria, cum nondum ſit lis finita: quia grauamen per eam illatum poteſt emēdari in diffinitiua poſtea ferenda ſuper poſſeſſorio. nam & à poſſeſſorio de iure ciuili non appellabatur, vbi grauamen illatum poterat reparari in petitorio: vt d. l. j. C. ſi de mo. poſ. vbi docto. ſecus olim de iure canonico. c. ſignificauerunt, de teſti. vbi doct. de reſti. ſpol. ex conqueſtione. Archi. ij. q. vj. §. ſunt etiam quorum, ver. de poſſeſſione. Spec. tit. de ap. §. ij. ver. vj. glo. & doct. in d. c. cum ad ſedem. Frederi. conſil. lxxvij. Paul. in cle. j. de ſequeſ. ſed hodie idem de iure canonico per hunc text. niſi vbi grauamen illatū in poſſeſſorio nō poteſt reparari in petitorio. no. Bar. in d. l. ij. puta aufertur poſſeſſio ei qui habebat retentionem, ff. de condi. inde. l. ſi in area. C. de vſu. l. per retentionem, perdit ergo quoddam ius quod recuperari non poteſt: & ideo poteſt appellari. idem ſi feratur ſententia ſuper miſſione ex ſecundo decreto, vt dictum eſt. Barto. & Bald. in d. l. j. C. ſi de mo. poſſ. Bal. in l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex. vel niſi fuerit intentatum petitorium & poſſeſſorium mixtim. c. cum ſuper, de cau. poſſ. & propriet. Bal. in d. l. j. idem ſi quis eſt condemnatus ad reſtitutionem poſſeſſionis fructuum & intereſſe. Bald. ibidem. Barto. in l. creditor. §. iuſſus, ff. de appel. idem ſi agēs petitorio ſuccubuit, & poſtea agit poſſeſſorio & ſuccumbit, poterit appellare à ſententia lata in poſſeſſorio ſecundū Bar. in d. l. j. Bal. in d. l. ſi clericus, & in ſimilibus caſibus in quibus ius partis abſorberetur per ſententiam poſſeſſoriam irreparabile in petitorio per hunc text. ideo à poſſeſſorio lato in caſu ſaiſinę & nouitatis omni iure valet appellatio: quia obtinens in illo lucratur fructus, nec reſtituit etiam ſi ſuccumbat in petitorio. & ita grauamen illatum quo ad ius fructuum non poteſt reparari in petitorio: nec ſuccumbens in recredentia excluditur à proceſſu cauſæ: ſed quandocunque veniens in̄ poſſeſſorio admittitur, vnde non æquiparatur primo decreto interpoſito in reali: quia miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in reali poſt annum efficitur verus poſſeſſor. l. ſi quis emptionis, C. de præſcript. xxx. anno. ca. paſtoralis, ad fi. de off. ordi. non ſic in recredentiario: quia ſi ſuccubuerit in poſſeſſorio, reſtituit fructus. Item in beneficialibus non interponitur primum decretum, ne vitioſus pateat ad beneficia ingreſſus, ca. j. de eo qui. mit. in poſ. in vj. Bene tamen interuenit recredentia in poſſeſſorio retinendæ: cui æquipollet caſus ſaiſinæ & nouitatis, quæ debet

Appellari an poſſit à recredētia.

Petitorium perdens ſi ſuccumbat in poſſeſſorio, poteſt appellare.

Recredētia cui dari debet.

bet

Digitized by Google

bet dari potiora iura (*5) afferenti, inſtar bonorum poſſeſſionis ex edicto diui Adriani. l. ij. & fina. & ibi Ioan. Fab. C. de edicto diui Adriani tollen. ad hoc cap. licet. ad finem, ibi, cum probationes, &c. de prob. & recredentiarius duntaxat habet cuſtodiam rei contentioſæ pendente proceſſu ſuper poſſeſſorio, nec interim facit fructus ſuos incommutabiliter, quin ſubiaceant reſtitutioni ſi ſuccumbat in poſſeſſorio: ideo ſi recredentiarius confert, vel præſentat, pendebit eius prouiſio ex futuro euentu proceſſus poſſeſſorij: iuxta ea quæ le. & not. per gloſ. & docto. in c. ij. de in integ. reſtitu. in c. ex literis. de iure patron. Sed alij volunt quòd poteſt irreuocabiliter præſentare vel conferre, ſicut dicunt de ſequeſtro iudiciali. ad hoc not. ſup. de collatio. §. item voluit. in ver. vicario.

quàm ad immediatum ſuperiorem liceat appellare *a.

Si quiſpiam ab immediato ſedis apoſtolicæ ſubiecto appellauerit, cauſa per reſcriptum

(*1) Etiam poteſt appellari quando grauamen eſt notorium, etiam ſi prohibitum eſt à ſententia appellari: quia talis prohibitio non habet locum vbi grauamen eſt notorium, glo. in c. ex conqueſtione. in verbo appellationem. de re. ſpol. quam ibi Panorm. dicit ſingularem. iſtud placet Hippoly. de Marſil. in conſil. lxiiij. num 27. Plura profecto. P.

(*2) Pro hoc puncto vide quæ diximus in tractatu penſio. parte iiij. quæſt. viij. Probus.

(*3) A quo regulariter non appellatur, quia grauamen non imputatur exequenti, ſed committenti, inquit Anto. de Butrio. in conſil. lxxiiij. col. ij. viſis ſtatutis. vrgent quæ diximus in tra. penſio. par. j. q. vj. num. 12. quòd ſubſtitutus à procuratore, dicitur ſubſtitutus à Domino. P.

(*4) Iure regni appellatur etiam à ſententia ſequeſtri, maximè quando apparet de non iure agentis ſequeſtrare facientis. ita vidi pronunciatum fuiſſe per curiam parlamenti Pariſien. quod firmare poteris per ea quæ diximus in tractatu penſio. part. iiij. q. viij. Etiam à ſententia recredentiæ quæ nihilominus data cautione executioni mandatur, prout & ſententia pleni poſſeſſorij, vt patet in ordi. Ludo. xij. publicatis. 1449. ar. lxxxiij. P.

(*5) Hunc punctum vide latè diſcuſſum per glo. concord. in tit. de anna. in verbo poſſeſſionem. ver. Quinta, vbi in ver. Sexta regula ait, quòd licet interdictum retinendæ in beneficijs, habeat cauſam proprietatis annexam. l. ij. §. quædam. ff. de interdic. tamen in eis ſufficit excludere aduerſarium per non ius, etiam ſi non ſuam canonizaret poſſeſſionem, notat Rota deciſi. 261. licet actor. in no. Domi. in conſi. xxxj. Præmitto, & ſeq. quod placet do. meo. de Ripa lib. ij. reſpon. c. xxxvj. quibus adde legem regni quæ eſt Franciſ. j. ar. lvij. & ſeq. in publica. 1539. facit deciſio Rotæ 70. in antiq. P.

*a ¶ Appellare) Hoc decretum placet congregationi Gallicanæ, vt ſequitur infrà hoc tit. §. item placet hoc decretum. quæ aliqua verba ad aliud addit. P.

Vun

Digitized by Google

Papa ſolus eſt ſuperior exemptorũ. a ¶ Subiecto (* 1) aut propter defectum medij, vel ratione exemptionis. exemptis enim nullus eſt ſuperior, niſi papa. (* 2) ca. auctoritate de priuile. in vj. & in hoc etiam caſu appellari poteſt ad legatum de latere, qui habet iuriſdictionem ſuper exemptos. de elec. ſi abbatem. in vj. cap. j. de verborum ſignifica. eodem lib. not. in cap. j. de offic. leg. facit quod not. Ioan. Andr. in dicto ca. auctoritate in ver. ſedis apoſtolicæ. in ca. cupientes. de elec. eod. lib. in princip. in gloſ. licet non poſſet cognoſcere de ap. interpoſita ad Papam, ſine ſpeciali mandato. argu. ca. quod tranſlationem ca. ſeq. de offic. lega. & ibi Henric. de appella. conſtitutus. Baldus in cap. dilecti. eodem tit. niſi extra iudicialiter examinando teſtes, & alia faciendo ad expeditionem cauſæ faciliorem: vt cauſam inſtructam remittat ad Papam: vt not. docto. in cap. conſtitutus. Spec. tit. de remiſſ. §. iij. & niſi forte in caſu quo partes appellationi renunciarent, quo caſu legatus cognoſcere poſſet. arg. dicti cap. conſtitutus. & eorum quæ not. Cardi. & Io. Andr. in dicto cap. cupientes. Henric. in dicto capitul. conſtitutus. & poteſt intelligi iſte textus de immediato ſubiecto ratione legationis, vel delegationis. ſi enim appellatur à legato, appellandum eſt ad eum qui eum legauit, qui eſt ius ſuperior immediatus. c. licet. de offic. lega. ij. q. vj. ideo legato Papæ nullus eſt ſuperior præter papam de offic. lega. per totum. & à delegato Papæ ad ipſum Papam eſt appellandum. ff. quis & à quo appel. l. j. de offic. legat. ſtuduiſti. nam hoc eſt regulare, vt à delegato appelletur ad delegantem. C. de ap. l. præcipimus. in authen. de ſanctiſ. epiſco. §. ſi quis contra aliquem. col. ix. & ab arbitris iuris appellatur ad Papam. capitul. ab arbitris. de officio delega. in vj. quia iſti funguntur vice & poteſtate legatorum à Papa, à quibus erat ad ſedem apoſtolicam appellandum.

Legatus Papæ ſuperiorem non habet niſi Papam.

vſque ad finem litis incluſiue in partibus committatur, niſi forte propter impedimentum iuſtitiæ, aut iuſtum metum, etiam in partibus conuicinis, de quibus conſtiterit, quòd cauſa retinenda ſit, & quicquid in contrarium fuerit factum, eo ipſo ſit irritum, & litigantes in expenſis condemnentur. Probus.

Si verò quiſpiam à ſedi apoſto. immediate ſubiecto * ad ipſam ſedem † b duxerit

(* 1) Textus concord. in tit. de friuol. appel. §. ſi quis verò. non ſic dicit, ſed ſic. Si quis verò immediate ſubiectus ſedi apoſtolicæ, ad eandem ſedem duxerit appellandum, &c. vbi gloſ. in ver. quamuis, ait hoc procedere in alio quocunque appellante ad Papam, vt cauſa debeat in partibus committi: aliàs ſi fiat contrarium, appellatur tanquam ab abuſu. P.

(* 2) Iſtud firmo, exceptiones ponendo, in tractatu deuolutio. parte iij. quæſt. j. Probus.

Sedes apo. & Papa idem ſunt † b ¶ Sedem) Scilicet apoſtolicam, vel ad Papam, quia ſedes apoſtolica & Papa idem ſunt per ea quæ tradit Rota in antiq. deci. 364. quòd qui appellat ad Papam, cenſetur ad ſedem apoſtolicam appellare. Ideo Papa mortuo appellans poteſt pro-

Digitized by Google

ſequi cauſam coram ſucceſſore, quia ſedes illa non moritur. c. ſi gratioſæ. de reſ. in vj. Probus.

a ¶ Cauſa) Appellationis ſiue à diffinitiua, ſiue ab interlocutoria irreparabili in diffinitiua, cum tex. generaliter loquatur. vt partes extra prouinciam non trahantur. ad hoc quod not. Pau. de Caſt. conſi. xxiij. quòd appellatio ab interlocutoria debet committi, ſicut appellatio à diffinitiua ſtante ſtatuto quòd appellatio committatur.

appellandum, cauſa [a] per reſcriptum vſque ad finem litis incluſiue committatur [b] in partibus *[c], niſi forte propter defectum iuſtitiæ, aut

b ¶ Committatur) Iuxta formam c. ſtatutum de reſcrip. in vj. & not. quòd cauſa appellationis ad Papam non debet agitari in curia, ſed debet delegari in partibus. concord. ca. qua fronte. & ibi docto. de ap. Sed an debeat remitti de conſenſu vtriuſque partis, vel ad petitionem appellantis, vel eo inuito: gloſ. & docto. in cap. cordi. de appel. in vj. docto. in cap. Nicolao. eodem titu. de Rota deciſio. 40. hodie tamen cauſa appellationis non poteſt tractari in curia niſi de conſenſu partium, niſi in caſu hic excepto. Item not. quòd cauſa appellationis poteſt delegari, & à principe. cap. ex literis. de in integ. reſtitu. qui poteſt omnia committere, etiam cauſas criminales. ff. de teſti. l. iij. §. item diuus. xxiij. q. iiij. illud. & ab inferiore ordinario. c. paſtoralis. de offic. ordi. ca. vt litigantes. eodem tit. in vj. ca. Romana. §. cum autem de ap. eodem lib. aliud ſecundum leges per quas iudex appellationis nihi poteſt delegare, ſed per ſeipſum debet cognoſcere authen. ad hæc. C. de iudic. vbi doct. Bart. in l. j. ff. quando ap. ſit. Bal. in l. j. C. de peda. iu. glo. in c. ſuper quæſt. §. intentionis. de offic. delegat. & ibi docto. Spec. titu. de ap. §. nunc tractemus ver. ſed ſecundum præmiſſa. & cauſa appellationis eſt mixti imperij: vt no. Bart. vbi ſupra. Bal. in rub. de ap. C. in extra. de pa. Conſtan. ea autem quę ſunt imperij, non poſſunt delegari ſecundum ll. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. ſed ſecundum canones omnia poſſunt committi, etiam ea quæ ſunt imperij. cap. venerabili. de offic. deleg. cle. j. de hære. not. in c. quod ſedem de offic. ordi. vbi doc. Henri. in cap. fi. de offic. deleg.

Appellatio ad Papam interiecta eſt in partibus delegãda.

*c ¶ In partibus) Et locis in quibus cauſa in prima inſtantia tractari debet, & decidi, ait gl. concor. in ti. de friuol. appel. in §. ſi quis verò per tex. tit. de cauſis ibi, & huic ſimilem, ſupra iſto ti. §. ſtatuit. dico in partibus cõmitti, in ciuitate rei, ſi actor & reus ſunt diuerſarum ciuit. & diœce. cap. ſtatut. §. cum autem de reſ. in vj. aliàs in ciuitate & diœceſi rei. quod ſi aliter fiat, ab ea commiſſione in Gallia appellatur, tamquam ab abuſu: quia commiſſio eſt facta contra decreta, quod eſt medium vnum appellandi tanquam ab abuſu. Secundũ, vt alijs placet, ſi contra iudicata parlamentor. Tertium, ſi contra leges princ. procedatur, & in pleriſq; alijs modis ſolet eo appellari modo, & ferè in omnib. his quæ per iudices eccleſiaſt. etiam omnes eccleſiæ prælatos fiunt. vtinã ſuper eorum abuſum diſcuſſione fieret per concil. Tridentinũ declaratio, & an liceat iudicibus laicis vel ſecularib. de clericorum, & eccle. prælator. eorumque offic. etiam ſedis apoſt. abuſibus cognoſcere, & in qua poteſtate hæc ſigna faciunt: quia per illud videntur os in cęlũ ponere, id eſt inferiores corrigere ſuperiores aut iuriſdi-

Digitized by Google

ctionem & imperium in eos vſurpare. Quod factum conſiſtit in ſuperlatiuo gradu abuſuum. nam inquit Chriſtus Pilato, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet de ſuper. Ioan. 19. cap. Per hoc tamen dicere non intendo, quod parlamenta Galliæ in aliquibus caſibus clericorum abuſus non poſſint corrigere, tum (vt ſi veriſimile eſt fatendum verum) propter apoſtolicum priuilegium curijs ſupremis Galliæ datum, tum etiam (& maximè) propter prælatorum & iudicum illorum negligentiam, & nonnunquam imperitiam : vtinam ſuper hoc certum fieret decretum per ipſum concilium, vbi caſus cognitionis huiuſmodi abuſuum deſcriberentur certi. quod ſi non fiat, ſemper clerus murmurabit, & nunquam ille in animo & ſua iuriſdictione ſtabit tranquillus, cum per eum appellandi modum iuriſdictionis eccleſiaſticæ neruus fere in totum ſit contritus & diruptus. P.

Iuriſdictio eccleſiaſtica per laicos eneruatur.

iuſtum metum [a] etiam in partibus conuicinis [b], de quibus [c] in commiſſione [d] exprimendis [e] legitimo [f] prius [g] documento, aliàs quàm per iuramentum [h]

a ¶ Metum) Quia forte partialis eſt, expulſus à partibus vel relegatus, aut propter alias graues inimicitias. cap. cum R. de offic. delega. cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſcrip. in vj. nec facio vim an appellans culpa ſua (*) incidat in metum, vel non. arg. ff. quod met. cauſa. l. nec timorem cum l. ſeq. capit. veniens de ſponſa. eorum quæ not. in ca. abbas. quod met. cau. in c. ad eius v. diſtin. per Innoc. in c. cum Io. & And. de re iudic. nam potius conſidero iuſtitiam & æquitatem iudiciorum, quàm factum ipſius delinquentis. ar. ca. cum inter de excep. capitu. interpoſita. in fine, de appella. c. j. de do. & contuma. no. in l. penul. ff. ſolu. matrimo. ad hoc quod not. Archidia. in dicto §. cum verò. Hoſtien. in c. ſi iuſtus de ap.

Conſideratur iuſtitia non factum delinquentis.

(*) Vide quæ de vtroque diximus in tractatu penſio. parte ij. q. prima. P.

b ¶ Conuicinis) In quibus metu ceſſante etiam cauſa appellationis committenda eſt ar. à contrario huius tex. ad hoc ſupra de aucto. ge. concil. ca. frequens ver. tunc enim cap. vbi periculum. §. porrò. de electio. in vj. clemen. quamuis. de foro competen. & ſequebatur in primo originali, aut aliam rationabilem & legitimam cauſam : quæ clauſula ſublata eſt inſtantibus nuncijs vniuerſitatis Pariſien. eò quod minima cauſa quæ in Romana curia explicaretur & exponeretur, apud multos rationabilis & legitima iudicaretur, & per hoc non eſſet prouiſum abuſibus.

c ¶ De quibus) Scilicet defectu iuſtitiæ, aut iuſto metu, propter quem non poſſit tutè cauſa agitari in partibus, aut locis conuicinis.

d ¶ Commiſſione) Ad citandum appellatum in curia Romana.

e ¶ Exprimendis) Concord. c. ſtatutum. §. cum verò. de reſc. in vj.

f ¶ Legitimo) Per teſtes vel inſtrumenta.

g ¶ Priuſquam) Cauſa appellationis apud curiam retineatur, & commiſſio ad citandum appellatum detur, vel intellige priuſquam appellatus per commiſſarium ad curiam citetur.

h ¶ Iuramentum) No. quòd in prædictis caſibus non creditur aſſertioni iuratæ appellantis ad curiam : cum vni ſoli, & in propria cauſa non credatur regulariter ca.

Digitized by Google

quoniam de procura. cap. nuper. cap. veniens. cap. licet. de teſtib. Sed ob. cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſc. in vj. clemen. quanuis. de foro competen. in quibus creditur iuramento (*) per quæ iura dicunt de Rot. deci. 494. & 45. quòd impetrata commiſſione de ſpeciali mandato in qua narrat impetrans ſe non poſſe conſequi in partibus iuſtitiæ complementum, ſufficit hoc probare per iuramentum impetrantis, vt tractetur cauſa in curia inuito appellato. Panormi. in cap. Nicolao, de ap. Sed alia eſt hæc prouiſio, ne ſit in poteſtate appellantis trahere aliquem extra partes. *Iuramentum quandoque ad plenam fidem.*

ſummarie. a

(*) De ea probatione dixi in tract. deuolu. præludio vij. P.

a ¶ Summariè) Videtur quòd hæc ſummaria cognitio fieri poſſit ſine vocatione partis appellatæ, per not. per Innocen. in cap. ex parte, de accuſat. & quia per hunc textum hæc ſummaria cognitio debet præcedere commiſſionem. Sed contra facit, quòd in caſibus in quibus proceditur ſummariè & de plano, &c. vt in clementi. diſpendioſam. de iudi. in cap. fina. de hære. in vj. citatio fieri debet, & ab vtraque parte probationes & defenſiones legitimæ audiuntur. clementi. ſæpe. de verborum ſignificatio. ad hoc. l. de ſubmerſis. C. de naufra. lib. xj. multo magis. vbi debet procedi ſummariè tantum, prædicta ſeruari debent. ad hoc quod not. Innocen. in cap. fina. de præſumpt. Ioan. Andr. in clemen. j. de offic. delegat. quòd executori, cui aliquid committitur, ſi ſibi conſtiterit, &c. cum fungatur vice iudicis, non poterit conſtare niſi partibus præſentibus ſi iuri alterius præiudicatur, & ſi non præmittit cognitionem, proceſſus non valebit: quia cognitio cauſæ eſt de ſubſtantia proceſſus. C. communi. epiſto. l. iudex. & l. finali. not. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocuto. om. iudic. ad hoc l. finalis. C. ſi per vim, vel alio modo. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. ſed illa quæ ſunt de ſubſtantia iudicij, non (*1) poſſunt omitti per hoc quod dicit ſummariè. vt dicta clemen. ſæpe. & bene intereſt partis appellatæ vt vocetur. nam aliàs poſſet appellans per falſos teſtes aut falſa inſtrumenta extrahere appellatum de lare & domicilio ſuo. pro quo fa. ff. ad Car. l. j. §. ſed & ſi quis de tranſactio. cum hi. §. ſi cum lis. de libe. cau. l. ordinata. quod voluit prohibere omnino hoc decretum ponderans textum. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtamen. aperian. vbi dicitur oneroſum eſſe quem à rebus ſuis euocari. quippe ſæpe cum magna captione à rebus noſtris reuocamur. cui concord. C. de teſtibus. l. ſi quando. & propter (*2) periculum itinerum facilè poſſet perdere documenta & defenſiones. & cum apud curiam forte per longum tempus retineri poſſet, propter cauſam ſuam mœſtitiam haberet, & mœſtos penates componeret. de quibus habetur in Specu. titu. de accuſatio. §. j. per Ioan. Andr. in addit. Specu. titulo de offic. iudic. §. poſtremo. circa finem. item vide grauamen appellati. forſitan enim habet in partibus aduocatos vel procuratores aſſiſtentes omnibus cauſis ſuis pro certo annuo ſalario, & forte ſoluto. nunc eundo ad curiam oportebit nouos conduci cum magno diſpendio. item poſſet contingere longe pluris eſſe grauamen itineris, quàm cauſæ principalis. & propter iſta potes intelligere iſtam ſummariam cognitionem fieri debere per commiſſarium vel executorem apoſtolicum in partibus: cuius commiſſio portabit quòd ſi ſibi conſtiterit de defectu iuſtitiæ, vel metu iuſto propoſitis per appellantem, quòd citet appellatum apud

Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia proceſſus.

ſedem apoſtolicam,&c. licet textus innuat quòd apud ſedem apoſtolicam, ad quam eſt appellatum debeat fieri huiuſmodi ſummaria cognitio, iudicis enim appel. eſt inueſtigare de huiuſmodi caſibus. C. de fidei commiſſis. l. voluntatis capi. ſtatutum. §. cum verò. de reſcriptis. in vj.& poſſet accidere quòd propter metum non auderet executor in partibus citare appellatum ad inſtantiam appellantis ad cognoſcendum de huiuſmodi caſibus.

(*1) Notat Alexander in conſil. 166. libro vj. gloſ. eſt in capit. de cauſis. de officio delegati. & in capitu. final. de re iudicata in vj. Rota deciſione 88. in nou. dixi in tractatu penſio. parte iij. quæſtio. viij. Probus.

conſtiterit[a], apud ipſam ſedē foret merito [b] retinenda. Et

(*2) Hanc rationem, prout & alias ſequentes, adde alijs punctum hunc concernentibus poſitis ſupra hoc tit. §. ſtatuit. in verbo finiantur. P.

Probatio plena requiritur in cauſa ſummaria. a ¶ Conſtiterit) Nota hic quòd cauſa ſummaria requirit plenam probationem, licet in ea dilationes probatoriæ breuientur. Bartolus in l. iij. §. cauſæ. ff. ad Carbo. Baldus in l. j. C. vt in poſ. le. quod verum ſi agitur de magno præiudicio, vt hic: ſecus ſi de leui: quia tunc ſufficit iuramentum. l. theſaurus. & ibi not. ff. ad exhi. & de ſummarijs cauſis, & qualiter in eis procedatur, no. in l. iij. §. ſciendum. ff. ad exhi. in Spe. ti. de of. iud. §. poſtremo. Bart. in l. nec quicquam ver. de plano. ff. de off. procon. in extraua. ad reprimenda. per gloſ. & doc. in c. quoniam frequenter. §. quòd ſuper. vt lit. non conteſt. in cle. ſæpe. de verb. ſig.

Iudiciorum locus debet eſſe tutus. b ¶ Merito) ſ. propter iuſtas cauſas prædictas. in iudicijs enim omnis formido amputanda eſt. iij. quæſtio. ix. hortamur. cum ibi not. itaque locus prouidendus eſt in quo nulla vis formidetur. xxxiij. quæſtio. ij. ſiue. aliàs niſi locus tutus (*1) aſſignetur, habet locum appellatio. capitul. ex parte de ap. vbi doc. ita quòd ſi locus eſt notoriè non tutus, non tenetur citatus comparere, etiam ad allegandum ſuſpicionem loci ſecundum doct. ibidem per clemen. paſtoralis. de re iudi. Bartolus in l. recuſare. ff. ad Trebel. in l. ſciendum. de leg. Bartolus in l. metus. ex qui. cau. ma. ca. ſi vero. de iureiur. capitul. ſtatutum. de reſcrip. in vj. Oldra. conſi. xliiij. etiam ſub ſaluo conductu. capitul. accedens. vt lit. non conteſt. quando locus non eſſet tutus propter capitales inimicitias ſingulares: ſecus ſi propter guerras generales in patria: adeo quòd ſi alij conſueuerunt tute accedere ſub ſaluo conductu (*2) imputaretur citato ſi non impetrauit ſaluum conductum. arg. eorum quæ not. Innocen. in cap. veniens de accu. de Ro. deciſi. 318. quando literæ ſalui conductus ſecundum morem patriæ redderent ſecurum ad comparandum, aliàs non. Ange. in quæſt. Bononienſis ſuæ ciuitatis bannitus, & cætera. vbi dicit quòd quando per ſaluum conductum tam ſibi quàm cauſæ eſt ſufficienter prouiſum, per ſecuritatem tenetur comparere, & non aliter, puta ſi timeret ſuæ cauſæ vim fieri aduerſarij potentiam merito perhorreſcens, per dictum c. ſtatutum. ad hoc iſte tex.

(*1) De loco tuto & non tuto diximus in tract. penſio. parte iiij. quæſtio. viij. Probus.

(*2) De quo diximus in trac. diſpenſa. memb. 11. nu. 23. & 27. P.

Digitized by Google

a ¶ Quicquid) Ad omnia præcedentia refertur.
b ¶ Factum) & ita citatio facta in curia Ro. contra tenorem huius decreti, nulla eſt, nec teneretur citatus comparere: quia vbi nullitas citationis eſt notoria, non tenetur citatus comparere. leg. prima. ff. de feri. not. doc. in capitul. veniens de accu. Bartolus in l. non videtur. ff. de iudi. Baldus in l. vt perfectius. C. de anna. ex. *Citatus non ſemper tenetur comparere.*

quicquid [a] in contrarium huius ſaluberrimi decreti attentatum, factum [b] vel obtentum fuerit, ſit nullum ipſo facto, litigantéſque qui contra fecerint, in [c] expenſis [d] condemnentur [*c].

Exceptio legis ponitur, quia ſub ea non comprehenduntur eccleſiæ Romanæ Cardinales, Vice cancellarius, Camerarius, Magnus pœnitentiarius, Protonotarij, & alij officiales apoſtolicæ ſedis actu in curia Romana ſuis officijs inſiſtentes. Probus.

patet etiam per hoc decretum irritans, quod appellatio ad Papam omiſſo medio eſt nulla: licet aliter dicebant olim doc. quod appellatio ad principem omiſſo medio bene valebat, ſed habebatur ac ſi ad debitum iudicem foret appellatum, & ad eum remittitur appellatio. l. imperatores. ff. de ap. Pau. de caſt. conſi. 23. ſed ad inferiorem omiſſo medio ſcienter, eſt nulla. leg. prima. §. penult. ff. de ap. vbi Imo. not. ſuprà in ver. ſuperiorem. hæc vera de iure ciuili, ſed hoc iure aliud in Papa propter decretum irritans. & ar. à ſpeciali ſuprà in ver. ſi vero. vbi valet appellatio ad Papam, & nihilominus fit delegatio ad partes.
c ¶ Expenſis) Legitimis. ij. quæſtio. j. in primis capitul. fin. de dolo & contuma. ca. ſtatutum. §. cum vero. de reſc. in vj. infrà ti. j. c. j.
d ¶ Condemnentur) (*) per iudicem ap. quando friuolè ante diffinitiuam eſt appellatum, infrà tit. j. capitul. j. cum ibi not. aut per iudicem à curia Romana delegatum contra decretum. ſuprà eo. §. j. ver. ſtatuit. per clemen. j. de reſcript. cap. fi. eodem titu. cum ibi not. in gloſ. finali. Specula. titu. de expen. §. iuxta. ver. nono.

(*) Et per concord. additur damnis & intereſſe: vt patet in tit. de friuo. ap. §. ſi quis vero. ver. proceſſus. vbi eſt ſimile decretum irritans, pœna tamen illius ſolum reſpicit proceſſuum nullitatem, & impetrantes quo ad expenſarum, damnorum & intereſſe condemnationem. hæc tamen lex dicit generaliter, qui contra fecerit. ſic reum videtur comprehendere: ſed non eſt verum niſi quo ad nullitatem, non quo ad condemnationem quæ eidem debetur per actorem. Probus.

*c ¶ Condemnentur) §. iſte placet congregationi Gallicanæ, cum aliqua modificatione poſita infrà. §. item placet decretum, in ver. ſi vero. P.

Digitized by Google

a ¶ Cardinales) Qui (quia Roma. pon. in dirigenda chriſtiana republica collaterales aſſiſtunt) potiori ſunt prærogatiua (*) attollendi. in extraua. Ioan. xxij. execrabilis. §. nos itaque. infrà de nu. & qua. car. ca. j.

(*) De qua dixi aliqua in tract. penſio. præludio viij. quibus adde quæ latiſſimè tradidit Alba. in trac. cardinalium. P.

Romanæ vero cardinales [a] eccleſiæ, vice-cancellarium [b], camerarium, [c] magnum pœnitentiarium, [d] protonotarios [e], & alios ſe-

b ¶ Vice cancellarium) olim vocabatur cancellarius, & erat maior poſt papam in curia, ſed quia quandoque certabat cum papa quaſi de pari, ideo ſublatum (*) eſt nomen cancellarij. ſi. de pœ. diſtinct. ij. cap. principium. no. Guil. in cle. ne Romani. de elec. & de eius poteſtate habetur in regulis & ordinationibus cancellariæ ap.

(*) Dixi in tracta. penſio. in vij. præludio, vbi tracto de eius ſignatura. P.

c ¶ Camerarium) Qui recipit & cuſtodit bona. de præſcript. ad audientiam. & hodie magnum eius officium eſt, & iuriſdictionem exercet circa omnes debentes cameræ: & papatu vacante ab eo nihil recipiunt cardinales. c. vbi periculum. §. prouiſionis de elect. in vj. Ioan. Andr. in clemen. ne Romani. §. eo tamen. de elect. & eius officium eſt diſtribuere pauperibus, quod videtur feciſſe beatus Lau. ſed hodie male ſeruatur, & de eo de Ro. deciſi. 339. (*)

(*) De officio ipſius camerarij & ipſa camera, vide quæ latè diximus in tracta. penſio. prælud. vij. P.

d ¶ Pœnitentiarium) Qui ſecundum ſtylum curiæ ſolet eſſe cardinalis. no. in cle. ne Romani. de elect. & officium iſtorum morte papæ non expirat: vt d. cle. §. eo. tamen. (*)

(*) Dixi de eo & illius ſignatura in tract. penſio. præludio vij. circa finem. Et de pœnitentiario habes text. in cap. j. de tempo. ordina. in vj. & in clemen. ij. §. ea tamen. de electio. P.

Protonotariorum officium & inuentio. e ¶ Protonotarios) Quorum officium in ipſis initijs primitiuæ eccleſiæ à beato Clemente ad ſanctorum martyrum geſta perquirenda atque ſcribenda dicitur eſſe inſtitutum. Vide in hiſt. beati Clementis papæ & Fabiani, & quod habetur in regiſtro Grego. lib. vlti. epiſtola penult. vbi poſt ſubſcriptiones multorum epiſcoporum dicitur, Ego, P. notarius ſanctæ Romanæ eccleſiæ, &c. & ſecundum ſtylum curiæ vocantur in literis papæ notarij: vt habetur xij. q. ij. cap. ij. & ca. cum redemptor. v. q. j. quidam. not. in cap. cupientes. de elect. in vj. gloſ. j. de elec. *Protonotarii varia nomina.* ſcriptum. in ſubſcriptione aliquando vocantur chartularij papæ. ij. q. v. quæ de cauſa. aliquando apocriſiarij. c. ſignificaſti. de elect. & protonotariatus eſt dignitas. notarij enim principis habent dignitatem. l. maximarum. C. de excu. mu. lib. x. l. j. C. de manda. princ. l. præclaram. C. de primi. lib. xij. l. j. C. de præpo. la. eod. lib. l. neque Dorotheum. C. de decu. lib. x. aliàs notariatus non eſt dignitas. l. vniuerſos. *Protonotariorum ætas.* & ibi not. C. de decurio. lib. x. not. in l. generali. & ibi Bart. C. de tabula. eod. libro. Barto. in conſi. ſuper Ioannem de caſtro. Et circa protonotarios Paul. ij. ſtatuit quòd nullus fieret protonotarius niſi xx. annum, aut ſi eſſet de ſublimioribus, aut

Digitized by Google

aut filiis,aut nepotibus principum xvj.annum exegiſſet,tales tamen minores nec habitum ſumere, nec rochetum geſtare audeant, nec præeminentiam ſibi iure officij vendicare,niſi viceſimum annum habuerint, & quòd ſinguli protonotarij intra annum à die promotionis ad ſubdiaconatus ordinem ordinarentur. (*)

(*) Hodie totus mundus eſt ferè his protonotariis repletus, ſi vulgo crediderimus Gallorum,qui omnes nobilium filios birretum (vt ita dixerim) rotundum deferentes, oblongámq; barbam ac veſtimenta vermium, ita vocant, ſed tota via errant Galli ipſi hoc aſſerentes, cum pauci ſint, ſed certus & determinatus numerus in curia Romana degentes. Aliqui tamen ſine præiudicio notariorum ipſius numeri recipiuntur, & eidem aggregantur cum fauoribus,honoribus,priuilegiis,immunitatibus & libertatibus, quæ omnia in Gallia locum non obtinent: tunc etiam quia decretum iſtud ſolum dirigitur protonotariis in ipſa curia degentibus,& ſuo officio inſiſtentibus,nonnulli enim fatui, aut inbecilles vel ignari credunt hos protonotarios (vt dicunt volantes) ſine alia diſpenſatione plura beneficia & dignitates libere obtinere poſſe: ſed falſum eſt: vt patet ex literarum pronotoriatus tenore. Probus.

dis apoſtolicæ officiales [a] actu [b] in curia ſuis officiis inſiſtentes, hoc decreto non intendimus comprehendi [c].

a ¶ Officiales) Qui ſunt multi,notarij,auditores,contradictores,correctores, ſcriptores literarum, abbreuiatores (*) & alij, vnde vtile fuiſſet determinaſſe numerum & qualitatem officialium curiæ Rom.inf.eo.§.item placet decretum.

(*) De his omnibus verba fecimus in tract.penſio.prælud.vij. P.

b ¶ Actu (*) Concor.ſup.tit.j.§.item quod ad dictas,cum ibi no.in ver.reſidebũt, & extrauagan. Euge.iiij.diuina, quæ loquitur de priuilegio curialium & officialium Ro.curiæ,quod no.doct.in c.cum dilectus,de cleri.non reſi. quòd illi ſeruitores Papæ in abſentia groſſos fructus percipiunt, qui ex præcepto Papæ ibidem morantur, & præſtant Papæ obſequium,aliàs non,arg.de cleri.coniu.quod à te,& c.fi.cum ceſſan.cauſa,&c.de vo.magnæ,de appel. cum ceſſante.

(*) Iſtud per multa ſimilia habes per nos firmatum in tract.penſio.parte j.q.xvij. Probus.

c ¶ Comprehendi (*1) Quantum ad omnia prædicta in §.ſtatuit §.decreuit, & tribus ſequen.& ita nota tria ſpecialia circa officiales Romanæ Eccleſiæ actu in curia ſuis officiis inſiſtentes. Primum,quòd cauſæ eorum non debent tractari in partibus, ſed in curia, quod intellige vbi conuenirentur: per priuilegium enim conceſſum eſt huiuſmodi officialibus,vt non poſſint conueniri coram ordinariis locorum ſine ſpeciali licentia Papæ,no.Panor.in c.dilecti, in ca.fi. de foro competen.quod intelligit vbi non concurrit alia cauſa & ſpeciale ius conueniendi, cum enim priuilegium tale tendat in præiudicium ordinariorum, debet ſtrictè intelligi quantum fieri poteſt: iuxta no.per Inno.in c.cum dilectus,de do.gl.in ca. ordinarij, in ver.diſpenſationes, de off.or.in vj.ideo videtur tale priuilegium intelligi quando reſpectu domicilij tantum poterant conueniri coram ordinario: ſecus ſi alio iure,vt quia ibi contraxerunt, l.ij.§. omnes, ff. de iudi. vbi indulgetur priuilegium euntibus Romam ex cauſa ne-

Officiales Ro. curiæ habent tria ſpecialia.

Digitized by Google

ceſſaria,vt habeant ius reuocandi domum : quod limitatur ibi,niſi ibidem contraxerint,c.j.de priui.in vj.vbi exemptus ratione delicti aut cõtractus perdit priuilegium, niſi delinquat (* 2) aut contrahat in loco exempto, aut forte quia in partibus obtinẽt beneficia:tũc videtur quòd nõ obſtante tali priuilegio poſſint in partibus cõueniri in tangẽtibus illa beneficia,arg.d.c.j.de priuil.c.cum capella.eo.ti.d.c.dilecti,vbi priuilegiatus vt non teneatur reſpondere niſi in certo loco:ſi alibi contrahat,poterit ibidem conueniri,& hoc non eſt dubium quando huiuſmodi officiales inueniuntur in partibus,per hunc tex.à contrario ſenſu , aliàs procedendum eſſet contra eos vt in c.Romana,§.contrahentes,de fo.compe.in vj. alij ſentiunt quòd nullo modo poſſunt conueniri in partibus quandiu actu in curia Ro.ſuis officiis inſiſtũt:quia per dictum priuilegium & per hunc tex. eximũtur non habito reſpectu ad certum locum, ſed ad perſonam:ideo non poterunt alibi conueniri quàm in curia, niſi inuenirentur extra curiam,ad hoc,d.c.j.de priui. §.in eos,in fi.quod no.do. Anto.& Panor.in d.c. fi.de fo.compe.Panor.in d.c.dilecti.Item poſito quòd huiuſmodi officiales non habeant alibi domicilium quàm in curia, prædictum priuilegium nil operaretur : quia ceſſantibus contractu vel beneficiis aut delicto,nõ poſſent de iure communi in partibus conueniri: & ſic vt priuilegium & hoc decretum aliquid operentur, ff.de leg.j. l.ſi quando,ext.de ver.ſi Abbate,C.de theſau.l.j.l.x.cum ſi. videntur intelligi etiã ratione contractus beneficij & delicti. Alij intelligunt generaliter hunc tex.quod cauſæ huiuſmodi officialium debeant in curia tractari,ſiue agẽdo,ſiue cõueniendo:cum non debeãt minus eſſe priuilegiati quàm vniuerſitates ſtudiorum generalium , vnde nuncij vniuerſitatis Pariſi.conqueſti ſunt in conci.Baſil.de dicta clauſula , Romanæ vero Cardinales Eccl.quæ in primo originali huius decreti erat talis, Ro.vero Eccle. Cardinales & ſed.apo.officiales actu in curia ſuis officiis inſiſtentes,ſummíque pontificis & ipſorum Cardinalium familiares qui ſe veros ac cõtinuos eorum commenſales,ſaltem per ſex (* 3) menſes ante cõmiſſionem cauſæ fuiſſe legitimè docuerint, hoc decreto includere non intendimus:quia vigore dictæ clauſulæ nõ tolluntur grauamina. Primo ,cum ipſi excepti poſſent trahere perſonas Eccleſiaſticas & aliàs pro quacunq; minima cauſa aut graui ſiue ardua ad curiã Ro.de extremis partibus. Tum ſecundo,quia in eadem clauſula nullus determinatur numerus officialium curiæ Ro. qui communiter in maximo dicuntur numero exiſtere.Tertio,nõ determinatur numerus familiarium ſummi pontificis & dom.Cardin.& cum quibus aſpirans trahere cauſam in curia Ro.ſibi poteſt procurare,vt ſæpe cõtingit officium familiaritatis variis & multiplicibus mediis,per quod non alleuiarentur grauamina: inſtabant tamen curiales pro expeditione decreti in forma non obſtan. rationibus vniuerſi. Pariſien. Primo, quia ſi vniuerſitas Pariſi. habet priuilegiũ quod ipſius ſuppoſiti officiales ac familiares eximuntur ab omni iuriſdictione ordinaria extra muros Pariſi. ſiue agendo,ſiue defendendo:quare non fortiori ratione Cardinales Eccleſię Ro.ſed.apo.officiales ac familiares eorundem eximi debebunt ab omni iuriſdictione extra curiam Ro.cum ſed.apo.debeat fungi amplioribus priuilegiis,quàm quodlibet aliud membrum particulare : præſertim cum priuilegia vniuerſitatis Pariſi. pendeant de gratia Papæ. quare non poteſt honeſte ipſa in eius diſpendium retorquere. Item ſi dicta vniuerſitas habet illud priuilegium vt non extrahatur,&c.ad quid ergo conata eſt id

Pariſienſis vniuerſitatis priuilegium.

Digitized by Google

à domino Mar. 5. impetrare, & obtinuit ſolum pro prima inſtantia? cum itaque per tenorem huius decreti habeat ipſa pro omni inſtantia demptis paucis officialibus, merito contentari debet. Item in prærogatiuis gratiarum ad beneficia huiuſmodi officiales eximuntur, quare ergo non quo ad lites inde ſequẽtes, cum ſint acceſſoriæ? dicebant præterea dicti curiales ſi nobis oratores Pariſi. vniuerſitatis palam referunt abuſus circa huiuſmodi officiales & familiares, videant abuſus qui in ipſa quotidie committuntur in ſcholaritate, tum in gradibus conferendis, tum in officiariis eiuſdem, tum etiam in curia conſeruationis, quæ (vt dicunt) omnes cauſas etiam non ſibi pertinentes amplectitur. Sed dicebat vniuerſitas Pariſi. quòd non licebat ipſis familiaribus ante expeditionem huius decreti in præiudicium priuilegiorum vniuerſitatis, foret eis licitum ſtante decreto in prædicta forma: amplius dicti exempti ſpecialiter eſſent magis priuilegiati auctoritate ſacri concilij, quod nuſquam reperitur, ſaltem in præiudicium priuilegiorum vniuerſitatis. Item non valet dicere quod non minus debent eſſe priuilegiati, quàm vniuerſitates ſtudiorum generalium: quoniam ſi aliquod priuilegium ſpeciale ſuper hoc haberent, comprehenderentur ſufficienter in clauſula in ipſo decreto contenta: qua cauetur, qui de iure aut conſuetudine præſcripta vel priuilegio, &c. & per hoc non eſſet opus ponere exceptionem pro ipſis à dicto priuilegio. Prædicta tamen clauſula remanſit, vt hic vides, demptis familiaribus. Secundum ſpeciale quod habẽt huiuſmodi officiales per hunc tex. eſt quòd poſſunt appellare ad Papam omiſſo medio, quod obtinet in ſcholaribus, iuxta authen. habita, & ibi Bal. C. ne fi. pro pa. nec abrogatur per hoc decre. c. j. de cõſti. in vj. Tertium, quod quomodolibet poſſunt appellare ante diffinitiuam.

Alia ponitur ad hoc decretum exceptio. P.

Ne tamen [a] in diſſolutionẽ [b] vel tranſlationem præſentis cõcilij, aut erectionem con-

(*1) Vltra prædicta habes in concor. in titu. de friuo. ap. §. ſtatuimus, cuius verba ſequuntur. Statuimus etiam & ordinamus, quòd iudices cauſas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, ſub pœna excommunicationis & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, ipſo iure incurrenda, intra biennium terminare debeant. Pars vero diffugiens, & expeditionem ipſius cauſæ malitioſe impediens, grauiſſimè per eoſdem iudices mulctetur, etiam vſque ad priuationem iuris in huiuſmodi proceſſu prætenſi, ſi eis viſum fuerit, ſuper quo eorum conſcientias oneramus. Probus.

(*2) Iſtud firmo in tract. deuolu. par. iij. q. j. col. j. P.

(*3) Simile habes in l. regni ordina. Ludouici xij. in publica. 1512. ar. j. quòd ſcholaris non vtitur priuilegiis vniuerſitatis, niſi prius ſpatio ſex menſium ſtuduerit. Probus.

a ¶ Ne tamen) Vſque ad §. viſum conci. Baſil. ex certis cauſis ſibi reſeruat cognitionem certarum cauſarum.

b ¶ Diſſolutionem) Trinam facere conatus eſt Eug. iiij. Primam paulo poſt Baſil.

Eugenius quartus tripliciter voluit diſſoluere cõciliũ Baſilienſe.

conci.inchoatum, quãdo illud tranſtulit Bononiam, ſed illam reuocauit anno.1432. Kal. Mar. ſui pont. anno. ij. per ſuas literas quæ incipiunt, Ad Sanctã Pe. ſedẽ. Secundam, anno.1433. per tres bullas ſuas, quarum prima incipiebat, Inſcrutabilis, ſecunda, In arcano mentis, tertia, Deus nouit. quam diſſolutionem reuocauit eodem anno per alias bullas ſuas quæ incipiũt, Dudum ſacrum generale. & reuocationem approbauit conci. Baſil. per ſuum decre. incipiens, Literas. Tertiam diſſolutionẽ fecit Euge. Papa. iiij. cui non placebant decreta Baſil. præſertim de ele. & de annatis, xviij. Septẽ. an. 1437. quæ dãnata fuit per dictum concilium & regem Franciæ, qui per ſuas literas patentes prohibuit omnibus prælatis ſui regni ire Ferrariã, vbi Euge. iiij. conci. tranſtulerat, quæ fuerũt publicatæ in Parlamẽto Pariſien. x. die Mar. eodem anno.

Cõuenticulũ quid ſit.

a ¶ Conuenticuli) In malum ſonat, & eſt congregratio ſubditorum ſine conſenſu ſuperioris, xvij. di. multis, lxxix. di. ca. ij. c. excommunicamus, c. cum ex iniuncto. de hære. l. conuenticula. C. de Epiſ. & clem. Arch. in ca. ij. de ver. ſig. in vj.

b ¶ Alibi). ſ. apud Florentiam, vbi ex Ferraria tranſtulit Euge. con. Baſi.

c ¶ Quas) diſſolutiones & tranſlationes.

d ¶ Conatus) cõtradicente con. Baſil. ſup. de au. con. c. j. & ij. §. præmiſſis not. ſup. in pro. §. inſcrutabilis, in ver. Martini.

e ¶ Remitteret) coram iudicibus ordinariis, & not. ar. huius caſus ſpecialis, quod decretum de cauſis habet locum in conciliis generalib. vt ibidem cauſę in prima inſtantia non tractentur, ſed habeat concilium remittere.

* f ¶ Voluit autem) iſte verſiculus placet congregationi Gallicanæ, prout ponitur infrà hoc ti. in §. item circa ver. P...

g ¶ Quaſcunque) etiam non incorporatorum.

h ¶ Appellationem) vnde ad concilium generale appellatur, infrà eo. §. item fuit, vbi de hoc.

uenticuli[a] apud Ferrariam vel alibi[b] ſub nomine generalis concilij, quas[c] do. Eugenius Papa 4. efficere conatus[d] eſt, vel conaretur in futurũ, cauſas illas, & maxime incorporatorum aut incorporandorũ in hoc ſacro cõcilio: quas hęc ſancta ſynodus remitteret[e], aut non reciperet in curiam ipſius do. Eug. aut præfatum concilium conuenticulum Ferrarienſe, vel alibi de facto trahi contingeret in fomentum diſſolutionis, trãſlationis, & erectionis prædictarum. Voluit *[f] hęc ſancta ſynodus cauſas quaſcunque[g] pendentes & commiſſas, aut etiam quaſcunque cauſas incorporatorum aut incorporandorum, ac aliàs per appelationem[h] deuolutas, aut deuoluendas: necnon illas quæ conſeruationem decretorum ipſius ſanctæ ſynodi

Digitized by Google

concernunt, apud eandem ſynodum ipſa durante, ſeu donec aliter fuerit ordinatũ, tractari. ſaluis etiam aduocationibus cauſarum pendentium in curia Ro. per quęcũque noſtra decreta factis aut faciendis, decretis etiam aliis & ordinationibus eiuſdem ſanctæ ſynodi in ſuo robore remanentibus cum modificationibus [a] ſequentibus.

a ¶ Cum modificationibus) verba ſunt congregationis Gallicanæ: & tolle ſup. in prin. pro. huius, ca. item acceptat decretũ de cauſis quod incipit, &c. cum modificationibus, &c.

b ¶ Viſum fuit) Hoc aduiſamentum non potuit nec poteſt imponere legem Papæ contra tenorem decreti, quod indiſtinctè loquitur de quatuor diætis.

c ¶ Citra) Hæc dictio includit. Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc. in l. inuitus, C. de procu. doc. in c. licet. de procu. *Citra includit.*

d ¶ Cauſis) .ſ. maioribus in iure expreſſe enumeratis, & cathedralium & monaſteriorum ſedi apo. immediatè ſubiectorum.

* e ¶ Item quod monaſteria) §. iſte legem facere non poteſt, per ea quæ dicit gl. ſup. ti. de coll. §. vt verò. in verbo concluſum, quod etiam fatetur glo. prox. ſup. in ver. viſum. Probus.

Verba ſunt Gallicanæ *congregationis, quæ inquit quòd curia Romana citra montes reſidente in partibus à curia per duas diætas diſtantibus, omnes cauſæ Eccleſiaſticæ coram iudicibus quibus de iure aut conſuetudine vel priuilegio competit cognitio vel diffinitio, exceptis cauſis quæ in hoc decreto ponuntur, debent tractari. Probus.*

Viſum fuit [b] dictæ congregationi, quod ſi Romanam curiam reſidere contingat citra [c] montes, quod tunc in partibus vltra duas diætas à curia diſtantibus, omnes cauſæ Eccleſiaſticę habeant tractari coram illis, ſcilicet iudicibus quibus de iure aut cõſuetudine vel priuilegio competit cognitio & diffinitio eorundem, exceptis cauſis [d] quæ exprimũtur in decreto.

Monaſteria, & alia beneficia qualiacumque ſecularia, & regularia, ac loca per concilium Conſtan. exempta reſpectu huius decreti de cauſis, pro non exemptis ſunt habenda. P.

Item quòd monaſteria * [e] & alia beneficia qualiacunque

Digitized by Google

a ¶ Attendentes) Erat in ti. de exemp. & in illo reuocantur omnes exemptiones Eccleſiarum, perſonarum & locorum quorumlibet factæ à tempore obitus Gregor. xj. per quoſcunque pro Ro. pon. ſe gerentes: qui tamē antea nulla exemptione gaudebant, exceptis exemptionibus quæ vni toti ordini, aut Eccleſiis, vel locis à prædicto tempore ſub exemptionis modo, aut conditione fundatis, aut contemplatione nouæ fundationis: ſeu vniuerſitatib⁹ ſtudiorum generalium, aut collegiis ſcholarium aut per modum cōfirmationis augmenti, aut additionis factę fuerūt, aut cōceſſæ, aut ſuper quæſtionibus præſentibus & auditis quorū intererat auctoritate competenti ordinatum fuerit, ſeu in quibus ordinarij cōſenſerint. ibidem etiā cauetur quòd Papa decætero non faciat exemptiones niſi cauſa cognita, & vocatis quorum intereſt. (*)

(*) Aliqua motiua pro exemptionibus adducta videre licet in tracta. noſtro de uolutio. parte iij. q. v. & vj. P.

ſecularia & regularia ſeu loca, circa quorum exēptionē prouidit ſacrum Conſtantienſe concilium per quendam canonem, qui (vt dicitur) incipit, Attendentes [a]: non ſunt habenda reſpectu dicti decreti de cauſis: nec aliàs [b] quouis modo pro exemptis, ſed verius pro non exemptis [c]. Et pro talibus

b ¶ Aliàs quouis modo (*) Vtile eſt vt in collationibus expreſſo vno modo vacationis apponatur hęc clauſa, aut aliàs quouis modo. quam poſſunt apponere etiam Epiſcopi & alij collatores, cum non inueniatur prohibitum, no. Io. And. & Imo. in c. ex parte de conceſ. præb. Quid ſi impetretur beneficium per mortem Titij, aut aliàs quouis modo, ſed non probatur de vacatione per mortem Titij, ſed per mortem ſeu renūciationem Sempronij, an teneat impetratio? Aliqui voluerunt dicere quòd non: & quòd illa clauſula referatur duntaxat ad alios modos vacationis non expreſſos: ex perſona tamen Titij expreſſa. arg. l. fin. §. ij. ff. de tri. vi. & ole. le. Et maxime cum literæ beneficiales tanquam ambitioſæ ſint reſtringendæ, de præb. c. quanuis in vj. cum ſimilibus, & vno modo vacationis expreſſo non venit alius, c. ſuſceptum, de reſcri. eo. lib. Io. cal. Ioan. de lig. & Domi. tenent contrarium in dicto ca. ſuſceptum, quòd omnis alius modus vacationis venit ex quacunque perſona. ar. de proc. qui ad agendum, in vj. & ſemper conſiderare debemus ad quid clauſula referatur: quia natura eius eſt ſemper extendere illud ad quod refertur. ad idem de Ro. in pluribus locis deci. 483. 237. 429. 536. Ad tollendū tamen omne dubium tutum eſt apponere in illa clauſula, aut aliàs quouis modo, vel ex quacunque perſona (* 2) aut quocunque genere vacationis, &c.

Vacatio per mortē, aut alio quouis modo quas vires habet.

(* 1) De ea clauſula latè dixi in trac. penſio. parte prima. q. xxiiij. P.

(* 2) Iſtud firmo in tract. penſio. parte j. q. xxiiij. Probus.

c ¶ Non exemptis) Vnde exemptio in multis non prodeſt. in clemen. j. de ſupp. negli. præla. de ſta. re. attendentes, clement. abuſionibus, de pœ. & re. ca. ex ore. de priuile. de hære. ad abolendam, de teſta. ca. j. in vj.

Digitized by Google

a ¶ Concilium) Concilia fieri exemptis non expedit: vt hic colligitur, & in iuribus proximè allegatis, not. Ioan. And. in cle. dudum, de ſepul. in verbo inſtante.
b ¶ Cautela) Quæ propriè eſt rerum futurarum, de ſen. excommu. cum deſideres, de ſer. non ord. c. j. Ioan. And. de ſenten. excom. ſolet. in vj.
c ¶ Superabundanti) Aliquid facere ad cautelam non nocet. l. diſ. præſbyteros, xxxiiij. q. ij. in lectum, xxiij. diſt. in nomine domini, & nihil quod ad cautelam pertinet, eſt omittendum, lxiij. diſ. quanto. c. j. & fi. de ſacra. non iteran. & abundans cautela non nocet. (*) ff. de arbi. l. ſi cum dies, §. plenum, C. de teſta. l. teſtamentú.
(*) Iſtud late firmo in tract. penſio. prę-ludio vij. Probus.

per generale concilium[a] ex cautela[b] ſuperabundanti[c] declaranda[d], & quòd hoc proſequantur[e] oratores regij apud ipſum concilium.

Ad neminem (etiam Papam) omiſſo medio licet appellare, ſed offenſo in iuſtitiæ denegatione ad immediatum ſuperiorem per appellationis remedium eſt recurrendum, quòd ſi Papa immediatus ſit ſuperior, tunc in partibus iudici non ſuſpecto cauſa appellationis debet per eum committi. Probus.

Item placet[f] æquitas dicti

d ¶ Declaranda) Qui declarat, non dat, ſed datum oſtendit. (*) ff. ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. de teſta. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt. de rei ven. l. ex diuerſo. ad hoc. c. literæ, de dila. not. in c. noui. de ap. quod qui declarat, nihil noui videtur facere, vnde iudex licet ſentétiam diffinitiuam reuocare non poſſit, C. ſen. reſcin. non poſſe. l. j. poteſt tamen eam interpretari & declarare durante officio. l. ab executore. vbi Bar. ff. de ap. do. in c. olim. j. c. ex parte iij. de verb. ſigni. & in articulis & probationibus poſſunt declarari petita in libello, eius ſubſtantia non mutata. not. Spe. ti. de teſt. §. nunc videndum, ver. hoc quoque. & ordinarij poſſunt declarare ſiue denunciare exemptos excommunicatos ſi incurrunt ipſo iure excómunicationem ex ſtatutis ſuis vel de iure. no. Io. And. in c. j. de priu. li. vj. in no. in cle. j. de ſequeſtra. & lex declaratoria alterius trahitur ad præterita. C. man. l. fi. circa fi. ca. conſtitutionem, in princi. de regula. in vj. not. in ca. cum tu. de vſu. Io. And. in ca. fi. de ver. ſig. in vj. in addi. Spe. loco præal. Bald. in l. non dubium, C. de le. in l. iubemus, C. ad Velleia. doct. in c. fi. de conſtitutio.

Declarationis virtus ponitur.

(*) De virtute, potentia, & effectu declarationis, vide latè per nos in tract. penſio. parte iiij. q. iij. Probus.
e ¶ Proſequantur) Non fuit proſecutum: ideo hæc prouiſio Eccleſiæ Gallicanæ non præiudicat exemptioni huiuſmodi locorum.
f ¶ Item placet) Æquitas quã debet ſemper iudex habere prę oculis, l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod cer. loco. xxvj. q. vij. alligant. & vbi de bono & æquo agitur: non eſt de apicibus (*) iuris diſputandum, nec ſubtilitas iuris quærenda. l. fideiuſ-

Digitized by Google

ſor.§.quidam,ff.man.l.ſi ſeruum,§.ſequitur, de verb.ob. & æquitas præferenda eſt rigori,quod intellige vt le.& no.in l.j.C.de legi.in ca.fin.de tranſactio.

(*) Illud procedit maxime de iure canonico,vt probo in tracta.deuolutio, parte prima, quæſt.j. Probus.

a (Decreti) Suprà eodem,§.& ne.verſi.ſtatuit.

decreti[a], quòd ad neminem etiam Papam, poſſit omiſſo medio decętero appellari,& quòd ſi quis offenſus non poſſit coram ſuo iudice habere iuſtitiæ cõplementum, quòd tũc poſſit per appellationem ad immediatum ſuperiorem dicti ſui [b] iudicis

Appellatio fiat ad ſuperiorem, cõſiderata qualitate iudicantis.

b Sui iudicis) Not. quòd appellãdum eſt ad ſuperiorem iudicis qui iudicauit, l.j. C. vbi & apud quem, l.j.ff. de ap. & conſiderãda eſt qualitas in qua iudicauit, vnde ſi clericus iudicat non vt iudex Eccleſiaſticus, ſed vt laicus, ab eo non eſt appellandum ad Epiſcopum tanquam à clerico, ca. Romana, §. debet, de ap.in vj.vbi patet iunct.gloſ. quod cum Epiſcopus eſt iudex tanquam ciuilis iudex, quia habet iuriſdictionem infeudatam à principe ſeculari, non appellatur ad Archiepiſcopum,ſed ad principem ſecularem à quo deriuat feudum,not.Innoc.in c.cæterum, de iudi. in c.verum,de fo.compe.gl.& doct.in c.ſolitæ,de ma.& obe.in c.ij.de delict.puc. Bar.in d.l.j. ff. de ap. vbi dicit quòd ſi aliquis clericus eſſet rector alicuius ciuitatis, debet ab eo appellari ad ſuperiorem illius ciuitatis: quia non iudicauit vt clericus,ſed vt rector ciuitatis. Idem dicendum eſt ſi habet iuriſdictionem temporalem non incorporatam Eccleſiæ,vel ſi fuerit delegatus à principe ſeculari.Bal.in authen.ſi quis litigantium,C.de epi.audi.Panorm.in rub.de appellatio. vbi dicit quòd ſi vnus rex teneret vnum comitatum: ab eo appellaretur de facto comitatus ad ſuperiorem ipſius comitatus, fa.l.ſi quando, C.de ap.& ibi Bar.& in dicta l.j.Spec.de ap.§.nunc tractemus,in fi. c.cum capella. de priuil. Dicit etiam quod à rectore vniuerſitatis ſecularis, vbi ipſe rector eſt ſecularis, appellãdum eſt ad maiorem officialem loci. Si autem ipſa vniuerſitas eſt Eccleſiaſtica, & rector eſſet Eccleſiaſtica perſona: tunc debet appellari immediatus ſuperior, puta Epiſcopus,vt dicto c.Rom.§.j.Si autem vniuerſitas eſt ſecularis, quia plures in eis ſunt laici,ſed rector eſt clericus: quatenus ipſe rector iudicat de ſcholari clerico, quia tunc iudicat vt iudex Eccleſiaſticus,cum aliter non caderet in eum iuriſdictio, vt not. Innoc.in c.cum ab Eccleſiarum,de offi. or. debet appellari ad Epiſcopum: quia regula eſt quòd eſt ad ſuperiorem ipſius iudicantis appellandum, ſed quatenus iudicat inter laicos,ad poteſtatem ſecularem appellandum eſt: quia tunc licet ipſe ſit clericus, non tamen iudicat vt iudex Eccleſiaſticus, ſed vt laicus tanquam rector collegij ſecularis: ideo non eſt appellandum ab eo tanquam à (*) clerico per d.c.Rom.§.debet,iuncta gl.ſed dicit Aug.in authen.de ap.§.fi. coll.iiij. quòd non valet appellatio ad Epiſcopum à ſententia rectoris lata contra ſcholarem: quia vterque parem habet iuriſdictionem in ſcholarem, per auth. habita, C. ne fil.pro pa.vbi Bal.Sed ad quem debeat appellari à prælato exempto propter grauamen illatum in mẽbro exempto, no. Inn.

Vniuerſitas eſt duplex.

Digitized by Google

habere recurſum: ita quòd ſi Papa ſit immediatus ſuperior dicti iudicis, quòd cauſa committatur in partibus[a] non ſuſpecto vel ſuſpectis[b].

Si grauamen non poteſt ante diffinitiuam reparari, licitum eſt ante illam, ab illo ad immediatum ſuperiorem appellare: & ſi Papa ſit ille ſuperior, cauſam in partibus non ſuſpectis committat. Probus.

Item placet decretum in hoc ſcilicet quòd in nulla inſtantia poſſit quomodolibet appellari ante diffinitiuam ſententiam[c], ſi grauamen tale exiſtat, quod in diffinitiua poſſit reparari: ſecus ſi tunc non poteſt reparari[d], nam tunc licitum eſt etiam ante diffinitiuam ſententiam appellare, non tamen ad alium quàm ad immediatum ſuperiorem, vt præfertur: ita etiam quòd ſi ille immediatus ſuperior ſit ipſe Papa, quòd cauſa ipſa committatur non ſuſpecto vel non ſuſpectis, & in partibus, vt in ſimili dictum eſt.

Congregationi Gallicanæ placet concilij decretum in aliquibus, in aliis autem non. Probus.

no. Inn. in cap. ex ore, de priuilegiis, ſed ab Epiſcopo procedente cum inquiſitore, ad quem appelletur, not. Panorm. in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de offi. deleg.

(*) Pro comprobatione præmiſſorum attende ad ea quę diximus in tract. penſio, parte j. q. xij. P.

a ¶ In partibus) Vſque ad finem litis incluſiue: niſi in caſu ſuprà eod. §. & ne. ver. ſi vero.

b ¶ Suſpectis) Lites ſine ſuſpicione debent eſſe, iij. qu. v. quia ſuſpecti, l. apertiſſimi, C. de iud. & periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice litigare, ac ſuſpectis iudicibus ſc. apoſt. cauſam de certa ſcientia non committit. c. cum inter. de excep.

c ¶ Sententiam) Appellatione ſententiæ in dubio non venit interlocutoria: vt hic gl. in l. j. §. quod in ſententiis, ff. quãdo ap. ſit, ſed venit diffinitiua: niſi ſequeretur abſurditas, ca. cum olim, cum ibi not. de teſtibus, facit, ca. ſi quem. de ſen. excom. not. in c. ſup. eo. de ap. Bal. in addi. ſpec. de ſenten. ver. nomine ſententiæ, no. in c. cauſam matrimonij, de off. deleg. in l. j. §. biduum ff. quando ap. ſit, in cle. j. de re iud. & interlocutoria habens vim diffinitiuæ: quia illa regulatur vt diffinitiua, inf. titu. j. ca. j. cum ibi no. & non venit ſententia arbitrorum. Panor. in c. j. de arbi. in c. paſtoralis, de appel. Pau. de caſt. conſil. lxxj.

Sententia appellatione in dubio non cõtinetur interlocutoria.

d ¶ Reparari) De quo dic vt not. ſup. §. & ne. ver. neque præfertur, §. proximo.

Item placet decretũ in verſiculo, Si vero quiſpiam, vſque[a] ad verſiculum, Romanæ vero, ſaluo quòd pro iuſtificatione & moderatione dicti verſiculi videtur inſtãdum[b] fore per ipſos regios oratores apud ipſum concilium ad determinationem numeri & qualitatum officiariorum apoſtolicorum & curiæ.

Concilij generalis non eſt multis vacare & intendere cauſis. Probus.

Item circa verſiculũ, Voluit hæc ſancta Synodus in decreto prædicto de cauſis, viſum eſt quòd prædictus verſiculus ſeu articulus[c] eſt pro nũc reſpectu cauſarum iam actu Baſileę pendentium adhuc tolerandus propter bonam ſpem eo magis inclinandi concilium Baſilienſe prædictum ad vnionem & concordiam[d] cum domino noſtro Papa. Ita tamen quòd ambaſſiatores[e] Regij qui ſunt

a ¶ Vſque) Includit.

b ¶ Inſtandum) Nõ fuit inſtitutum: ideo decretum remanſit validum in omnibus officialibus ſę. apo. actu in curia ſuis officiis inſiſtentibus, vbi enim lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, cap. ſi Romanorum, xix. diſ. de priuile. quia circa c. ij. de coniu. lepro. cum ſimilibus.

c ¶ Articulus) Multis modis ſumitur, no. Archi. in c. præſentium, de reſ. in vj. Bald. in l. non poſſunt, ff. de leg. Bal. in mag. in ver. articulus.

d ¶ Concordiam) Quæ laudanda (*) eſt l. arbitro. ff. fami. her. & lucro præfertur. Bal. in l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſti. Et debet bonus iudex laborare vt reducat partes ad concordiam, xc. d. ſi quis contriſtatus, not. in ca. fi. de tranſ. quando autem poſſit eas cogere ad concordiam, glo. in c. cum inter. ij. de elect. Bar. in l. cõgruit, ff. de of. prę ſi. Bal. in l. ij. C. cõmunia de leg.

Iudex an poſſit partes ad concordiam cogere.

(*) Iſtud latè firmatum habes per nos in tract. pen. prælu. vj. Probus.

e ¶ Ambaſſiatores) qui non debẽt offendi etiam miſſi ab hoſtibus, (*1) l. fi. ff. de leg. Bar. in l. j. ff. ad l. Iul. maie. in l. conuentionum, de pact. Ang. in auth. de epiſc. & cler. §. reuerendiſſimi, col. ix. nec capi poſſunt pro repreſaliis, l. ſi quis legatum, vbi Bar. ff. de leg. non ſolum in terra ad quam deſtinantur: ſed in terra per quam tranſeunt, l. ij. §. omnes, ff. de iud. vbi Bar. (*2) nec ſocij eorum legitime, eo. tit. l. adminiſtrantes, §. eorum, vbi Bald. ff. de excu. tu. nec eorum res ad legationem neceſſariæ. Ioan. de lig. in tra. repreſ.

Ambaſſiator non poteſt capi pro repreſaliis.

(*1) Etiam ſi non ſit eis data ſecuritas, quia illa eſt eis tacite tributa, l. fina. ff. de legat. glo. in l. qui à latronibus, in verbo finguntur, ff. de teſta. & gl. fi. in l. conuentionum, ff. de pact. P.

Digitized by Google

(* 2) Ambaſſiatores dicti legati, habent ſecuritatem de iure gentium, notat poſt tex. Præpo. in c. ius gentium, colum. ij. prima diſt. concord. l. ſancitum, ff. de re. diuiſio. & l. j. ff. de legatio. ſic repreſaliæ non extenduntur ad eos, dicit hic gl. quod placet Præpo. vbi ſup. Si autem paſſus eſt ambaſſiator damnum, an debeat ei reſarciri, pone quia captus eſt ab hoſtibus, vel inimicis, & ſe redemit: tradidit Spec. in tit. de iudic. §. ſpecialia, ver. illud autem, & Bald. in l. inter cauſas, §. non omnia, ff. mandati. P.

illic deſtinandi [a], habeant remonſtrare ipſi ſacro concilio, quòd vacare & intendere tot cauſis [b], & talibus, repu-

a ¶ Deſtinandi) Ambaſſiator debet ſolum vacare circa expeditionem ambaſſiatæ, nó circa alia, l. Paulus, & ibi Bart. ff. de lega. & ſi negocia ſua ſimul expediat cum negocio publico, non debet habere ſumptus pro tempore quo plus retardauerit pro ſuo negocio, nota in c. cum pro cauſa, de procura. (*) & pro tempore retardationis reditus ſui finita ambaſſiata non gaudet priuilegiis, l. fi. C. de commer. & mer. vbi Barto.

(*) Pro tempore autem legationis debet habere & habet contra mittentes actionem ad illos recuperandum, l. ſicut, in princ. ibi, ſed cum legatus, ff. quod cuiuſque vniuer. imo plus, qui illum miſit, reficit ei ablata ab hoſtibus, ait Bal. in marga. in verbo ambaſſiator, vbi ſubdit, quòd nunquam patitur ſecundum decretum, niſi dolo malo eſſet factus ambaſſiator, poſtea dicit quòd ſi minus expedit quam datum fuerit illi, reſtituere tenetur quod ſupereſt, ſicut mittens tenetur ſupplere quod deeſt, niſi fuerit taxatum ſalarium pro tota ambaſſiata, quia tunc vtrunque ceſſat, in ſupplementum & reſtitutio: quod firmat latè Firmia. in verbo ambaſſiatores, ar. viij. & ar. xxvj. vbi vide latè de hac materia, non tamen ponit de donatione facta ambaſſiatori, an illa ſit ambaſſiatoris, vel mittentis, hunc punctum diſcutit Lucas de Penna in l. j. col. iiij. de caſtren. pecul. milit. l. xij. C. vbi ponit diſtinctionem quam vide. P.

Ambaſſiator plus vel minus expendens.

Donatio facta ambaſſiatori, an ſit ſua.

b ¶ Tot cauſis) Dicunt docto. in cap. graue, de præbend. Guil. in proœ. cle. quòd ſi concilium ſit ſpecialiter congregatum pro aliquibus cauſis, ibi exiſtétes & vocati tenentur pro illis reſpondere, nec quo ad illas videntur habere ius reuocandi domum, ex quo propter illas ſpecifice congregatum eſt concilium, & ſi pro aliis conuenirentur, non tenerentur reſpondere: ſed haberent ius reuocandi domum, facit quod habetur in l. ij. ff. de iud. cap. expoſuit de dila. in cap. fi. de fo. compe. ſi autem generaliter pro correctione (*) morum & ſubditorum fuiſſet concilium celebratum: tunc non habebunt ius reuocandi domum in ciuilibus, argu. c. propter eccleſiaſticas, cap. quoniam quidem, xviij. diſtinct. ſed in criminalibus ſecus: cum oporteat in criminali cauſa quòd quis ſpecifice vocetur, & crimina ſpecialiter in citatione exprimantur pro quibus vocatur, vt paratus veniat reſponſurus, v. quæſt. ij. ſi primates, no. in cap. præterea, de dila. vbi docto. ſed hodie videtur quòd ſicut apud ſedem apoſtol. non debent cauſæ de partibus tractari, ſed remitti ad iudices in partibus, ſupra eodem, §. j. ver. ſtatuit, ſic nec apud concilia, & hoc eſt quod voluit Eccleſia Gallicana in hoc §. & ſequ. cuius ordinatio æqua eſt: ſed non poteſt ligare concilia generalia, cum inferior ſuperiori legem imponere non poſſit, capitu. ex inſinuatione, de.

Concilium non poteſt ſine cauſa deſeri.

Digitized by Google

appellatio. ca. cum inferior. de maio. & obedien. cum ſi.

Reformatio morum fiat.

(*) Circa quam per multa concilia maximè Conſtantien. & inde ſequuta non fuit prouiſum, ob quod ſcandala ſunt in vetuſtate poſita, & vix eradicanda remanent, prout & remanebunt, niſi per concilium Tridentinum viriliter prouideatur, quòd ſi non per illud fuerit prouiſum, omnia videntur in ruinam data quencunque ſtatum Eccleſiaſticum & mundanum cõcernant, à primo dicto vſq; ad vltimum, prouideat igitur, & amplius ſub ſilentio aut diſſimulatione reformatio ipſa nõ trãſeat, vlteriuſq; mundanis ſtudere nõ placeat vllus: quia cauſa domini eſt, & eius ſponſæ, id eſt Eccleſiæ, quæ mater noſtra eſt, & ſponſus illius ca. noſtrũ dicitur. P.

Concilium quid debet facere.

a ¶ Officio) Quod conſiſtit principaliter in hęreſum & errorum extirpatione, morum reformatione, & chriſticolarũ diſſidentium adinuicem reconciliatione. ſup. de auct. con. c. j. & ij. de ele. c. j. de col. ca. j. in prin. vnde Eug. iiij. durãte Baſilien. cõcilio, anno M.cccc.xxxiij. Kal. Iulij ponti. ſui anno iij. decreuit quòd in præfato cõcilio nullæ cauſæ ſingulares, publicæ vel priuatę, Eccleſiaſticę vel ſeculares poſſent vel deberent agitari, cognoſci, aut terminari: ſed dirigente domino ad extirpationem hęreſum, ad pacem ponendam inter principes & populos Chriſtianos, & ad morum reformationem, omnium ſtudia dirigerentur: & nullatenus ad alias cauſas quam ad præmiſſas, ad quas conciliũ ordinatum erat, conuenire deberent: vt habetur in eius extra. ad futuram, aliàs incipit, paſtoralis cura.

b ¶ Æqualitas) iura fauent æqualitati. ff. de arbi. l. ſi cum dies, §. pe. vbi concord. C. de iudi. prouidendum, C. de fru. & lit. expenſ. l. fina. c. j. de maio. & obedien. cum ſi.

c ¶ Statuitur) ſuprà eod. §. j. ver. ſtatuit.

d ¶ Euentum) Inſpicitur euentus, ff. de iuriſ. om. iudi. l. ſi idem. §. fi. de acqui. rer. domi. l. naturalem, lv. diſt. ſi quis abſciderit, c. ſi. de homi. in vj. de. ſer. non or. c. j.

e ¶ Partis Papæ.

gnat officio[a] conciliorum generalium, & quòd hoc poſſet dare cauſam ſeu occaſionem perpetuandi generalia concilia, & abſorbendi auctoritatẽ ſedis Apoſtolicæ, & aliorum prælatorum, & finaliter excitandi reges & principes aduerſus generalia concilia, in grande præiudicium fidei, & Eccleſiæ ſanctæ Dei, cũ intimatione illis de concilio prędicto facienda. quòd ſi ipſis circa hoc differãt prouidere: rex, & Eccleſia regni ſui & delphinatus, tum ob neceſſitatem ſuo regno his diebus plurimum ingruentem, tum vt æqualitas[b] reſpectu ipſorum, ſicut reſpectu Papæ obſeruetur, prout per decreta eorum aduerſus Papam: ſtatuitur[c] quod in euentum[d] moræ amplioris, ſicut reſpectu vnius partis[e] iam per eos prouiſum eſt: ita reſpectu al-

Digitized by Google

a ¶ Scriptum) In canone. in c. cum omnes, de conſti.
b ¶ Patere) Verbum imperatiui modi æquipollet verbis præceptiuis, xxxij. di. præter. non tamen ſemper bo. text. in cle. exiui. §. nos itaque. de ver. ſig.
c ¶ Alibi) ff. quod quiſque iu. in al. ſta. in ru. & in c. cum omnes, de conſti. & not. pro generali allegatione non quotando. l. c. vel titulum, ſi. inf. §. j. ca. j. de pa. po. C. de iud. apertiſſimi. ibi, ſtatuimus, ff. de rei ven. l. ſi nauis ibi, quod nō eſt. c. veſtra. de co. cle. & mulic. vbi doct. Spe. ti. de diſputa. & allega. §. porro. ver. in ſumma. *Allegatio generalis valet.*
d ¶ Vtatur) Concor. c. quieſcit, ij. q. vj. l. fi. C. de fru. & lit. ex. ca. ij. de mu. pe. ca. eſto. xcv. diſt.
* e ¶ Vtatur) Contenta in hoc §. prout. & in ſequen. vim non obtinent legis, per ea quæ tradit gl. ſup. in tit. de colla. §. vt vero, in verb. concluſum. P.
f ¶ Tractandæ) De hoc not. ſup. eod. §. j. ver. ſtatuit.
g ¶ Lis conteſtata) Per petitionem in iudicio propoſitam, & reſponſionem ſecutam, C. de litis conteſt. l. j. c. j. e. tit. c. dudū, ij. de elect. ſiue negatiuam: vt dictis iuribus, C. de iud. rem nō nouam, §. patroni. authen. offeratur. & ibi Bal. C. de li. cont. de Ro. deci. 12. puram, quia per reſpōſionem conditionalem libello puro non fit litis conteſtatio. c. cum venerabilis, de excep. Bal. in l. ſiquidem, C. e. tit. per Specu. tit. de excep. §. viſo. ver. nunquid. ſiue reſponſionē affirmatiuam, inducitur enim litis conteſt. per confeſſionem ſi libellus eſt porrectus, cum d. l. j. de lit. conteſt. c. j. e. tit. d. c. dudum, vtantur verbo reſpōſionis, nō contradictionis, l. ij. C. de iura. cal. vbi doc. Spec. tit. de li. conteſt. §. ij. ver. ſed ſi reus, vbi Io. And. in add. Bar. in l. ſi debitor, ff. de pe. hær. doc. in d. l. j. d. c. j. per dubitationem etiam fit litis cōte. vt no. ibid. puta per verbum credo vel non credo. c. cum ad ſedem, teſti. ſpo. cum ibi no. Spec. vbi ſu. §. & not. Bal. in d. l. ij. C. de iu. calum. in l. iij. C. qui. ad li. pro. non licet. ſi autem reus confiteretur poſt citationem *Litis cōteſtatio per quid fit.*

terius inſpirante domino, ſicut iuſtū eſt prouidebit: quoniam ſcriptum [a] eſt, patere [b] legem quam ipſe tuleris. Et alibi [c], Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure [d] vtatur [*e].

Cauſæ quæ de ſui natura, & ſecundum canones in curia Ro. aut apud generalia concilia non ſunt tractandæ, coram ſuis iudicibus in partibus debent tractari: & ſi ab eis appelletur, appellationes in ipſis partibus ſecundum cap. ſtatutum, de reſ. in 6. committuntur. P.

Item fuit concluſum per eandē congregationē, vt omnes & ſingulæ cauſæ quæ de ſui natura, & ſecundum ſacros canones non ſunt tractandę [f] apud ſedem apoſtolicam vel curiam Romanam: aut etiam apud generalia concilia, ſi in eis nondum eſt lis [g]

Digitized by Google

ante libelli oblationem, non fieret conteſta. litis: quia vbi non præceſſit petitio, non poteſt eſſe conteſtatio. d. c. dudum, & ibi Panor. idem in c. peruenit. ij. de ap. & tunc non daretur ſententia, ſed fieret præceptum de ſoluendo. gloſ. in l. ſi reus, ff. de procur.

a ¶ Quaſi) Supple conteſtata. & not. quòd lis dicitur conteſtata vt ſuprà. & quaſi conteſt. vt ſe. & in alio caſu qui habetur in l. ij. C. vbi in rem ac. c. quoniam frequenter, §. quòd ſi ſuper, vt li. non cõteſt. Spec. tit. de contu. §. iij. ver. ſi vero.

conteſtata, vel quaſi[a] conteſtata: puta[b] porrecto iam libello,[c] & cognito de meritis[d] cauſæ, ſeu incepto[e] cognoſci de eiſdem, tractentur & agitentur[f] deinceps coram ſuis iudicibus in partib⁹, quib⁹ reſpectu earum competit iuriſdictio, quòd ſi contingat in cauſis eiſdem deinceps ad dictos foros[g] appellari, quòd cauſæ appellationum committantur in partibus iuxta conſtitutionẽ Bonifacij viij.

b ¶ Puta) Prout, aduerbium eſt ſimilitudinis.

c ¶ Libello) Iſta non eſt vera litis conteſtatio, ſed quo ad effectum huius diſpoſitionis imitatur litis conteſt. ad hoc. l. j. & ij. C. quam, li. prin. ob. li. con. fa. vbi libellus principi datus facit litis conteſtationem, & perpetuat actionem annalem, ſecus ſi inferiori iudici offeratur, ff. de ac. & ob. conſtitutionibus, habet tamen vim citationis quo ad interrumpendam pręſcriptionem, non aliàs, l. fin. & ibi Bart. C. de an. ex. Spe. titu. de lit. con. §. ſequitur. Bar. in l. libertus, ff. de in ius vo. & de multiplici effectu libelli habetur in Spe. vbi ſuprà. §. nunc dicendum.

d ¶ Meritis) quæ partium aſſertione panduntur, l. ſi. C. ſi per vim vel ali. mo. c. tum ex literis, de in inte. re.

e ¶ Incepto) Per litis conteſtationem lis incipitur, c. ſuper quæſtionum, §. intentionis, de offi. delega. nec antea dicit propriè lis mota. c. ex parte ij. de ver. ſig. nec aliquis petere, ſed petere velle. ff. rem ra. hab. amplius, & per ipſam firmatur iudicium, c. relatum, de offi. deleg. & perpetuatur actio vſq; ad quadraginta annos C. de præſcrip. xxx. anno. l. fi. vbi Bart. & de anna. exce. l. j. Spec. titu. de li. conte. §. fi. niſi actio de dolo. l. fi. C. de dolo. per ſolam tamen citationem dicitur mota diſcordia. arg. ca. cum M. de conſti. ca. Piſanis, de reſti. ſpo. & mota contentio. ca. forus, §. lis, de verbo. ſig. & per eam perpetuatur iuriſdictio. ca. gratum, ca. licet. de offi. deleg. c. fi. de offi. le. ff. de iudi. l. ſi quis poſtea. ca. propoſuiſti. de fo. compe. & interrumpitur præſcriptio merè odioſa. xxx. annorum, cum mala fide. l. cum notiſſimi. C. de præſcri. xxx. annorum, vbi glo. & doc. Bal. plenè in l. ij. de ſerui.

f ¶ Agitentur) Æqua diſpoſitio, ſed nulla eſt defectu poteſtatis, inquantum tangit generalia concilia, niſi vt conformatur decreto. ſuprà eo. §. j. ver. ſtatuit.

g ¶ Foros) Scilicet ad ſedem Apoſtolicam, & concilia generalia ad quæ poteſt appellari. ſuprà eodem, §. ne tamen, verſi. voluit. ibi, per appellationem de-

Digitized by Google

uolendas, ſicut appellatur ad concilium prouinciale ca. multis, xvij. diſt. cum ibi not. gloſ. in c. ſuper quæſtionum, §. ſi vero. de offi. dele. gradatim tamen appellandum eſt ad concilia ſicut ad Papam, ſuprà eodem, §. & ne. Sed nunquid à Papa poteſt appellari ad concilium generale? Ar. quòd ſic. (*) ſicut à metropolitano appellatur ad concilium prouinciale: vt not. in d. ca. multis, in d. §. ſi vero. & orbis maior eſt vrbe. xciij. diſt. legimus, dic contra. ca. cuncta per mundum, cum ibi no. ix. q. iij. ij. q. vj. anteriorum, §. illo. Specu. titu. de ap. §. ij. ver. xiij. & de iuriſ. om. iu. ver. hic tamen. de recuſa. § ij. ver. ſed quid ſi cauſa. & ſeq. Panor. ſuper rub. de ap. à principe enim non appellatur, ff. à qui. ap. non lic. l. j. niſi in tribus caſibus in quibus concilium eſt ſupra Papam, vt le. & not. ſupra de auc. con. c. ij. c. j. in prin. de colla. à Papa tamen male informato ad ſeipſum bene informatum bene appellaretur, ad hoc. xxxv. q. ix. ſententiam, cum ij. c. præce. c. cum apud. xj. q. iij. de reſti. in integ. tum ex literis, vbi doct. & peccaret Papa ſi talē appellationem non admitteret, iuſtitiā enim denegaret, ad hoc no. per doc. in c. conſultationibus, de offi. deleg. Geſ. & Car. Floren. in cle. paſtoralis, de re iudi. (*) Iſtud fuit ad experientiam deductū in materia confirmationis electionis Archiepiſcopatus Bituricen. per magiſtrum Iacobum du Breul electum, contra cardinalem de Tournon coelectum: ſed appellatio ipſa non potuit proſequi per ipſum du Breul: quia ante concilium ab humanis deceſſit, etiam ad concilium fuit per vniuerſitatem Pariſien. appellatum dum concordata publicarentur: de qua appellatione fecimus verbum in defenſorio electionum. Quæ quidem appellatio vniuerſitatis videtur ſuſtentabilis per exceptionem quam hic facit glo. ponens tres caſus quibus concilium eſt Papa maius, & in quibus Papa concilio obedire tenetur, quorum vltimus videtur adſtipulari vniuerſitatis voto, id eſt, quando agitur de reformatione Eccleſię Dei in capite & in membris, quod vltimum eſt eiuſdem voti, vt patet intuenti, & luce clarius probatum in dicto defenſorio. (†) Vnum tamen dicit Præpo. in c. primo. col. penult. xv. diſtinct. quod hodie eſt extrauag. facta in dicta Mantuana, contra appellantes à ſententia Papæ ad futurum concilium, quòd ſint ſuſpecti de hæreſi. quod non dicit Roma. in con. 521. P.

Appellari à Papa ad conciliū generale, an ſit licitum.

A male informato ad bene informatum appellatur.

a. ¶ Statutum) Quæ eſt de reſcrip. in vj.

Statutum [a] & obtineantur à rege literæ inhibitoriæ ad curiam parlamenti, & ad alios iuſtitiarios & officiarios regni & delphinatus.

Item acceptat decretum quod incipit, Contra friuolè appellantes.

A grauamine, aut interlocutoria vim diffinitiuæ non habente, nullatenus ſecundo licet appellare. Probus.

VT lites [b] citius terminen-

¶ Contra friuolè appellantes.

b. VT lites) Non licet ab interlocutoria vim diffinitiuæ non habente ſecundo appellare, & appellans iniuſtè ante diffinitiuam in expenſis, damnis, & intereſſe

condemnatur: & diuiditur in duas partes, ſecunda ibi, quodque, hoc decretum factum fuit ante diſſolutionem Baſilien. concilij, xxij. Ianuarij, an. 1435.

a ¶ Terminentur) Concor. c. finem, de do. & cont. c. ij. de re iudi. l. litibus, C. de agri. & cenſi. l. xj. l. properandum, in princ. C. de iud. l. terminato, de fru. & l. ex l. non diſtinguemus, §. quæſitum, ff. de arbi. abbreuiatio enim litium eſt de communi vtilitate, in j. conſt. C. & ibi Bar.

tur[a], ſuper eodẽ[b] grauamine[c] aut ſuper eadẽ ĩterlocutoria vim diffinitiuę nõ habente[d].

b ¶ Eodem) ſecus in diuerſis grauaminibus vel articulis, nam ſi milleſies quis grauatur in cauſa ſuper diuerſis articulis, milleſies poteſt appellare, ca. directæ, cum ibi not. per doct. de ap. ſic intelligitur cap. omnis oppreſſus, cap. omnes, cap. ideo, ij. quæſt. vj. limita ſecundum, ca. j. ſuprà tit. j. & iſtud cap.

c ¶ Grauamine) Non reparabili in diffinitiua: aliàs non poſſet ab eo appellari, vt le. & no. ſup. tit. j. c. j. §. & ne. ver. neque.

Appellari poteſt ab interlocutoria.

d ¶ Non habente) Ergo ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente poterit appellari, ſicut à diffinitiua, & no. gl. iuncto, c. j. §. & ne. ver. neque, ſup. ti. j. quòd conſtitutio prohibens appellationem ab interlocutoria, non habet locum in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vnde dicit Bald. in l. fi. C. ſi re. vel ac. mor. fu. quòd appellatio ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ permittitur impune, ſtante ſtatuto quòd appellans ab interlocutoria ſoluat pœnam, quia talis interlocutoria quo ad appellationem regulatur vt diffinitiua, & ſtatutum eſt interpretandum ſecundum ius commune, no. ſup. de colla. §. item quod vniuerſitates. Ange. in l. v. §. j. ff. de ver. oblig. in l. imperium, de iuriſ. om. iu. Aduerte quòd ſententiarum tres ſunt ſpecies, vt no. ij. q. j. in ſum. Panor. in rub. de ap. Hoſt. eo. ti. §. ij. in ſum. Spec. eod. tit. §. ij. quædam dicitur diffinitiua, quædam interlocutoria, quædam habens vim diffinitiuæ: & de iſtis tribus ſpeciebus fit hic mentio. Diffinitiua dicitur duobus modis, no. Bart. in l. ſi cum exceptione, §. hoc autem, ff. quod me. cau. vno modo inquantum requirat libellum, litis conteſtationem, & ſi. Secundò, quòd diffiniat controuerſiam, & imponat finem toti cauſæ in iudicium deductæ, no. in cle. j. de ſequeſt. poſſ. & dicitur diffinitiua, quia imponit finem controuerſiæ, & finit iudicis officium, vnde abſolutoria ab inſtantia iudicij non eſt diffinitiua: quia per eam partes à lite non recedunt, l. dicere, & ibi Bar. ff. de arbi. glo. & doct. in l. harum, ff. ſi ſer. ven. & ſine ſcriptis ferri poteſt: vt ibi Bar. & Bal. in l. ſi præſes, C. quom. & quan. iu. glo. in cle. fi. de ap. Ioan. And. & doct. in ca. examinata, de iud. niſi imponeret perpetuum ſilentium, no. Bal. in addi. Spec. titu. de ſer. ven. impoſitio, & hæc debet continere condemnationem vel abſolutionem, aliter non valet, ff. de re iud. l. j. C. de ſent. l. præſes, ij. q. vj. §. diffinitiua, vel aliquid quod tantum valeat, ff. de re iud. in ſum. de verb. ſign. in his, niſi in cauſa appellationis, vbi non habet iudex neceſſe dicere, condemno vel abſoluo, ſed tantum confirmo vel infirmo priorem ſententiam, C. de ap. eos, §. j. vbi doct. cautius tamen eſt quòd vtrunque ponatur, c. j. de appel. ca. ad probandum, de re iud. de quo in Spec. ti. de ſent. §. vt autem, verſ. in iudice, & ibi Ioan. Andr. in add. Panor. in rub. de appel. vbi dicit quòd iudex ad quem cum ſuccedat loco iudicis à quo, poteſt & debet reformare ſententiam,

Digitized by Google

tiam, ſi opus fuerit, vel ſupplere, vel in parte reprobare, prout opus eſt. probatur cap. Raynutius. in c. Raynaldus. de teſta. vbi Ioan. Cal. & in c. ſignificauerunt. de except. Innoc. in c. paſtoralis. de offic. deleg. de Rot. deciſ. 368. Bartol. in l. fi. ff. de iure pat. Bar. in l. cum apud. ff. iud. ſol. in l. ſi expreſſim ff. de appel. Panormit. in c. cum Ioannes de fide inſtru. in cap. cauſam de re iud. An autem ſententia lata ſuper exceptione peremptoria dicatur diffinitiua, not. Ioan. mona. in cap. cupientes. de electio. in vj. gloſ. in cle. fi. de appel. quod non, cùm de neceſſitate ſuper principali poſtmodum ferenda ſit diffinitiua, & voluntarie tantum pronuncietur ſuper peremptoria. de quo in c. j. de ord. cog. not. doc. in c. ſi duobus de ap. Baldus in Maga. in ver. iudex. in l. fi. C. de ſenten. ex peri. re. Reperitur quædam ſententia quaſi diffinitiua, vt eſt ſententia lata ſuper poſſeſſorio. gloſ. & doct. in l. j. C. de ſenten. nam habito reſpectu quod poteſt poſtea intentari petitorium, non dicitur ex toto diffinitiua. glo. in clemen. j. de ſequeſt. poſ. glo. Barto. in l. j. C. ſi de mo. poſ. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. c. conſultationibus de offic. deleg. cum enim in petitorio merita cauſæ plenius tractantur, & ſententia lata in eo abſorbet ſententiam latam in poſſeſſorio, cap. cum dilectus de cauſa poſſeſ. & proprie. & ſic hæc ſententia dependet ab euentu ſententiæ ſuper petitorio: ideo non poteſt dici proprie diffinitiua. in aliquibus tamen regulatur vt diffinitiua, quia verum eſt dicere quòd imponit finem negocio poſſeſſionis in iudicium deducto. vnde debet ferri in ſcriptis, ſicut quælibet diffinitiua. d. cap. conſultationibus. vbi proceditur ſicut in qualibet cauſa principali. & dicta clemen. j. de ſequeſtra. ſed vbi ageretur principaliter de poſſeſſorio abſorbente petitorium, vt in caſu. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & ſi ſententia ſuper poſſeſſorio eſſet mere diffinitiua. cap. fina. de iudi. vbi docto. & Bartolus in l. ij. de appel. reci. Paulus de caſtro conſil. v. & ab ea poſſet appellari, non à prima. not. ſuprà eodem §. & ne. in verſic. nequiret. Interlocutoria eſt illa quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his quæ incidunt vel emergunt: vt not. in dicta clementi. & dicitur interlocutoria: vel quia iudex non diffinit cauſam, ſed interloquitur inter principium & finem: vel quia iudex inter partes loquendo ſine ſolennitate ſcripturæ pronunciat, vt dicit Hoſtien. vbi ſuprà per Specu. titu. de ſenten. §. ij. Bald. ibidem, in ver. interlocutoriæ tres. vbi ponit tres ſpecies interlocutoriarum. Paulus de Caſt. conſil. xxv. Quid de præcepto quod iudex facit de ſoluendo? gloſ. & Angel. in authenti. de hæred. & falc. §. illud col. j. dicit quòd eſt quaſi interlocutoria. ſed gloſ. in eadem auctoritate. §. ſi quis autem non implens. dicit quòd eſt interlocutoria. dicit Panormit. in ru. de re iudica. quòd ſi cauſa erat inchoata ante præceptum, tunc dicitur interlocutoria: quia interloquitur præcipiendo inter principium & finem cauſæ: habet tamen vim diffinitiuæ. Baldus in l. fin. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. gloſ. xj. quæſtio. iij. in ſum. ij. quæſtio. j. in ſum. dicit quòd propriè non eſt diffinitiua, nec interlocutoria, ſed tertia ſpecies ſententiæ. gloſ. & Angel. in l. ſancimus. C. de adminiſtr. tuto. ſi verò cauſa nondum erat inchoatiua: tunc dicit Panormit. quod eſt quaſi interlocutoria: quia non fit inter principium & finem, ſed ante. Alia autem præcepta iudicis aliquando habent vim diffinitiuæ: aliquando interlocutoriæ. de his de elect. dudum. ij. cap. ex parte j. de verbo. ſignifi. Specu. dicto. §. ij. & ab habentibus vim diffinitiuæ, valet appella-

Sententia ſuper exceptione peremptoria an ſit diffinitiua.

Sententia quædam eſt quaſi diffinitiua.

Sententia interlocutoria quæ eſt.

Iudicis præcepta, an habeant vim ſententiæ.

tio : ſicut à diffinitiua per hunc textum à contra. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. Ioan. Andr. in cap. peruenit. de appella. Baldus in marga. in ver. appellatio. quædam ſententia non eſt diffinitiua, ſed habet vim diffinitiuæ, vt quando imponit finem inſtantiæ non cauſæ. Bartolus in dicta l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minoribus. Baldus in l. minoribus. C. de his qui. vt indig. & iſta regulatur ſecundum naturam diffinitiuæ quo ad appellationem, in alijs tamen caſibus non regulatur ſemper vt diffinitiua nec interlocutoria, ſed quandoque trahitur ad naturam interlocutoriæ, quandoque ad diffinitiuæ, ſecundum quòd magis participat de diffinitiua vel interlocutoria. hæc enim interlocutoria hominis, habens vim diffinitiuæ eſt quoddam medium inter puram diffinitiuam, & puram interlocutoriam. non enim eſt pure diffinitiua : quia non imponit finem toti cauſæ. non eſt purè interlocutoria : quia non expectat aliam ſententiam diffinitiuam poſt ſe. vt ſi iudex pronunciat ſe non iudicem competentem. de quo gloſ. & docto. in authen. habita. C. ne filius pro pat. vel non eſſe reſpondendum libello tanquam inepto. de quo Panor. in cap. examinata. de iudic. gloſ. in clemen. j. de ſequeſtr. poſ. Baldus in le. edita. C. de edem. vel quando pronunciat ſuper impotentia appellandi, aut appellationem eſſe deſertam, dicitur ſententia interlocutoria. c. ſua ibi, interlocutus fuerit. de appel. Bald. in l. fi. C. de ſenten. ex peri. re. in l. cum & minores. C. ſi aduer. rem. iu. quando appellatio fuit ab interlocutoria. de Rota deciſio. 435. non enim poteſt dici diffinitiua : quia non eſt lata ſuper meritis cauſæ, habet tamen vim diffinitiuæ de Rota deci. 77. 88. 89. ſi ergo hæc ſententia tenet quoddam medium, debet trahi ad naturam alterius extremorum ſecundum quod magis participat cum illo extremo, ſicut in hermaphrodito. l. quæritur. ff. de ſtatu hominum. & in tacente qui tenet

Tacens tenet medium inter contradicentem & conſentientem.

medium inter contradicentem & conſentientem. vnde quandoque habetur pro cõſentiente, quandoque pro contradicente. ſecundum quòd magis participat cum natura alterius extremorum, vt not. præſertim per Dy. in regula. is qui tacet. de reg. iuris. in vj. no. docto. in c. nonne de præſump. & ideo bonus iudex habebit diſcurrere per ſingulos actus. Et cauſa exempli, vt intelligantur præcedentia, diſcurramus per tres actus. nam aliter appellatur à diffinitiua, aliter ab interlocutoria. not. in c. cordi. de appella. in vj. Ioan. Aud. in c. dilecto. de appella. Panor. in c. vt debitus eod. tit. docto. in c. ex parte. de teſtib. cum alia ſolemnitate fertur diffinitiua, cum alia interlocutoria : vt le. & not. in cap. fi. de re iudica. in vj. Henric. in c. Albericus. de teſti. interlocutoria poteſt reuocari per iudicem, diffinitiua non. Quantum ad primum actum interlocutoria habens vim diffinitiuæ, regulatur ſecundum naturam diffinitiuæ, primo in hoc quòd ab ea poteſt appellari ſicut à diffinitiua. ſuprà tit. j. ca. j. §. & ne. ver. neque. Innoc. in c. conſtitutus de appella. Freder. conſi. lxiij. Bal. in l. ij. C. de epiſc. audien. vbi dicit quòd à ſententia lata ſuper deſertione appellationis, poteſt appellari. eſt enim interlocutoria habens vim diffinitiuæ. vt dictum eſt. C. quo. & quando iu. l. ſi præſes. no. in clemen. fin. de appella. Bald. in marga. in verbo appellatio. Secundo, quòd ab ea bis poteſt appellari : vt à diffinitiua, vt hic. in alijs autem ſi ſit talis quæ finiat iuriſdictionem iudicis, ſiue officium ſuum in illa cauſa, debet ab ea appellari tanquam à diffinitiua, nec erit opus exprimere cauſam in appellatione, ſicut nec à mera diffinitiua, vt. l. ij. & iij. ff. de appel. quan-

Digitized by Google

do ſtatim appellatur. Baldus in addit. Spec. tit. de appel. ver. an & quando appellatur. puta ſi pronunciauit ſe iudicem non competentem. iuxta not. in ca. ſignificantibus. de offic. deleg. in dicta authen. habita. Innocen. in cap. paſtoralis. in cap. ſignificante. in cap. Radulphus. in cap. ſignificauit. de reſcript. doct. in cap. dilectus j. eodem tit. Panorm. in cap. ex parte eodem titu. Bartol. in l. ij. ff. de appella. reci. nam hoc caſu ceſſat ratio quare ius voluit cauſam exprimi in appellatione ab interlocutoria: ſcilicet vt debitus honor deferatur iudici. nam ex quo poteſt conſequi iuſtitiam coram iudice, non debet ab eo recedere per appellationem, niſi cauſa rationabili expreſſa. dicto capit. vt debitus. ſed in exemplo præmiſſo nulla fit iniuria iudici: cum pronunciauit ſe non iudicem. ergo debet trahi ad naturam diffinitiuæ. not. Panormit. in cap. peruenit. de appella. ſed ſi eſt talis interlocutoria quæ non finit officium iudicis, ita quòd poſſum ab eo iuſtitiam conſequi, tunc debet regulari tanquam interlocutoria: quia magis trahitur ad naturam interlocutoriæ ratione prædicta, puta ſi iudex pronunciauit non eſſe reſpondendum libello tanquam inepto. nam exprimendo cauſam rationabilem coram eo, poteſt ipſe mutare ſententiam ſuam. l. quod iuſſit. ff. de re iudica. capitul. cum ceſſante. de appella. appellatio etiam ab huiuſmodi interlocutoria vim diffinitiuæ habente poteſt iuſtificari ex nouis cauſis: cum regulariter reguletur vt diffinitiua. de Rota deciſione 494. idem Baldus in l. per hanc. C. de tempo. appel. in appellatione à grauamine irreparabili in diffinitiua. Et per omnia dic idem quo ad ſecundum actum. nam ſi iſta quaſi diffinitiua habet omnem effectum diffinitiuæ, ſeruabitur ſolennitas quæ in diffinitiua ſeruanda eſt, aliàs ſecus. Quo ad tertium actum, ſcilicet reuocationis: dic quòd quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, præſertim ſi eſt expiratiua iuriſdictionis: puta ſi pronunciauit ſe non iudicem, non reuocatur per iudicem delegatum: quia per eam deſinit eſſe iudex, vt dicto capitul. ſignificantibus. not. docto. in dicto capitul. cum ceſſante. Henric. in capitul. in literis. de offic. deleg. Bartolus in l. quod iuſſit. ff. de re iudica. de Rota. deciſi. 359. & 366. Bartol. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. niſi ſit appellatum ab ea, quo caſu non eſt finita iuriſdictio iudicis à quo, cum poſſit ad ipſum reuerti. ideo poteſt reuocari. ca. dilectus iij. de præben. in parte deciſa. & ibi Ioan. de Imol. dict. deciſo. 77. 89. Panorm. in dicto cap. cum ceſſante. in capitul. dilecti. de ap. & niſi ſit ordinarius qui eam poſſit reuocare, cum ſemper remaneat iudex partium. not. Bal. in dicta l. ſi præſes. Pariter interlocutoria abſolutionis ab obſeruatione iudicij non poteſt reuocari. Angel. in l. j. C. ſenten. reſcin. non poſſ. idem ſi iudex à quo eſt appellatum, detulit appellationi, etiam re integra non poterit delationem reuocare. not. Ioan. Andr. in dicto c. conſtitutus in capitul. cum appellationibus de appel. in vj. in not. in cap. dilectis. & ibi doct. eodem tit. doct. in dicto ca. cum ceſſante. idem in caſu vbi ab aliqua interlocutoria lata per ordinarium appellatur ad ſuperiorem, qui per ſuam ſententiam primam interlocutoriam confirmat, & pronunciat bene pronunciatum, & male appellatum: quia per talem ſententiam interlocutoriam deſinit eſſe iudex cauſæ, & cognitio redit ad iudicem à quo fuerat appellatum: vt in dicto capitul. vt debitus. & licet poſſit dubitari an talis ſententia lata per iudicem appellationis ſit diffinitiua vel interlocutoria, credit tamen Henricus vbi ſuprà eam eſſe interlocu-

Digitized by Google

toriam. ar. no. per Ioan. Mona. in dicto ca. cupientes. §. quòd ſi per. xx. in ver. priuatos. de elec. in vj. vbi bona. gloſ. Guil. in cle. fin. de ap. quod verum quo ad partes. Bald. in authen. hodie. C. de iura. calum. ſed quo ad iudicem dicitur diffinitiua: quia imponit finem controuerſiæ ap. & nihil remanet coram iudice appellationis. Bartolus in conſi. appellatum eſt à ſententia. Baldus in d. l. cum & minores. Paul. de Caſt. conſi. xxvj.

nullatenus † [a] liceat [b] ſecundo [c] appellare * [d].

Friuole aut iniuſte ante diffinitiuam appellans, vltra expenſarum, damnorum, & intereſſe condemnationem, in quindecim florenis aureis de camera parti appellatæ debet condemnari. Iſta non ſunt in lege concordatorum deſcripta, & meritò: quia tanquam ſuperflua videbantur, cum executioni non mandarentur, vt dico infra hoc §. in verbo appellatæ. Probus.

† a ¶ Nullatenus) Id eſt quoquomodo not. Hippolyt. in conc. numer. 37. & ſeq. Probus.

b ¶ Liceat) Ab eadem parte: quælibet enim pars poterit ſemel appellare, per not. in Spe. tit. de ap. §. quotiens. Ioan. Andr. in c. directæ eodem tit. doct. in l. j. C. ne li. iij. appel.

c ¶ Secundo) Sic ſemel tantum appellabitur concor. regula cancellariæ apoſtolicæ ſi. in authen. ſi quis litigantium. C. de epiſ. audien. l. iubemus. l. in offerendis. C. de ap. in authen. eo. ti. §. illud col. iiij. ij. q. vj. anteriorum. §. illud. C. de aſſer. tol. l. j. in princ. de præ. impe. offe. l. ſi quis in authen. de ſan. epiſco. §. ſi quis verò. col. ix. quod no. de Rota deciſio. 387. quòd in cauſa beneficiali appellatio ſemel tantum permiſſa eſt appellante non proſequente, ſed appellato qui obtinuit. à diffinitiua tamen vel interlocutoria habente vim diffinitiuæ, regulariter poterit bis appellari. ar. à ſpeciali huius textus. & cum in eis nihil ſit immutatum. l. præcipimus. C. de appel. ſicut olim. C. ne l. ter. appel. L. j. ij. quæſtio. vj. capitul. ſi quis capitu. directæ. capitul. ſua de appel. Vltra autem binam vicem in illis non licet appellare. quod procedit etiam in ſententijs quæ non tranſeunt in rem iudicatam: licet in illis poſſit de nouo inchoari per viam querelæ. not. in c. fraternitatis de frigi. & male. in c. ad reprimendam de offic. or. vbi Panor. & in c. conſanguinei. de re iudi.

* d ¶ Secundo appellare) Idem ſtatutum reperitur in concorda. iſto tit. in fine, dum dicitur, ab interlocutorijs autem ſecundo, à diffinitiuis verò tertio prouocare non licere decernimus. deinde vltra hanc legem ſubditur hoc modo. Sed volumus ſecundam interlocutoriam conformem, & tertiam diffinitiuam etiam conformem (omni mora ceſſante) executioni debitæ demandari debere, quacunque appellatione interpoſita non obſtante. De ſequentibus autem in hac lege, in eis concorda. nihil ponitur: quia vt dixi in ſummario §. ſequentis, illud erat fruſtratorie appoſitum, cum executioni non mandarentur. P.

Digitized by Google

a ¶ Diffinitiuam) In appellationibus ergo friuolis à diffinitiua non habet locum hic §. quo ad pœnam.
b ¶ Friuole) Quia appellatur à grauamine vel interlocutoria reparabili in diffinitiua, quæ appellatio non tenet. ſuprà titulo primo. ca. j. §. & ne. vel quia in appellatione nulla fuit cauſa expreſſa: vel non legitima, dato quod eſſet vera: vel licet legitima manifeſte falſa: vel iam pronunciatum erat illam falſam, & non appellatum.

Quódque ante diffinitiuam [a] friuole [b], aut iniuſte [c] appellans

c ¶ Iniuſte) Quia interpoſita eſt ex cauſa probabili, ſed falſa. pro quo aduerte, quia appellationum quædam eſt manifeſte friuola, capit. propoſuit. capitu. ad noſtram. de appellat. & in exemplis proxime poſitis. & huic non debet iudex deferre. capitu. paſtoralis. capitu. vt debitus. capit. cum ſpeciali. cap. interpoſita. c. præterea. vbi doct. de ap. Specu. titu. de execu. §. iiij. ver. facta. cum ius eam non admittat. cap. cum ſit Romana. de ap. cum appellationibus eod. titu. in vj. vbi doct. immo ſi iudex ei deferat, venit puniendus: vt ibi habetur. ij. quæſt. vj. §. ſunt etiam quorum. ver. ſi quis. & huiuſmodi appellans ab interlocutoria iniuſta euidenter, non poteſt appellare à diffinitiua. ca. inter monaſterium. vbi doct. de re iudi. clemen. j. de Do. & contu. nec eſt amplius citandus ad proceſſum, tanquam verus contumax & doloſus, quia appellando videtur dicere ſe nolle amplius venire: vt ibidem Innocen. in c. ad petitionem de accuſa. Bartol. in l. eius. ff. de ap. reci. Oldra. conſil. 12. vbi dicit quòd appellans à citatione non eſt citandus ad proceſſum vel ſententiam. Quid autem operetur delatio iudicis facta appellationi friuolæ, legitur & not. in dicto cap. cum appellationibus. in c. cordi. de ap. in vj. ij. quæſt. vj. ad Romanam. in cap. ex literis. de ma. con. contra inter. eccle. doc. in c. de priore. de appel. Quædam eſt latens fruſtratoria, cum cauſa probabilis eſt, ſed falſa; & hæc admittitur à iudice vſquequo veritas pateſiat, ſed à iure reprobatur. viij. diſtinct. veritate. Quædam eſt media, quam Vincentius vocat neutralem, vt quando appellatur ex cauſa quæ non eſt in iure ſcripta: videtur tamen rationabilis, vt ſi dico iudicem forte compatrem aduerſarij. vel quando appellatur in caſu vbi ſunt diuerſæ opiniones: puta quia me compellit reſpondere per literas poſterius impetratas, quæ tamen fuerunt primo præſentatæ: hæc cauſa eſt probabilis, cum ſit dubia, quia circa hoc ſunt diuerſæ opiniones: vt not. in cap. capitulum. de reſcript. in dicto cap. vt debitus. & huic debet iudex deferre: vt dicto cap. paſtoralis. ver. ſed ſi appellans. Innocen. in cap. ſacro. de ſenten. excommun. Baldus in marga. in ver. appellatio. & dicunt doct. in dicto cap. vt debitus quòd in dubio appellationi ſemper eſt deferendum per iudicem à quo. l. in maioribus. C. de ap. niſi vbi periculum eſt in mora. l. fi. ff. de ap. reci. gloſ. & docto. in cap. qua fronte. de appel. Specu. eo. titu. §. in quibus ver. viij. Quædam eſt manifeſtè rationabilis & legitima, vt ea quæ fit ex cauſa in iure expreſſa. de quo per Henric. in cap. peruenit. de ap. Specu. eo. titu. §. nunc dicamus. doct. in cap. paſtoralis. cui appellationi legitimæ ſi iudex non defert, de iure canonico, ſi cauſa eſt criminalis, venit deponendus capitul. decreto ij. quæſtio. vj. ſi eſt ciuilis mittendus ad ſuperiorem puniendus pœna arbitraria. d. cap. de priore. vbi gloſ. & doct. ar. cap. de cauſis. de offic.

Appellationi friuola non eſt deferendum.

Appellatio quædam eſt fruſtratoria latenter.

Appellationi in dubio eſt deferendum.

Digitized by Google

Appellationi non deferens qualiter punitur.

deleg. ſed de iure ciuili ſi cauſa eſt ciuilis, punitur in xxx. pondo. i. libris auri. l. quoniam iudices. C. de ap. ſi eſt criminalis, tunc debet digno ſupplicio puniri. l. à proconſulibus. C. de ap. & ſic pœna erit arbitraria: vnde poterit iudex arbitrari pœnam corporis afflictiuam quæ eſt maior (quantumcunque minor) quàm pœna pecuniaria in perſona honeſta. l. in ſeruorum. ff. de pœ. vel pœna erit iuxta. l. lege Iulia. ij. ff. ad legem Iuliam de vi. publi. ad hoc. l. lex Iulia. §. fi. ff. ad legem Iuliam repe. quam alleg. Bald. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſ. rup. & irri. teſta. vbi per eum Baldus in. l. addictos. C. de epiſco. audi. vbi dicit quod punietur iudex capitaliter, qui ſententiam capitalem poſt appellationem executus eſt, quia paria ſunt occidere innocentem, & occidere eum qui fugit ad iuſtam iuris defenſionem. d. l. lege Iulia. niſi appellatio eſſet manifeſtè friuola, quia ſponte confeſſus fuit & teſtibus ſuperatus. Vel crimen eſt notorium, tunc iudex non debet admittere appellationem: ſed ſtatim debet fieri executio, & maximè in enormibus. l. prouinciarum. C. de feri. l. cum reis. C. de pœ. d. l. ſi quis. & quod ibi not. doct. Ange. in tract. de cri. ad fi. in ver. præſente. in materia appellationis. vbi tamen appellatio fieret ab interlocutoria, ei etiam continenti cauſam non tenetur iudex à quo deferre, niſi fiat inhibitio per iudicem ad quem. cap. non ſolum. de ap. in vj. Innocen. in c. paſtoralis. de of. deleg. Baldus in marga. in ver. iudex ſi tamen iudex à quo detulerit appellationi, ipſemet tunc ſibi inhibet deferendo. Bartolus in l. eius qui ff. de ap. reci. in l. intra vtile. ff. de mino. Sed de conſuetudine Franciæ in patria conſuetudinaria & foro ſeculari omni appellationi defertur. (*)

vltra [a] condemnationem expenſarum [b],

Appellationi cuilibet defertur.

(*) Et hæc eſt præcipua cauſa quòd in curijs ſupremis reperiuntur proceſſus infiniti nunquam finem accepturi, tum propter paupertatem partium, tum propter maximam difficultatem habendi audientiam, propter quod multi iuri ſuo coguntur renunciare, aut pro derelicto illud habere, in quo non conſiſtit iuſtitia. P.

Proceſſus infiniti quare ſunt in curijs ſupremis.

a ¶ Vltra) includit, in l. cum vltra. C. de non nu. pe. vt ſi vltra dolia legatur vinum, videntur etiam legata dolia. l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. infra de num. & qua. car. capit. j. Bartolus in l. qui ita. ff. de Do. præ. capitul. Raynutius. ibi, vltra dotem. vbi doc. de teſta. doc. in capitul. literæ. de dila. Paulus de Caſt. conſi. 108. Baldus latè in c. j. de du. fra. de no. bc. inue. interdum non includit, vbi additur rei à iure prohibitæ. ad hoc gloſ. ſing. in clemen. j. de vſu. (*) quæ dicit quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd nullus accipiat pro vſura vltra duos denarios pro libra in menſe, ſtatutum non videtur permittere vſuras quo ad duos denarios. quam gloſ. alle. Bald. in authen. ad hæc. C. de vſu.

Vltra includit & excludit.

(*) In verbo facere, illam dicit ſingularem Barba. in capitul. Raynutius, col. iiij. de teſta. ad hoc quòd licet dictio vltra, proprie ſtet incluſiuè, vt ibi: tamen fallit quando reſultaret abſonus intellectus & iuri contrarius. P.

b ¶ Expenſarum) (*1) in quibus ſemper condemnatur appellans, ſi ſuccumbit in cauſa appellationis concord. ij. quæſtio. vj. omni modo. cum ibi not. l. ab executore. C. quo. appel. non re. l. eos. §. ne temerè. de ap. vbi Bald. capitul. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. capitul. vt debitus. vbi doc. capitul. ſæpe. capitul.

Appellans ſi ſuccumbat, in expenſis condemnatur.

Digitized by Google

reprehenſibilis. capitu. Nicolao, de ap. cum ſimi. Innocen. in ca. fi. de dolo & contu. Bart. in l. tutores. §. tutores. ff. de admini. tuto. Baldus in l. fi. C. quando prouo. non eſt ne. gloſ. in l. fi. ff. de re iudi. niſi probabilis cauſa in facto vel in iure excuſaret appellantem, quod iudex boni ingenij ſuo arbitrio æſtimabit. l. iij. §. ſi rem. ff. de leg. ij. l. qui ſolidum. §. etiam vbi Bartolus quia aut in cauſa appellationis fuit iudicatum ex antiquis actis, & ſuccubuit appellans: tunc condemnatur in expenſis, quia habebat præſumptionem contra ſe, cum reportauerit ſententiam contrariam in prima inſtantia, pro qua ſemper præſumitur. l. Herennius. in fi. cum ibi no. ff. de euic. l. Bebius. de pac. do. no. cap. ignorantia. de reg. iu. in vj. Ioan. Andr. in capit. in præſentia. de renun. Panormit. in c. cauſam de re iudi. vnde dicit Baldus in addi. Specu. de ap. ver. qui appellat, quod appellans præſumitur habere malam cauſam: hoc limita niſi probabilis cauſa excuſaret appellantem, vt quia habebat pro ſe opinionem communem, quæ non erat euidenter iniuſta, vel erat dubium circa intellectum legis multipliciter intelligibilis, & doc. (* 2) erant varij: vnde licet vnus iudex iudicaſſet contra eum, non tamen ſtatim debet quieſcere data tanta dubitatione: & ſic in ſi. ar. op. in l. regula. ff. de iuris & facti ignoran. in cap. j. de elec. lib. vj. in fine. pro hoc text. cum gloſ. in cap. ſacro. de ſenten. excommunica. vbi doc. de tranſ. præla. cap. ij. in fi. de diuor. gaudemus. in fi. ff. de requiren. hære. l. Clodius. vbi Bartolus etiam ſi habeat opi. vnius doctoris non reprobatam, excuſatur ab expenſis. not. ſuprà de col. cap. j. circa. princ. doct. in c. vt debitus. de appella. Bal. in cap. veniens j. de teſti. Spec. tit. de exped. §. nunc videndum. vel ante litem motam habuit pro ſe conſilia ſigillata à doctoribus. Bal. in l. generaliter. C. de iureiurando. aut habuit aliam cauſam probabilem ad arbitrium boni iudicis. de quo latè Berta. in reper. in ver. expenſarum condemnatio. ar. cap. de cauſis. de offic. delega. l. ij. ff. de iure delibe. Baldus in dicta l. generaliter. in l. j. de aduo. diuer. iu. vbi dicit quòd præſumitur habere iuſtam cauſam litigandi ille qui probauit per teſtes, qui poſtea ſunt reprobati ratione perſonæ, quia inhabiles, vel aliàs infames, vt vult Specu. titu. de calum. in fi. & ſuccedens alteri dicitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ, vt euitet condemnationem expenſarum, ad hoc capitul. cum quis in ius. cum concord. de regu. iuris in. vj. niſi appareat per inſtrumenta producta aut aliàs non habere iuſtam cauſam proſequendi, & nihilominus proſequitur, tunc non excuſatur ab expenſis. l. ſi quis inficiatus. ff. depo. cum ibi not. per Bartolum, aut appellans reportauit contrariam ſententiam ex nouiter deductis per appellatum: puta cum eſt appellatum à diffinitiua, in cuius cauſa appellationis non allegata allegantur, & non probata probantur. l. per hanc. C. de tempo. ap. capitu. fraternitatis de teſti. cap. cum Ioannes de fide inſtrumen. Aliud in cauſa appellationis ab interlocutoria quæ iudicatur ex antiquis actis, clemen. appellanti. de ap. & in caſu. d. videtur quòd appellans debeat euitare condemnationem expenſarum, cum iuſtè appellauerit, & obtinuiſſet niſi fuiſſent probationes de nouo factæ. Bart. in dicto §. tutores. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudi. in dicta l. generaliter. Ioan. Andr. in dicta regula, ignorantia. de Ro. deciſ. 255. Pau. de Caſtro conſil. 89. hoc putat verum Panor. in ca. finem de dolo & contu. niſi habuiſſet iuſtam cauſam litigandi ſuper toto; tunc enim non excuſaretur, licet habuerit iuſtam cauſam.

Præſumitur contra victum in prima inſtantia.

Conſilia doctoris habere ſigillata ante litẽ prodeſt.

Ignorãtiæ iuſtã habet qui alteri ſuccedit.

Digitized by Google

appellandi habito reſpectu ad probationes, ex quo habuit iniuſtam cauſam litigandi habito reſpectu ad cauſam: puta, petebam à te decem cauſa mutui, quæ verè tibi mutuaueram: negaſti, induxi teſtes ad hoc probandum, qui non plenè probauerunt mutuum: iudex tamen ſequendo dictum illorum, condemnauit te: tu appellaſti, quia iudex fuerat ſecutus probationes minus plenas: ego in cauſa appellationis produxi inſtrumentum debiti, & ſic iudex propter hoc inſtrumentum confirmauit ſententiam, non video cauſam quare non debeat te condemnare in expenſis tam primæ quàm ſecundæ inſtantiæ, cum temere & calumnioſe litigaueris, licet ſententia fuerit iniuſte (*3) lata contra te propter probationes non plenas. habent enim hic locum iura dicentia temere & calumnioſe litigantem condemnandum in expenſis. cap. calumniam. de pœ. cum ſimi. quia non debebat appellare, ſi ſciebat ſe iniuſtam cauſam fouere. Aduerte circa prædicta quòd vbi quis obtinet ex nouiter productis dolo vel culpa aduerſarij ceſſante, ſiue ex iure ſuperueniente pendente iudicio, debet condemnari in expenſis factis vſque ad illud tempus, niſi aliàs habuiſſet probabilem cauſam litigandi. ff. de pigno. act. l. ſi rem. §. fi. d. l. ſi quis inficiatus. Panor. in ca. Domin. de ſecund. nup. & de materia expenſarum not. Archid. in dicto c. omnimodo. Spec. omnino titu. de expen. gl. & doc. in dicto c. finem. l. ſancimus. C. de iudi. in d. l. properandum. Bal. latè in d. l. generaliter.

damnorum a

Calumnioſe litigans in expenſis cōdemnatur.

(*1) Quæ ſi plures ſunt partes victrices, inter eas diuiduntur, argu. not. in c. ſi. vbi Domi. de pœniten. & remiſ. in vj. quòd quando certo actui aliqua deputatur ſumma pro eius exercitio. ſiue ille actus per vnum exerceatur, ſiue per plures, ſumma non multiplicatur, ſed diuiditur inter eos. faciunt not. per Bar. & Ioan. de Imola, in l. hoc articulo. ff. de hæredi. inſtitu. & Alexand. in l. qui filiabus. §. j. de lega. j. Probus.

Quando excuſetur male intelligens ius.

(*2) Inquit enim Car. poſt tex. not. ij. c. fi. ne cleri. vel mo. quòd propter varietatem opinionum excuſatur ius male intelligens, quod placet Fely. in c. nam concupiſcentiam. ver. Quinto limita. de conſtitutio. Ideo dicit Imo. in c. per veſtras col. ij. de ſimo. quòd non eſt peccatum male intelligere canonem, cum ſit de iure poſitiuo. Meminit Panormi. in c. cum poſt. nume. 4. de electio. pro quo alia adducit Aureol. apud Guil. in c. j. de ſententia excommunic. in vj. vbi inuehit contra vnam beſtiam, qui contra deciſionem. d. c. j. tulit ſuſpenſionis ſententiam, ſic errauit in iure claro, ſecus ſi in iure dubio. quod probat Fely. poſt. alios in d. cap. per veſtras. Probus.

(*3) Etiam quis condemnatur ſemper in expenſis contumacialibus, ſiue malam, ſiue bonam foueat cauſam. l. properandum. & l. ſancimus. C. de iudic. quod proſequitur Guil. Benedic. in repeti. cap. Raynutius, in verbo mortuo. j. nume. 170. de teſta. facit gloſ. infrà hoc §. in verbo condemnetur. col. iij. ver. Sed quæretur, an ſi victus. Probus.

a ¶ Damnorum) Sic appellatione damnorum non veniunt expenſæ, cum hic ponantur tanquam diuerſa. (*) capi. in noſtra. de iniur. not. in capitul. ſi canonici. de offic. ordi. in vj. Bartolus in l. j. & iij. ff. de ali. mu. iu. Baldus in l. terminato. C. de fruc. & li. ex. quod verum in materia ſtricta. quia ſtricto modo damnum eſt diminutio

nutio

Digitized by Google

nutio patrimonij per alium facta, l. iij, ff. de damno infecto, ideo in ſtatuto de quo in dicto cap. in noſtra, quod erat alteri præiudicatiuum, appellatione damni non venit expenſa quam propria voluntate quis facit, licet forte coactus: in materia tamen fauorabili vel neutrali appellatione damnorum veniunt expenſæ, quia damnum dicitur diminutio patrimonij, quod expenſæ minuunt, ff. de impen. in re. do. fa. l. quod dicitur, & diminutum dicitur quod de hæreditate exit, ff. de peri. hære. l. deperditum eſt, bonum arg. pro hoc in l. ſancimus, C. de iud. in authen. ei qui C. de bo. auct. iu. poſ. no. Archidiac. ij. quæſt. j. in primis. Henric. in dicto cap. in noſtra. Alij dicunt quòd in contractibus non veniunt expenſæ: vt d. c. in noſtra, cum in contractibus ſtricta fiat interpretatio, (* 2) l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. ob. in iudiciis ſecus, cum fiat in eis longa interpretatio, l. ſi quis intentione, ff. de iud. Bald. in repe. l. j. C. vnde vi, idem in vltimis voluntatibus in quibus largiſſima fit interpretatio, cap. cum dilectus, de dona. appellatione tamen damni non venit precium, argu. l. adeò, §. ex diuerſo, ff. de act. re. do. l. quibus diebus, §. ij. & ibi Bar. ff. de con. & demon. vbi ſi teſtator legauit prædium Titio ſi expenſas in eo factas ſoluerit hæredi, non intelligitur de expenſis factis pro prædio habendo, & ſic non venit precium rei. Bal. in dicta, l. terminato. Bar. & Bal. in rub. C. de verborum ſignifica. Et not. ex hoc tex. appellantem iniuſtè ante diffinitiuam condemnari non ſolum in expenſis, ſed etiam ad damna & intereſſe appellato, concord. d. l. ſancimus, vbi dicit Cy. quòd in expenſis quæ fiunt ratione contumaciæ, non ſolum veniunt expenſæ factæ in lite, ſed etiam damna illata in rebus quæ diminuunt patrimonium, & damna lucri ceſſantis, quæ ſuſtinuit præſens: vt quia propter litis aſſiſtentiam oportuit dimittere terras incultas: vel erat artifex, & perdidit lucrum artis ſuæ, per dictam legem ſancimus, quæ mandat omnia damna reſarciri. Idem do. Anto. & moder. in cap. finem, de do. & contu. vbi latè per eos per moder. in cap. j. de do. & contu. in vj. idem in expenſis ratione retardati proceſſus: vt quia per dolum partis lis eſt vltra modum protracta, per dictum cap. finem, l. non ignorat, C. de fruct. & litium expenſis, quod vult Barto. in vtroque caſu, in l. j. ff. de ali. iu. mu. cau. idem in expenſis factis in cauſa appellationis ante diffinitiuam per hunc tex. Sed in expenſis quæ fiunt ratione victoriæ, quæ præſtantur in fine litis, non veniunt damna extrinſeca, quia ſunt extra litem, ideo iudicis officium ſe ad hoc non extendit: vt no. voluit gloſ. in dicta l. j. quam inſequitur Barto. & Cy. in dicta l. ſancimus, moder. in dicto cap. finem. Pone quòd propter abſentiam cauſa litis latrones ingreſſi ſunt domum abſentis, & multa ſunt furati, quæ non fuiſſent ſubtracta ſi fuiſſet præſens: hæc damna non ſunt reficienda, quia non ſunt damna intrinſeca eiuſdem litis, nec veniunt officio iudicis, ſed veniunt per aliud accidens ſeparatum à lite, ar. ff. de fur. verum l. penul. ff. ad exhibendum, l. inter cauſas, §. non omnia, ff. mandati, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de actionibus emp. prædicta limitant docto. vbi ſuprà, niſi ſint damna perſonalia, vt quia propter aſſiſtentiam litis non potuit exercere artem ſuam, nam iſta non ſunt extrinſeca à lite. Idem tenet Specu. tit. de expen. §. finali. ver. quid ſi victor artifex, gloſ. in l. ſi procurator, ff. rem ratam haberi, & idem Barto. quidam tamen, vt Odo. in dicta l. ſancimus, & recitat Ioan. Andr. in addi. Spec. vbi ſuprà, videtur velle hoc reſtringere ad expenſas victus tantum, quas ex artificio lucratus fuiſſet, alleg. ff. de vſu. l. qui ſemiſſes, de rei ven. ſi

Damnum dicitur patrimonij diminutio.

Precium appellatione damni non venit.

Damna extrinſeca non ſunt reficienda.

res.Primum tamen dictum plus placet Panorm.in dicto ca.finem. In expenſis etiam veniunt expenſæ cibariorum, capit. cum dilecti de dolo & contuma. vbi Papa condemnauit contumacem ad expenſas quas fecit aduerſarius pro cibariis, & aliis ad vitam neceſſariis, ad idem cap.auditis, de procu. Detrahi tamen debent expenſæ quas domi feciſſet,no.Specu.titu.de expen.§.ſi.ver.item de condemnatione, pro hoc l. ſed ſi hæreditas,cum ibi no.ff. ad exhiben.

& intereſſe [a], in quindecim [b] florenis aureis de camera [c] parti appellatæ [d]

gloſ.in capit.ſtatutum,§. inſuper, de reſcr. in vj. docto. in dicto capit. finem, gloſ.& doct.in l.properandum,C.de iud.Bar.in l. eum qui temere,ff.de iud. Bal.in marga.in ver. expenſæ. Qualiter autem probentur expenſæ & damna,gloſ.& docto.in capitu.dilecti,de fo.compe.in capit. fina. quod metu cau.in dicto capit.finem. Specu.titu.de expen. §. fina. & de fruct. & intereſſe, §.fina.

(*1) Facit regula vulgata, quòd diuerſitas terminorum denotat diuerſitatem rerum in effectu,l.ſi idem,C.de codicil.Panor.poſt tex.ibi in c.ad audientiam, no.ij.de deci.tex.in c.omnino,xxxj.diſt. Probus.

(*2) Maximè in renunciatione, vt probamus in tractatu penſio. parte quarta, quæſt.iiij. Probus.

a ¶ Et intereſſe) De materia intereſſe, no.in l.j. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſſe profe.vbi Cy. & Bar. Specu. titu.de fruct.& intereſ.§.nunc dicamus, & ij.§. ſequen.vbi Ioan.Andr.in addi.latè per Car. flo. in cap. ſacro. de ſenten. excommunicat.

b ¶ Quindecim) Regula cancellariæ condemnat in xx.

c ¶ De camera.) Quod eſt ad noſtram monetam ad xv.ducatos, aut circiter. (*)

(*) Non dicas circiter, quia tantum, nec plus nec minus valet in curia Romana florenus,quàm ibi (etiam in Gallia) ducatus. P.

Pœna ſi à lege imponitur, cui applicatur.

d ¶ Appellatæ) Sed ob.l.ij.C.de epiſcopa.audien.vbi pœna quinquaginta librarum in qua condemnatur clericus iniuſtè appellans,erogatur pauperibus,l.illa in ſuo caſu loquitur, hîc aliud expreſſè cauetur. Sed vbi lex ſimpliciter imponeret pœnam,non exprimens cui ſit applicanda,videtur quòd fiſco applicetur,C.de ſacroſanctis Eccleſiis,l.iubemus,§.his quoque, ſecus quando pœna imponitur per modum pactionis, quia tunc venit applicanda parti, ff. ex quibus cauſis infa. ir. l. j. idem ſi imponitur propter intereſſe priuatum,in dubio applicatur parti, l.ſi. ff.de leg.de quo per Innocentium in c.Odoardus,de ſolu.Bart.in l.agraria,ff.de termino moto.Ioan. And. in addi.Specu.tit.de dolo & contumacia,§.reſtat,circa principium. Baldus in dicta l.ij. Ang.in auth.vt nulli iudicum,§.quoniam,colla.ix. Et no.quòd ſecundum leges calumnioſe appellans vltra condemnationem expenſarum condemnatur in quinquaginta libris auri: vt dicta l.ij.l.ab executore, C. quo. ap. non re. & in cauſa criminali perdita lite notatur infamia,l.à proconſulibus,C.de appella.& ſentit gloſ. in cap. ad Romanam,ij.quæſt.vj.Io.Andr.in cap. vt debitus, de ap. quòd prædictæ pœnæ legales habeant locum de iure canonico, ex quo non reperiebatur olim contrarium diſpoſitum de iure canonico. (*1) Sed Panormitanus ibidem contra per cap.ij. de

Digitized by Google

appellatio. vbi Papa tantummodo redarguit temere appellantem, fa. cap. reprehenſibilis, eodem titu. & dicto capitu. vt debitus, vbi ſimpliciter Papa mandat temere appellantem condemnari in expenſis. (* 2) Et hanc opinio. tenet gloſ. in l. j. ff. à quibus appellare non licet, ſentit Cy. in l. eos, vbi Bal. C. de appellatio. Specula. eod. titu. §. nunc dicamus, in princ. Bal. in dicta l. ij. Panormita. tamen latius diſtinguit in dicto cap. ij. aut quis temere appellauit, & punitur de iure ciuili: vt in l. alleg. quæ non requirunt in hoc calumniam, ad idem, l. quiſquis, C. quo. ap. non re. quæ eſt, ij. quæſtio. vj. prope finem, cap. ſi quis auſus, ſed de iure canonico talis non punitur, (* 3) niſi in expenſis, ſed ſi non eſt ſoluendo, poteſt puniri in corpus: vt dicto cap. reprehenſibilis, cap. finem, de dolo & contuma. cap. j. de electio. in vj. puta tamen quòd pœna alia extrinſeca poterit puniri ſi iudici videbitur, ar. ca. frequens, de teſtim. ſpo. in vj. l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expen. niſi appellans haberet iuſtam cauſam appellandi, quia tunc excuſatur à pœna & emenda, dicto cap. j. de electio. in vj. in fin. cum ibi no. ad hoc no. per Bar. in l. ij. C. ſi ſeruus vel libertus ad de aſ. lib. x. Ioan. Andr. in cap. cum dilecti, de elect. quod relinquitur arbitrio boni iudicis, vt de expenſis dictum eſt ſuprà, de quo Bal. in dicto l. ij. de epiſcop. au. vel niſi inops, quia propter inopiam ei pœna temeritatis remittitur, per no. in dicto cap. reprehenſibilis, & ibi Bal. aut quis calumnioſe appellauit, & tunc in præſumpta calumnia idem dicendum eſt quod ſuprà, nam eo ipſo quòd appellans ſuccumbit, præſumitur calumniatus: vt probatur in dicto cap. j. ad hoc cap. fina. cum ibi no, de calum. quod no. Barto. in l. finali. ff. de re iudi. & ſatis probatur in dicto cap. j. quòd de iure canonico non habent locum prædictæ pœnæ legales: nam ibi pro præſumpta calumnia imponitur alia pœna, & in certo caſu tantum, ſcilicet cum quis deficit in probando quod obiecit in perſonam electi, aut quis poteſt conuinci de calumnia ex perſpicuis coniecturis, vel quòd cauſa contemptus appellauerit, & tunc puniri debet de iure canonico, pœna tamen arbitraria, ad hoc c. cum parati, de appellatio. ſecundum vnum intellectum, nam calumniæ delictum non debet remanere impunitum etiam de iure canonico. cap. calumniam, de pœnis, & de calum. per to. ſed hodie per hunc textum friuole vel iniuſte appellans ante diffinitiuam, punitur pœna pecuniaria in xv. flore. auri: qui tex. bene probat quòd de iure canonico non habent locum prædictæ pœnæ legales, cum pro temera appellatione imponatur alia pœna, & in certo caſu tantum, ſcilicet in appellatione ante diffinitiuam, & poteſt etiam iudex talem appellantem ab interlocutoria fruſtratorie, vt contumacem mulctare, capitu. ſolicitudinem, vbi Panormita. de appella. & ad vlteriora procedere, ſi ſtatus cauſæ patitur, capitu. ij. de dolo & contumacia, in vj. nec poterit huiuſmodi appellans poſtea appellare à diffinitiua, ſi fuerit eius appellatio ab interlocutoria manifeſtè friuola, not. ſuprà in verb. non habente. Ioan. Andr. in capitu. decem, de appella. gloſ. in clemen. conſtitutionem, §. inſuper, de electio. De ſtylo autem Parlamenti dum appellatur à ſententia lata in patria iuris ſcripti, appellans qui ſuccumbit, nullam debet emendam: ſecus ſi ſententia eſſet lata in patria conſuetudinaria, quia appellans ſuccumbens ſoluit ſexaginta libras pro emenda, niſi vbi pronunciaretur in parte bene, & in parte male pronunciatum,

Appellans ex iuſta cauſa excuſatur ab emenda.

Appellans ſi ſuccumbat, ſoluit lx. libras pro emẽda.

Digitized by Google

tunc nullam debet emendam: hoc enim caſu appellans non condemnatur in expenſis, ſed fit hinc inde compenſatio expenſarum, arg. ca. Raynutius, ca. Raynaldus, de teſt. ca. cum Ioannes, de fide inſtrumen. vbi iudex qui in vno confirmat ſententiam & in alio infirmat, non condemnat in expenſis. Barto. in authenti. nouo iure, aliàs hodie. C. de iudiciis, vbi dicit hoc caſu fieri compenſationem expenſarum, ſi vterque habuit iuſtam cauſam litigandi, vel ſi quilibet obtinuit in dimidia. Sed Baldus dicit in dicta l. cos, §. cautione, quòd in articulis ſeparatis, ſi quis vicit in vno articulo, & in alio vincitur, debet condemnari in expenſis, ſed in connexis debet inſpici quis habet ſententiam pro. & ille dicitur victor, alter dicetur victus qui debet condemnari in expenſis, de quo Speculator. tit. de expenſis, §. nunc videndum, circa finem, per Innocentium, & doct. in ca. finem, de dolo & contumacia. Panormita. in ca. j. de plus peti.

per appellationis iudicem

(*1) Iſtud firmo latè in tractatu deuolutio. præludio vij. vbi idem dico econtra. Probus.

(*2) Quicquid fuerit diſpoſitum hic non fuiſſe viſum per nos, aſſerimus quod appellans condemnatus fuerit erga partem ſuam in hanc quindecim florenorum emẽdam: ſed iudices Galli Eccleſiaſtici (ad quos lex hæc eſt directa) ius commune ſemper ſunt ſecuti, videlicet ius canonicum, quod eſt ius curiarum Eccleſiaſticarum, non ius ciuile, niſi ius canonicum reperiatur deficere: ideo per concor. nihil in eo reperitur diſpoſitum, ſed in ſilentio poſitum. P.

Pœna à iure non impoſita non venit ab inferiore imponẽda.

(*3) Ergo alia pœna non debet puniri: quia non poteſt imponi pœna quæ per legem non eſt impoſita, niſi per habentem poteſtatis plenitudinem, inquit Caſſado. deci. 3. col. vij. titu. de teſta. alleg. gloſ. in ca. bonæ, ij. de electio. & Panor. in ca. cum venerabilis, de excep. & Alexan. in conſi. ciij. volu. j. Dicimus enim quòd debemus eſſe contenti pœna legis. Probat Barba. in rubri. de poſtula. præla. numero 12. Probus.

a ¶ Iudicem.) Concor. ca. vt debitus, de appella. ca. ſignificauerunt, de teſtibus, ca. cum appellationibus, de appella. in vj. Sed obſtat ca. cordi. eodem tit. & lib. vbi appellans iniuſtè remittitur ad primum iudicem per eum in expenſis condemnandus. Solutio, is qui appellat contra formam illius ca. cordi. vel facit in aliquo contra eam, mittitur ad primum iudicem in expenſis condemnandus, hoc enim caſu non reputatur appellans, vt ibi. & ideo iudex appella. tanquam iuriſdictione carens non condemnat, ſed remittit ad priorem. vt ille condẽmnet. ſed in caſu huius tex. & concord. appellans friuole vel iniuſte, reputatur appellans: quamuis ex poſt facto appellatio friuola vel iniuſta appareat. & ideo iudex appella. condemnat. Quidam tamen exponunt in dicto ca. cordi. condemnandus, id eſt condemnatus, vt concor. cum iuribus alleg. ſed primum placet. Specul. titul. de expenſis, §. iuxta, aliàs incipit ſi autem, ver. vij. Dicunt autem Ioannes, Andr. & doct. in d. c. cordi. quòd ſi appellans fuerit proſecutus appella. debet condemnari in expenſis per iudicem appellationis, ſed ſi non fuit proſecutus, poteſt à quolibet condemnari. Baldus in l. eos, C. de ap. notat in ca. ex parte de reſcrip. in ca. reprehenſibilis, de appella. vbi doctores & bene pro. per hunc textum iuncto capitul. cordi. Sed quis habebit exequi ſen-

Digitized by Google

tentiam condemnationis expenſarum, de qua hic? Iudex à quo, cum ad eum fiat remiſſio. not. Specula. titul. de ſententia excommunica. §. ij. ver. quid ergo. & idem Baldus ibidem, faciunt notata in l. furti. ff. de his qui notan. in capitu. paſtoralis, in verbo diſcuſſa. de offic. delegat. & dicit Ioan. Andr. in additio. Specu. titul. præalleg. quòd ſi iudex appellationis non condemnaſſet in expenſis, primus

condemnetur [a]. iudex à quo non condemnabit niſi in fine litis, not. Specul. titul. de expenſis, §. nunc videndum, ver. quid ſi iudex.

Expenſarii condemnatio ſi omittatur, an poſſit victor appellare.

a ¶ Condemnetur.) Et ſi iudex omittat condemnare, vel minus ſufficienter condemnet, poterit victor appellare. Innocen. in ca. ſæpe. de appellat. Bartolus, in l. ab executore, ff. eodem titu. Innocen. in ca. ſuper eodem quod metus cauſa. Bartolus & Baldus in l. fina. C. quando prouoc. non eſt neceſ. niſi vbi victus appellauit, tunc enim non poſſet victor appellare ex ſola omiſſione condemnationis expenſarum: quia per appellationem aduerſarij poteſt conſequi reformationem expenſarum: ideo ex quo poteſt intentum ſuum conſequi ſine appellatione, non debet appellare iudicem dehoneſtando: quod procedit etiam ſi pars victa appellauerit, & appellationem non proſequitur, eſt enim ius acquiſitum appellato, vt poſſit illam inuito (*1) appellante proſequi. & iſte verus caſus dicta l. fina. de Rota deciſi. 18. Specul. titul. de appella. §. in quibus, ver. xxxiiij. & ibi Ioan. And. in additio. nam appellatus poteſt proſequi appellationem pro ſuo intereſſe: licet ſit deſerta appellatio per appellantem, vel ei renunciauerit, l. fin. C. de appella. vbi docto. Bartolus, in l. ſi quis libellos, eodem titul. moder. in clemen. ſi appellationem, de appella. in ca. ex parte in ca. interpoſita. eodem. titul. in ca. fi. de crimi. fal. prædicta limitat Domin. Andr. in ca. ſignificauerunt, de excep. quando fuit omiſſa expenſarum condemnatio. ſi autem ſit lata condemnatoria contra reum, & abſolutio expenſarum pro eo: tunc oportet victorem appellare ſi vult expenſas conſequi: quia non poſſet releuari ex appellatione aduerſarij, cum per illam non ſuſpendatur abſolutoria ab expenſis, & ſic dicit poſſe intelligi dictum capit. ſignificauerunt, iuncta gloſ. Sed Panormi. non videt differentiam inter hunc caſum & præcedentem: quia quãdo iudex condemnat minus ſufficienter, videtur partem abſoluere à reliqua parte, vbi non fuit petita certa quantitas, l. prima. C. ſi aduerſus rem iudicatam, ſecundum vnum intellectum qui communiter ibi tenetur. not. Innocen. in capit. cum inter. de re iudicata. Baldus in authen. generaliter, C. de Epiſcopis & clericis, in hoc tamen diſtinguit: quia aut victus appellat à ſententia quatenus erat contra eum duntaxat, & tunc oportet victorem appellare reſpectu expenſarum, ſiue iudex omiſerit condemnationem expenſarum, ſiue abſoluerit: quia cum tot in effectu ſint ſententiæ quot ſunt articuli. l. etiam, ff. de minoribus, not. in ca. ij. de ordine cogn. licuit victo appellare, quatenus ſententia facit contra ſe. & per conſequens non reperitur ſententia ſuſpenſa: niſi quatenus facit contra victum appellantem, & ideo niſi victor appellet, non poterit pro ſe aliquid dicere. facit quod not. in ſi. c. cum olim. de cenſi. & quod habetur in dicta l. etiam aut victus ſimpliciter appellat à ſententia: & tunc indiſtinctè poteſt victo reformationem expenſarum conſequi. & ſimplex appellatio à ſententia ſuſpendit totam ſententiam, licet contineat plures articulos.

Appellatio à parte vna ſententiæ fit.

Appellatio ſimplex totam ſententiam ſuſpẽdit.

ca. Raynaldus, ca. Raynutius, de teſta. dicta l. fina. de appel. ſic intelligit & reſtringit Panormit. dicta l. fi. quando prouo. non eſt neceſ. Item limita prædicta vbi per victorem fuerunt petitæ expenſæ, hoc etenim caſu ſi iudex requiſitus omiſit condemnationem expenſarum, facit litem ſuam, & tenetur parti læſæ. l. properandum, §. ſiue autem alterutra. vbi Bartolus, & Baldus, C. de iudi. gloſ. in dicta l. fina. quando prouo. non eſt neceſ. Bartolus in l. iiij. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto. notat. in ca. finali, de reſcriptis, in gloſ. in l. finali. C. de fru. & li. ex. poterit tamen repetere ab ea quæ debuit codemnari. not. Baldus, in l. j. C. de ſuſ. dicit eſſe caſum in l. miſſi opinatores, C. exact. tribu. lib. x. Et poterit iudex principalis qui victum interlocutoria non condemnauit, in expenſis eum condemnare in diffinitiua, & ante diffinitiuam etiam poſt decem dies ab interlocutoria. not. Innocen. & docto. in dicto capitu. ſæpe. & tunc non poterit appellare: quia intelligitur executio ſententiæ primæ, hoc modo limita. l. Paulus, ff. de re iudicata. gloſ. magna. in l. ſi cum exceptione, §. hæc autem actio. ff. quod metus cauſa. Panormi. in ca. j. de ſequeſtrati. latius per eum in ca. finali de dolo & contuma. Si autem expenſæ non fuerunt petitæ per victorem, non poterit appellare propter omiſſionem condemnationis expenſarum, ratione grauaminis: quia iudex non tenebatur condemnare in expenſis ſine petitione, ſiue venirent iure actionis ſiue officio iudicis: quia iudex non tenetur impendere officium ſuum ad commodum priuatum ſi non poſtulatur. (*2) vt dicta l. iiij. §. hoc autem iudicium, vbi Bartolus, notat Innocent. in ca. ad noſtram, ij. de iureiurando. Bar. & Bald. in d. l. properandum, ideo communiter dicitur, quòd ſi iudex omittit cõdemnationem expenſarum, quia non fuit petitum, non tenetur reſarcire de ſuo. ſecus ſi fuit petitum, vt dictum eſt, & quòd non poſſit appellari quando expenſæ non fuerunt petitæ, ſentit Specula. in dicto §. in quibus, ver. ſed quid ſi victus, imputet enim ſibi quòd non petiit: magis enim debuit ſibi proſpicere quàm expectare proprium motum iudicis, nam vbicunque poteſt aliquid iudex facere ex officio ſuo, ſi non facit, non poteſt ex hoc appellari, dictum eſt no. Specul. in tit. de offic. iudi. §. impedit, ver. quid ſi iudex. no. doct. in c. exceptionem, de excep. no. ſuprà ti. j. ca. j. §. & ne. in verbo iuſtitiæ, ſi ergo iudex non tenebatur condemnare in expenſis vbi non fuit petitum: ergo in omittendo condemnationem earum non grauauit: ita nõ poterit appellari ratione grauaminis, ſed pro reformatione ſententiæ poterit appellari: iuxta regulam in cauſa appellationis, non oppoſita opponam, & non probata probabo. l. per hanc, C. de temp. appel. de quo latè Panormita. in dicto ca. finem, & in dicto capitu. ſignificauerunt. Sed quæritur, an ſit victus in interlocutoria, finaliter obtineat in principali, nunquid recuperabit expenſas quas ſoluit? non, (*3) quia illas ſoluit propter culpam ſuam: vnde ſibi imputetur. capitu. damnum, de regulis iuris, in vj. no. Speculat. titulo de expenſis, §. nunc de expenſis, ver. cæterum. Bartolus in l. ſi pignore, ff. de pignora. actio. in l. damni. §. cùm paries, ff. de damno infecto. docto. in dicto ca. finem, vbi dicit Panormita. ea ratione quòd ſi victus in interlocutoria non ſoluit adhuc expenſas, quòd de condemnatione fienda ſibi debeant deduci illæ expenſæ quas debebat ſoluere. facit quod le. & nota. in capitu. calumniam de pœn. in dicta l. properandum, §. & ſi quidem.

Iudex in expenſis nõ petitis condemnare nõ tenetur.

Digitized by Google

(*1) Quia appellatio facta eſt communis, vt latè per Bellemere deciſi.729. col.iiij. ver. Quid ergo dicemus, ſi in cauſa. Probus.

(*2) Iſtud habes per multa ſimilia firmatum per nos in tractatu penſionum, parte j.q.xxx. Probus.

(*3) Facit quod dixi ſuprà hoc §. in verbo expenſarum, col.fi. P.

Item acceptat decretum, quod incipit: De pacificis poſſeſſoribus.

Non violentus, ſed titulum habens coloratum, qui pacifice, & ſine lite, triennio proximo beneficium poſſedit, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio (etiam ratione iuris nouiter impetrati) poteſt moleſtari, excepto hoſtilitatis, vel alterius legitimi impedimenti caſu, de quo proteſtatio fiat, & intimatio. Probus.

QVicunque [a]

¶ De pacificis (*) poſſeſſoribus.

(*) Pacificis, eo enim verbo ſacra ſcriptura ſæpiſſimè vtitur, vt patet Pſalmo 36. vbi, Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquię homini pacifico. & Pſalmo 119. Cum his qui oderant pacem, eram pacificus: cū loquebar illis, impugnabant me gratis. Ac Matthæi ca.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, quia filius Dei Ieſus Chriſtus, rex pacificus apud nos appellatur, vt in proœmio Gregoria. habetur, vbi gloſ. in verbo pacificus, ait qui vt pacem daret, venit in mundum, regnum tamen eius nō eſt de hoc mundo, vt Ioannis 18.ca. Iſtud latius proſequitur domi. Petrus Rebuffi in prin. tracta. de pacificis poſſeſſ. dicens trib⁹ modis hoc verbū accipi apud Theologos, quos videto per eum adunatos. P.

a QVicunque. (*) Primo ponitur cōſtitutio de poſſeſſore triennali pacifico ſine lite, & cum titulo colorato, nō inquietādo à parte, vno caſu dempto. Secundo, quando dicatur lis hoc caſu, declaratur. Tertio, quòd ordinarius quandocunque repererit aliquem ſine titulo beneficium poſſidere, debeat declarare ius illi non competere. Secunda ibi, lis autem, tertia, ordinarij. Hoc decretum factum eſt ante diſſolutionem concilij, vt patet ex data. & concordat regula cancellariæ Apoſtol. & dic quicunque & quæcunque, ff. de verborum ſignificationibus, l. cum not. ſuprà de electio.ca.j.§. & cum humanæ.

(*) Vel quæcunque, quia ly quicunque, comprehendit fœminam, ſiue dicamus de iure diuino, ciuili, vel canonico. Diuino quidem, Matthæi.12. capitu. ibi. Quicunque fecerint voluntatem patris mei, qui cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Ciuili verò, in l. ait diuus, ff. de iure fiſci. Iure autem canonico, probat Archidiaco. & alij poſt eum in capitu. ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. quod fit, quia fœminæ, id eſt moniales, poſſunt beneficia Eccleſiaſtica aut prælaturas habere, probamus in tracta. penſionum, parte ij. quæſtione iij. textu. in capit. indemnitatibus, de electione. in vj. & in capit. dilecta, de maiori. & obe. Sic ſequitur, quòd decretum hoc non minus

Digitized by Google

debet intelligi locum habere in mulieribus, quàm in viris: tum etiam quia nõ ſolum fauorem titulariorum beneficiorum reſpicit decretum iſtud: ſed etiam fauorem beneficiorum, & magis fauetur mulieribus, quàm maſculis, maximè in his quæ ſtrepitum iudiciarium concernunt, & vagationi obuiant, ca. mulieres, de iud. intellige procedere in beneficiis aut prælaturis quæ per mulieres iure poſſunt obtineri, quia regula eſt, quòd vniuerſale recipit reſtrictionem de habilitate, not. in l. j. C. de ſumma Trinita. & fide catholica. Merito

non violentus [a] **: ſed ha-**

non debuit dici quæcunque, tum etiam quia ad ea quæ frequenter accidunt, iura adaptantur, l. nam ad ea, ff. de legi. poſtremò, an ly. quicunque, extendatur ad illegitimos poſſeſſores cum colorato titu. tractat Gomes in regula de trien. poſſeſ. quæſt. ij. vbi quæſt. iij. ponit de fœminis, quem pro vtroque videto. Et dic quicunque habilis probat, Fely. in con. 44. Titius profeſſor, vbi ponit an frater mendicans qui poſſedit beneficium virtute ſolius prouiſionis Epiſcopi ſpatio x. annorum, iuuetur iſto decreto, qui concludit quòd non: cuius motiua videre licet. P.

Poſſeſſor violentus quis eſt.

a ¶ Non violentus.) (* 1) Violentus eſt qui auctoritate vel verius temeritate propria occupat beneficium, cap. cum qui, de præbend. in vj. quia non intrauit per portam: ſed ſpreta auctoritate illius ad quem ſpectat mittere in poſſeſſionem, ad hoc c. ex frequentibus, de inſtit. & temeritas vel violentia ſemper præſumitur, niſi fiat apprehenſio poſſeſſionis auctoritate executoris vel iudicis ad hoc poteſtatem habentis, ff. quod me. cauſa, extat, ad l. Iul. de vi pri. l. penul. not. xvj. quæſtio. vj. placuit. Archid. in d. c. cum qui, non enim poteſt apprehendere poſſeſſionem auctoritate propria habens titulum canonicum: (* 2) ſed debet facere auctoritate illius à quo habet cauſam: ſiue conceſſio fiat à Papa, in c. paſtoralis, de priui. ſiue ab Epiſcopo, de reſti. ſpoli. cum veniſſet, vbi Innoc. d. c. cum qui, vbi doct. ad hoc, l. miles, §. qui iudicati, ff. de re iud. Innoc. & doct. in c. cum noſtris, de conceſ. præbend. in c. cum veniſſent, de in integ. reſtitu. ſicut nec emptor poteſt apprehendere poſſeſſionem rei venditæ, ff. de acqui. poſ. ſi ex ſtipulatione. Bart. in l. prædia. in l. fundi emptor. eod. titu. aliàs punitur pœnis in dictis iuribus contentis, not. de Ancho. in d. c. paſtoralis, niſi ei fuiſſet data licentia propria auctoritate capiendi poſſeſſionem, quod poteſt facere ille qui dat titulum: vt d. ca. paſtoralis, vbi ad eum ſpectaret miſſio in poſſeſſionem, quia ſi ad alium ſpectaret dare poſſeſſionem, ſecus, ſimiliter venditor dat licentiam emptori capiendi poſſeſſionem: vt d. l. prædia, l. iij. C. de pigno. & iudex, ff. de acqui. poſ. iuſte. Innoc. in cap. qualiter, ij. de accuſa. & licet transferatur dominium in beneficialibus ex ſolo titulo, c. ſi tibi abſenti, de præbend. in vj. Innoc. & Compo. in cap. cum m. de cõſti. non tamen poſſeſſio ſine apprehenſione quæ habet plus facti (* 3) quàm iuris, dicto cap. cum noſtris, l. cum hæredes, ff. de acquiren. poſ. Innoc. in ca. in præſentia, de pro. Bal. in l. j. C. de re. perm. Bald. in marg. in permutatio. dicitur etiam intruſus qui obtinuit beneficium à non habente poteſtatem illud conferendi, dicto cap. cum veniſſent, d. c. ex frequentibus, & qui ſine confirmatione ingerit ſe adminiſtrationi: etiam ſi præceſſit electio, c. cum iam dudum. de præbend. vbi Panor. idem ſi priuatus fuit titulo prius legitime habito. (* 4) Innoc. in dicto cap. qualiter. Intrudere enim ſe in beneficio, & retinere illud quo fuit canonice priuatus, paria ſunt,

Poſſeſſio capi non poteſt auctoritate propria.

c. cum

Digitized by Google

c.cum dilectis, de purg. ca. & qui habet beneficium à ſuperiore interdicto vel priuato, dicitur intruſus, c. tanta, de exceſ. præla. per moder. in ca. cum ſatis, de offic. Archi. Hoſtien. in c. in literis, de reſtit. ſpo. & qui lite pendente occupat poſſeſſionem beneficij: ille enim tenetur ad fructus perceptos & percipiendos, vt violentus, ca. grauis, cum ibi no. de reſtit. ſpo. de Rota, deciſ. 25. An teneant geſta ab intruſo, not. gloſ. & doct. in c. nihil, de elect. doct. in dicto c. cum qui. Inno. & Hoſtien. in dicto ca. in literis. Et an prælatus intruſus poſſit abſoluere, gloſ. & docto. in ca. dudum, ij. de elec. & merito dicitur hic non violentus: quia violentus nunquam præſcribit, ff. de vſuc. l. ſequitur, §. quod autem, inſti. eodem §. furtiuæ, niſi purgato vitio, §. aliquando, eodem titu. imò eſt ipſo facto priuatus iure quod in beneficio vel ad illud habebat, vt d. ca. cum qui.

bens coloratum [a]

(*1) Proprie hic videtur loqui de violentia expulſiua, de qua in l. ſiquis in tantam, C. vnde vi. & in c. cum qui, de præb. in vj. quam ille violentus fecit non præcedente ſuperioris tit. vt eſt de mente huius gl. in prin. Non tamen nego, quod ſi eo tit. à iure vel ab homine fuerit priuatus, violentus non dicatur, ſi adhuc occupare beneficium ipſum nitatur, vt dico in proxima glo. addi. prima. P

(*2) Hunc punctum glo. tangit do. Petrus Rebuf. in tract. de paci. poſ. nu. 243. & ſequentibus, quem vide, quando propria auctoritate quis poſſit (præcedente tamen titulo ſuperioris) poſſeſſionem beneficij ingredi, & quis non. P.

(*3) Maxime effectualis, id eſt quando fructus percipiuntur, & hæc multum in propoſito huius decreti commendatur, probat Gomes in regula de anna. poſſeſ. qu. lxvij. quem vide, an illa, vel alia, id eſt ſimplex, qui quo ad hoc concernit decretum, inclinat ſufficere ſimplicem poſſeſſionem, & licet fructus non percipiat: tamen vtitur priuilegio illius regulæ, quod verum dico contra eum qui nec effectualiter, aut aliàs ciuiliter poſſedit: ſecus contra eum qui effectualiter poſſedit, cùm ille duplicem habeat poſſeſſionem, effectualem videlicet, & ſimplicem, quæ ſunt fortiores ſimplici, quæ eſt dicta debilis, vana, & caduca: igitur ſimplex poſſeſſor intra triennium habet effectualem conuenire ſecundum decreti dictamen, àliàs effectualis iuuabitur ipſo decreto. P.

(*4) Pro hoc vide apoſtil. ad Rotam deciſio. 16. in no. vbi dicit requiri executionem ſententiæ priuationis. P.

a ¶ Coloratum) Abſque ſimoniaco (*1) ingreſſu: vt in regula cancellariæ. Circa hoc duo ſunt videnda. Primum, quando titulus dicatur coloratus, vel incoloratus. Secundum, cui incumbat onus probandi, an ipſi poſſidēti quod colorate poſſideat, an alteri quòd iniuſte & incolorate poſſideat. Circa primum multum inſtant Ioan. Cal. in ca. cum noſtris, de conceſ. præb. qui illam decre. ſolenniter commentauit, & dom. Anto. & Ioan. de Imo. poſt eum. Ioan. And. in c. literas, eod. tit. de quo aliquid per Compo. in c. capitulum, de reſcr. in gl. mag. §. item quæritur. Panor. in dicto ca. cum noſtris, & colligendo dicta eorum conclude, quòd interdum titulus eſt penitus incoloratus, interdum eſt incoloratus, ſed non penitus, interdum eſt coloratus. Primo caſu dicitur titulus penitus incoloratus, quādo poſſidens nullum habet titulum ab eo ad quem ſpectat collatio vel electio: vel ſi habuit, fuit illo priuatus (*2) per

Titulus quando dicatur coloratus vel incoloratus.

Digitized by Google

ſententiam iuris vel hominis, & de ſententia iuris patet exemplum: quia recipit ſecundum (* 3) curatum vel ſecundam dignitatem, vel poſt curatum recipit dignitatem, de præb. de multa, §. is quoque, vel vbi quis eſt promotus ad Epiſcopum, adeptus eſt poſſeſſionem, & lapſum eſt tempus de conſecrandis: tunc enim ipſo iure priuatur prioribus beneficiis, de electio. cùm in cunctis, & talis poteſt dici intruſus, vt ſuprà dictum eſt, no. Hoſtien. & Henr. in c. niſi cum pridem, de renun. de primo, vbi deficit poteſtas in conferente, pone in illo qui recepit beneficium à laico (* 4) non habente poteſtatem conferendi, quod eſt contra ius, c. illud, de Iur. pa. c. illa. ne ſe. vac. vbi collatio beneficij ſpectātis ad collationem Epiſcopi facta à capitulo ſede vacante, non eſt colorata, nam vt ibi dicit do. Anto. collatio facta per non habentem poteſtatem, non videtur imprimere colorem tenēdi ei cui collatum eſt beneficiū, ad hoc l. minor autem, ver. denique, ff. de mino. de inoffic. teſta. l. hoc colore, per quas leges patet illum incolorate poſſidere, qui ſine cauſa poſſidet, l. nec vllam, §. omnibus, ff. de peti. hære. vbi titulus datus à non habente poteſtatem alienandi, habetur pro non titulo, l. Sulpitius, ff. de dona. inter. vi. & vxo. Ideo collatio facta à vicario generali nō eſt colorata, cùm nō habeat poteſtatē conferendi, c. fi. de offi. vica. in vj. Lap. in ca. ſi tibi abſenti, de præb. eo. l. quod ſi collatio facta ſit ab ordinario collatore eo caſu quo ligatæ erāt manus eius, puta propter inhibitionem executoris, vel propter decretum appoſitum in literis, vel alia de cauſa, de quo per gl. in ca. ſi ſoli. de conceſ. præb. in vj. non dicitur colorata, idem Cal. in d. c. cum noſtris. Gaſ. de Peruſio in tract. reſer. pari modo collatio facta per ordinariū de beneficio Papæ reſeruato reſeruatione in corpore iuris clauſa, non eſt colorata: vt habetur in d. regula cancel. (* 5) Idem videtur de collatione facta non nominato ſpreta nominatione debitè inſinuata, & diligentiis per nominatum factis: quia ligatæ ſunt manus ordinarij per decretum irritans, iuncta inſinuatione nominationis, ſup. de colla. c. j. §. vt vero, (* 6) & collatio facta virtute reſeruationis aut gratiæ expectatiuæ in caſu non conceſſo, non eſt colorata propter defectum poteſtatis in conferente, & decretum irritans, ſup. de electio. ca. j. & ij. de colla. c. j. niſi vbi collatio facta per Papam ex vi reſeruationis, haberet electionem canonicam eius fundamentum: puta cum electio canonica præſentatur Papæ confirmanda, quam non vult confirmare, beneficium tamen electiuum confert electo in vim reſeruationis generalis vel particularis, talis collatio habet vim confirmationis: ex quo Papa ſciuit electionem per quam ius erat quæſitum electo, ſaltem in habitu, per ea quæ no. ſup. de colla. c. j. in ver. nullæ. Poſſeſſio etiam dicitur incolorata quando titulatus ingreditur poſſeſſionem beneficij præter ſuperioris auctoritatem: (* 7) vt ſup. dictum eſt, & per ea quæ no. Inno. in c. bonæ, ij. de poſtu. præla. in c. in literis, de reſti. ſpo. Secundo caſu dicitur titulus incoloratus, ſed non penitus, quando quis habet titulum ab eo ad quem originaliter ſpectat poteſtas conferendi: licet accidentaliter ſit tranſlata in alium: qui dicitur incoloratus ex defectu actuali poteſtatis conferentis, nec poſſeſſio virtute talis tituli impediret impetrationem aut collationem, per id quod habetur in cap. licet, in cap. final. de ſuprà neg. præla. in d. c. literas, ſecundum vnum intellectum, quòd illa confirmatio facta fuerat poſt deuolutam poteſtatem ad Papam, (* 8) & ideo fuit incolorata: quia non fuit

Collatio facta ab eo cuius manus erant ligatæ, non dicitur colorata.

Nominatio debitè inſinuata ligat manus ordinarij.

facta per illos ad quos ſpectat, ſeu qui ſuper hoc haberent poteſtatem, ſed nõ eſt penitus incolorata, inquantum fuit habita ab illis ad quos originaliter ſpectabat, licet poteſtas ex accidenti fuerit tranſlata: ideo ſecundum illum intellectum (qui videtur placere de Imola) habebit impedire quo minus delegatus poſſit cõferre ante factam reſignationem. Tertio caſu dicitur coloratus titulus (* 9) vbicunque non eſt defectus poteſtatis in conferente: nec inducitur priuatio ipſo iure per ſententiam iuris vel hominis: puta quãdo titulus habetur ab illo ad quem ſpectat electio vel collatio: licet propter defectum aut incapacitatem recipientis, (* 10) vel aliam ſimilem cauſam titulus fuerit minus iuſtus: vnde etiam ſimoniacus dicitur habere titulum coloratum. Ideo Epiſcopus per ſimoniam promotus ad Epiſcopatum, non poſſet renũciare de facto Epiſcopatui ſine licentia Papæ: vt d.c.niſi, §.propter conſcientiam, & §.verum, vbi gl. & do. ad prædi.d.c.cum noſtris, vbi Epiſcopus ille habebat titulum ab Epiſcopo & canonicis qui habebant poteſtatem conferendi præpoſituram: tamẽ non tenuit collatio, non propter defectum poteſtatis conferendi: ſed propter defectum recipientis, quia non potuit de iure habere præpoſituram cum Epiſcopatu, (* 11) vnde in caſu illius, c. ſi Epiſcopus ille ſine collatione ſibi facta de nouo tenuiſſet propoſituram, non fuiſſet ille titulus antiquus coloratus, & potuiſſet de iure conferri etiam per delegatum. Car. autem Floren. dicit ibidem, quod videtur ſentire Innocen. quòd ille Epiſcopus prætendebat cauſam per quam poterat iuſtè poſſidere illam præpoſituram: vt quia dicebat quòd de ſpeciali gratia Papæ vel ex alia iuſta cauſa prępoſitura ſibi fuerat conceſſa, & propterea dicitur eius poſſeſſio colorata. Et per hoc videtur velle Floren. quòd tunc poſſeſſio dicitur colorata, quando prætenditur aliqua cauſa, propter quam quis dicit ſe iuſtè & iure tenere: ſed vbi non prætenditur talis cauſa, tunc dicitur poſſeſſio incolorata, & ſecundum hoc videtur etiam quòd ſi quis poſſidet duo curata: ſi tamen prætenderet illa tenere ex diſpẽſatione Papæ, tunc dicitur poſſeſſio colorata, ſecus vbi non prætenderet talem diſpenſationem. Sed aduerte, quia ſecundum hoc videtur quòd eſſet in poteſtate ipſius tenentis duo curata, impedire impetrationẽ & proſecutionẽ primi beneficij quod vacauit ipſo iure poſt lapſum triennij, dicendo eam non valere, & quod teneret illa beneficia ex diſpenſatione, quod videtur inconueniens, ideo Ioan. Cal. dom. Anto. & alij moder. ſequuntur dictam theoricam. Ratio autem quare in hoc tertio caſu titulus dicitur coloratus (* 12) & non in aliis duobus præcedentibus, eſt ſecundum Io. And. poſt Hoſt. in dicto c. literas, quia vbi habet auctoritatem ſuperioris, factum ipſius ſuperioris tuetur (* 13) prætor, l. j. ff. quod cum fal. tu. & quia præſumitur pro facto iudicis in dubio, de renun. in præſentia, & quia in dubio videtur iuſtè poſſidere qui auctoritate iudicis poſſidet, l. iuſte, ff. de acquiſi. poſſeſ. quia non videtur peccare, qui iuris vel iudicis auctoritate aliquid facit, xxiij. quæſtio. iiij. qui peccat. & quia veriſſimiliter præſumi poteſt, quòd ille qui habet talem titulum, allegauit fortè diſpenſationem Papæ, vel aliam iuſtam cauſam ipſis collatoribus vel electoribus antequam conferrent vel eligerent, etiam Ioannes Cal. loco præalle. quòd ſi electio facta de aliquo ſit confirmata per ſuperiorem: licet aliàs ſit inualida, ipſa electio dicetur tunc coloratus titulus, ex quo confirmatus eſt per habentem poteſtatem, dummodo fuerit facta electio ab haben-

Epiſcopus per ſimoniam promotus, propria auctoritate non renunciat.

Poſſeſſio quando dicatur colorata.

Iudicis auctoritas à peccato excuſat.

Digitized by Google

tibus poteſtatem, licet forte fuerit inualida: vt voluit Hoſtien. in ſum. tit. de conceſ. præbend. §. ij. poſt prin. & ſufficiet ad reſtitutionem petendam, no. Lap. & Domi. in c. j. de eo qui mit. in poſ. in vj. ad hoc. c. cum ſuper, de cau. poſ. & propric. vbi gloſ. & Henric. in ca. cùm veniſſent. de inſti. niſi vbi conſtaret patenter de inualiditate (* 14) electionis, ſi enim conſtaret de defectu tituli, non fieret reſtitutio. not. Inno. in c. conſtitutus, de fil. præſby. de quo per moder. latè in ca. in literis, de reſtit. ſpol. & infra. Item confirmatio tribuit facultatem adminiſtrandi pleno iure ſine poſſeſſione, vel inueſtitura. no. Bal. in marga. in ver. confirmatus, not. ſuprà de elect. c. licet. §. cenſuit. in ver. promotus, transfert enim ius prælaturæ. Innocen. in c. ex parte, de arb. Bal. vbi ſuprà in ver. electores. Innoc. in ca. de cætero, de re iudic. & confirmatio prælati facta in contradictorio iudicio, eſt diffinitiua: ſecus ſi fiat de plano. Bal. in addi. Specu. de ap. ver. pro diffinitiua. no. ſuprà de elect. ca. j. §. facta. in ver. iudicialiter, & ex quo putabatur legitima, valebunt geſta ratione publici officij, arg. l. Barbarius, ff. de offic. præſi. cùm ibi no. per Bart. no. Innocen. in c. cum dilecti. in c. nihil. de elect. Bal. vbi ſuprà, doct. in c. tranſmiſſam, eo. ti. & acquirit poſſeſſionem eligendi, quia electione nunquam acquiritur quaſi poſſeſſio iuris eligendi, niſi confirmetur: (* 15) & ſufficit prima confirmatio in contradictorio iudicio. no. Inno. & do. in c. ij. de in integ. reſti. Bal. ſuprà, in ver. electione, niſi vbi conſuetudo (* 16) eſſet, quòd ex ſola electione plenum ius acquireretur electo, quæ valet in minoribus officiis vel beneficiis, no. Panor. in c. cum in iure. in d. c. nihil. de elect. videtur tenere Bal. in authen. habita, C. ne fi. pro pa. Item confirmatio dat (* 17) colorem electioni, vt non valeat ſecunda prima non caſſata. arg. c. inter dilectos, de exceſ. præla. Panor. in d. c. cum ſupra, in caſu tamen econuerſo, quando ſcilicet electio eſt aliqua, & confirmatio nulla, non præſtat confirmatio colorem electioni. no. do. Anto. in d. c. cum noſtris, quia per electionem quantuncunq; canonicam, ſi eius non ſequatur confirmatio iuridica, nunquam permittitur adminiſtratio nec poſſeſſio: & ſi talis non iuridice confirmatus ingerit ſe adminiſtrationi, incurrit pœnam, c. auaritiæ, de elect. in vj. no. gloſ. in c. fi. eod. ti. & li. Plus videtur velle Io. An. in d. c. inter dilectos, quòd ſi etiam electio fuerit facta per non habentem poteſtatem: ſi tamen confirmatio fuit facta per habentem poteſtatem, & ſcientibus illis ad quos de iure ſpectabat electio, & non contradicentibus, dicetur coloratus poſſeſſor. circa quod latius dicit Io. de Imo. in d. c. literas, quod aut confirmatio eſt facta per non habentem poteſtatem, ſiue non habeat quia originaliter ad eum non ſpectat talis poteſtas, ſiue etiam non habeat, quia tranſlata eſt poteſtas in alium, licet originaliter ad eum ſpectaret: & tunc dicitur talis titulus incoloratus, per id quod habetur in d. c. licet. & c. fi. de ſup. neg. præla. & in d. c. literas, ſecundum intellectũ ſuprà tactũ, licet quo ad quid poſſit dici non penitus incoloratus, quando originaliter ſpectabat ad confirmantem poteſtas, licet fuerit ad alium tranſlata: vt ibidem eſt caſus ſecundum d. intellectum, aut poteſtas confirmandi ſpectabat ad ipſum confirmantem: tunc ſi ſumus in caſu in quo teneat confirmatio electionis nullæ, quod quando ſit, no. Inno. & alij in c. quod ſicut, de elect. moder. in clemen. j. eod. titu. notat ſuprà de electio. ca. licet, in princi. tunc clarum eſt quod dicitur titulus coloratus: Si autem ſumus in caſu in quo confirmatio non valeat, tunc videtur poſſe dici, quod ſi electio erat

Electio per cõfirmationem coloratur.

nulla, quia facta ab illis ad quos non ſpectabat, quod non dicatur titul. coloratus per d.c.illa. vbi confirmatio nulla etiam facta à Papa in forma communi collationis omnino nullæ, nõ imprimit colorem poſſidendi. nam ibi fuit facta collatio vel prouiſio per Papam, non habita mentione de poſ.alterius. Si autem alia de cauſa erat nulla, tamen bene ſpectabat electio ad ipſos eligentes: tunc videtur quod dicatur titulus coloratus per id quod habetur in d.c.cum noſtris, in c.quia diuerſitatem, de cõceſ.præb. Circa ſecundum, ſcilicet contra poſſeſſorem triennalem mouetur quæſtio ſuper beneficio ab eo poſſeſſo: ipſe dicit alium non eſſe admittendum, quia colorate illud poſſedit triennio. (*18) agens poſt triennium negat illum poſſediſſe titulo colorato, quæritur cui incumbat onus probandi? doct. in locis prealle. concludunt in ſimili quod ad petitionem partis non tenetur poſſeſſor probare colorem poſſeſſionis, cum nemo teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis: & ideo pars agens nõ audietur, niſi contra poſſeſſorem aliquid probet, per quod prius appareat ipſum nõ habere titulum coloratum, l.cogi. C.de peti.hære.ij.q.v.in prin. ſed ad iudicis inſtantiam bene teneretur poſſeſſor colorem tituli probare: quia in his exuberat officium iudicis, c.cum dilect.de elect.c.ex frequentibus, de inſti.ca.relatum, de iure pa. c. ordinarij, de off.ordi.in vj.infrà eo.§.ordinarij, de quo per gloſ. in c.j. de reg. iu. in vj. Hoſt.& Pano.in c. licet Heli.de ſimo.Archid.& Domi.in d.c.ordinarij. Frede.cõſi. 98.gloſ.& Hen.in c.ex inſinuatione. de Procu. niſi ius reſiſteret poſſidenti, vt ſi haberet duo incompatibilia: quia tunc videtur quod incumbat ipſi poſſeſſori oſtendere quòd colorate poſſideat. per d.c.ordinarij, c. j. de præſcript. lib. vj. Quæritur, quidam poſſedit pacifice beneficium biennio, & titulo incolorato: in tertio anno ſuperuenit titulus coloratus, an poſt triennium poſſit inquietari? arguitur quod nõ: (*19) quia ex quo poſſidenti ſuperuenit titulus coloratus, non requiritur alia poſſeſſio.arg.l.certe.§.pen.ff.de preca.vbi ſi violẽtus emat fundum ab eo quem vi deiecit, incipit pro emptore poſſidere, & poſſe dominium capere. bo. tex. in c. penul. de ſup.neg.præla.fa.ca.ex parte de conc.præ.c.poſtulaſti. de cle.ex. mi. quod no. Spec. ti.de primo & ij. de §. videndum, ver. ſed quæ eſt ratio. Archid.j. q.j. ordinationes. Bar.& Bal.in l.cogi. C. de peti.hæred. Contra. eſt verius: quia duo requiruntur hic, quod habeat titulum coloratum à principio, & quod illo poſſederit triennio: vnde præſcriptio triennalis incipiet currere ab illo tempore quo habuit titulum coloratum, ad hoc.d.l. certe. ibi, incipiet. (*20) & etiam talis poſſeſſor antequam habeat titulum coloratum, eſt violentus ſeu intruſus, vt ſuprà dictum eſt. Item in vſucapione & præſcriptione inſpicitur initium de iure ciuili quo ad bonam fidem, C. de vſuca.tranſ.l.j. cum ibi no. Et de iure canonico quantum ad bonam fidem iuſtum titulum & cõtinuationem poſſeſſionis nedum ſpectatur initium, ſed etiam totum tempus vſucapionis, vel præſcriptionis, vt le. & no.xvj. q.iij. in ſum. & q.iiij. volumus, ca.illud.ca.vigilanti.ca.ſi diligenti.de præſcri.vbi doct. huiuſmodi tamen poſſeſſori incolorato cui ſuperuenit titulus coloratus, non requiritur (*21) alia poſſeſſio virtute tituli colorati: vt in contra.ad hoc inſti.de re. di.§. interdum, niſi titulus ſuperueniens eſſet collatio regaliæ, oporteret enim in vim eiuſdem nouam capere beneficij poſſeſſionem, vt ferunt regaliſtæ, (*22) quod iure non probatur.

Confirmatio nulla nõ imprimit colorē poſſidendi.

Titulus coloratus per quē debeat probari.

Titulus coloratus ſuperueniens, an tueatur poſſeſſorem triennalē.

Regaliæ collatio.

(*1) De qua ſimonia intelligatur, ponit Gomes in regula de trienna. poſ. q.xij. P.

Digitized by Google

(* 2) Eſt enim caſus, in quo titulus coloratus & verus redactus eſt ad non titulum: quia ille pro nullo reputatur, & dicitur ad præſcribendum caducus & inutilis, c. dudum, de deci. & l. quemadmodum, C. de agric. & cen. li. xj. C. Eſt enim theorica iuris, quotienſcunque cauſa redit ad non cauſam, perinde eſt ac ſi actus non fuiſſet factus, l. ſi fullo. ff. de cond. ſine cau. cum aliis adductis per Alex. in conſil. 206. nu. 9. ponderatis verbis, vol. vj. Ita concludit Gomes in regula de trien. poſ. q. xxiij. ponẽs exemplum in poſſeſſore triennali, qui pro colore ſuę poſſeſſionis allegat titulum ſibi quęſitum per renunciationem alterius, qui poſt ſex menſes mortuus eſt in poſſeſſione, ſic titulus reſignationis fuit reductus ad non titulum, per regulam de publicandis reſignationibus, de qua & eius materia habes latè per nos in tractatu penſio. parte iij. q. vj. Probus.

Cauſa rediës ad non cauſam, nõ habet effectum.

(* 3) Quæſtio hæc, quod poſſidens duo beneficia curata per triennium ſine diſpenſatione iuuetur, vel non iuuetur hoc decreto, ſeu regula de triennali poſſeſſore (quæ ferè ab iſto decreto ad literam eſt ſumpta) eſt ardua, & talem non immeritò eſſe fatetur Gomes in dicta regula de trien. poſſ. q. x. vbi pro vtraque parte motiua adducit, affirmatiua videlicet & negatiua, quam primam diſcutit. & gloſ. hanc pro ea adducit, dicens gloſatorem ipſum fore doctum, & eius corroborat votum: poſtea aſſumit partem affirmatiuam, pro qua videtur concludere tanquam (vt ait) pro veriore, & adductis pro negatiua reſpondere nititur, poſtea opiniones fœdere diſtinctionis concordare ſatagit, nu. 22. vt negatiua locum habeat, ſi ille triennalis nullum habuit titulum, quia ſe intruſit de facto ſine aliquo titulo, vel eſt declaratus per ſententiam eſſe priuatus titulo. Affirmatiua autem locum habet, quando execrabilis habet titulum, licet inualidum, vigore cuius poſſedit per triennium: quia ſubdit, ſufficit habere titulum ab eo qui poteſtatem habuit conferendi: & eſt potens quo ad effectum, ne ſpoliari poſſit, his tamen non obſtantibus Galli tenent negatiuam, quæ magis nobis placet, quàm affirmatiua, ideo teneas, quod priuatus à iure vel homine titulo quem habebat, coloratum vel verum, non iuuatur huiuſmodi decreto, ſed occupando beneficium iudicium ſibi manducat & bibit, tanquam violentus, id eſt, non habens titulum. Probus.

(* 4) Vel alieno Epiſcopo, qui conferendo faciunt contra ius, ca. illud. de iu. patr. &c. illa vbi Ant. ne ſede vac. nam titulus datus ab iſtis, non eſt coloratus, ſed habetur pro non titulo, vt in ſimili dicitur de titulo dato ab eo qui alienandi non habet poteſtatem, quia ille habetur pro non titulo: ſic non eſt coloratus, l. Sulpitius, ff. de dona. inter vir. & vxo. ſicut etiam & illorum qui ſunt ipſo iure priuati à iure vel ab homine, c. licet Epiſcopus, vbi Do. de præ. in vj. Et tales verè dicuntur intruſi, quia non habẽt coloratum titu. vt per Fely. in c. in noſtra. in ij. & xxxvj. cor. de reſ. vrgent quæ dicta ſunt in proxi. addi. Probus.

(* 5) Hos caſus proſequitur Gomes in regula de trien. poſ. q. xxvij. quem vide pro ampliori informatione contentorum in hac glo. P.

(* 6) Tamen habens titulum contra illud decretum & poſſeſſionem triennalem hoc iuuatur decreto, probat in ſimili Gomes in regula de trien. poſ. q. xxviij. num. 6. vbi idem dicit de eo qui habet titulum contra decretum poſitum in ca. ii. vt lite penden. in vj. quod faciliter Galli concedunt quia eo non vtuntur iure, cum or-

Digitized by Google

dinarij conferant beneficia litigioſa ſicut non litigioſa, eſto quòd ſint litigioſa in poſſeſſorio. Probus.

(*7) Iſta incoloratio eſt modicæ conſiderationis apud Gallos non Occitanos: nam quis impune poteſt beneficij poſſeſſionem apprehendere, etiam virtute ſimplicis ſignaturæ, vt probo latè in tracta. penſio. par.iij. quæſtio.vj. P.

(*8) Vel alium immediatum vel mediatum ſuperiorem, quia non refert dummodo tempore collationis eſſet ius ab eo deuolutum, vt per nos habes probatum in diſcurſu tract. deuolu. Probus.

(*9) Iſtud placet Gomes in regula de trien. poſſ. quæ.xxvij. in princi. P.

(*10) Quid autem dicendum, ſi per incapacitatem conferentis? pone, vt per Gomes in regula de trien.poſ.q.xxviij.de Epiſcopo excommunicato publicato, qui electum à capitulo confirmauit, an ille confirmatus titulum dicatur habere coloratum: qui dicit, quòd licet de iure communi titulum non dicatur habere coloratum, & per conſequens non admittitur ad ea quæ de iure communi, electo & confirmato ritè & rectè conceduntur: tamen quo ad effectum dictæ regulæ, & ex conſequenti quo ad effectum huius decreti (à quo ſumpta eſt ipſa regula) omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui habet ab eo qui originaliter poteſt eligere, conferre, & confirmare: licet ex accidenti ſit impeditus. Ratio, quia. d.regula & decretum excipiũt caſus in quibus volunt titulum non haberi pro colorato, ſic in aliis firmata eſt regula. Probus.

Habens titulum à ſuperiore conferendi incapaci an iuuetur hoc decreto.

(*11) Quia omnia beneficia ſunt cum Epiſcopatu incompatibilia, prout & cum abbatia, vt probamus in tracta.penſio.par.ij.q.vij.circa fi. hinc gloſ. ſuprà dicit, illa per Epiſcopatus adeptionem vacare, ergo poſt adeptionem illam obtineri non poſſunt per regulas communes, & ea quæ ſuprà diximus in iij.& iiij. additio.huius gl.P.

(*12) A quo fit triennij computatio: quia dicitur quòd à principio ille requiritur, cum præſcriptio triennalis incipiat currere tempore quo habuit titulum coloratum, tex.in l.certe.§.pen.ibi, incipiet, ff.de preca.tũ etiam quia gloſ.hęc in fine dicit, quòd ante illum ipſe occupans cenſetur violentus, ſeu intruſus, ideo hoc decreto non iuuatur. De qua violentia aut intruſione in hoc titulo colorato mentionem tenetur facere, aliàs eſt nullus ipſo iure tanquam ſubreptitius. P.

(*13) Ex quibus & ſequentibus dicendum videtur eſſe verum, quòd hoc decretũ tueatur huiuſmodi poſſeſſorem non ſolum in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ, aliàs non eſſet debitè prouiſum: iuxta illud verbum Domini, Matth.16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, &c. vel ſequeretur quòd cõſcientia legum magis eſſet damnata, quàm maleficiorum, dicit in terminis Bald. in c. in omni negotio. num.1. de teſti. & in ca.fi.col.ij. ver.quid plura, de præſcript. quod proſequitur idem Bald.in conci.285.col.ij. ſi quis iuris ciuilis, vol.iij. dixi latè in tra. penſio.parte iij. q.vj. quod proſequitur do.Rebuffi in tracta.de paci. poſſ. num. & ſeq. Probus.

(*14) Id eſt, de non iure: quia tunc tali nullo modo ſubuenitur per iura, vt probo in trac.penſio.par.iiij.q.viij. Et hic dicit ſolum de inualiditate electionis: quia ſi non valet electio, ita nec cõfirmatio: gloſ.in c.vnico de po.præla.in vj.Panor.in c. quod ſicut in fi.de elect.& Deci.in ca.3.num.v.eod.tit. P.

Digitized by Google

(*15) Pro hoc vrgent quæ latè diximus in ſimili de iuriſpa. acquiſitione, in tract. penſio.par.ij.q.vj.vbi inter alia citamus Cal.in tit.de iure pat.in concil.xij. & ſeq.& in tit.de cauſa poſ.& proprie,conſil.vlti. & Deci.conſil.lxvij. col.ij. & pro tenui, & do.meum de Ripa,in c.cum Eccleſia,num.93.ver.quinto requiritur, de cau. poſſ. & proprie. Probus.

(*16) De qua conſuetudine tractamus in tracta. diſpenſa. memb. vj.par.ij. num.75. Probus. titulum a

(*17) De qua multa diximus & illius viribus in tracta. penſio. prælud. vij. Probus.

Poſſeſſio continuata præſumitur & ſufficit probare illius extrema.

(*18) Ad cuius probationem ſufficit probare extrema, id eſt principium primi anni,& finem tertij,glo.eſt ſingularis in c.ij.in verbo inconcuſſam,xvj.q.iiij. de qua per Bart.in l.Celſus,ff.de vſucap.& Panor.in c.accedentibus, de priuileg. quod fit, quia poſſeſſio præſumitur continuata,glo.& doct.in l.ſiue poſſideris, C. de proba. cum aliis adductis per do.Petr.Rebuf.in tract.de pacifi.poſ.num.269. P.

(*19) Vide quæ pro hac parte adduxi in tract.penſio.par.iij.q.vj.ver.quæ omnia prædicta nota. Probus.

(*20) Iſtud refert & ſequitur do.Petr.Rebuf.in tracta.de paci. poſſeſ. nume.34. vbi proximè ſequentia amplectitur. P.

(*21) Vt etiam latè firmo in tract.penſio.par.iij.q.vj. P.

(*22) Sæpiſſimè hoc in iure ipſo reperitur: quia ius illud contra ius commune in ſuis maximis dicitur potius laborare, quam illi aſſiſtere: vt videre licet in diſcurſu operis priuilegio.regal.per dom. Arnulphum Ruzeum coadunatorum, vbi dixi in quæſtionibus meis in fine dicti operis inſertis,q.31. P.

a ¶ Titulum.) (*1) Quid ſi habeat in commendam? videtur non habere (*2) locum hoc decretum,cum aliud ſit titulus,aliud commēda,xxj.q.j.qui plures,de elect. c.dudum,ij.de accuſa.ſi conſtiterit,vbi Inno.de elect.nemo,l.vj.vbi doct.Bal.in l.ex verbo,C.de fideicom.l.quia titulus eſt perpetuus,no.in l.j.§.veteres, ff. de acq. poſ. commendatarius aut commendam poteſt dimittere quando vult, & poteſt reuocari commenda ad libitum commendantis: vt no.Inno.in d.c. ſi conſtiterit, quod intellige vt ibi Panor.Bal.in marga.in ver. commenda, & fa. ver. poſſederit, quod eſt infrà,commendatarius autem non poſſidet,ar.l.licet,§. rei depoſitæ,ff.depo.ſed habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis,c.cum nobis,in fi.de elec.puto contrar.verius,paritate rationis: & capitur hic titulus largè pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato,infrà,§.ordinarij.Ideo dicunt communiter doct.in d.c.nemo,quod commenda eſt titulus canonicus ſicut & alij. (*3)

Commenda eſt titulus.

(*1) Non in proprietatem,cum decretum iſtud verbum non faciat de eo, ſed ſolum de illo qui in titulum poſſidet,inter quos lata reperitur diſcrepantia: vt no.docto.in c.ad quæſtiones,de re.permut.& in c.cura,de iure pa.& per do. Pe.Rebuffi in tra. de pacifi. poſ. nume. 252. & per gloſ. infrà hoc §.in verbo triennio, col. ij. Probus.

(*2) Gomes in præfa.regulæ de trien. poſ. nu.2.ait, quod olim Rota dubitauit, an d. regula comprehenderet commendas, nunc vero non dubitat, vt ipſe Gomes teſtatur in d.regula,quæſ.v. vbi alleg.hanc gloſ. in princ.ſecundum cuius votum per multa

Digitized by Google

multa motiua concludit contra partem negatiuam, quam multis fundamentis roborare niſus fuit. affirmatiua hæc etiam placet do. Rebuf. in tract. de pacifi. poſ. numero 35. & ſeq. Probus.

(*3) Quod firmo apud Ioan. mo. in d. ca. nemo. prout & Do. Petr. Rebuf. in tract. de pacifi. poſ. nu. 35. & multis ſeq. quibus adde gloſ. ſuprà in tit. de elect. in

pacifice[a] & [b] ſine lite [c] prælaturam [d] † [d]

cap. licet, in ver. cauſa. col. fi. Quòd ſi igitur commenda ſit titulus, locum habet hoc decretum in ea, quia regula eſt quod identitas rationis facit extendere ad caſum non expreſſum. l. libertum. §. Senatus. ff. de ritu nup. l. his ſolis. C. de reuo. donat. c. conſtitutionem. de regula. in vj. dixi latè in tract. penſio. part. ij. q. j. Pro confirmatione gloſ. habes deriuationem tituli, qui à tuendo dicitur, quia factum auctoris tuetur, indicans veritatem cuiuſlibet rei, vt ſi quis aliquid contendat, ad titulum recurrit. Probus.

a ¶ Pacifice.) quando dicatur beneficium pacifice poſſideri, (*1) no. Inno. in cap. conſtitutus de ap. glo. & doc. in cle. j. de ſeq. poſ. Arch. xxiij. di. in nomine Domini. moder. in cle. ſi plures. de præ. de Ro. de. 64. no. ſuprà de col. §. item quod vniuerſitates. & apud nos multi non reputant beneficiatum pacifice poſſidere, niſi per annum poſſederit ſine lite: cum intra annum poſſit inquietari ſuper poſſeſſorio retinendæ, in caſu. ſ. ſaiſinę & nouitatis, & beneficium ſequeſtrari ex ſtylo Franciæ. (*2) ad hoc. l. qui concubinam. §. cum ita. ff. de leg. iij. l. ſequitur. §. tunc ff. de vſuc. l. non videtur. de acq. poſ. l. mulieris. §. deſinere. de ver. ſi. ſed quo ad caſum huius cap. exponitur infrà hoc ver. pacifice. *Titulus dicitur.* *Sequeſtratio ſecundũ ſtylũ Franciæ.*

(*1) Dixi in tract. deuol. parte iiij. quæſt. xxiij. P.

(*2) Iſta ratione poteris etiam dicere, quod quis non dicatur pacificus vſque ad triennium, cum intra illud & vſque ad finem illius valeat in petitorio inquietari, vt patet hoc decreto: quod iura non dicunt. i. tantum expectari temporis: nam per minus volunt quem dici pacificum, vt patet ex his quæ traduntur per text. gloſ. & doct. hic per gloſ. adductos, ideo opinio iſtorum per gloſ. hic relatorum non eſt tuta, maximè quoad concernit promotionem, & aliorum beneficiorum vacationem per beneficiorum incompatibilium obtentionem. P.

b ¶ Et) pro. i. (*) & infrà de his qui in miſ. c. j. cum enim hæc dictio, &, ponitur inter ea quæ ſunt idem, aut quorum vnum eſt ſequela alterius, ponitur pro. i. gloſ. in c. cupientes. §. denique. de elect. in vj. in l. j. ff. ſi quis cau. in l. ij. C. de ver. ſig. in clem. j. de cau. poſ. Panormit. in capit. monaſteria. de vi. & honeſt. cleme. Idem ſi ponatur inter genus & ſpeciem, cauſam & cauſatum. ad hoc. ff. de legi. de quibus de pac. l. j. in gloſ. conſenſus. *Epiſcopatus an veniat appellatione dignitatis.*

(*) Quòd vna dictio pro alia ponatur in iure, non dicitur abſurdum: vt per multa probo in tra. pen. præ. vij. ver. tertio vnam dictionem. P.

c ¶ Sine lite.) Hæc verba expono infrà. §. lis autem.

† d ¶ Prælaturam) Ad quã immediate ſolus Petrus à Chriſto fuit promotus, alij autem apoſtoli à Petro, inquit Præpo. in ſumma. xxj. di. col. j. P.

d ¶ Prælaturam.) An veniat epiſcopatus, argu. quod non, quia appellatione dignitatis non veniunt epiſcopatus & ſuperiores dignitates, etiam in diſpoſitione

iuris communis, cap. dilectus. iuncto ca. ij. de con. præben. nec in materia pœnali in dubio comprehenditur perſona epiſcopi vel archiepiſcopi. de ſent. excom. quia periculoſum. in vj. cum epiſcopatus non ſit dignitas, ſed culmen (* 1) dignitatem capitul. quia pontificali: de off. del. li. vj. capit. fi. de ſent. & re iu. eo. li. ideo gloſ. in capitul. ij. de præbend. in vj. tenet quod in reſeruatione dignitatum ſimpliciter facta non comprehenditur dignitas epiſcopalis: & dicunt doc. in d. cap. dilectus. Panormita. in capit. cum Vintonen. de elec. quod ſi princeps diſpenſauit cum illegitimo. vt poſſit promoueri ad ordines & dignitates eccleſiaſticas, hæc diſpoſitio non extenditur ad dignitatem epiſcopalem. (* 2) & dicunt in capitu. tuæ de ver. ſig. quod gratia conceſſa alicui de fructibus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus percipiendis, non comprehendit epiſcopatus. Dic quod hic appellatione prælaturæ veniunt epiſcopatus propter ver. prælaturam, quod comprehendit dignitates epiſcopales. capitul. ne pro defectu. capit. nihil. de elect. capit. vbi periculum. §. & ne. eo. tit. in vj. & ibi Do. & in cap. præſenti. §. cæterum. de offic. leg. eo. li. & in cap. epiſcoporum. de priui. eod. li. contra loquuntur in dignitate: ideo hic text. notanter dicit prælaturam & dignitatem, aliàs nihil operaretur hæc dictio prælatura. plus in materia fauorabili (* 3) appellatione dignitatis venit epiſcopatus. capit. j. de re. iu. in vj. cum ibi not. ſicut eſt materia iſta.

dignitatem, beneficium, [a] vel offi-

Appellatione prælaturæ venit epiſcopatus.

(* 1.) Et ſummum beneficium ſeculare. vt probo in tract. diſpen. mem. v. par. ij. nu. 74. vbi iiij. mem. par. j. nu. 83. dico, quod ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis, de ſuprema poteſtate dicuntur. P.

(* 2) Iſtud & alia quæ hic in gloſ. ponuntur, latè habes per nos deducta in tract. diſpen. mem. vj. par. ij. quibus adde domi. Petr. Rebuffi tract. de pacifi. poſ. num. 63. Probus.

(* 3) Et in pœnali bene comprehenditur, & ſtricta quando exprimitur: vt probo in tract. diſpen. mem. vj. par. ij. nu. 10. P.

Regalia mirabilem habet effectum.

a ¶ Beneficium) (* 1) Etiam ſi ſpectet ad præſentationem vel collationem laici ex priuilegio: cum hæc cōſtitutio non concernat patronum laicum, ſed beneficiatum. niſi in caſu regaliæ. nam quocunque tempore quis poſſederit beneficium quod cecidit in regalia, poteſt inquietari à regaliſta, donec regalia fuerit impleta: (* 2) hoc enim caſu collatio facta ab alio quam à rege, eſt nulla & incolorata ex defectu poteſtatis in conferente. per no. ſuprà in ver. coloratum. Sed an hæc diſpoſitio extendatur ad hoſpitalia, (* 3) & loca ſimilia? non, vbi non conceduntur in beneficium. argu. cle. per literas. de præb. quod no. in cle. j. de re. permu. aliud eſſet ſi concederentur in beneficium, per ea quæ habentur in clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. do.

Regalia durat triginta annis.

(* 1) Lex concord. hoc titul. addit his duo, videlicet perſonatum, & adminiſtrationem poſtea, ſeu quodcunque beneficium eccleſiaſticum. P.

(* 2) Dummodo non labantur xxx. anni ab initio apertæ regaliæ incepti, quia poſt tempus illud obtinens beneficium iuri regaliæ affectum, amplius non poteſt moleſtari, dicit domi. Pet. Rebuffi in tracta. de pacifi. poſ. nu. 289. pro quo allo-

Digitized by Google

gat gloſ. noſtram ſuprà in ver. coloratum. in fi. hoc ti. quam in eo propoſito non reperio, ideo adduco tibi text. formalem & ad literam qui eſt ordine. Ludo. xij. 1499. art. xj. vide quæ dixi in quæſtio. x. tracta. Regalio. P.

(*3) Hoc dubium tangit de Selua in trac. benef. par. iij. quæſt. lvij. & latius Gomes in regula de trien. poſſeſ. quæſt. vij. & do. Pet. Rebuffi in tract. de pacifi. poſſ. nume. 81. & ſeq. quos vide diſtinguentes. P.

cium,[a] triennio[b]

a ¶ Officium) Eccleſiaſticuum. (*1) de quo. j. quæſtio. iij. ſaluator. de ſimo. conſuluit. in ſecularibus (*2) autem officijs non ſeruatur hæc diſpoſitio.

(*1) Idem in ſimili concludit do. Gomes in regul. de triennal. poſſeſ. quæſtio. vj. quòd ipſa regula etiam locum habeat in officijs eccleſiaſticis perpetuis, non temporalibus, etiam clèricis dari ſolitis, quod probat. P.

(*2) Non intelligas de ſecularibus officiis eccleſiaſticis, quia illa prout & officia regularia eccleſiaſtica ſunt ſub hoc decreto comprehenſa. Nam decretum ipſum de his loquitur indiſtinctè, licet nihil dicat de eccleſiaſtico, quia intelligitur tacitè, quando verbum hoc aut verbum beneficium, à iuris canonici conditore profertur, dicit Cardinal. in clemen. ij. nota. viij. de iudic. quod placet Domi. meo de Ripa, in rubri. de reſ. numer. 25. Sed intellige de officijs ſecularibus id eſt, mundanis & prophanis. quod probare nititur Dom. Petr. Rebuffi in tract. de pacific. poſſeſ. numero. 74. cui adde hanc glo. cuius primum dictum firma. per ea quæ ibi citat. Probus.

b ¶ Triennio) Completo & conſummato. (*1) nec puto ſufficere tertium annum inchoatum, vel per maiorem partem totius anni poſſediſſe. ſi. de regul. ad noſtram. ſic in temporalibus actionibus oportet quòd vltimus dies ſit completus. ff. de actio. & oblig. l. in omnibus. ff. de mino. l. iiij. §. minorem. per Archi. in capitul. ſi annum. de iudic. in vj. gloſ. & doc. in capitul. cum in cunctis. de elec. Ioan. Andr. in clemen. j. de ſequeſ. in ver. triennio. ad hoc Baldus in capitu. cum de offic. dele. vbi voluit quòd vbicunque lex requirit certum tempus, quod intelligitur completum, & de momento ad momentum, niſi aliud lex declaret, vel niſi ſimus in fauorabilibus per gloſ. in d. §. minorem. fa. not. in clemen. ſi de æta. & quali. vbi latè Imo. & not. nouam præſcriptionem triennij. per talem enim terminum quandoque ius eccleſiæ poſſidens acquirit. de præſcript. capitul. j. & dominium rei prophanæ mobilis. inſtit. de vſuca. circa princi. C. de pac. l. traditionibus. & tali tempore inducitur præſtatio fidei commiſſi pro futuro, licet aliàs non debita. C. de fideicom. l. j. & tanti temporis pacifica poſſeſſio ſequeſtrationem impedit. (*2) in d. clemen. j. de ſequeſ. & ante triennium incognito monachalis habitus non datur. xvj. quæſt. ſi. ſi quis incognitus. & qui per triennium proximum ſe ſoluiſſe oſtendit: præſumitur etiam ſuperiori tempore ſoluiſſe. l. quicunque. C. de apo. lib. x. Sed ob. capitu. ex frequentibus. de inſtinc. capitul. j. de reg. iu. in vj. per quæ capitula patet beneficium eccleſiaſticum non poſſe ſine canonica inſtitutione obtineri. & ibi no. quod beneficium quantum ad titulum eſt impræſcriptibile, quantocunque tempore poſſideatur. no. doc. in c. cura. de iu. patro. vbi dicunt quod licet eccl. poſſit præſc. per eccle. iure proprietatis, vt eam habeat ad proprios vſus, vel tanquam ſubiectam aut

Tempus tertium in multis debet eſſe completum.

Beneficium quantum ad titulum præſcribi non poteſt.

vnitam, & vide not. in clem. j. de ex præ. Ioan. Andr. in regula qui contra iura, de re. iu. in vj. in mercu. Henri. in ca. ſicut vnire. de ex. præl. Panor. in cap. vt ſuper. de re. ec. non alie. ſecus dicunt doc. reſpectu tituli. nam præſcribere quis eccleſiam non poteſt, vt eam habeat tanquam prælatus vel rector. idem Hoſti. & Henri. in cap. dilecto. de præ. Henri. in cap. relatum. de iur. patro. Bald. in l. iij. C. de eman. li. ad hoc. cap. poſtulaſti. de iur. pa. ideo adeptus beneficium ſimoniacè vel per fraudem aut ſurreptionem, aut aliàs minus canonicè, nunquam illud præſcribit quantum ad ſe. j. quæſtio. j. principatus. vnde in beneficialibus non habet locum miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ ob contumaciam partis aduerſæ: ne ad beneficia vitioſis pateat ingreſſus cap. j. de eo qui mit. in poſ. li. vj. & poſt triennium pacificus poſſeſſor licite moleſtatur ab alio ius habente: vt. d. clem. Sol. hic ius nouum eſt. & licet per pacificam poſſeſſionem triennalem poſſeſſor iſte præſcribat beneficium contra alium: (* 4) non tamen ſibi dominium acquirit, ſi fuerit titulus iniuſtus: pro quo gloſ. ſin. in cap. contingit. de do. & con. in gloſ. magna, ibi, (* 5) ſed cum aliquis mittitur in poſſeſ. quæ vult quòd olim in beneficialibus habebat locum miſſio in poſſeſſionem, & transferebatur poſſeſſio, & procedebat præſcriptio contra reum: ſed per hoc non acquirebatur agenti ius prælaturæ, ſi aliàs non habebat legitimum titulum, ex quo dicebat ibi Panormita. & in cap. capitulum. de reſcript. in c. in literis de reſt. ſpo. quòd ſi clericus bona fide & titulo colorato poſſidet beneficium alterius per decennium inter præſentes, & xx. inter abſentes, quòd præſcribit illud in præiudicium veri rectoris: licet ipſe ius prælaturæ ſibi non acquiſierit. Ioan. Andr. in capitu. ſine exceptione, de re. iu. in vj. in not. nam ex lapſu tanti temporis videtur quis habere beneficium pro derelicto (* 6) in præiudicium ſui, ad hoc quod leg. & not. in l. ſi de eo. §. ſi forte. ff. de acqui. poſ. inſtit. de vſuca. §. quod autem. per glo. & docto. in c. cum veniſſet. de reſti. ſpo. quare ex facto ſuo perdit beneficium, aut vt verius dicam, actionem ad petendum beneficium. potius quàm ex facto iſtius: ſed iſte non acquirit ſibi ex natura rei impræſciptibilis ſa. quod in ſi. no. per Bar. in l. ſequitur. §. ſi viam ff. de vſucap. Inno. in c. quia plerique. de immu. eccle. Aliud ſimile videtur in ſenten. declaratoria lata in beneficialibus, quæ reſpectu illius contra quem fertur, tranſijt in rem iudicatam. puta duobus litigantibus ſuper eod. beneficio, iudex pronunciauit beneficium pertinere ad illum qui vere non habet ius, à qua ſenten. non fuit appellatum: iſta ſenten. tranſit in rem iudicatam per lapſum decendij, quatenus tangit præiudic. priuatum illius contra quem fuit lata. (* 7) vt amplius non audiatur, ex quo non appellauit. c. cum dilecti. de electio. c. cum olim. de do. & contam. gl. & docto in c. j. de con. præb. Inno. in c. ad aures. in c. mandatum de reſcri. Hoſt. in ſum. de con. præb. §. ij. Hoc tamen caſu ſi is pro quo lata eſt ſenten. habeat notitiam iniuſtitiæ quandocunque, nunquam poteſt ſalua conſcientia illud beneficium retinere: nec ex curſu temporis iuuatur, quia nō habuit canonice. Sententia enim iudicis non dedit ſibi ius: (* 8) ſed tantum declarauit ius ad eum pertinere. l. ſicut. §. & ſiquidē. ff. ſi. ſer. vēd. in c. forus. de ver. ſignifica. & licet ille cōtra quē lata eſt ſententia, ei acquieuerit: & tale acquieſcere forte ſufficiat vt ex hoc priuetur iure ſuo: non tamen ſuffficit quo ad hoc vt alius qui nō habet ius, debite obtineat in foro conſcientiæ, quanuis in foro contentioſo videatur eſſe tutus: (* 9) quia non

Beneficium poſſidens ex ſententia quam ſcit iniuſtam illud retinere non poteſt.

Digitized by Google

poterit agere ille qui fuit victus, ex quo non appellauit, quod intellige verum ſecundum domi. Ant. Panormi. & Imo. in dicto c. j. de con. præbend. niſi ille victus vellet agere contra obtinentem per viam denunciationis euangelicæ, dicendo quòd peccat tenendo beneficium ſine titulo: quia tunc audiretur, per not. per Innoc. in dicto c. ad aures. in dicto c. mandatum. in c. quemadmodum. de iureiur. Panormi. in c. ad audientiam. de reſcriptis. Poſſet etiam iudex ex officio ſuo inquirere de titulo contra illum qui obtinuit, non obſtante ſententia quæ ſuperiori non præiudicat. ar. c. cõſtitutis. c. oblatæ. de appel. c. cum olim. de do. & contu. c. ordinarij. de offic. ordi. lib. vj. & infrà, §. ordinarij. & forte retractata ſententia per primam viam, vel per officium iudicis, poterit beneficium primo reſtitui: vt infrà. Similiter licet confeſſio in beneficialibus præiudicet confitenti, (* 10) vt ſibi ſilentium imponatur ſuper beneficio. fa. c. ij. de confeſ. in vj. glo. in c. poſt electio. de conceſ. præbend. non tamen valet ad partis diuerſæ vtilitatẽ vt ſibi beneficium adiudicetur. c. olim. de reſcriptis. nec præiudicat ſuperiori, quia confeſſio ſuper titulo non probat inſtitutionem, non enim dependet à parte dare titulum in benefi. not. Archiadiaco. & Io. And. in no. in dicto c. ij. Io. And. in d. c. j. de eo qui mit. in poſſeſ. Hoſtien. in dicto c. j. de cõceſ. præ. Hẽri. in c. dudũ. j. de electio. de Rota, deciſi. 412. Præpoſi. in capit. de eo qui cog. con. vxo. Item not. ex hoc textu quòd ex negligentia capiendæ poſſeſſionis nõ perdit quis ius quæſitum in beneficio ante triẽnij lapſum: quia non inuenitur à iure tẽpus præfixũ ad capiendum poſſeſſionem beneficij. poſſet tamen ex negligentia per ſuperiorem priuari beneficio ante triennium. argu. xviij. quæſtio. ij. ſi quis abbas. quod not. in c. ea quæ. de offic. ar. not. Panor. in dicto c. capitulum. circa fi. niſi in caſu regulæ cãcellariæ apoſtolicæ, quæ vult quòd quæcunque beneficia eccleſiaſtica, ſiue in Romana curia, ſiue extra eam reſignata: niſi de illis factæ reſignationes, ſi in Romana curia intra ſex menſes, & ſi extra. d. cui factæ ſunt, inf. menſem vbi beneficia ipſa conſiſtunt, publicatæ, & poſſeſſio illorum ab eis quos id contingit, petita fuerint: ſi reſignantes illa poſtmodum in eorundem reſignatorum poſſeſſione deceſſerint: non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſentur: collationéſque de illis factæ tanquam per reſignationem vacantibus, & inde ſecuta nulla ſunt. (* 12)

Beneficium an perdatur ex negligentia poſſeſſionis non acceptæ

(* 1) Hunc punctum poſt hanc glo. reaſſumpſit domi. Petrus Rebuffi in tract. de pacifi. poſſeſſo. nume. 266. vbi cum glo. reſidet, illam aliis firmando iuribus & doctorum auctoritatibus, quibus adde quæ in ſimili diximus in tracta. deuolutio. parte j. quæſtio. ij.

(* 2) Simile audio hic Pariſius in ſuprema curia de ſtylo teneri, quod ſi appellaſti à ſententia recredentiæ beneficij contra te lata, & intra triennium à tempore releuamenti aſſignationis computandum, in cauſa non fuerit concluſum, quòd tunc intimatus dicitur poſſeſſor quo ad appellantem pacificus, adeò quòd ipſe appellans, non auditur concludere volens: quod operatur appellantis negligentia, qui inſtare debet in appellatione proſequenda: ideo ſi per eum non ſteterit quòd in cauſa concluſum non fuerit, non eſt ei imputandum iuribus vulgatis, aliàs ſecus. Et hic eſt nouus caſus qui de facili poteſt firmari iuribus & doc. auctoritatibus. P.

(* 3) Hunc punctum habes per nos latè firmatum in tracta. penſio. parte v. quæſt. 17. P.

Digitized by Google

(*4) Non contra ſuperiorem, contra quem non allegatur hæc triennalitas, vt latè probo in tracta. penſio. parte iiij. quæſt. xj. Probus.

(*5) In verſicu. Sed nunquid idem iuris eſt in ſpiritualibus, quæ reputatur ſingularis ſecundum Panormita. in cap. capitulum ſanctæ crucis. de reſ. dicentem non eſſe alibi, de qua per gloſ. regula cancella. xxxiij. colum. iiij. P.

Beneficium quando habeatur pro derelicto.

(*6) Beneficium quando quis illud dicatur habere pro derelicto, dixi ſuprà titu. de collatio. in §. ordinat. in verbo reſidentiæ in fine. Cui adde quòd hoc derelictum poteſt fieri ſine alicuius partis præſentia, id eſt ſuperioris. l. prima ff. pro derelic. Imola, in cap. ſi cautio. colum. iiij. verſicu. Item fallit, de fide inſtrumen. vbi Fely. in ver. fallit octauo. meminit Decius in l. conditionis, nu. 24. C. de pac. vide Frede. in conſi. 107. Domine Franciſce. & in propoſito dicit Bald. in capitul. fina. colum. ij. de præſcriptio. quòd non proſequens ius ſuum, videtur ipſum habere pro derelicto, & quod negligens & diligens pari paſſu ambulare non debent, quod facit ad ea quæ ſupra addi. iij. diximus. P.

proximo hactenus poſſedit a.

(*7) Non contra iudicem qui eam tulit, quin eam poſſit retractare: neque ad partem, quin audiatur per viam querelæ, no. Anto. de Butrio, in cap. cum dilecti, colum. iij. verſi. venio ad tertiam partem de electio. & Caſſador. deci. 5. nume. 4. tit. de reſtit. ſpolia. quæ omnia ſunt de mente huius gloſ. vt patet ex ſequentibus. Probus.

(*8) Quod firmo latè in tracta. penſio. parte iiij. quæſtio. iij. vbi multa pono de viribus declarationis, quæ videto. P.

(*9) Contra iſtud facit, quod ſupra diximus iſto tit. in verbo coloratum, in additio. xiij. P.

(*10) De ea confeſſione habes latè per nos in tract. penſio. parte prima. quæſt. xviij. num. 27. & 36. P.

(*11) Excipe, vt ſubdit hic gloſ. nota. in regula cancel. de publicand. reſigna. de qua & in propoſito gloſ. diximus in tracta. penſio. parte iij. quæſt. vj. P.

(*12) Quæ exceptio firmat regulam hic per gloſ. citatam, vt eſt de exceptionis natura, vt probo poſt Ioan. mo. in rub. de reg. iur. in vj. P.

Poſſeſſio prædeceſſoris in beneficio an continuetur ad ſucceſſorem.

a ¶ Poſſedit) (*) Qualiter acquiratur & perdatur poſſeſſio in beneficialibus, not. Innoc. & alij in cap. in literis de re. ſpon. in c. bonæ. de poſtu. præ. in c. querelam. de electio. in ca. conſtitutus. de reli. do. latè Bald. in l. ij. C. ſerui. Domi. Anto. in repe. capitul. fi. de cau. poſſeſſio. & proprie. Sed quæritur an (*2) poſſeſſio prædeceſſoris continuetur ad ſucceſſorem in beneficio, pone. Titius poſſedit aliquod beneficium pacifice titulo colorato biennio, decedit. confertur Seio, qui illud poſſedit pacifice, & titulo colorato per lapſum anni. venit Mæuius volens inquietare Seium in petitorio, excipit Seius illum non fore admittendum: quia gauiſus eſt illo beneficio triennio per ſe & ſuum prædeceſſorem. an valeat exceptio, quod ſic, in vſucapionibus & præſcriptionibus poteſt ſucceſſor vniuerſalis & ſingularis vti acceſſione prædeceſſoris. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. id tempus. de vſucap. l. dolia. de contrahen. emptio. cum ſi. & defenſiones auctori competentes proſunt ſucceſſori, etiam ſingulari. C. de vſucap. transf. l. prima in

Digitized by Google

princ. ff. de hære. vend. l. emptor nominis. C. de euictio. l. emptori. & ibi Cy. & ſucceſſor debet vti eodem iure quo prædeceſſor. cap. ſi quis in ius. de regu. iur. lib. vj. ſucceſſor enim ſingularis repræſentat perſonam prædeceſſoris. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. & ibi Bart. l. ſi ſocer. ſo. ma. l. pater. §. quindecim. de le. iij. Succeſſor autem in beneficio eſt ſucceſſor, ſui prædeſceſſoris ſiue vniuerſalis. vt no. in c. aduerſus. de immu. eccle. Innoc. in capi eam te. de reſcript. in cap. ij. de ord. cog. ſiue ſingularis not. in c. in primis. ij. q. j. xvj. quæſt. iij. ſi ſacerdotes. licet gloſ. & Innoc. in cap. quod ſicut de electio. faciant differentiam in dignitatibus & canonijs, quod habentes dignitatem habent ſucceſſorem in onere & honore ca. quoniam abbas de offic. deleg. c. paſtoralis de offic. ordi. & fingitur ſucceſſor eadem perſona cum prędeceſſore: vt not. Inno. in dicto c. quod ſicut. ſed canonicus non habet ſucceſſorem in honore & onere. cap. dilectus. de præben. not. Innocen. in cap. fi. ne præ. vj. ſu. Bal. in dicta l. ij. C. de ſerui. (* 3) ſed capitulum ſibi ſuccedit. cap. relatum. de teſt. no. doct. in dicto cap. quoniam abbas, contra. quia beneficium quoad titulum eſt imprę́ſcriptibile, vt ſup. dictum eſt, ergo prę́ſcriptio poſſeſſoris non proderit ſucceſſori. ad hoc. l. ſi quis emptionis. ver. ita tamen. C. de præſcri. xxx. anno. vbi prę́ſcriptio odioſa. xxx. vel xl. annorum non parit actionem contra Dominum, vel exceptionem reſpectu noui detentoris non habentis cauſam à præſcribente. Item in beneficialibus nulla datur ſucceſſio reſpectu tituli. viij. q. j. Moyſes & c. ſequen. c. j. de præ. nam titulus prędeceſſoris extinguitur totaliter per eius mortem aut renunciationem, (* 4) nec aliquid de iure mortui ad ſucceſſorem tranſmittitur, cum nihil ex iure primi habeat, ſed ex noua electione, vel collatione no. Io. mo. in c. ij. vt lit. pen. li. vj. in c. ſi tibi abſenti, de præ. eo. lib. Io. And. in c. ex parte. de arb. Guil. in extrau. Io. xxij. ſuſcepti regiminis. in ver. vacantium. vbi dicit quòd in beneficialibus ius vnius non continuatur in alium, niſi ſola lis incepta: & hoc fit de quadam æquitate, non de rigore: vt dic. cap. ij. vt li. pend. (* 5) vnde olim dicebat Innocen. in cap. quia vv. de iudi. quòd non fiebat tranſlatio litis vel inſtantiæ in beneficialibus de vno ad alium. Inno. in dicto c. dilectus filius. de reſcri. quod hodie correctum eſt de æquitate: vt not. doct. in dicto capi. ius enim beneficiale adeò eſt perſonale, quòd perſonam non tranſgreditur. (* 6) immo in ſucceſſore per omnia ius nouum creatur, licet ſecus ſit in ſucceſſoribus hæreditarijs. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſoluto matrimo. l. ſi intra. C. de in integrum reſtit. & ibi Baldus de Ro. deciſi. 380. in ipſis enim ſucceſſor in iure primi ſuccedit continuando ſibi ius primi ſine innouatione iuris. ff. de iudic. tam ex contractibus. idem in iure proprietario reali ſeu perſonali eccleſiaſtico. d. capitul. quoniam abbas. vt li. penden. eccleſia maximè vniuerſali. de reſtit. ſignificauerunt. cum ibi not. facit quod not. Dy. in regula poſſeſſor, de regul. iur. in vj. quòd vitium prælati prædeceſſoris non nocet. (* 7) ſucceſſori in præſcriptione, licet contrarium ſit in hærede vniuerſali, cui mala fides defuncti nocet. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præſcript. C. de acquiren. poſſeſſio. l. vita. vbi doct. quia [illegible] cenſetur eadem perſona cum defuncto, in authenti. de iureiu. à mori. præſ. col. vj. ſed ſucceſſor in dignitate non cenſetur eadem perſona cum prædeceſſore, à quo non cauſat ius ſuum, ſed à ſuperiore, licet hæres cauſet totum ius ſuum à defuncto: ſentit gloſ. in cap. de quarta. de præſcri. in capit. cura de patro. &

Canonicus in honore & onere non habet ſucceſſorem.

Titulus prædeceſſoris per mortem totaliter extinguitur.

Digitized by Google

ibi Panormi. ad hoc quod not. Henri. in cap. tua de verborum ſignifi. & hoc videtur verius. quod clarius vult Guil. in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis. in ver. pluralitatem. vbi dicit quòd in titulis beneficiorum qui omnino ſunt ſingulares, poſſeſſio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat ſucceſſio iuris vel facti, licet in caſu cadat ſucceſſio litis vel cauſæ inceptæ: vt dicto c. ij. vt li. penden. de æquitate duntaxat, vt malitijs occurratur, & lites beneficiales citius finem habeant.

Poſſeſſio vnius non iuuat alium in beneficijs

vel in futurum poſſidebit, non poſſit poſtea in petitorio vel poſſeſſorio à quoquam etiam ratione iuris nouiter [a] impetrati [b] moleſ-

(*1) Vel dicit lex concord. iſto tit. pro tempore poſſederit. P.

(*2) Hanc quæſtionem mouet Gomes in regula de trien. poſſeſ. quæ. xvj. & poſt eum do. Petr. Rebuffi in tractatu de pacifi. poſſeſ. nu. 266. & ſeq. qui videntur adſtipulari gloſ. referendo aliquas illius rationes, alias illis addendo, videlicet quòd præſcriptio vnius titularij ſuum ſucceſſorem non iuuat quo ad huius decreti ſuffragium. iſtud verificatur in eadem perſona: quia ſi tu poſſederis beneficium ſpatio duorum annorum, poſtea illud reſignes cauſa permutationis quæ aliqua ex cauſa reperitur non valere, ratione cuius regreſſum habes ad tuum beneficium. cap. ſi beneficia, de præbendis, in vj. & te reuerſo, illud poſſides per annum: quo lapſo, ego illud beneficium impetro, dicens illud vacare certo modo, an contra me poteris excipere triennalitatem, & petere te iuuari debere huiuſmodi decreto. certe non. Probat iſte tex. in verbo proximo. nam videtur proximum quando eſt interruptum, & poſſeſſio interrepta non continuatur. l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſſio. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poſſeſſio. ſic opus eſt hanc triennalitatem inchoare. Panormitanus in cap. illud. & in c. cum non liceat, de præſcript. Ita concludit ipſe Dominus Rebuffi in dicto tractatu, num. 270. quod dicit procedere in eo qui per metum renunciauit, & poſtea ad beneficium redijt, cum non valeret reſignatio: poſtea ſubdit contrariam opinionem fore æquiorem, quod pie eſt credendum, quia reſignans etiam in vtroque, nullo modo eſt in culpa: ideo ſuffragio iuris non debet priuari, maximè in vltimo caſu, bene tamen in primo, quia debuit prouidere antequam permutaret: quod ſi non fecit, ei debet imputari per ea quæ diximus in tractatu penſio. parte prima. quæſt. xj. nu. 17. P.

Poſſeſſio triennalis non ſit interrupta.

(*3) Quod verum in canonicatu, quia habet in præbenda. Etiam non habet ſucceſſorem in his quæ iure ſpeciali competebant, vt etiam firmo in trac. penſio. membro 4. parte iiij. num. 86. P.

(*4) Nam ceſſio in beneficialibus habet vim mortis. no. Ro. in conſil. 374. P.

(*5) Vbi apud Iolgino. iſtud late firmo. nume. 2. & 3.

(*6) Quod per multa firmo in tractatu penſio. parte ſecunda. quæſt. iiij. P.

(*7) Quando noceat vel non: dixi in tractatu deuolutionum, parte prima, quæſtio. xvj. & latius in tractatu penſionum, parte quarta, quæſt. iiij. P.

a ¶ Nouiter) Id eſt, poſt poſſeſſionem triennalem alterius.

b ¶ Impetrati) (*) Tales impetrationes de beneficijs ſic poſſeſſis, nullæ ſunt: vt hic & in regula cancellariæ.

(*) Per

Digitized by Google

(*) Per hoc tamen non dicas quòd ſi duo ſint colliigantes qui idem beneficium impetrauerunt, quod inter illos eſt litigioſum, prout & tertius qui ſimiliter impetrauit illud, & ad litigium non fuerit vocatus proceſſurus, eſto quòd triennium labatur, cedit in fauorem alterius illorum, qui ſi in eo iure ceſſo conſtat beneficij verum eſſe titulum, poterit eo non obſtante triennij lapſu illam ad victoriæ effectum producere, ſuámque iuſtificare poſſeſſionem virtute tituli minus validi habitam, licet is qui ſic ceſſit, ea ſe iuuare non potuerit: ita cõcludit Boer. deciſ. 24. Duo litigabant, poſt Roma. in conſilio 433. in quæſtio. ij. *Non colliti. gans cedit collitiganti.*

ſtari a. Excepto hoſtilitatis b caſu, vel alterius legitimi

Quo ad primum, iſta eſt veritas puncti, quod fatetur per experientiam facti dominus Petr. Rebuffi in tractatu de pacificis poſſeſſor. numero 294. ſubdens talem alia non indigere poſſeſſione, ſed ſola ſubrogatione quæ petitur hic in Gallia virtute literarum regiarum, non virtute prouiſionis factæ de eo ceſſo iure, dico in poſſeſſorio, bene tamen in petitorio in quo vim non habent literæ regiæ. P.

a ¶ Moleſtari) (*1) A parte per viam actionis, ſed per viam denunciationis euangelicæ bene poterit denunciari ratione peccati, cum ſine peccato non poſſit beneficium ſine titulo obtinere, ca. dudum, ij. de electio. cap. ex frequentibus, de inſtitu. & quantocumque tempore illud poſſederit, ſi ſciuerit iniuſtitiam tituli, debet illud dimittere illi qui habet ius, per Innocentium in c. quia plerique, de immunitate Eccleſia. Bal. in l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, vbi volunt quòd res iudicata non excuſat (*2) quem in foro conſcientiæ, fa. no. per Ioannem Andr. in quæſtio. mercu. in regula mora. de regulis iuris, in vj. Henricus in c. licet, de ſupplenda negligen. præla. poſſet etiam ex officio iudicis & ſuperioris priuari illo beneficio: vt infrà ſequitur, §. ordinarij, & dictum eſt ſuprà. (*3)

(*1) Gomes in regula de annali poſſeſſo. q. xlvij. nu. 7. dicit hunc titulum ſeu regulam illam fuiſſe principaliter editam in odium moleſtantium. P.

(*2) Iſtud latè fuit diſcuſſum ſuprà hoc §. in verbo triennio. P.

(*3) Attende ad exceptiones poſitas tam per textum quàm per gloſ. quia denotant dupliciter poſſe conſiderari titulum coloratum. Primo modo quo ad effectum huius decreti, quia quo ad illud, prout & quo ad regulam de trienna. poſſeſſo. omnis dicitur habere titulum coloratum qui non excluditur in decreto vel regula: itaque ſoli illi diſcoloratos titulos habere dicuntur, qui in decreto vel regula excipiuntur. Secundo, quo ad effectum iuris communis, ſecundum quem multi cenſentur non habere titulum coloratum, & per conſequens excluduntur à beneficio iuris communis, non tamen excluduntur ab auxilio dicti decreti & regulæ, quod proſequitur Gomes in dicta regula de trienna. poſſeſſo. q. xxvij. P. *Qui dicatur habere titulum coloratum vel incoloratũ.*

b ¶ Hoſtilitatis) Qua durante (*1) non currit præſcriptio, xvj. quæſt. iij. prima actione, ff. de cap. & poſtlimin. l. poſtliminium, cap. ex tranſmiſſa, (*2) de præſcr. & interim dormiet, (*3) non tamen interrumpetur, ita quòd ſiue vna die, ſiue pluribus annis hæc hoſtilitas interuenerit, finita hoſtilitate, tempus ſequens continuabitur cum præcedente, & ſic perficietur præſcriptio (*4) ſubducto tempore me-

Digitized by Google

Præſcriptio non currit durãte hoſtilitate.

dio, vt no. Innoc. & doct. in dicto ca. ex tranſmiſſa, fa. ca. ſolitæ, de maioritate & obedientia, c. auditis, de præſcriptio. & ca. de quarta, ad prædicta, quod not. Bal. in extrauagan. imperialis, de pa. Cõ. per illum textum, quòd ſi bona rebellium tempore ſunt guerræ aliis conceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis dominis: nam pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum, & ſublata guerra tollitur omnis eius effectus ſecutus propter guerram, ca. cum per bellicam, xxxiiij. quæſtio. ij. vbi dicitur, quod clade bellica turbatum eſt, pacis remedio reformetur, vnde etiam ſentẽtiæ latæ contra rebelles occaſione rebellionis ſeu partialitatis, reſcinduntur facta pace, ſecus ſi non occaſione rebellionis, ſed aliàs iuſtè ſunt latę: puta ex cauſa mutui vel depoſiti, vt in d. l. imperialis, poſſet tamen princeps pro bono pacis, vbi aliàs nõ poſſet haberi pax, generalem legem faciendo tollere actiones quęſitas ſingulis damnum in guerra patriæ paſſis, l. Antiocenſium, ff. de priuileg. creditorum, l. vẽditor, §. ſi conſtat. com. prædio. quod nõ. in l. ij. C. quæ ſit longa conſuetudo, fa. ca. in noſtra, de iniu. vbi hoc no. Petrus de Ancha. Hoſtien. in ſumma de pœni. & remiſ. §. fi. ver. ſed pone quòd guerra.

impedimenti[a]

(*1) An autem poſt hoſtilitatem vel poſt bellum currat tempus contra populum hoſtilitate deſtructum, ponit Baldus in tractatu præſcriptio. in ſecunda parte vj. partis principalis, quem vide pro hac glo. & pro limitatione huius dicti ibi limitatur iſta concluſio, quæ eſt, ſi ad locum in quo ius redditur, poteſt ire cum ſaluo conductu, vel ſine illo, hunc paſſum habes notare pro his qui, 1544. ab Anglis fuerunt à Bolonia eiecti. Probus.

(*2) Vbi Panormitanus ponit caſus in quibus dormit præſcriptio, & latius Bald. in tract. præſcr. ſecunda parte vj. partis prin. P.

(*3) Facit tex. in cap. prima actione xvj. quæſt. iij. dicens, non enim erit obiicienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intererit hoſtilitatis, & ibidem in cap. ſi ſacerdotes, ea quæ in beneficiis poſſidentur, ſiue quæ metu hoſtilitatis interueniente diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi non poſſunt. P.

(*4) Sic iſto caſu non requiritur reſtitutio, vt in impedito, l. ſed & ſi per procuratorem, in princ. §. ſed ſi feriæ, ff. ex quibus cau. maio. ſed ipſo iure non currit præſcriptio, imò illa ſolum dormit: vt hic gloſſa dicit, quod proſequitur Alexand. in conſi. 81. ante finem, quod incipit reuocatur, vol. v. & poſt eum Philip. Corneus in conſi. 92. col. penul. ver. attento, quod exorditur, licet, volum. iiij. quod eſt de mente huius gl. Et quæ ſic dicta ſunt de hoſtilitate, poteris extendere ad tempus peſtis ſi volueris admittere argu. de bello ad peſtem, prout doct. noſtri communiter admittunt, maximè Alexan. in conſi. 30. ver. nec etiam obſtat, põderatis narratis vol. 5. & do. de Ripa in princ. tract. de peſte, nume. 11. qui pro hoc inter alia adducit tex. in §. locum, ſuprà in rubric. de auctoritate gener. concil. quod intellige ſubdit ille, ſubſiſtente identitatis ratione: aliàs nõ tenet argumentum, ait Alexand. in l. fina. col. ij. C. de teſtam. Probus.

Argum. de bello ad peſtem quando valeat.

a ¶ Impedimenti) Propter quod agere non potuit contra iſtum poſſidentem, puta quòd fuit detentus ab hoſtibus, ff. ex quibus cau. ma. l. ſuccurritur, de iudic. l. ij. Spec.

titul. de in integ. reſti. §. j. ver. diximus; & non poteſt (*1) conſtituere procuratorem cum perdiderit libertatem, nec poteſt facere aliquem actum, vt liber homo, l. eius, ff. de teſtam. l. diuus, ff. de iure fiſc. ca. epiſcopus, de ſuppl. neglig. præ. in vj. Bar. in l. abſentem, ff. de verb. ſig. idem ſi datus eſt obſes, l. obſes, de teſtam. ca. ex reſcr. de iureiurand. hodie autem inter Chriſtianos ex conſuetudine non ſeruamus iura captiuitatis & poſtliminij, niſi quo ad bona: vnde capti non efficiuntur ſerui capientium, no. Bar. in l. hoſtes, ff. de cap. & poſtlim. re. Panorm. in cap. ſicut, de iureiur. Bal. in l. j. C. de cadu. tol. vide Bal. in l. cum cognatum, de inge. ma. niſi in bello imperiali. Bal. in marga. in ver. principes, vel pone quòd fuit detentus in carceribus: quia tunc dicitur legitime impeditus, ar. cap. ſignificante, de pig. cap. accedens, de procura. cum ibi no. per glo. & docto. ad hoc quod le. & no. in cap. cum per bellicam, xxxiiij. quæſtio. ij. vbi dicit gloſ. quòd clerico captiuo ab hoſtibus, & poſtea redeunti, eſt beneficium reſtituendum quantocunque tempore ſteterit detentus, gloſ. in cap. paſtoralis, vij. quæſt. j. quod habetur in l. ij. & ibi Bar. C. ex quibus cauſ. ma. quòd carceratio eſt iuſta cauſa petendi in integrum reſtitutionem, quod no. Bar. in l. is qui reus, ff. de pu. iud. proceſſum factum contra carceratum eſſe ipſo iure nullum ſi iudex ſciebat eſſe carceratum, ad hoc, ca. ij. & quod ibi no. Panorm. de arbi. quòd exulans à ſuo beneficio ſine culpa, non debet illo aut redditibus eius priuari, vel pone quòd ius non reddebatur in loco propter defectum iudicis vel rei, ff. ex quibus cau. ma. l. ſed & ſi per prætorem, per to. vſque ad §. quotiens, docto. in c. ex tranſmiſſa. de præſcr. Spec. titu. de ap. §. nunc breuiter, ver. item fallunt præmiſſa, aut propter mortalitatem, vel peſtilentiam: quia tunc etiam non currit præſcriptio, quando ita ſæuit in loco quòd ius in eo non redditur, no. Bar. in l. naturaliter, ff. de vſucap. Bald. in l. cum notiſſimi, §. immo. C. de præſcr. xxx. an. dicit tamen dom. Anto. in capi. cum dilecti, de do. & contuma. quòd ſi ius redderetur in aliquo loco tempore peſtis, vel mortalitatis, propter hoc citatus non excuſaretur à comparatione; pro quo videtur gloſ. in clemen. quandiu. de ap. in ver. vel aliàs. Panorm. in dicto cap. ex tranſmiſſa, dicit quòd etiam ſi ius reddatur in loco mortalitatis, & actor erat abſens propter timorem quia peſtis multum vigebat in loco, quòd tunc currit præſcriptio, tamen eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem ex clauſula generali, ad hoc no. dictum Barto. in l. de ætate, ff. ad Trebel. vbi dicit quòd tunc citatus habet iuſtam cauſam non comparendi, ar. capitu. ad ſupplicationem iunct. gloſ. de renun. quod limitat Panorm. in dicto capitu. cum dilecti, vbi aëris corruptio eſt vehemens; & citati complexio eſt talis quòd veriſimiliter ex acceſſu dubitaretur de morte; fac. quod ipſe no. poſt Ioannem Andræam, in capit. ſi verò, de iureiur. capit. quorundam, lxxiiij. diſtinct. quod no. Hoſtien. in ſum. titu. de cle. non reſi. §. fina. Henri. in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſta. quòd vbi aër eſt infirmus & peſtifer, poteſt beneficiatus ſe abſentare à beneficio, nec debet procedi contra eum ad priuationem, ſed debet expectari quouſque ceſſet impedimentum prædictum, bo. tex. in clem. ne in agro. §. ſanè, de ſta. mona. iunct. gloſ. in ver. rationabili, fa. quòd quis non tenetur comparere in loco vbi de morte timetur, ar. bo. in d. cap. ſupplicationem, iunct. gloſ. & in dicto cap. ſi verò, in capit. communis filius xxiij. diſtinctio. pro hoc capitu. accedens,

Captiuitatis iura an ſeruentur hodie.

Beneficium reſtituatur clerico ab hoſtibus redeunti.

Peſtis vel mortalitas non excuſat à comparatione.

Clericus à beneficio certis ex cauſis ſe abſentare poteſt.

vt lite non cont. cle. paſtoralis, §. Piſania. de re iudi. nam & locum peſtis quis licite fugit.lxxxviij.diſtinct. negociatorem,C. de ædi. ac. l. ſi prædium.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis riuos,ff. de noui ope.nun. Bald.in ca.ex parte,de appel. ſuprà de auct. ge. con.ca.j.cum ibi no in ver.peſtis, ſed hoc caſu ſi poteſt, conſtituat procuratorem ad agendum contra poſſeſſorem beneficij niſi cauſa eſſet ardua & grauis, quo caſu non tenetur conſtituere procuratorem,c. querelam, de procura. cum ibi no. per gloſ. & doct.per Hoſtien.& alios in dicto ca.ex parte.Guil.in clemen.cauſam,de electio. in clemen. fina. de foro competen. quia non eſt veriſimile quòd procurator adeo diligenter tractat cauſam ſuam,ſicut ipſemet faceret ſi eſſet præſens,ff.de Carbo.edic.l.j. in fine.C.de procurato.l.finali.in prędicto tamen caſu quo ad diſpoſitionem huius c. non videtur neceſſaria reſtitutio, cum ipſo iure nõ currat præſcriptio triennalis legitime impedito & proteſtanti.(*2.) & idem videtur videndum in ſimilibus caſibus, puta ſi non potuit inuenire procuratorem propter peſtem, per ea quæ le. & no. in l. quæſitum, ff. de re iudi. aut ſi actor fuiſſet abſens cauſa reipublicæ, qui non tenetur dimittere procuratorem in cauſis nondum inchoatis per litiſconteſt. ff. de legi. eundem,ff.ſi quis cau.l.ij.cir.prin.no.Cy.in l.j.C.de reſ.mi.l.do.in dicto c.querelã, aliàs tamen contra talem currit præſcriptio,ſed datur reſtitutio pro tempore abſentię,dicta l. ſed & ſi.de quo per Inno.& alios in dicto c.ex tranſmiſſa,vel ſi propter auſteritatem & potentiam poſſidentis beneficium, aut tyrannidem principis eidem fauentis, non fuit auſus illum conuenire.ar.c.ſtatutum,de reſc. in vj. ſuprà titu. j. ca.j. §.& ne.ver.ſi verò.l.vt perfectius, C. de anna. exceptio. tempore enim tyranni non currit præſcriptio.c.ij.cum ibi no.per Panormita.de præſcrip.quod no.Bar.in tract. de tyran. Bald.in l.decernimus,C.de ſacroſanc.Eccle.domi.in c.fundamenta.de elec. in vj.de validitate geſtorum tempore tyrannidis,quod no.Inno.in c.ij.de noui ope. nun.quòd canonici expulſi per vim à terra per tyrannum, nõ perdunt poſſeſſionem iuris canonicalis: quia violentia eſt illata perſonis, quæ nõ impedit actus legitimos, qui enim metu abeſt,retinet omnia iura.ff.ex quibus cau.ma.l.j. Bald.in l.ij. C.de ſerui.Bald.in mar.in ver.tyrannus,quod no.Ioan.Andr.in no.& Domi.in c.j. de cleri. non reſiden.in vj. de exulibus ciuitatis, qui propter partialitates non audent morari in Eccleſiis vel ciuitatibus, quòd tales in abſentia lucrãtur etiam diſtributiones quotidianas,per illud c.fa.dict. c.ij. de arbi. cum ibi no. per Panormi. vis enim habet neceſſitatem impoſitam contrariã voluntati.l.j.ff. quod met.cau. Et puto intelligi hũc textum,ſiue impedimentum acciderit ſiue culpa actoris,ſiue ex eius culpa: puta ſi eſt excommunicatus, cum tempore excommunicationis nõ poſſit agere, nec per ſe nec per alium,c.intelleximus,de iudi.ideo nõ curret tunc præſcriptio: niſi fuiſſet in mora (*3.) petendi abſolutionem,bene fa.ca.quia diuerſitatem,de conc.præ.ca. cum inter. de except.c.j.ne ſed.vacan.in vj.c.ſi. de elect.no.xvj. q.iij. prima actione. Hoſt. in c. j.de præſcript. per illud.ca.quod intelligit ibi Panorm. quòd non currit præſcriptio contra excommunicatum, non ſolum in bonis Eccleſiæ ſuæ, ſed etiam in iuribus & rebus propriis ipſius excommunicati. mouetur per. d. ca. quia diuerſitatem: quod loquitur de iuribus & præeminentiis ipſius excommunicati, & per rationem gloſ. in regula imputari. de reg. iur. lib. vj. nam hoc impedimentum agendi non oritur immediate ex culpa excommunicati, ſed ex pœna ipſius ex-

Metu abſẽs nihil perdit.

Digitized by Google

communicationis, ideo cum ſit impeditus à lege, non debet contra eum currere prę-ſcriptio.l.j.in fine.C.de anna. exce. Contra bannitum autem propter ſuam culpam, curret præſcriptio iſta, cum poſſit mittere & cõſtituere procuratorem, l.Papinianus exuli.ff.de mino.d.l.ſed & ſi.§.aduerſus,fa.ca.j. qui ma.ac poſ. ca. perlatum, qui fil. ſunt legiti.quod no. Inno.in c.fi.de eo qui mit. in poſ. niſi vbi non poterat dimittere procuratorem: vel ſi dimiſit, non fuit auſus occupare, vel mortuus eſt, iuxta not. per docto.in d.c.querelam.Io.And.in ad Spec. tit. de ſen. pro. §. iuxta. circa princi. Panor.in dicto ca. cum dilecti.Bal.in l.imperialis, de ap. Conſtan. vbi dicit per bannum vel exilium interrumpi præſcriptionem.Bart.in l.finali.ff. de in integ.reſti. Sed an contra minorem beneficiatum curret huiuſmodi præſcriptio per trienniũ? quod non.ff.de minori.l.interdum, C. de ten.in integ.reſ.pe.l.ea quæ, C.in quibus cau. in integ.reſ.non eſt ne.l.fina.vbi nulla præſcriptio temporalis, præſertim legalis, currit contra minores, etiam contra pupillum non currit præſcriptio. tringinta vel. xl. annorum, l.ſicut.C.de præſcript.xxx.an. & maximè quòd hic agitur de damno vitando, ſcilicet de perditione ſui beneficij, quo caſu non debemus ita large interpretari hoc capitulum, vt alius luctetur.ar.in l.proſpexit, ff.qui & à qui. vnde dicit Bar.in dicta l.fi.& l.Æmilius, ff.de mino.idem in præſcriptione ſtatutaria, vel conſuetudinaria, quòd non currat contra minorem, vbi agitur de damno vitando: quia vbi agitur de diminutione patrimonij, debet ſtrictè interpretari ſtatutum, ne aliquis iniuſtè damnum incurrat.l.ij. C.de noxa.ar.ca.cum dilectus, de conſuetu.not. Barto. in l.omnes populi, ff.de iuſti. & iu. ſic limitat dictum Innocen. in ca. conſtitutus, de in integ.re.vbi per doct. Salycetus in dicta l.fina.licet Bald.contra ibidem in ſtatutaria. in ca.j.§.porrò.qua.olim feu.po.ali.in dicta l. cum notiſſimi. per. Henri. in ca. beneficio, de in integr. reſtit. ſed contra: quia in beneficialibus & aliis ſpiritualibus minor cenſetur maior.ca. ex parte, de reſti.ſpol.ca.ſi annum, de iudi.in vj, & cenſendus eſt ſui iuris, ſicut filius familias in caſtrenſi peculio.ff.ad Macedo.l.ij. Dic quòd contra pupillum ipſo iure non curret iſta præſcriptio triennalis, ſi autem ſit maior xiiij. annis, bene curret ipſo iure, ſed reſtituendus eſt, cum ſit læſus, & certet de damno vitando: quo caſu fit reſtitutio, etiam re non integra, & aduerſus tertium, ff. de mino. l.in cauſæ, §. interdum; etiam cum certat de lucro minor, reſtituitur re integra, l. quòd ſi minor.§.Scæuola.ff.eod.titu.C.de repu.hære.l.fin.fa.no.in dicto c. ex parte de minore qui renunciauit expreſſe beneficio ſuo, quòd re integra reſtituendus eſt. Aduertere tamen (*4) debet iudex an hoc caſu minor ſit grauiter læſus, quid enim ſi habebat plura beneficia, & ex vno poteſt viuere? non videtur ex iſta præſcriptione lædi: ſed potius exonerari ab adminiſtratione, quid ſi habebat etiam illud duntaxat, ſed attentis circunſtantiis erat ſibi magis onero ſum quàm vtile? non videtur fienda reſtitutio quæ fundatur ſuper graui læſione. ca. j. de in integr. reſtitutio. Spec.eo.tit.§.qualiter, ver.quid ſi minor.ſi autem ex præſcriptione huiuſmodi grauiter læderetur: quia viuebat ex illo beneficio, & ſimplicitate aut ignorantia quadam non inquietauit põſſeſſorem triennalem: certè reſtituendus eſt ad agendum contra illum fauore minoris ætatis, nec obſtat quòd ad agendum & adminiſtrandum reputatur maior. vide inſtantiam in Eccleſia quæ licet poſſit agere, & hoc reſpectu reputetur maior: tamen ſi decipiatur, reſtituitur vt minor.ca. j. & ij. de in in-

Præſcriptio contra minorẽ beneficiatum.

Præſcriptio conſuetudinaria an currat contra minorem.

In beneficialibus minor cẽſetur maior.

Digitized by Google

tegr. reſtitu. in vj. etiam aduerſus præſcriptionem, vt ſatis probatur in clemen. jude in integ. reſtitu. quæ loquitur indiſtinctè, vt aduerſus lapſum temporis reſtituatur Eccleſia, ergo etiam aduerſus præſcriptionem quæ cauſatur ex temporis curſu, & ibi not. Geſ. Pau. & moder. Bartol. & Bald. in authen. quas actiones, C. de ſacroſanctis Eccle. moder. in ca. auditis, de in integr. reſtitu. Panormi. latè in ca. j. de præſcript. Item in iſtis ſpiritualibus ſubueniédum eſt minoribus, quos Eccleſia protegit. lxxxvij. diſtinct. ca. j. & ſimplicitati eorum venia eſt tribuenda. ar. ca. cum vniuerſorum, de rerum permuta.

de quo †[a] proteſtari [b], & illud

(* 1) Sic eſt minoris libertatis quàm incarceratus accuſatus, cum ille procuratorem poſſit conſtituere, vt firmatum habes per nos in tracta. deuolu. parte j. quæſt. xxvij. Probus.

(* 2) De qua, aut ſimili proteſtatione, diximus late in tractatu penſio. parte iij. quæſt. vj. quibus adde quæ tradit domi. Petr. Rebuffi in tract. de pacificis poſſeſſoribus nu. 310. & gloſ. infrà proxima. P.

(* 3) Quia tunc videtur poſſe: nam regula eſt, qui facit vt non poſſit agere, poſſe videtur, ca. finali. de elect. l. ſed & ſi. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maio. gloſ. in ca. quia diuerſitatem, in verbo abſolutionis, de conceſſ. præbend. vbi Panormi. dicit præſcriptionem currere contra iuſte excommunicatum, quamuis non fuerit in mora petendi abſolutionem, quem vide pro contraria parte, in ca. cum inter. col. j. de except. & latius per Baldum in j. parte vj. partis principalis, §. vigeſimo ſecundo, verſiculo primo limita. numero. 22. & ſequ. in tracta. præſcript. P.

(* 4) Dubium gloſ. mouet & ad partes diſcutit in ſimili do. Gomes in regula de triennali poſſeſſ. quæſtio. xv. vbi allegat & ſequi videtur diſtinctionem gloſſatoris quem doctiſſimum dicit, ſubdens neſcire quid hoc caſu teneret Rota, quia de rigore dictum Innocen. in ca. conſtitutus, hic per gloſ. allegatum communiter approbatur, id eſt, quòd contra minorem currit omni caſu præſcriptio, ſed quòd de æquitate procedit doctrina Barto. in l. finali. C. in quibus cauſis in integr. reſtitu. non eſt nec. videlicet quòd vbi agitur de damno euitando, debet fieri ſtrictior interpretatio, ne aliquis damnum iniuſtè patiatur, l. fi. §. in computatione, C. de iure deliber. Pro verificatione ampliori habes quæ in ſimili diximus in tractatu penſio. parte j. quæſt. xiij. vnum tamen tibi dico, quòd nunquam vidi, nec auribus percepi, quòd hoc in caſu, prout nec in aliis ſpiritualibus minor fuerit reſtitutus, nec quoad concernit decretum quod verſatur circa petitorium, nec quo ad retinendæ poſſeſſionis interdictum, quod concernit poſſeſſorium, coram iudicibus in Gallia agitari priuatiuè conſuetum, quod an illud ſit ciuile vel canonicum, dixi in dicto tracta. penſio. parte tertia, quæſtione tertia. P.

† a ¶ De quo) Scilicet impedimento, quod ſolum probare non ſufficit, ſed etiam quòd illud fuit cauſa immediata quare non potuerit triennium interrumpere, dicit in ſimili Staph. in tract. de ſtig. iuſtitiæ, §. vltimo quo ad materiam, in fine. P.

b ¶ Proteſtari) (* 1) Proteſtatio enim habetur pro petitione. ff. de nau. fœ. l. Labeo. l. vt perfectius, C. de anna. exce. ca. paſtoralis, §. fi. de offic. ordi. ca. fi. de ap. ca. j. quod metus cau. ca. Lotharius, xxxj. quæſtio. ij. fa. not. per Innocen. in ca. ex

tranſmiſſa. de præſcript. Et not. caſum in quo præſcriptio interrumpitur per proteſtationem, ad idem quod not. Bartolus, in l. non ſolum, §. morte. ff. de nou. oper. nunci. Pau. de Caſt. conſi. 288. regulariter contra. niſi in dictis caſibus, & ca. olim. de cen. vbi Innocen. Sed quandiu durat iſta interruptio, ſeu eius effectus? videtur quòd ad mille annos, licet enim de iure ciuili actio quæ prius erat temporalis, per litis conteſtationem efficiatur perpetua, id eſt duret per quadraginta annos, l. finali. C. de præſcript. xxx. ann. de iure tamen canonico (* 2) interrupta præſcriptione perpetuatur actio etiam vſque ad mille annos, vt not. in ca. j. xvj. quæſt. iij. quia præſumitur lite conteſtata poſſidens habere malam fidem, & de iure ſuo titubare, C. de acquirend. poſſeſſ. l. nemo. quare nunquam præſcribet. ca. finali. de præſcript. not. in regula, ſine poſſeſſione, de regul. iur. in vj. Domi. Anto. in ca. illud, de præſcrip. Puto quòd tandiu durat interruptio, quandiu durat effectus interruptionis, verbi gratia: per proteſtationem interrumpitur hæc præſcriptio triennalis, ſed non ſtatim poſt factam proteſtationem incipiet poſſeſſor de nouo præſcribere: ſed poſtquam ceſſauerit impedimentum, ſicut per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio: non incipiet tamen pars poſt litem conteſtatam ſtatim præſcribere, ſed poſtquam partes ceſſauerunt litigare: puta poſt peremptam inſtantiam, vt dicta l. finali. no. Panor. in dicto ca. illud. facit gloſ. in l. ij. C. de fruct. & li. expen. vbi dicit quòd perempta inſtantia lapſu temporis poſſeſſor facit fructus ſuos, nec tenetur ad reſtitutionem: quia videtur bonæ fidei. licet ibi Bart. ſentiat contra. & videtur velle quòd per litis conteſtationem interrumpatur præſcriptio, & efficiatur malæ fidei: & quòd iſti effectus durant etiam perempta inſtantia, & concernunt ipſam cauſam, non inſtantiam, allegat gloſ. in l. properandum, C. de iudi. & ibi Barto. Innocen. in ca. cauſam, de teſtib. qui dicunt quòd perempta inſtantia durat vitium litigioſi. ad hoc quod le. & not. in l. j. & ibi Bartol. C. de præſcriptio. longi temporis, vnde quanuis ius ciuile admittat præſcriptionem de nouo, non tamen ſimpliciter: ſed xl. annorum, vt dicta l. finali. Sed aduerte quòd hæc proteſtatio non habet vim litis conteſtatæ, ſed citationis, aut executoris miſſionis, licet enim per litis conteſtationem interrumpatur præſcriptio de iure ciuili, & perpetuet vſque ad xl. annos, vt no. in dicta l. finali: tamen interruptio facta per citationem, vel executoris ſolam miſſionem: licet interrumpat præſcriptionem præcedentem, non perpetuat actionem vſque ad xl. annos, vt not. in l. cum notiſſimi, in princi. & ibi Bartolus, C. de præſcript. xxx. annorum, in §. poteſt. xvj. quæſtio. iij. ſimiliter naturalis interruptio non perpetuat vſque ad xl. annos, vt in dict. §. poteſt. verſi. quod ſi. nam ſi recuperat poſſeſſionem amiſſam, vel ſuperuenit bona fides, vel titulus, incipit de nouo præſcribere: quia ceſſauit cauſa impediens, & ſuperuenit cauſa confirmans, vt nota. in ſimili, in capi. non firmatur, de regul. iur. in vj. not. doctores, in dicto capitulo illud. Item notat caſum in quo per denunciationem extraiudicialem interrumpitur præſcriptio. Sed an hoc ſit indiſtinctè verum, no. Pan. in ca. nihil in c. ſanctorum, in c. ſi diligenti. de præſcript. in c. grauis, de reſtitutio. ſpoliato. Itẽ not. caſum in quo impeditus debet proteſtari de impedimẽto, aliàs nõ excuſatur regulariter, tamẽ proteſtatio de impedimẽto nõ eſt

Præſcriptio interrumpitur per proteſtationem.

Actio quandoq; perpetuatur ad mille annos.

Præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem.

neceſſaria, & ſine ea excuſatur impeditus, licet ſit vtilis, & ad cautelam fieri debeat, l. ſi cum ipſe, ff. de excuſatione tutorum, capitulo ex inſinuatione, de appella. vide Bartol. in l. ſenatus, ff. de offic. præto. capi. plerumque, de reſcriptis, vbi Panormi. Petr. de Ancha. in capitulo cupientes, §. quòd ſi per viginti. de electione, in ſexto. Innoc. in capitulo ex ratione, de appellationib. niſi vbi eſſet impeditus facto iudicis: tunc proteſtari debet, vt in appellando vel proſequendo, capitulo finali, & ibi docto. de appella. gloſ. & Dom. in d. §. quòd ſi. Paul. de Caſt. conſil. 21. Item videtur per hunc tex. **iuxta** [a] **conſilium** quòd per proteſtationem & intimationem probetur impedimentum, nec ſit neceſſaria alia probatio. ad hoc not. per Bar. in l. de pupillo, §. ſi quis, ff. de noui ope. nunc. Innoc. in d. c. ex tranſmiſſa. Panorm. in d. c. plerumque. Bar. in l. ij. §. ſi quis ſe iudicio, ff. ſi quis cauſ. quod impedimentum regulariter probatur per iuramentum, habita cõſideratione qualitatis perſonarum, ff. de excu. tuto. l. ſcire oportet, §. ſufficit. Speculi. de ap. §. nunc breuiter, ver. quid ergo, & ibi Bald. in add. glo. iiij. quæſt. v. quiſquis, no. in c. vltra, de teſt. in clem. j. de pœ. quod verum quando agitur de leui præiudicio, ar. c. ſtatutum, de reſcr. in vi. Bal. in l. qui accuſare, C. de eden. Ioan. Andr. & docto. in c. j. de do. & contu. lib. vi. quod no. ſuprà, de cau. c. j. §. & ne, in ver. iuramentum, qui, §. fac. quòd iſtud impedimentum ſit plene probandi, d. ca. cupientes, §. quòd ſi. l. qui commeatus, ff. de re mili. vbi impeditus debet probare impedimentum, & ſe perfeciſſe id quod intendebat, niſi fuiſſet impeditus, & ibi Bartol. & ſola proteſtatio non, (*3) metum, l. metum, C. quod metus cau. l. ſi maior. de tranſact.

Impedimentum per quod probatur.

(*1) Aliàs ſi non proteſtetur, & intimationem proteſtationis non facit (vt ſubditur) poſt triennium non audietur, probat tex. hic & in c. fi. de appel. vbi Fran. num. 13. dicit optimam eſſe cautelam ad euitãdas opiniones in omni caſu proteſtari de impedimento, & quod per eum non ſtetit, nec ſtat, c. ſciſcitatus, ver. dummodo, de reſcr. cum aliis adductis per dom. Petr. Rebuffi in tract. de pacifi. poſſeſ. num. 310. vbi punctum huius proteſtationis tangit, prout & nos in tract. penſio. parte iij. quæſt. vj. Probus.

(*2) De qua etiam inſtantia probat Fely. in capitu. venerabilis, in princ. de iudi. Probus.

(*3) Iſtud tractat Philip. Franc. in cap. finali de appella. quem videto poſt alios. Et quo ad interruptionem, dic quòd etiam fit per vnicum actum contrarium, gloſ. in l. nemo, §. temporales, ff. de regul. iur. Imola in capitu. accedentibus, de priuileg. Probus.

Iuxta quomodo accipitur.

a ¶ Iuxta,) id eſt, ſecundum, (*1) inf. qua. ho. c. j. C. de act. emp. l. ſi traditio, de ver. ſignifi. abbate (*2). propriè tamen hæc dictio eſt aduerbium locale, ff. de damno infecto. l. qui bona, §. ſi quis de qua in l. de conniuus, C. de aquæduct. lib. xj. & ibi Bar. & Bal. in l. j. C. de epiſc. & cler. Oldra. conſil. 49.

(*1) Videlicet formam, vt in ſimili ait Archi. in c. venerabilibus, col. ij. de ſenten. excom. in vj. P.

(*2) Aliquando accipitur pro intra, glo. & Bar. in l. quidam Hyberus, ff. de ſerui. vrba. prædio. quorum meminit Alexand. in con. 120 num. 5. omiſſiſ. volu. 2. dicens, quòd hæc clauſula, iuxta flumen, denotat propinquitatem, & per vnum pedem, vel duos,

Digitized by Google

duos, pro hoc etiam allegat Angel. in l. militis codicillis, ff. de teſt. milita. P.

a ¶ Viennenſe.) In clemen. cauſam, de elect. (*)

(*) Qui tex. dicit, quòd ſi propter appellat. aut ſuorum metum vel potentiam intimatio appellationis fieri nequeat in domo quam ipſe appellatus habitare communiter conſueuit, vel ſi domus illa in remotis exiſtat, in Eccleſia Cathedrali, in cuius ciuitate vel diœceſi conſiſtat beneficium, prout & in loco beneficij ipſa proteſtatio fiat quo ad propoſitum noſtrum, & aliàs quòd ad notitiam poſſidẽtium perueniat, aut veriſimiliter peruenire valeat. P.

Viennenſe [a] intimare [b] teneatur [c].

Diffinit quid (quo ad decretum concernit) dicatur lis. P.

Lis † [d] autem hoc [e] caſu

b ¶ Intimare,) niſi poſſeſſor ſciuerit impedimentum: (*) quia intimatio ſcienti fieri non debet, niſi vt ſciens aliquid faciat, l. item veniunt, §. petitam, & ibi Bart. ff. de pet. hæred. Bar. in l. ij. §. fi. ſol. ma. in l. nomen, C. quæ res pig. ob. poſ. vide no. ſuprà de col. c. j. §. ſtatuit, in ver. exhibere.

(*) Si ergo neſciat, illa eſt facienda, aliàs habetur pro non facta, nam ſicut propoſitum in mente retentum, nihil operatur, l. ſi repetendi, C. de condictio. ob cauſam dat. ita iſta proteſtatio nihil operatur in præiudicium ignorantis, inquit Decius in cap. cum m. col. vij. ver. ij. concluſio, de conſtit. & Panorm. in cap. cumana. de elect. Probus. *Propoſitum in mẽte retentum nihil operatur.*

c ¶ Teneatur,) (*1) quod ſi non fecerit, non audietur poſt triennium, per cle. cauſam, §. pen. & fi. de elect. cum verbum teneatur importet neceſſitatem, (*2) in cle. exiui, §. item ordo, de verb. ſign. & hoc vbi potuit proteſtari & intimare, arguitur enim tunc de negligentia, ſi autem proteſtari & intimare non potuit, quia incarceratus, vel vi detentus erat, audiendus erit, per no. per Panorm. in c. cum m. de conſti. ar. c. ſi iuſtus, de ap. c. j. quod met. cau. quod no. Bald. in l. ſi repetendi, C. de con. ob. tur. cau. quod proteſtatio præcedens actum operatur quando proteſtãs nõ poterat proteſtari ex iuſto metu in præſentia partis, & no. quod proteſtatio intimanda eſt parti: quia hic quodammodo tangit partem quæ gaudet beneficio triennij, vnde dicunt doct. in dicto c. cum m. quòd quando proteſtatio fit ſuper dependentibus à conſenſu duorum, proteſtãtis, ſcilicet & alterius, non poſſum proteſtari in præiudicium alterius ſine eius conſenſu, c. fi. de con. ap. c. cumana, de elect. quod no. Inno. in c. præſentium, de teſtim. l. vj. niſi fieret ex iuſta cauſa per vnum. Bar. in l. non ſolum, §. morte, ff. de no. ope. nun. ſecus ſi fit proteſtatio ſuper dependentibus à mera facultate proteſtantis, l. per ſeruum, ff. de vſu & ha. quo caſu nõ eſt neceſſario intimanda parti aduerſæ, cuius præſentia non requiritur, & cauſam non requirit. Bar. in l. qui in aliena, §. Celſus, ff. de acqui. hæredi. *Proteſtatio ante actũ quandoque prodeſt.*

(*1) Lex autem concor. hoc tit. dicit, debeat. P.

(*2) Sic hoc caſu non attenditur quòd petatur, vt regulariter requiritur, vt latè probamus in tract. penſio. parte j. q. xxx. P.

† d ¶ Lis.) Iſta ſunt verba formalia concor. iſto tit. & ſimili §. P.

e ¶ Hoc caſu.) Scilicet quo ad interrumpendam iſtam præſcriptionem triennalem,

Digitized by Google

& ad reddendum quãtum ad hoc beneficium litigioſum, aliàs autem per ſolam conuentionem in actione reali efficitur res litigioſa, in auth. litigioſa, C. de liti. in auth. eodem titulo, §. omnem, columm. viij. Bar. in l. j. C. communi di. & in actione mixta vniuerſali, l. diuus, ff. de peti. hæred. l. alienationes, famil. herc. reſpectu tamen actionis requiritur litis conteſtatio. no. Io. And. in c. fi. vt lit. pend. vbi dicit quòd licet ipſa res non poſſit vendi poſt conuentionem,

Actio ſuper re litigioſa poteſt cedi.

ipſa tamen actio per quam mouetur quæſtio, poterit cedi ante litis cõteſtationem, quod placet Henr. & Panor. in c. Eccleſia,

quo ad futuras controuerſias [a] intelligatur, ſi ad exe.

j. vt lit. pen. quia auth. ſuprà alle. ſolum facit mẽtionem de re de cuius dominio quæſtio mouetur, nõ autem de actione quæ competit ad ipſam rem. reſpectu ergo actionis ſtabimus iuri antiquo, l. ij. & fi. C. de liti. ſi verò actio mixta eſt particularis, vt in communi diuidundo, tunc tam res quàm actio efficitur litigioſa per litis cõteſtationem, d. l. j. C. communi diui. no. in d. alienationes, ſi autem agitur confeſſoria vel negatoria quæ competunt pro iuribus incorporalibus, tunc aut actor dicit ſe ius habere: puta agit ad præbendam quam alius tenet, quam dicit ſuam eſſe, vel ius habere in ea, tunc res efficitur litigioſa: quia licet incorporalia non ſint in bonis noſtris, ſunt tamen in quaſi bonis, ſecus ſi dicit ſibi aliquod ius deberi: quia tunc cum non contendatur de dominio vel quaſi, non efficitur ipſa res ſeu ipſum ius litigioſum, no. Inno. in c. cum m. de conſt. Similiter ſi agitur actione perſonali, ipſa res nunquam efficitur litigioſa, no. Inno. in d. ca. cum m. in c. dilecta, de exc. vbi dicit quod motio litis perſonalis non facit rem litigioſam, & licet per eam agatur ad rem: nihilominus non impeditur alienatio per litis pendentiam: quia non efficitur res litigioſa ex quo non contenditur de dominio ipſius, & videtur tex. in d. authen. de lit. poſt prin. no. Ioan. And. in d. ca. fi. Henr. & Panor. in d. ca. Eccleſia, Bar. in l. ij. C. de liti. licet aliter diſtinguat in l. j. ff. eo. ti. Bal. in d. auth. actio tamen efficitur litigioſa per litiſconteſtationẽ; vt d. l. ij. quando autem agitur hypothecaria, vt quia dicit actor rem ſibi obligatam eſſe, tunc cum non agatur de dominio vel quaſi, res non efficitur litigioſa: vnde poteſt vendi cum onere, vt in d. auth. de lit. poſt prin. ſed ipſa actio efficitur litigioſa per litiſconteſtationem, vt erat de iure antiquo, d. l. ij. & fi. de liti. (*)

Actione perſonali agens non facit rem litigioſam.

(*) Vide quæ tradit Sozi. pater in conſi. 138. col. iij. & con. 237. col. 1. & quæ no. doct. poſt tex. in c. ex parte veſtra, j. de ver. ſig. P.

Cõtrouerſiæ quando dicantur.

a ¶ Controuerſitas.) Quæ dicuntur ante litem conteſtatam, ff. de peti. hære. l. ſed & ſi, §. ſi ante. Bartol. in l. diuus, ff. eodem titu. & eſt iuris vel facti, ff. de acqui. poſ. l. clam poſſidere, l. Lucius, §. tres, vbi gloſ. & Bar. ff. ad Treb. Bar. in l. amplius, rem ra. ha. & poteſt eſſe ſine lite & cauſa, no in capitu. vt circa, de elect. li. vj. Bal. in l. cauſas, C. de tranſact. vbi dicit quòd lis incipit ante litem conteſtatam, vt hic, & cauſa poſt, l. litis, & ibi Bar. ff. de verb. ſig. litis tamen appellatione venit tota inſtantia, no. in l. poſtquam, C. de pact. vbi doct. licet ergo ſola citatio perpetuet iuriſdictionem ſecundum cano. prout le. & no. per Ioan. Andr. in cap. fi. de offic. leg. Bal. in l. fi. C. de præſ. xxx. an. hoc tamen caſu non ſufficit niſi fuerit legitime executata, & relatio nuncij accedat, ad hoc l. j. §. item cum de edicto, ff. quæ ſen. ſi. ap. reſ. cle. clauſam, de elect. cle. j. de renun. de foro comp. cle. quamuis. Pau. de caſt. conſi. 48.

Citatio perpetuat iuriſdictionem.

a ¶ Citationis.) Id eſt commiſſionis de citando à iudice decretæ ſine qua citatio facta à nuncio non valeret, nec verbalis, nec realis, l. neminem, & ibi Bar. C. de exhi. re. niſi in caſibus à iure permiſſis. Panor. in c. j. de iud. in c. cum ſit Romana, de ap. in ca. propoſuiſti, de fo. compe. in c. dilecti, de ma. & obe. in c. prout, de dolo. & contum. per doct. in c. quoniam contra, de pro. Ang. in tract. de cri. in ver. citentur, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Bal. in l. ſi quando, C. de teſti. in l. cum clericis, C. de epi. & cle. Innoc. in c. cum parati, de ap. quæ obſeruantur in nuncio publico. *Citatio nō fit per inimicum ſine cōmiſſione.*

cutionem citationis [a] iuríſque [b] ſui in iudicio [c] exhibitionem [d], ac terminorum [e] omnium obſeruationem proceſſum fuerit.

b ¶ Iuríſque.) Id eſt tituli, & ſupra ibi, ratione iuris, ff. ſi ſer. ven. l. ſi quis diuturno, de conceſ. præb. cum noſtris, & de varia ſignificatione huius dictionis, no. Io. Mo. in c. cupientes, de elec. in vj. Io. And. in ru. de verb. ſig. eod. l. in no.

c ¶ Iudicio) competenti, ſicut citatio facta à non competenti iudice, non facit litem pendere, cle. cum lite, vt lit. pen. nec præſcriptionem interrumpit, l. ſi pater, C. ne de ſta. defunct. no. in ca. vt debitus, de ap. vbi doct. in ca. ex tuarum, de priuileg. Archid. xvj. q. iij. §. hæc de præſcriptionibus. Specu. titu. de litiſcon. §. effectus, no. in c. illud, de præſcr. vbi Panor. Bald. in l. Celſus, ff. de vſuca. gl. & Bar. in l. accuſaturus, de adul. Oldra. conſil. 253. Bal. plene in addi. Specu. de cita. ver. nota quòd in criminali, niſi quando competentis iudicis copia haberi non poteſt, l. vt perfectius, C. de anna. ex. Ange. in l. ſi vacantia, C. de bo. va. l. x. & de effectibus citationis latè Bertha. in reperto. in ver. citationis effectus. *Citatio à non iudice competente facta.*

d ¶ Exhibitionem) id eſt oſtenſionem, & iuris copiæ partis dationem, nam exhibere eſt ipſius rei apprehendendæ copiam facere, ff. ad exhi. l. j. de verb. ſig. l. plus, & l. finali, & legendæ, ff. quemadmo. teſt. ap. l. ij. §. inſpectio, & deſcribendæ, ff. ad l. Fal. l. pe. §. fi. capitu. accepimus, capitu. contingit, de fi. inſtrum. Et iſta exhibitio titulorum de ſtylo caſtelleti Pariſien. fit in principio proceſſus ante litem conteſtatam, in aliis autem curiis non fit neceſſario: niſi poſt litem conteſtatam, & tempore productionis, caueant igitur qui præſcriptionem iſtam triennalem voluerint interrumpere, quòd ſemper in exordio litis ſua iura parti aduerſæ in iudicio exhibeant, nec expectent tempus productionis, ad quam multis dilationibus intermediis peruenitur. *Exhibere quid eſt.* *Tituli quando ſunt exhibendi.*

e ¶ Terminorum.) (*1) Obſcura litera & egeret declaratione, ſi enim intelligatur de omnibus terminis, id eſt dilationibus litis, demum erit obſeruatio ipſorum poſt allegationes, productiones, & concluſionem in cauſa, poſt quam partes non audiuntur ad allegandum & producendum, cap. cum dilectus, de fi. inſtrum. cap. paſtoralis, de cau. poſ. & proprie, & ſecundum hunc intellectum lis non diceretur hoc caſu donec fuiſſet in cauſa concluſum, quod durum eſſet dicere: ideo melius intelligendus eſt hic tex. de obſeruatione terminorum. i. dilationum quæ ſolent dari vſque ad conteſtationem litis, nulla enim inuenitur in iure præſcriptio tam fauorabilis, quæ ſaltem per litis conteſtationem non interrumpatur, ſaltem in effectu, l. more, C. de rei ven. l. pen. ne de ſta. defunct. cum no. in c. illud, de præſcrip. No. ergo ad hoc

Digitized by Google

Beneficium ſit litigioſũ tribus concurrentibus.

Præſcriptio interrupta per vnum, an proſit aliis.

quòd hic dicatur beneficium litigioſum, tria requirit. Primo, quòd emanauerit citatio executata.(* 2) Secundo, quòd titulus agentis fuerit in iudicio competenti parti aduerſæ exhibitus. Tertio, quod omnes dilationes ordinariæ iuris vel ſtyli, quæ dantur ad litem conteſtandam, ſint elapſæ ante finem triennij. (* 3) Quæritur an motio litis ſecundum hunc text. proſit omnibus, puta moui litem contra te poſſidentem certum beneficium, & ſic interrumpitur præſcriptio triennalis, an operabitur ſuum effectum etiam quo ad alios, vt poſſint agere contra te poſt lapſum triennij? dic quòd non: ſed ſolum prodeſt agenti, ſicut interruptio ciuilis ſolum prodeſt actum exercenti, quaſi reſtringatur actus ad certam perſonam. (* 4) ad hoc.l.inter quatuor, ff. de diuer.& temp. præſcript. not. in l. cum notiſſimi. C. de præſcript. xxx. an. in §. poteſt. xvj. q. iij. not. in d.l. more. vbi doc. Bart. in l. naturaliter. ff. de vſuc. Bal. in l. ij. C. de ſerui do. Anto. in d. c. illud. de præſcript. niſi interruptio fiat ab vno ex correis credendi: tunc prodeſt alteri. l. finali & ibi gloſ. Bal. & Angel. C. de du. re. ſed quo ad primum dubitat Panor. in d.c.illud, de iure canonico, tenendo quòd per conteſtationem litis efficiatur malæ fidei poſſeſſor, & quòd durat hoc vitium litigioſi perempta inſtantia: interrumpitur ergo quo ad omnes, quia ſine bona conſcientia nunquam currit præſcriptio ca.fin.de præſcript. vnde dicit Bal. in d. l. ij. de ſerui. quòd de iure canonico omnis præſcriptio interrumpitur per ſolam citationem: quia cauſat malam fidem. Oldra. conſil. clxxvj. Ange. de are. inſtit. de ac. §. æque. ſed tenendo aliam opi. quòd per litiſconteſtationem nõ inducitur vera mala fides, ſed præſumpta tantum vel ficta. vt no. in l. nemo. C. de acq. poſ. poteſt prædicta opinio ſuſtentari. nam poſſidens rem, & credens firmiter eam ſuam, non mouetur firmiter ad credendum contrarium ex hoc quòd alius fecit ſibi quæſtionem, aliàs de facili daretur materia impediendi perpetuo curſum præſcriptionis, nam non haberet niſi litem conteſtari. opi. tamen primam indiſtincte tenet Petr. de ancha. in c. j. de præſcript. in vj. quod non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico ille qui habet malam fidem quo ad vnum, & bonam fidem quo ad alium, poteſt præſcribere contra illum contra quem habet bonam fidem, alleg. pro caſu. l. qui balneum, ff. qui po. in pig. ha. ad hoc. l. aut qui aliter. §. ſi quis dum putat. ff. quod vi aut clam. & ibi Bart. Aduerte quod præſcriptio huiuſmodi triennalis eſt quaſi mere odioſa, non enim eſt introducta in fauorem poſſidentium beneficia: quia non poſſunt illa præſcribere quo ad ſe, ex natura rei impræſcriptibilis, vt dictum eſt ſuprà. §. j. ſed in odium negligentium ius ſuum proſequi, ideo interruptio facta per vnum, non prodeſt aliis negligentibus, nec ob. hoc. c. in princ. in hoc quod dicit quod poſſidere debet ſine lite: quia quo ad negligentem poſſedit ſine lite, vt hic ſatis colligitur: nec poteſt iſte negligens excipere de lite per alium mota, ex quo hæc exceptio non fundat intentionem opponentis, l. fi. C. de rei ven. & quo ad iſtum liberas ædes habet l. loci corpus, §. competit. ff. quem ad. ſer. amit. nec litigium afficit beneficium, l. j. & ibi gloſ. & Bart. ff. de liti. vbi patet quod vitium litigioſi eſt perſonale, non reale, no. in l. vitia. C. de acqui. poſ. l. j. & ibi Bar. de præſcript. long. tempo. Angel. in authenti. de liti. §. j. colla. viij. per Bart. in l. finali. C. eod. tit.

(* 1) His aut ſimilibus verbis vtitur lex concordatorum iſto titul. & eodem §. non enim eſt Gallorum mox hoc vti verbo in iudiciis, ſed Romanorum, & aliarum

Digitized by Google

prouinciarum officialium & practicantium, vtpote Auenionis, & ſimilium. Probus.

(*2) De qua executione, & quomodo illa præſcriptionem interrumpat, dixi latè in tracta.pentio.parte j.q.18.in fine: quibus adde quæ diximus ea parte q.8.in fine de executione citationis facta alicui paulo ante eius mortem, vt non valeat ad præſcriptionis interruptionem, not. Callador. tit.de dolo & contum. deci.7. & in ſimili Cal.ti.de re iudica.con.10.& Freder. con. 258. Probus.

Ordinarij inquirant, ne quis beneficium ſine titulo poßideat. P.

Ordinarij[a] autem inquirant[b]

(*3) Idem ſi non ſint lapſæ, quia per partem aduerſam ſtetit, vt quia ſuo dolo, aut malitia, vel cauillationibus, aut ſubterfugiis, fecit quod non ſunt lapſæ, quod regulis vulgatis eſt firmatum: aliàs eſſet in poteſtate aduerſarij, quod præſcriptio triennalis non interrumperetur. Iſtud reperio tangere do. Pet. Rebuffi in tract. de pacifi. poſ. nume.170. vbi ait. quod hoc in caſu lis habetur pro conteſtata. l. ſi eum, §. qui iniuriarũ, in fi.ff. ſi quis cautio. vbi Bolog. in ſuis 2. interpreta. ad hoc ponderat tex. illum, poſtea ſubdit hic non requiri litiſconteſta. ſed ſolum citationem executam, cum tituli exhibitione. verum ſecundum concor. non autem ſecundum hoc decretum, vt hic patet ibi, ac terminum omnium obſeruationum, & in concor. ponitur, aut terminorum omnium obſeruationem, ſic in lege noſtra reperitur copulatiua & in lege concor. diſiunctiua, inter quas lata eſt differentia, vt patet intuenti naturam harum dictionum, non ignoranti. P.

(*4) Et vt ſubdit gloſ. hæc in fine, vitium litigioſum eſt perſonale, non reale. ideo ad alias non extenditur perſonas, vt per multa probam is in tract. pen io.p.ij.q.iiij.P.

a ¶ Ordinarij.) (*1) Quicunque etiam inferiores Epiſcopis habentes iuriſdictionem & poteſtatem inſtituendi & deſtituendi. lxiij.diſtinct. ſi in plebibus, capitu. ſuper eod. de offic. delega. ipſi enim ſunt ordinarij. c. cum ab Eccleſiarum, de off. ordina. ca. ordinarij, eodem tit. in vj. & ibi doct. Archidiacon in ca. ij. de reſcrip. eodem li. in capit. licet canon. de electio. eodem li. Ioan. And. in clem. j. de iur. patr. in clemen. j. de vita & honeſtate clericorum, ad hoc ſuprà de colla. §. item quod omnia, aliquãdo hoc nomen ordinarius reſtringitur (*2) ad Epiſcopum, in extra. Ioan. xxij. execrabilis. §. cæterum.

(*1) In lege autem concorda. hoc titu. legitur, monemus etiam ordinarios vt diligenter inquirant, ne quis ſine titulo, &c. & in nullo alio differunt ab hoc decreto, vſque ad. §. quod ſi talem. P.

(*2) Dixi latè in tracta. deuolut. parte iij. quæſt. iij. P.

b ¶ Inquirant.) Ex officio ſuo, ca. ſicut, de accu. ca. graue. de præ. ca. ordinarij, de off. ordi in vj. ſuprà de ele. c. j. §. facta c. j. vt Eccle. be. cum no. per Archi. in c. non eſt, de conſue. in vj. Sed an inquirendo poſſit cogere poſſeſſorem beneficij vt oſtendat ei ſuum titulum, dixi aliquid ſuprà. §. j. verùm quia iſta materia eſt quotidiana, colligendo dicta doct. ibidem alleg. ſi quæratur an beneficiatus teneatur docere de ſuo titulo, diſtingue, aut beneficiatus agit pro iuribus ſui beneficij, aut agit pro ipſo beneficio. ſi agat pro iuribus beneficij, tunc aut non eſt in poſſeſſione beneficij, aut ſic, *Beneficiatus an teneatur docere de titulo.*

Digitized by Google

ſed de recenti, aut habet antiquam poſſeſſionem. Primo caſu tenetur plenè probare titulum ſuæ poteſtatis, quia non habet præſumptionem pro ſe. nam qui agunt nomine alieno, debent docere antequā admittantur, ſe legitime ordinatos, vt procurator, ff. de procu. l. tutor & curator. C. de tut. qui non ſatiſ. l. fin. arbi. tu. l. veteris, ſyndicus, actor, & ſimiles, ff. quòd cuiuſque vni. l. nulli. etiam intereſt illorum qui conueniuntur: quia aliàs ſi non eſſet prælatus, non liberarentur ſibi ſoluendo. xvj. quęſt. vj. ſi quis, ff. de cond. inde. l. ſi vrbana. l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolu. nam geſta per eum qui ſe gerebat vt pręlatus, & non erat: ſi non erat in poſſeſſione dignitatis, non valeant, ar. c. conſultationibus, de iure patr. nec in tali caſu communis error ſufficit ad hoc: quod not. in ca. cum dilectus, de relig. do. Inno. in ca. ij. de in integ. reſtit. Bart. in l. Barbarius, ff. de offic. præ. Panor. in ca. dudum, ij. de elect. non tenetur tamen ita plene probare, ſicut ſi de beneficio ageretur principaliter, ad hoc quod no. Innocen. in ca. veniens, de verb. ſig. in vj. in ca. in literis, de reſtit. ſpol. vbi doct. Secundo caſu etiam tenetur probare: quia eſt præſumptio contra eum ex recenti poſſeſſione, maximè ſi mouetur ſibi controuerſia. Specu. tit. de actio. §. j. ver. item contra prælatum, gloſ. & doct. in l. ij. C. de eo qui pro tu. Bal. in l. ij. C. de ſerui. ſed non probabit ita plenè ſicut in præcedenti caſu. ad hoc quod no. Io. Andr. in regula non licet. de reg. iur. in vj. in mercu. & hoc caſu cum dubitatur de prælatura, admittetur cum cautione de rato. l. j. C. de procu. Angel. in l. tutores, C. de admin. tut. Tertio caſu ſufficit probare poſſeſſionem & communem reputationem, arg. d. l. Barbarius. Specul. titu. de pro. §. j. ver. qualiter autem, & quia nemo cogitur probare titulum ſuæ poſſeſſionis, l. cogi. (* 1) de pet. hæred. ij. quæſt. v. in prin. no. Innoc. & Ioan. Andr. in ca. quia cunctis, de conceſ. præb. in vj. de Ro. deci. 4. Innoc. & Compo. in ca. nihil. de elect. Bal. in d. l. ij. de ſerui. in addi. Specu. de arbi. ver. ſed quid ſi compromittitur cauſa diuiſionis. Angel. in l. qui aliena. ff. de acqui. hære. Panormi. in ca. cum ſuper, de cau. poſſ. & proprie. nam geſta per talem prælatum valent, licet poſtea pronuncietur non prælatus, concurrente communi errore, & auctoritate ſuperioris per. d. l. Barbarius, vbi Bar. & doct. vbi ſuprà. Panormi. in ca. dilecta. de except. viij. quæſt. iiij. nónne. d. c. conſultationibus, l. ſi tutor. & ibi Bal. poſt gloſ. C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. ſecundo caſu principali cum agit principaliter pro beneficio: tunc aut agit petitorio, & tenetur docere de ſuo titulo. l. actor. C. de pro. d. c. j. vt Eccle. be. no. Innoc. & Henri. in ca. illud. de præſump. Idem ſi petit ſuam poſſeſſionem ratam haberi, aut ſuam inſtitutionem canonicam decerni. c. ex inſinuatione, de procur. vt ibi not. Innoc. & in ca. j. de confir. vtili. caſus eſt in l. matrem, C. de pro. ſecundum vnum intellectum, quòd illa mulier de qua loquitur conueniebatur, ſed petebat ſe pronunciari liberam. Idem ſi petat ſuam electionem confirmari. no. Inno. in d. ca. ex inſinuatione. de titulo autem ſui prædeceſſoris non habet neceſſario docere, de Ro. deciſi. 112. (* 2) vbi dicunt, quòd agens pro beneficio permutato non habet neceſſe probare ſecum permutantem ius habuiſſe in beneficio, ſed ſufficit probare illum habitum & reputatum pro tali, & fuiſſe in poſſeſſione pacifica illius beneficij, pro quo facit quod infrà dicetur. no. Panor. in c. cum venerabilis, de except. ſi autem actor deficit in probādo, abſoluendus eſt reus: quia actore non probante &c. d. l. actor. cū ſi. Et dicunt doct. in c.

Prælati putatiui geſta valent.

Titulum prædeceſſoris non eſt neceſſariū probare.

Digitized by Google

mandatum, de reſcript. quòd ſi reus etiam in beneficialibus confitetur defectum iuris ſui, & actor deficit in probando, abſoluetur reus duntaxat ab impetitione ſua, & contra eum non pronunciabitur, qui nihil petiit (*3) quia inferior citra Papam non habet poteſtatem vltra vires libelli, & pronunciatio debet eſſe ſecundum petitionẽ, ff. commu. diui. l. vt fundus, l. finali. C. de fideicommiſſa. l. c. licet, de ſimo. no. Archid. in c. contra morem, in c. finali de iureiuran. li. vj. Henri. in ca. ad audientiam, de offic. vica. hæc vera quando reus ſtat in meris terminis defenſionis, ſecus ſi petat pronunciari ſuam inſtitutionem canonicam, ſicut & actor: tunc enim ſi conſtiterit iudici de nullitate vtriuſque inſtitutionis, & actoris, & rei, non debet iudex vtrunque ſimul abſoluere ab impetitione alterius, & dimittere poſſeſſorem in poſſeſſione, ſed debet pronunciare vtramque inſtitutionem inualidam, & excludere vtrunq; à beneficio. ſic poteſt intelligi. c. cum ſuper, de cauſa poſ. & proprie. vbi pronunciatum fuit contra reum, qui non ſteterat in meris terminis defenſionis, niſi fuiſſet facta ſemiplena probatio per alterum, vel vtrunque: quia tunc ſufficeret abſoluere vtrunque ab impetitione alterius, ſeu reum ab inſtantia actoris, ſi vnus erat reus, alter actor: nec remouere poteſt poſſeſſorem de beneficio, & hoc quando alter poſſidet. de Ro. deci. 15. & 1. 63. Si vero neuter poſſidet, & vterque petit ſibi adiudicari beneficium, & vterque ſeu alter ſemiplenè probat, altero plene non probante, non eſt pro aliquo iudicandum, ex quo dubiè & non plenè probatur: nec eſt locus delationi iuramenti, ex quo agitur de titu. beneficij, de quo in c. mulieri, &c. finali de iureiur. de pro. in pręſentia. & de hoc vltimo per Ioan. Andr. in ca. cum qui. de eo qui mit. in poſ. in vj. in no. Henric. in d. c. mulieri. Panor. in d. c. cum ſuper. aut agit poſſeſſorio: tunc aut agit poſſeſſorio adipiſcendæ, & debet probare titulum ſicut in caſu præcedenti. non plenè, ſed prima facie validum, arg. C. de edict. diui Adri. tol. l. ij. & fi. & contra agentem huiuſmodi admittitur exceptio defectus proprietatis, ſi probationes offeruntur incontinenti. l. iij. §. ibidem, ff. ad exhiben. no. in c. j. in c. literas, de reſti. ſpolia. Hoſtien. in ca. ad vltimum, de cau. poſſ. & proprie. Domi. Anto. & Panormi. in d. ca. in literis, de reſti. ſpol. & in beneficialibus obſtat exceptio criminis cum infamia. de quo legitur & no. in ca. accedens, de accu. in cap. cum olim. de cau. poſ. & proprie, aut agit poſſeſſorio recuperandæ, & in hoc docto. noſtri ſe in varias ſententias diuiſerunt, ſed Panormi. reducebat hanc materiam ad quatuor opi. vt ipſe no. latè in d. ca. in literis, vbi finaliter tenet opi. Innocen. & Card. in ca. ex parte de reſtitu. ſpolia. quod ſufficiat probare nudam poſſeſſionem, nec eſt neceſſe colorare poſſeſſionem ad inſtantiam rei vel iudicis, mouetur per text. illius, ca. in literis, qui ſecundum eum hoc expreſſe vult, dum mandat prius inquiri de violenta electione, quàm de canonica inſtitutione: & nihil dicit de iuſtificatione poſſeſſionis, igitur manifeſte patet, quòd non tenetur colorare poſſeſſionem, arg. ca. ad audientiam, de deci. quinimmo ſecundum eum ille tex. videtur innuere oppoſitum, dum in fine dicit, eſt ante omnia reſtituẽdus: aliàs enim parum valeret argumentum illius literæ, cuius ſenſus eſt, vt ipſe dicit ibi: quia ſi prædo reſtituẽdus eſt, fortius ille de cuius poſſeſſione conſtat, licet non de tit. ad idem, c. item cum quis, c. conquerente, de reſtit. ſpolia. vbi ſpoliatus per iudicẽ nõ ſeruato iuris ordine, reſtituẽdus eſt, à fortiori ergo debet reſtitui ſi fuerit ſpoliatus per priuatum, & dicebat etiam illud manifeſtè probari per

Exceptio criminis obſtat in beneficialibus.

cle.j.de cauſa poſ.& pro, vbi dicit tex. quòd poteſt ſuſpenſo petitorio procedi, ergo ſecundum eum ſequitur, quòd non debet aliquid probare de titulo: quia ſi tenetur probare vel iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, non eſt verum dicere quòd procedatur in ſolo poſſeſſorio, & in poſſeſſorio ſufficit probare ſolam poſſeſſionem & deiectionem, c.conſultationibus, de offic.deleg.c.cauſam, qui fil. ſunt legi. & multis aliis argumentis nititur fundare hanc opi. Sed alia eſt opinio communior, quòd petens reſtitutionem beneficij non tenetur probare titulum, ſed colorem (* 4) tituli, hanc opi.tenet Io.And.in d.cle.j.de cau.poſſ.& pro.& apertius in addi. Specu. eod. titu. ſuper rub. vbi dicit quòd vbi non conſtat petentem non habere ius, auditur, ſed habet iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, & hoc tenuit Bertran.in dicta cle.de Rota, deciſ.279.& 261.vbi dicunt ſufficere ad colorandam poſſeſſionem, eam fuiſſe habitam ſuperioris auctoritate, tenuit Paul.in dicta cle.de Rot.deci.292. quòd ſpoliatus obtinet reſtitutionem ſi probet inſtitutionem, licet non præſentationem, do. Anto.in dicto c.in literis, vbi dicit, quòd ex quo non apparet auctoritas ſuperioris, eſt euidenter iniuſtus poſſeſſor, cui nõ competit poſſeſſorium: niſi fortè ſuperior aliquem actum expreſſum feciſſet per quem illum approbaſſet, ar. c.ex ore. de his quæ fiunt à maio.par.ca.de præb.c.dilecto, vel niſi antiquiſſima (* 5) ſit poſſeſſio, quia eo ipſo ex hoc coloratur, ad hoc quod no. Innocen.in c.ij.de in integ.reſti.& infrà. Item ſecundum dom. Anto.ſufficit probare titulum prima facie validum, & dicunt de Rot. deci.412.& 425.quòd per confeſſionem aduerſarij titulum confitentis eſt ſatis iuſtificata poſſeſſio ad finem conſequendæ reſtitutionis, (* 6) nec ob.ſecundum dom. Anto.ſi dicatur quòd poſſeſſor non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, d.l. cogi.gloſ.in c.licet, de pro, quia illud verum quando poſſeſſor non habet (* 7) contra ſe præſumptionem: vel quando non eſt euidenter iniuſta abſque coloratione, & res eſt pariter poſſidibilis: ſecus quando certo modo poſſidetur, vt in caſu beneficiali, nam ad acquiſitionem poſſeſſionis beneficij reſpectu tituli eſt neceſſarium quòd interueniat ſcientia & patientia eius à quo dependet poteſtas transferendi poſſeſſionem: quia hæc eſt impropria poſſeſſio, quæ non poteſt haberi niſi per patientiam illius ad quem ſpectat ius transferendi: vt not.in ca.cum Eccleſia, de cau.poſ.de offic. ordi.conquerente, alleg.dom.Ant.vbi ſuprà, l.iij.§.dare, de vſufructu, l.quotiens, ff. de ſer.ad hoc, c. vt noſtrum, de offic.archi. & hæc vlti. opi. plus placet cuidam doct. in repe.d.ca.item cum quis, & eam probat hoc modo, reſtitutio non eſt fienda cum peccato, c.literas, de reſtitu.ſpolia.c.gaudemus, de diuor gl.in ca.j.vt lite non conteſ. in c.de benedicto quæſt.j.ſed retinens beneficium ſine titulo, peccat, ca.dudum, ij.de elect.etiam mortaliter: vt colligitur op.ex ca.nemo, ca.nullus, xj.quæſt.iij iuncto d. c.dudum, no. ſuprà, §. j. ergo videtur quòd probando nullam poſſeſſionem non ſit fienda reſtitutio: vt no.iij.quæſt.j.in ſum. Secundo, vbicunque aliqua parificantur à iure, diſpoſitum in vno extenditur ad reliquum, c.de multa, de præb.cum ibi no.in fi. c.à multis, de æta.& qual. c.ſi poſtquam, iuncta gl.de elect. in vj. ſed in matrimonio carnali petens reſtitutionem, tenetur probare matrimonium primo aſpectu validũ: nec ſufficit probare ſolam poſſeſſionem, c. ex tranſmiſſa, c.ex parte, d.c.literas, de reſtit.ſpol.ergo & idem in matrimonio ſpirituali, cum iſta duo parificentur in iure, c.ij. de tranſla.præla.c.quoniam frequenter, vt lite non conteſt. Tertio, beneficij poſſeſſio reſpectu

Beneficij reſtitutionem petens an teneatur titulum probare.

Beneficium tenens ſine titulo mortaliter peccat.

Argumentum de vno matrimonio ad aliud.

Digitized by Google

ſio reſpectu tituli non datur ſine canonica inſtitutione: vt voluit Bertran. in dicta clemen. j. de cauſa poſſ. & proprie. & dicit ſic fuiſſe obtentum in palatio apoſtolico. elleg. c. j. de regul. iur. in vj. ca. ex frequentibus. de inſtit. cum ſequitur domi. Anto. in dicto cap. in literis. Ioan. Andr. in addi. Specul. ſuper rub. de reſtit. ſpol. ad hoc gloſ. in cap. cum noſtris. de conceſ. præbend. Probatur ratione. Nam beneficium reſpectu proprietatis non datur ſine canonica inſtitutione: vt dicto capit. j. d. c. ex freqnentibus cap. ex parte ad æ. de teſtib. ſed poſſeſſio dicitur connexa proprietati. cap. j. de cauſa poſſeſſ. & proprie. cap. j. de ſequeſtra. not. gloſ. & docto. in cap. finali. de iudi. ergo ſicut reſpectu tituli non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione, ita & reſpectu poſſeſſionis: cum de annexis idem ſit iudicium capitul. quanto. de iudi. cum ſimi. Sequitur ergo quod ad obtinendum reſtitutionem debet probare modum per quem transfertur ipſa poſſeſſio: vt not. do. Anto. in d. ca. ex parte. & ſic non ſufficit probare nudam poſſeſſionem. Nam ſicut non ſufficit ſolus animus ad obtinendum beneficium reſpectu tituli, vt dicto capit. ex frequentibus: ſic eodem modo reſpectu poſſeſſionis cum iſta ſint connexa, vt dictum eſt. & facit verbum obtineri in illa regula. j. de regul. iur. in vj. quod refertur non ſolum ad proprietatem, ſed etiam ad poſſeſſionem. ad hoc gloſ. in ver. obtinuit, in capit. diſciplina. xlv. diſt. facit gloſ. in capit. capitulum. de reſcript. voluit Guil. in clem. ij. de vita & hone. cleri. in ver. obtinens. vbi dicit quod qui habet ſolum titulum beneficij ſine poſſeſſione, non dicitur obtinere beneficium: quod eſt bene not. quia multum facit pro iſta parte. Item omnia iura loquentia de poſſeſſione habita ſine inſtitutione canonica, vtuntur verbo occupata, &c. vt patet in dicto capitul. ex frequentibus. Nam aliud eſt poſſeſſionem habere, & eam occupatam detinere: vt op. pro. in capitu. licet de pro. Quarto retinens beneficium ſine titulo, non ſolum detinet cum præiudicio ipſius occupantis: ſed etiam parochianorum, & ſic vertitur in præiudicium publicum. ad hoc. d. c. dudum. capitul. placuit. de pœn. diſt. vj. ca. omnis de pœn. & remiſ. ſed vbi timetur de præiudicio priuato, non eſt fienda reſtitutio: vt in matrimonio. dicto cap. ex tranſmiſſa. d. c. literas. not. in c. j. vt lit. non conteſt. multo minus eſt facienda vbi timetur de præiudicio publico. ar. capit. cum in cunctis. de elect. & publica vtilitas præfertur priuatæ. ca. bonæ. j. de poſtu. præla. Quinto hoc remedium reſtitutorium dicitur eſſe introductum in odium ſpoliantis ca. fina. de ordi. cog. & ibi plene per Panormit. patet in d. clemen. j. de cau. poſſeſ. ſed ius pœnale eſt ſtricte interpretandum. cap. ſtatutum. de elect. in vj. de pœni. diſ. j. pœnæ. cap. in noſtra. de iniur. cum ſi. cum ergo iura dicant ſpoliatum debere probare poſſeſſionem. d. cap. conſultationibus. intelligendum eſt de legitima: non autem de occupata poſſeſſione. ar. cap. ſolicitè. de reſti. ſpo. c. cum ſuper. de cau. poſſeſ. & proprie. Sexto factum contra ius eſt nullum. cap. ij. de teſti. in regula quæ contra ius. de reg. iu. in vj. ad hoc. capitu. debitores. de iureiur. vbi ſi quis promiſit ſoluere vſuras promittens, non obligatur ex tali promiſſione. & doc. aſſignant rationem ibi: quia cum vſuræ ſint prohibitæ à iure. de vſur. per totum. talis promiſſio facta contra l. non obligat promittentem. plus dicit ille text. quòd etiam naturaliter non obligatur, vbi aliàs obligaretur. cap. ij. de pac. ſed ius prohibet aliquem intrare beneficium propria auctoritate. c. admonet. de renun. cap. fin. de de.

Beneficij poſſeſſio obtineri non poteſt ſolo animo.

Beneficium non obtinet qui titulum ſine poſſeſſione habet.

Vſuras promittēs non obligatur.

Digitized by Google

pere. no. Archidia. in d. cap. cum qui. ergo talis exceptio concernens nullitatem, ipſo facto admittenda eſt. iuxta not. per Innocen. in ca. inter dilectos de exceſ. præla. Domi. Anto. in cap. accedens. de accu. Septimo, vbi eſt præſumptio contra petentem reſtitutionem de occupatione, non ſufficit ſolum probare poſſeſſionem, ſed de titulo eſt neceſſarium probare: puta quia ius commune facit contra petentem reſtitutionem, vt docto. communiter tenent in capit. conſtitutus de fil. presby. per quod ca. iuncto c. quoniam eo. tit. dicunt docto. cap. in literis. quod exceptio defectus proprietatis notoria (*8) admittitur in iſtis beneficialibus contra petentem reſtitutionem. de Ro. deciſo. 16. ſiue fundet intentionem excipientis ſiue non: quia non debet fieri reſtitutio cum peccato. d. capitul. literas. Domi. Anto. in cap. bonæ. de appel. vbi dicit quòd agenti ad reuocationem attentatorum, appellatione pendente obſtat exceptio dominij deficientis. Domi. in capitul. ad decimas de reſtit. ſpol. in vj. Item quando factum eſt ita notorium quòd certum eſt, vel ſatis veriſimile quòd nullum ius competat petenti reſtitutionem. & in iſtis notorijs debet iudex ſupplere ex officio ſuo: non tamen debet dimittere beneficium apud ſpoliatorem ſi de ſpoliatione conſtat. fa. quòd not. Innocen. in cap. ſi conſtiterit. de accu. & quòd ibi not. Panormitan. facit cap. oblatæ. capitul. conſtitutus. de appel. & hoc caſu non procedit gloſ. in dicto cap. ad decimas. in cap. j. de præſcrip. lib. vj. quod ſatis voluit Ioan. Andr. in addi. Specu. in rub. de reſti. ſpo. Nam in alijs non debet obſtare exceptio defectus proprietatis: ex quo non fundat intentionem opponentis: quia iuſte poſſidet, ex quo poſſidet. l. fina. C. de rei ven. & ſic in alijs caſibus poſſunt procedere gl. præalle. plus dicit Panormit. in dicto. c. in literis. quòd contra petentem reſtitutionem beneficij admitti debet exceptio defectus proprietatis non notoria, vbi probatio exceptionis offertur incontinenti per rationem di. cap. literas. ibi enim differtur reſtitutio quod ad carnalem copulam ſi probationes offeruntur incontinenti: quia non poteſt fieri ſine peccato ſi exceptio eſt vera. quæ ratio ſatis militat in caſu iſto. nam daretur vitioſus ingreſſus, & materia peccandi. dicto capit. dudum. de elect. cum ſi. quæ rationes prædictæ etiam militant contra petentem reſtitutionem beneficij, cum non poſſit poſſidere beneficium ſine titulo & abſque peccato. non ſufficit ergo probare nudam poſſeſſionem: ſed oportet quod probet titulum per quem fuit tranſlata ipſa poſſeſſio. Pau. de caſt. conſi. 311. & ſic non ſufficit ſolus animus volentis acquirere poſſeſſionem in beneficialibus: (*9) vt voluit Panormit. in dicto ca. literis. & probatur quòd talis poſſeſſio non acquiratur ſolo animo. nam ius punit capientem poſſeſſionem beneficij propria auctoritate. cap. cum qui. de præbend. in vj. fa. text. in cap. placuit. xvj. quæſtio. vij. vbi abſonum videtur quòd ex tali inuaſione acquiratur ſibi poſſeſſio, cum ſit quædam contradictio. vnde inconueniens eſſet vt quis ex delicto ſuo ſeu ex eodem facto conſequeretur lucrum & pœnam. xvj. quæſtio. j. legi. fa. c. ſicut. de ſimo. xij. diſt. nos conſuetudinem. Item facit dictum de Rota, deci. 16. quam alleg. docto. in d. c. in literis. vbi dicunt quòd agenti poſſeſſio. recuperandæ, obſtat exceptio reſeruationis papalis. ergo non ſufficit ſolus animus occupantis poſſeſſion. ad idem dictum Innocen. in cap. cum noſtris. de con. præben. Quòd etiam is pro quo lata eſt ſententia in cauſa beneficiali, non poteſt capere poſſeſſionem propria auctorita-

Poſſeſſio in beneficialibus non acquiritur ſolo animo.

Digitized by Google

te, not. Archid. in d. ca. eum qui. & not. Innocen. in ca. conſtitutus. de fi. presby. quòd ſi conſtat petentem reſtitutionem beneficij per vim illud occupaſſe, non eſt ei facienda reſtitutio. fa. quod not. Domi. Ant. in d. c. in literis. in di. ca. ex parte. & ibi eum ſequitur Panormit. quòd quædam ſunt quæ non poſſunt poſſideri niſi data certa ſpecificata forma ſeu modo, & tunc ad hoc vt fiat reſtitutio in talibus, eſt neceſſe vt probetur illius formæ exiſtentia. cum ergo beneficum non poſſit ſine canonica inſtitutione obtineri, ſequitur quòd debet petens reſtitutionem beneficij ipſam poſſeſſionem colorare ex inſtitutione prima fronte valida. fa. capit. in nomine Domini. xxiij. diſt. iunc. gloſ. quòd intruſus in beneficio non poteſt illius petere reſtitutionem ſi ab eo deijciatur. quod not. Bald. in l. pen. C. de pigno. ac. quòd intruſus non dicitur tolerari in poſſeſſione, quod ſatis probat per hoc cap. in princ. op. facit capitul. eum qui. de eo qui mit. in poſ. vbi propter contumaciam partis aduerſæ non debet auctor mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, ne detur vitioſus ingreſſus in beneficialibus. Cum ergo ratio iſta vendicet ſibi locum vbicumque fieret reſtitutio ei qui propria auctoritate ingreſſus eſt poſſeſſionem beneficij, ſequitur quod petenti reſtitutionem beneficij non ſufficit probare nudam poſſeſſionem. nam ratio legis reſtringit & ampliat ipſam legem. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. ij. ca. intelligentia. de verb. ſig. (*10) not. docto. in c. ad audientiam. de deci. lex enim non eſt niſi ratio legis. j. diſt. conſuetudo. & ſicut corpus regulatur per animam, ita & lex regulatur per rationem ipſius legis: vt not. Baldus in l. non dubium. C. de legi. nec ob. quod aliqui dixerunt reſpondendo ad text. illius cap. eum qui. quòd ibi agebatur de beneficio obtinendo: vt patet ibi in ver. ingreſſus. & non dicit regreſſus: quia poteſt dici ingreſſus, cum reſtituitur poſſeſſio per prius ablata, cum ſi ex nunc reſtituatur amiſſa poſſeſſio. Vel dic quòd ratio illus text. eſt, ne quis obtineat poſſeſſionem minus legitimam beneficij eccleſiaſtici: & ſi non intelligitur de iſto violento qui prius eſt ingreſſus poſſeſſionem propria auctoritate: ſequeretur inconueniens quòd eſſet magis priuilegiatus qui propria auctoritate occupauit poſſeſſionem beneficij, quàm ille qui petit iuſtitiam ſibi adminiſtrari ſecundum formam iuris per ipſum iudicem: quod non eſt dicendum, per dictum capitul. eum qui capitul. contingit. de do. & contu. fa. capitul. veritatis eod. titu. capit. j. de poſtu. præ. Item op. fa. d. capitul. eum qui. vbi non ſolum priuat occupationem beneficio prius habito: ſed debet amittitere beneficium occupatum per violentiam, ſeu quocunque alio modo. ergo non poteſt dici quòd ex tali occupatione acquirat poſſeſſionem. & capitul. relatum de iur. pa. capitul. ſi quis deinceps. xvj. quæſtio. vij. ad idem. §. patet ergo iij. quæſtio. j. vbi dicit text. not. quo ad propoſitum quòd ſi non præceſſit inſtitutio, non poteſt eſſe reſtitutio. ergo ſequitur neceſſario, quòd teneatur colorare poſſeſſionem, nec videtur vera gloſ. in ſumma. iij. quæſtio j. quæ voluit illum. §. hodie fore correctum, cum nullibi appareat de correctione illius. §. nec iura de facili corriguntur. argu. capitul. cum expediat. de electio. in vj. etiam per ſubauditiones ſaluanda ſunt iura: vt eſt gloſ. not. in capitul. cupientes. §. quod ſi per. xx. eod. titu. & lib. nec ob. dictum Innocen. in dicto capitul. ex parte. de reſtitutio. ſpolia. quia Innocen. ibi ſolum allegat. not. in capi. dilectus. de capel. mo. in capitul. bonæ. de poſtula. præla. & loquitur cum eccleſia petitur

Lex reſtringitur & ampliatur per ipſius rationem.

vt proprietas: quo caſu præſcribitur. non autem vbi petitur in titulum. quod patet expreſſe ex dictis Innocen. in dicto capitul. ex parte. vbi dicit quòd in præſcriptione debet habere bonam fidem, &c. ſed in caſu noſtro loquimur quando eccleſia petitur in titulum. quo caſu non habet locum præſcriptio. capitul. ex parte A. de teſti. dictum eſt ſuprà. §. j. ergo Innoc. in dicto capitu. ex parte debet intelligi cum ipſa eccleſia petitur reſpectu ſubiectionis: cum glo. & dicta docto. ſint intelligenda ſecundum iura quæ allegant, vt not. Ioan. Andr. in capitul. cum nuncius. de teſti. (*11) nec ob. di. capitul. in literis. per quod multum mouebantur Domi. Car. & Panorm. qui dixerunt ſufficere quod probetur nuda poſſeſſio quo ad petendam reſtitutionem: quia ille textus præſupponit deiectionem à poſſeſſione, vt patet ibi. dicit ſe de poſſeſſione, &c. ſed talis occupans poſſeſſionem beneficij propria auctoritate, non dicitur habere poſſeſſionem, cum poſſeſſio ſit acceſſoria ad ipſum titulum, vt ſupra dictum eſt. Item patet ibi dum facit comparationem de prædone qui habet poſſeſſionem vt not. in cap. olim. j. de reſti. ſpo. ideo ad hoc quòd procedat ſimilitudo, eſt neceſſe quòd petens reſtitutionem habuerit poſſeſſionem, quæ non poteſt aliter obtineri in beneficijs, niſi ex inſtitutione à ſuperiore facta. Item poteſt reſponderi ad illud capit. in literis. quòd ibi non dicitur quòd non debeat colorari poſſeſſio: ſed quòd prius debet cognoſci de violenta eiectione, quàm de canonica inſtitutione, & ſic de ipſo titulo intrinſeco: quod bene procedit, vt dicto. cap. fina. de or. cog. quinimmo dicit ille doctor in repe. dicti cap. item cum quis. quòd ſi ſubtiliter conſiderentur verba dicti capitul. in literis. faciunt pro iſta opinione, ibi, dum aduerſarius dicebat eum non fuiſſe canonice inſtitutum: quæ quidem propoſitio eſt negatiua prægnans: comprehendens in ſe affirmatiuam tacitam: vt ſit ſenſus literæ, quòd ſit inſtitutus, ſed inſtitutio non erat canonica. & ſic ibi ſatis coloratur poſſeſſio, ex quo dicebat inſtitutionem interueniſſe. ar. capit. ſuper hoc, cum ibi not. de renun. capit. bonæ. j. de electio. Ad di. cap. conquerente. poteſt reſponderi quòd ibi conſtabat eum fuiſſe inſtitutum, vt patet ibi per rationem quam Papa poſuit, dum dixit: quia iàm non decet honeſtatem tuam clericos tuæ iuriſdictionis ſine manifeſta & rationabili cauſa ſuis beneficijs ſpoliare. No. verbum ſuis, quod denotat inſtitutionem præceſſiſſe. ar. capitul. ſi. ibi abſenti. de præ. in vj. fa. quod not. in cap. pro illorum. de præ. cap. ex tuatum. de auctori. & vſu pal. vel poteſt dici dum Papa mandat illum clericum prius, &c. quòd intelligitur probando ea quæ tenetur probare ſpoliatus. nam mandatum Papæ ſemper (*12) intelligitur factum ſecundum ius. (*13) etiam per improprationem verborum, vt pro. in cap. cauſam de reſcript. in cap. ſuper eo. de offic. dele. capit. fina. xij. diſtin. quod nota. Ioan. Andr. in cap. ex literis de iu. pa. ad item text. in cap. eam te. de æta. & qua. in capitu. audita. iunct. gloſ. de reſ. ſpo. quia ſi aliàs intelligeretur ille text. ſimpliciter prout iacet ſine ſuppletione aliorum iurium, ſequeretur quòd etiam poſſeſſionem non teneretur probare, cum ibi nihil dicatur de poſſeſſione: quod eſt omnino falſum: vt patet in capit. conſultationibus. cum ſi. nec eſt nouum vt vnum cap. ſuppleatur per aliud, cap. cum te iunc. ca. ſuper quæſtionum. de offic. deleg. cap. cum ex eo. iunct. c. licet canon. de electio. in vj. cum ſi. & eodem modo reſpondetur ad c. accepta. de reſt. ſpo. Vel poteſt aliter reſponderi ad d. c. conquerente. quòd etiam

Eccleſia an poſſit acquiri per præſcriptionem.

Poſſeſſio beneficij non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione.

Mandatum papæ intelligitur factum ſecundum ius.

Vnus textus per aliũ ſuppletur.

Digitized by Google

in caſu illius cã. eſt neceſſarium probare inſtitutionem, ſeu aliter colorare poſſeſſionem. nam vt ibi patet in princ. cap. clericus ille aſſeruit Papæ ſe fuiſſe ſpoliatum per ſuum ſuperiorem, & poſtea Papa mandat vt reſtitutio fiat illi clerico, ſi ita eſt. Vnde nota iſta verba: ſi ita eſt. nam per hoc videtur velle illum probare inſtitutionem ſine qua non poteſt habuiſſe poſſeſſionem. & non probatur aliquem deſtitutum fuiſſe, (* 14) niſi probetur inſtitutio, vt dicto §. patet. & ſic coloranda eſt poſſeſſio ex titulo prima fronte valido, aut alio modo, vt dictum eſt. nec obſt. d. clem. j. de cau. poſſeſ. & pro dum dicit ſuſpenſo petitorio in ſolo poſſeſſorio procedendum. per quæ verba dicit Panormitan. nihil probandum de titulo: quia illud verbum ſolo, excludit cauſam petitoriam. non autem intendit ibi Papa, quòd natura illius poſſeſſorij minuatur, vt ſit ſenſus illius literæ, quod ſpoliatus in cauſa appellationis ante concluſionem in cauſa poteſt ſuſpendere prius cauſam proprietatis intentatam, & intentare ſolam cauſam poſſeſſoriam. non autem vult quòd non probentur ea quæ ſunt probanda in cauſa poſſeſſionis. Nam vt ibi dicit gloſ. aliud eſt probare titulum, & aliud colorare poſſeſſionem ex titulo: ſicut videmus in ſi. cum agitur poſſeſſorio in cauſa matrimoniali, ibi debet colorari poſſeſſio ex titulo: puta probando conſenſum legitimum ad matrimonium & carnalem copulam, & tamen cauſa dicitur poſſeſſoria, vt dicto cap. ex tranſmiſſa. not. in dicto cap. ex parte. Ad capit. ex inſinuatione. de proc. alleg. per Panormit. reſpondetur quòd ibi conſtabat de inſtitutione: cum ius Archidiaconi fuiſſet per prius deductum in iudicium, & ſic notorie conſtabat de iuſta poſſeſſione, ar. eorum quæ not. in capitul. ad petitionem. de accuſa. & hoc tenet ibi Domi. Anto. fa. cap. cum olim. de verbo. ſignifi. & quòd ibi conſtabat de inſtitutione Archidia. expreſſe innuunt verba illius text. in fi. dum dicit. de reſtitutione vero facta ſi Archidia. ſuam inſtitutionem canonicam probare potuerit, &c. & ſic ibi colligitur quòd de iſta inſtitutione conſtabat, ſed dubitabatur an eſſet canonica, & de iſto ſolo mandatur inquiri. nec ob. dict. capitul. ex parte & cap. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. quia illa iura loquuntur vbi eccleſia poſſidebatur vt proprietas: quo caſu ſufficit probare poſſeſſionem nudam abſque alia coloratione tituli: quia ad acquiſitionem huius poſſeſſionis ſufficit ſolus animus occupantis cum facto poſſidentis. ar. d. capit. dilectus. de capel. mo. capitu. auditis. de præſcript. cum ſi. ſed aliud eſt petere eccleſiam vt proprietatem: aliud vt titulum: nam primo caſu currit præſcriptio, in ſecundo non, vt dictum eſt ſupra. nec ob. aliud quod multum mouebat Panormitanum, quòd multa iura emanarunt, & tamen in illo habetur de iſta coloratione. Primo enim dicitur quòd eſt expreſſum in dicto §. patet. Item de omnibus non poteſt creari lex, cum plura ſint negocia quàm vocabula, vt not. in pro. clemen. ſed procedendum eſt de ſi. ad ſimilia: (* 15) & per ar. vt in capitul. per venerabilem. qui fi. ſunt le. not. doc. in dicto capitul. ad audientiam. Item in quantum dicebat Panormita. ſe non putare iudicem poſſe procedere etiam ex officio ſuo, videtur falſum. nam ſi iſte retinet beneficium ſine titulo, certum eſt quòd peccat mortaliter, vt dictum eſt ſupra, patet in dicto capitul. dudum. vbi dicitur quòd committit furtum & rapinam, retinens beneficium ſine titulo: ſed vbi imminet peccatum, iudex procedit ex officio ſuo etiam inter perſonas ſeculares, vt le. & not. in capitul. nouit. de iudi. capitul. j.

Iudex eccleſiaſticus in materia peccati procedit contra omnes.

Digitized by Google

de conuer. coniu. nec videtur veum dicere, quòd ſpoliatus nudus contendat: quia ſi non habuit poſſeſſionem, non dicitur ſpoliatus. arg. dicti cap. ex parte. nec videtur valere reſponſio quam facit Panormit. ad contra. quod fit de matrimonio carnali. nam dicit ipſe illud procedere: quia liber homo non poteſt poſſideri, etiam ſi ligatus teneatur. l. cum hæredes. §. fi. ff. de acqui. poſſeſ. ſed beneficium poteſt per clericum iniuſte & ſine titulo poſſideri, & ſic videtur velle quod pro iniuſta poſſeſſione in beneficialibus competat interdictum poſſeſſorium. quòd de iure non videtur aliquo modo ſuſtineri poſſe. quia ibi eſt ſola præſumptio occudationis, & in iſtis beneficialibus agi non poteſt poſſeſſorio recuperandæ, niſi aliquid probetur de titulo, ar. d. cap. ad decimas. qui quidem text. hoc expreſſe voluit ſecundum omnes doctores. ſed ratio quare petens reſtitutionem hominis liberi debeat colorare poſſeſſionem: vt d. c. ex tranſmiſſa, cum ſi. eſt: quia liber homo poſſideri poteſt certo modo. Vnde quo ad hoc vt competat remedium reſtitutorium, neceſſarium eſt vt probetur (* 16) ille modus per quem tranſlata fuit poſſeſſio, vt not. dicit in

Beneficium ſine inſtitutione non obtinetur.

ſemi. Dominus Anto. in dicto capit. ex parte & eum ibi ſecutus eſt Panormitanus. ergo idem dicendum eſt in iſtis beneficialibus: quia beneficium non poteſt obtineri ſiue poſſideri, niſi certo modo, videlicet per canonicam inſtitutionem. ideo petendo reſtitutionem beneficij, neceſſarium eſt probare illam inſtitutionem prima facie validam. nec ob. dicta. l. cogi. vbi nemo cogitur docere titulum ſuæ poſſeſſio-

Titulum ſuæ poſſeſſionis neminem cogi docere qualiter intelligatur.

nis: quia illud procedit, niſi (* 17) ſit præſumptio contra poſſidentem, dicto cap. ad decimas. gloſ. Baldus & docto. in l. ſiue poſſidetis. C. de procu. in l. male agitur de præſcriptio. xxx. an. vel quando poſſeſſio non eſſet euidenter iniuſta omiſſa coloratione, puta quia res eſt vniformiter poſſidibilis, & non certo modo: ſicut eſt in caſu iſto. nec obſtat dictum de Rota, deciſio. 14. quod approbant communiter docto. in dicto capit. in literis. in dicto capit. bonæ. quòd ſi ago per viam attentati pro recuperatione beneficij amiſſi, non eſt neceſſarium colorare poſſeſſionem, ſed ſufficit probare poſſeſſionem tempore motæ litis, per di. capitul. quia illud procedit ex alio iuris remedio, videlicet quia nihil eſt innouandum lite pendente: vt lite penden. per to. etiam iſtud procedit in caſu in quo dubitaretur de peccato, vt not. & videtur text. op. in capitul. laudabilem vt li. penden. Et ex prædictis ſi bene con-

Concluſiones tres in materia beneficiali.

ſiderentur, elice tres concluſiones. Prima eſt, quòd ſicut beneficium non poteſt obtineri quo ad titulum ſine canonica inſtitutione; ita neque quo ad poſſeſſionem. Secunda, quòd petens reſtitutionem beneficij tenetur colorare poſſeſſionem ex titulo, ſeu aliter iuſtificare etiam ad inſtantiam partis. Tertia, parte non poſtulante colorationem poſſeſſionis petitæ, nihilominus iudex poteſt ex officio ſuo inquirere de iuſtificatione poſſeſſionis reſtitutionem petentis. & pro hoc facit op. iſte §. & prædicta ſunt vera, ſiue aliunde ius commune non obſtat petenti reſtitutionem, ſiue obſtat: vt quia poſſidebat duo beneficia incompatibilia (* 18) vel patiebatur defectum in ætate reſpectu illius beneficij. & hoc vltimo caſu plus placet opi. Panormitanus in dicto capitul. in literis. in eo quod dicit quòd ſi ius commune non fundat intentionem rei conuenti ſuper ſpoliatione, petens reſtitutionem non tenetur probare titulum, licet faciat contra eum ius commune, vt op. pro. in dicto capit. ex inſinuatione. cap. referente. de præbend. & fa. cap. licet. j. de

Digitized by Google

præbend. in vj. poteſt adduci ratio. ca. frequens de reſti. ſpolia. in vj. & iij. quæſtio. j. quaſi per to. ne quis nudus contendat: & inermis ſe inimicis opponat. ſi enim diceremus oppoſitum, multotiens verus poſſeſſor propter difficultatem probandi titulum amitteret poſſeſſionem ſuam: quod non eſt dicendum ar. capitul. ſæpe. de reſti. ſpolia. facit quòd iſta reſtitutio fuit inducta in fauorem ſpoliati, & odium ſpoliantis. d. capit. fin. de or. cog. capitul. paſtoralis. de cau. poſ. & pro. quæ ratio militat ſiue ius commune faciat contra petentem, ſiue non. ergo idem ius debet eſſe, (*19) ar. cap. cum dilecta. de con. vti. vel inuti. cum ſi. Item vt Panormita. not. in d. cap. ex parte. & fuit principaliter opi. Bar. Brixi. xiiij. quæſt. j. §. j. laicus poteſt petere reſtitutionem decimarum probando colorem tituli, & tamen ius commune facit contra eum, quia laicus de iure communi decimas poſſidere non poteſt. capit. cauſam de præſcript. nec præſcribere: vt ibi, quod ſi quoddam ius ſpirituale, quod laici etiam immemoriali (*20) tempore acquirere non poſſunt. cap. Maſſana. de elect. Sed inquantum ipſe Panomit. videtur ſentire, in d. c. in literis. ſoluendo contrarium de. d. c. ad decimas. quòd habet locum cum ius commune fundat intentionem poſſidentis. & ſic vult quòd ſi ius commune eſt contra petentem reſtitutionem, & fundat intentionem rei conuenti ſuper ſpoliatione, quòd iſto caſu ſpoliatus tenetur probare titulum intrinſecum, & iſta eſt omnium ſententia per tex. illius capit. ad decimas. quæ non placet dicto docto. in repe. d. capit. item cum quis. nec iudicio ſuo probatur per tex. illius cap. ad decimas. vnde dicit quòd in caſu propoſito ſufficit probare titulum apparenter iuſtum: licet non probetur de intrinſecitate tituli. primo mouetur, quòd licet quis habeat intentionem fundatam de iure communi, non tamen habet poteſtatem propria auctoritate capere poſſeſſionem à poſſeſſore. quinimmo ius priuat iſtum violentum omni iure quod habet in ipſa poſſeſſione. l. c. eum qui. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. cum ſi. ergo videtur quòd ex iſta ſola præſumptione non debet ſpolians hoc commodum habere. Item ratio quare ſpoliatus iſto caſu videtur ſecundum doc. artari ad probandum titulum, eſt propter præſumptionem occupationis facientem contra ipſum ſpoliatum. ar. d. capitul. ad decimas. dicto capitul. j. de præſcript. in vj. cum ibi not. ſed talis præſumptio tollitur eo ipſo quòd quis probat titulum apparenter iuſtum. ar. d. capitu. ex tranſmiſſa. nam vna præſumptio tollit aliam. capit. litteras. de præſump. (*21) ergo videtur quòd ex ſola tali præſumptione non debet iſte artari ad probandum titulum, cum ſit valde difficile. & propter eius difficultatem ſpoliatus quandoque amitteret ius ſibi competens. ar. di. cap. ſæpe. Item ne tali præſumptione, quæ omnino ceſſat per colorationem poſſeſſionis ex titulo primo aſpectu valido, debet ſpoliatus nudus & inermis contendere contra dic. capitu. frequens. cum ibi not. Item iura indiſtincte dicunt, quòd ſpoliatus tenetur probare poſſeſſionem & deiectionem dic. cap. conſultationibus. cum ibi not. Nec eſt dare aliquod ius dicens ſpoliatum debere probare titulum. nec ob. di. ca. ad decimas. per quod mouentur omnes: quia ille textus nullam facit de titulo mentionem, ſed ſolum dicit petentem reſtitutionem illarum decimarum debere probare euidenter poſſeſſionem eſſe legitimam: ſed vbi papa mandat petentem reſtitut. debere probare poſſeſſionem eſſe legitimam, non tenetur reſtitut. petens probare titulum intrinſecum: ſed ſatis eſt quod probet

Decimas non poſſunt laici acquirere etiam immemoriali tempore.

Titulum apparenter iuſtum quandoque probare ſufficit.

Spoliatus non tenetur probare titulum.

Digitized by Google

ipſum primo aſpectu validum. de hoc eſt caſus, & ibi gloſ. & docto. in dicto cap. ex tranſmiſſa, in dicto capit. literas, in dicto capit. ex parte. Nam vt vides, ſi bene conſideres, in illo capit. ex tranſmiſſa. Papa mandauit vt ille iudex inquireret, an illa mulier eſſet legitime deſponſata illi militi, & tamen propterea non mandauit vt teneretur probare intrinſecum titulum matrimonij, ſed ſatis fuit vt probaret quòd conſenſit in eam vt vxorem ſuam. ſic in propoſito, licet papa in illo capitul. ad decimas. mandet vt non reſtituatur poſſeſſio decimarum canonicis ſancti Nicolai, niſi euidenter docerent quòd earum poſſeſſionem legitime aſſecuti fuiſſent: non tenentur tamen per hoc probare intrinſecum titulum, ſed ſatis eſt iuſtificare ipſam poſſeſſionem ex priuilegio principis, vel alio modo. argu. capit. à nobis. capitul. ex parte de decimis. cum ſi. & per prædicta colligitur nouus intellectus ad dictum capitul. ad decimas. & dum textus ibi ponderauit illas decimas fore in aliena parochia, dicunt ijdem doc. papam ſolum adduxiſſe illam rationem ad denotandum præſumptam occupationem poſſeſſionis. nec obſt. quòd ex quo reus habet intentionem fundatam de iure communi, & per conſequens nihil obſtat iuri ſuo, talis proprietas debet abſorbere poſſeſſionem. capitul. cum eccleſia. capitu. cum dilectus. cum ibi not. de cauſa poſſeſſion. per quod motiuum principaliter ſe fundauit gloſ. in dicto capitul. ad decimas. quia illud procedit vbicunque totum ius ipſius ſpoliati fuiſſet deductum in iudicium, ſeu vbi conſtaret iudici ex aliqua legitima probatione ſpoliatum non habere plus iuris in ipſa re ſpoliata, tunc proprietas aduerſarij, de qua plenè conſtat iudici, abſorbet poſſeſſionem alterius: ſed in caſu noſtro non eſt ita, eo quod poſſibile eſt quod proprietas ſit apud habentem poſſeſſionem, ex quo colorat eam ex titulo primo aſpectu valido, vel alio legitimo documento. vnde dicit ille doctor, quòd dictum capitul. ad decimas, loquitur vbi petens reſtitutionem habet aliquam præſumptionem contra ſe: quo caſu licet non ſimus in matrimonio ſpirituali, tamen teneretur reſtitutionem petens colorare ſuam poſſeſſionem ex titulo prima fronte valido, vel alio modo ad elidendam hanc præſumptionem contra eum facientem. ſecus autem vbi nulla eſſet præſumptio contra ipſum petentem reſtitutionem. & hunc intellectum ad d. cap. decimas, tacitè ſentit Panormitanus in d. cap. ex parte licet in d. capit. in literis: & vbicunque tetigit hanc materiam, teneat & approbet dictum omnium doct. vel poteſt dici ad prædictum ar. quando conſtat de proprietate, talis proprietas debet abſorbere poſſeſſionem. quòd etiam ſi expreſſe conſtaret de vero titulo ſeu vera proprietate ipſius rei, nihilominus debet fieri reſtitutio, ex quo probatur poſſeſſio per actorem. vt. d. capitul. cum eccleſia. cum ibi not. fa. text. in capitu. cum ſuper. iuncta gloſ. de cauſa poſ. ad hoc capit. cum veniſſent. de inſti. vbi Archidia. Richemundiæ obtinuit reſtitutionem inſtitutionis & cuſtodiæ eccleſiarum vacantium abſque eo quòd probaret de titulo, non obſtante contradictione procuratoris archiepiſcopi Eboracenſis ordinarij illius loci, & nihilominus illa pertinebant ad archiepiſcopum de iure communi, vt ibi not. Et ex prædictis collige alias tres concluſiones. Prima eſt, petens reſtitutionem beneficij, licet ius commune faciat contra petentem, non tenetur probare titulum, ſed ſufficit colorare poſſeſſionem ex titulo primo aſpectu valido, aut alio modo. Secunda, licet ius commune faciat contra petentem

Reſtitutionem petens quandoque tenetur poſſeſſionem colorare.

Concluſio triplex circa reſtitutionem.

Digitized by Google

petentem reſtitutionem, & fundet intentionem ſpoliantis; non tenetur ſpoliatus probare titulum, ſed ſatis eſt aliter colorare ſuam poſſeſſionem. Tertia, ſi quis petit reſtitutionem decimarum ſitarum in alterius parochia, reſtituendus eſt, dummodo probet poſſeſſionem habitam ſuperioris auctoritate, aut aliter eam coloret: licet nõ probet titulum verum & intrinſecum, & ad prædicta vide no. per Henr. in d. ca. cum veniſſent. Præpo. in c. porrò, in c. ſignificaſti, de diuor. Aut quis agit poſſeſſorio retinendæ: (* 22) & tunc multis videtur quòd non habeat colorare poſſeſſionem, ſed ſufficiat probare nudam poſſeſſionem quam agens habet, non vi, non clam, nõ precario: nam interdicta retinendæ intentantur & competunt regulariter, non in vim alicuius iuris realis, ſeu in relatione ad illud, ſed in relatione ad poſſeſſionem vel quaſi, ff. vti poſſi. de. & vtrobi per totum, de iti. actúque pri. l. j. in princ. & de aliis interdictis retinendæ per ſingula diſcurrendo, vnde eo caſu nihil habet commune proprietas cum poſſeſſione, ff. de acqui. poſ. l. naturaliter, nec agenti retinendæ obſtat defectus proprietatis exceptio: vt no. in d. cap. cum veniſſent, vbi doct. quia aliàs liceret domino impune poſſeſſorem moleſtare contra mentem, d. l. ſi quis in tantam, d. cap. cum qui de præb. in vj. no. Bar. in d. l. naturaliter, do. Anto. & Panor. in d. c. in literis. Panor. in d. c. paſtoralis, in d. c. cum dilectus, de cau. poſſ. & pro. licet multi doct. aliter ſentiant quando opponens offert ſe probaturum in continenti. Sed hæc opi. de non coloranda poſſeſſione per agentem retinendæ, procedit in temporalibus, quæ ſunt indifferenter poſſidibilia, aliud in beneficialibus quæ tantum certo modo ſcilicet ex inſtitutione canonica poſſidentur: ideo in ipſis agens retinendæ, debet colorare poſſeſſionem ex titulo apparenter valido, (* 23) aut alio modo: ſic quod conſtet de poſſeſſione, ſicut dictum eſt in agente recuperandæ paritate rationum. Et hęc de prima parte quæſtionis principalis quando quis agit. Nunc videndum eſt quando conuenitur, tunc aut cõuenitur per prælatum, aut per alium. Si per alium qui prętendit ius in beneficio, nõ cogitur docere de titulo: vt in iuribus alle. ſuprà, §. in ver. coloratum, no. Compoſt. in ca. capitulum, de reſcri. in gloſ. magna. Archid. c. d. contra morem. Aut per prælatum, tunc aut factum eſt recens, aut antiquum, ſi eſt recens, quia paruo tempore ſtetit in poſſeſſione beneficij: tunc aut prælatus viſus eſt in eum conſenſiſſe tacite vel expreſſe: quia fecit aliquid per quod videatur eum approbaſſe, puta procurationem exigẽdo: aut ipſum ad titulum illius Eccleſiæ ordinauit, per no. per Innoc. in c. veniẽs, de fil. preſby. & nunc non tenetur docere de ſuo titulo, ar. d. c. dilecto, de præ. d. c. ex ore, de his quæ fi. à ma. par. c. no. Arch. in d. ca. ordinarij, de of. or. in vj. in d. c. contra morem. Io. Andr. in d. c. j. de reg. iur. in vj. ad hoc no. per. Bart. in l. quo enim, ff. rem ra. ha. Panorm. conſi. 89. hoc tamen caſu poterit ſuperior aſſumere in ſe onus probandi defectum tituli, & collationem contra ius factam, ar. d. ca. dilecto, de præb. no. per doct. vbi ſuprà, & in d. ca. ex inſinuatione. Henr. in d. c. cum veniſſent. Si tamen (* 24) ius commune eſſet cõtra poſſidentem, quia poſſidet duo incompatibilia: tunc nihil faceret conſenſus ſuperioris, vt d. c. ordinarij, & in extrauagan. Io. xxij. vt quos virtutis, vbi iniungitur omnibus ordinariis ſub graui pœna, quòd ſubditis ſuis plura incompatibilia obtinentibus iniungere habeant, vt diſpenſationes auctoritate quarum huiuſmodi beneficia obtinent, ſi quas habent, necnon titulos illorum beneficiorum exhibere eis procurẽt, ad hoc quod no. Io. And. in j. q.

Poſſeſſorio retinendæ agens, an teneatur poſſeſſionẽ colorare.

Diſpenſationem obtinere debet, qui plura incõpatibilia obtinet.

mercu. in regula mora, de reg. iur. in vj. aut ſuperior non conſentit in eum : & tunc poteſt eum compellere ad faciendum plenam fidem de titulo, arg.d.c. ex frequentibus,de inſti.nec admittitur appellatio in cõtrarium, ſicut enim non appellatur à cor-

Beneficium tenens ſine titulo, decipit animas.

rectione,c.ad noſtram;c.reprehenſibilis,de appel.ita nec ab iſto : quod explicatur ratione correctionis. Nam ſi non habet titulum,tenet beneficium cum peccato,& decipit animas parochianorum,d.c.dudum,ij.de elect. aut factum eſt antiquum : quia diu ſtetit in poſſeſſione beneficij : & tunc aut ſuperior requirens titulum , nunquam ei conſenſit tacite vel expreſſe,vt quia de nouo adeptus eſt Epiſcopatum : vel diu ſtetit in captiuitate : & tunc cogendus eſt docere aliquo modo de titulo : tamen pro-

Titulus per iuramentũ quandoque probatur.

pter antiquitatem (*25) facti admittitur probatio tituli per iuramentum,ar.l.ſi arbiter,ff.de prob. tum quia prædeceſſor tacendo videtur conſenſiſſe,argu. d.c.ex ore, c.j.de frig.& ma.tum quia probationes non poſſunt de facili haberi,& ſæpe pereunt ex antiquitate temporis,ideo recurrendum eſt ad iuramentum,ar. C.de teſtam.l.hac conſultiſſima,no.Hoſt.in c.licet Hely.de ſimo.Innoc.in c.ſuper his, de accu. Henri. in c.ſi diligenti,de præſcr.fa.quod no.Innoc.& Hoſt.in c.innotuit,de eo qui fur.ordi.In ca.illud,de præſump.in d.ca.veniens,de ver.ſig.in vj. vbi dicunt quod præſumendum eſt pro his qui longo tempore miniſtrauerunt in aliquo ordine , vel poſſederunt aliquod beneficium,quòd ritè fuerint ordinati & promoti,& ſufficit eis probare quod pro talibus communiter habiti ſunt,argu.d.l.barbarius,ff.de offic.præto. iij. q. vij. §.tria. Nam difficillimum eſſet ordinato aut beneficiato iam ſunt xl. anni elapſi,qui fortè perdiderunt literas ſuæ ordinationis aut collationis,probare nunc ſe fuiſſe ordinatum aut promotum,fa.no.per Hoſt.in c. inter quatuor, de cleric. peregri.l.ſi filiusfa.C.de peti.hær.& quod ibi no. Bal. quòd ſi electus diu poſſedit beneficium ſciente & patiente illo ad quem ſpectat confirmatio , præſumitur confirmatio præceſſiſſe poſſeſſionem,per illam l.no.Frede.con.58. Bal.in l.iudicia, C.de rei vendic.in l.ciuile, C. de fur. in dicta l. cogi. in d. l. ſiue poſſidetis,& de poſſeſſore officij; Bald.in l.j. C.de teſtam. licet enim extrinſeca qualitas non præſumatur, (*26) verum eſt niſi ex poſſeſſione diutina,per d.l.ſi filius,quæ eſt multum ſingularis,ad hoc; l.qui in aliena,§.j.ff.de acquir.hære.& ibi Ang.quod no. in l.j. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. Sed maius dubium eſſet ſi ſufficeret talis probatio iuramentalis concurrente antiquitate facti,ſi ius commune eſſet contra poſſeſſorem beneficij : puta quia

Diſpenſationis allegatio & ipſius perditio nõ eſt ſufficiens.

poſſideret duo beneficia incompatibilia, vel eſt minor, aut aliàs incapax ad illud beneficium , & allegat ſe habuiſſe diſpenſationem, & eam perdidiſſe : quod non ſufficeret,op.fac.in ar.d.c.ordinarij,d.c.contra morem,Panorm.in d.ca.licet Hely. dicit hunc caſum decidendum fore conſiderata longinquitate temporis, & qualitate beneficiati , & ſuperiorum prædeceſſorum huius qui eum tolerauit : ſicut aliter dicitur in ſimili , an & quando præbeatur iuramentum in ſupplementum probationis : vt no.in l.bonæ fidei,C.de iureiuran. in c.fi.eodem titu. & vbique doct. aut factum eſt antiquum, & iſte ſuperior eum tolerauit tanquam beneficiatum , tunc non vrgetur

Factum quando dicatur recẽs vel antiquum.

ad illum titulum probandum etiam per iuramentum : quia viſus eſt in eum conſenſiſſe , per ea quæ dicta ſunt. Quando autem dicatur factum hoc caſu ſatis recens vel antiquum, dicit Hoſtien.in d. ca.illud arbitrio boni iudicis ſecundum varias circunſtantias relinquendum,argu.in.c.de cauſis,de offic.delega. ff. de iure delibe.l.j. & re-

Digitized by Google

mittit ad id quod de decem annis no. in dicta l. ſi filiusfamilias. Conſiderare enim habebit iudex famam viciniç, induſtriam, vel ſimplicitatem beneficiati in cuſtodiendo literas ſuas, guerras, & alia, per quæ literæ amitti potuerunt, argum. de renunciatio. in præſentia.

(*1) Quæ non habet locum in beneficialibus & aliis ſpiritualibus, dicit Bonifac. in cle. ſi Romanus, num. 39. & ſeq. de præb. & melius per docto. in c. dilecto, eod. tit. & Gomes in regula de trien. poſ. q. xliij. vbi concludit quòd quis non auditur contra triennalem poſſeſſorem, niſi prius aliquid probet per quod appareat illum triennalem non habuiſſe titulum coloratum. Probus.

(*2) Vel deci. 404. in antiq. & in nouis deci. 109. Hunc punctum latè habes examinatum per nos in tract. penſio. par. iij. quæſt. v. quem tangit do. Petr. Rebuffi in tract. no. quæſtio. xvij. num. 27. vbi quærit, an nominatus teneatur probare titulum ſui prædeceſſoris, his adde Petrus de Anchara. in conſil. 117. ſatis impertinens. Probus.

(*3) Vide pro hoc Rot. in antiqu. deciſ. 70. & ordina. Reg. Franciſci j. 1539. ar. lvij.

(*4) Iſtud diſcutit Ro. in no. deci. 257. ſi quis dicat. P.

(*5) Vide quæ in propoſito diximus in tract. penſio. par. j. quæ. v. ver. ſecundum medium. Probus.

(*6) Etiam ad imponendum ſilentium parti confitenti. Ro. in antiq. 245. deciſ. quos vide in propoſito gl. deciſ. 408. in nouis. P.

(*7) Iſtud firmo in tracta. penſio. parte j. quæſt. xxij. in ver. equidem non obſtat. firmat etiam gl. iſta inf. ver. vnde ad hoc vt competat. P.

(*8) Iſtud latè firmo in tract. penſio. par. iiij. q. viij. P.

(*9) Sic non procedit dictum Bertrandi carp. in conſi. 224. viſo inſinuationis themate. volum. 3. & in conſi. 2. nume. 28. eodem volum. dicentis quod ſine aliquo titulo eſt reperire poſſeſſionem in beneficialibus, & in ea ſine titulo poſſeſſores tuentur, de quo vide latius per nos in tract. penſio. par. iij. q. vj. ver. quæ omnia prædicta. Probus.

(*10) Iſtud latiſſimè firmo in tract. penſio. par. j. q. xx. ver. præterea conſtitutio. Probus.

(*11) Vbi Io. And. ante fi. & Bar. in l. non ſolum, §. ſi liberationis verba, ff. de lib. lega. Probus.

(*12) Iſtud iuribus firmo in tract. deuo. par. j. q. xxij. & in tract. penſio. par. ij. q. j. ver. teſtari quidem. P.

(*13) Canonicum, non ciuile, vt probo in j. prælu. tracta. penſio. & latius in vij. prælu. vide Roma. in conſi. 334. circa primum, & Alexand. conſi. 33. num. 9. viſo themate, volu. 1. Probus.

(*4) Succedit enim hoc caſu regula vulgata, quòd priuatio præſupponit habitum, ſicut in ſimili dicit hæc gl. in ſequen. ſi non habuit poſſeſſionem, nõ dicitur ſpoliatus, & aliud, quòd ratificatio præſupponit validitatem. Alia ſimilia habes per nos in tract. deuplu. par. j. q. xxviij. P.

Digitized by Google

Deciſio in terminis laudatur.

(* 15) Vnum tamen eſt, quod inuenire deciſionem in terminis multum prodeſt in practica, & eſt doctiſſimi doctoris: ſed per generales regulas reſpondere, eſt doctoris poſitiui & pauperis, ait Fely. in ca. j. nume. 6. in fi. de præſcript. meminit Gomes in regula de non tollendo iure quæſi. quæſt. xvj. in fine. P.

(* 16) Quod in ſimili firmo in tracta. deuolutio. parte iij. q. xxix. verſi. intellige quòd deuoluta. Probus.

(* 17) Idem dicit hæc gloſ. ſuprà ver. diligenter. a ne quis ſine ti- primo, circa fi. vbi firmaui remiſſiuè. Probus.

(* 18) De hoc vidé latè per Gomes in regul. de trien. poſſeſ. q. x. vbi ponit ſimile, an talis iuuetur beneficio illius regulæ. P.

(* 19) Etiam per nos adduct. in tract. penſio. parte ij. q. j. P.

(* 20) Iſtud diſcutit Balbus in tracta. præſcrip. in j. parte v. quæſt. princi. §. Septimo igitur, in ver. tertia quæſtio. eſt, an laicus, num. 53. & ſequen. P.

(* 21) Quod firmo in tract. penſionum, parte j. quæſt. xxxj. vbi idem dico de vna veriſimilitudine. P.

Poſſeſſoriū habet tres partes.

(* 22) Quo agitur communiter in Gallia per eos qui coram iudicibus laicis de beneficiorum Eccleſiaſticorum poſſeſſoriis cōtendunt, quod iudicium tres habet partes, prima quarum eſt ſequeſtrum, ſecunda recredentia, tertia pleni poſſeſſorij diffinitio. Probus.

Tonſuræ litera producatur in qualibet parte poſſeſſorij beneficialis. Probatio nō parti fit, ſed iudici. Priuilegiatus probet priuilegij qualitatē.

(* 23) Etiam conſtare de contendentium principali qualitate, id eſt clericatura, quia in quauis huius interdicti retinēdæ poſſeſſionis parte, ſiue ſequeſtro, aut recredentia, illa eſt producenda, cum lacius nō poſſit beneficiū ſequeſtrari petere, quia illius omnino incapax eſt, vt probamus in ſcala beneficiali parte j. articulo, laicus tanquam incapax. Producat igitur, id eſt illam qualitatem iudici probet, cum probatio non parti, ſed iudici fiat, l. quingenta. vbi gloſ. ff. de probatio. dixi in tracta. penſio. parte iij. q. vij. poſt princ. nam regula eſt, quòd contendens ſe priuilegiatum ratione alicuius qualitatis, illam oportet probare qualitatem, l. tribunus, & l. diuus, ff. de teſta. mili. nam inquit Car. in conſi. 15. nume. 3. in ciuitate, quòd quis non præſumitur clericus, niſi doceatur, c. cum adeo, de reſcriptis, ca. ex literis, de tranſac. Innoc. in ca. fi. de præſump. Probus.

Solū iuſtū poſſeſſorem leges defendunt. Poſſeſſio quid ſit.

(* 24) Sic reſiſtit. ideo talis potius cenſetur occupator & intruſus, quàm poſſeſſor. ca. ad decimas, de reſtitu. ſpo. Bald. in l. j. C. de ap. & in l. ſi de proprietate, C. ſi à non compet. iudic. non enim iniuſtum, ſed iuſtum poſſeſſorem defendunt leges, c. j. ibi, non de omni poſſeſſore, ſed tantum iuſto. tit. per quos fiat inueſtitu. Nam poſſeſſio nihil aliud eſt, quàm ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri. no. communiter doc. poſt Bar. in l. j. ff. de acquir. poſ. P.

(* 25) Hunc punctum firmo in tracta. penſio. parte iij. quæſtio. v. ver. ſecundum medium. Probus.

(* 26) Probat gloſ. ſuprà titu. de electio. §. comparentibus, in verbo examinentur. Probus.

a ¶ Diligenter) Diligentia eſt mater omnium virtutum, & negligentia vitiorum, xxxiij. diſtinct. nihil. Spe. ti. de aduo, §. v. ver. commendet autem, & §. vl. circa pr. P.

a ¶ Poſſideat) Hic videtur expreſſum quòd beneficium poteſt poſſideri ſine titulo: quod voluit Panor. in ca. literis, de reſtit. ſpol. vbi dicit quòd licet beneficium non poſſit effici ipſius clerici, niſi præcedat legitimus titulus, poteſt tamen poſſeſſio tranſire ſine eodem. (*) not. Panormi. in clemen. j. vt lite pendente. pro quo. l. j. §. ſi vir. ff. de acquiren. poſ. l. j. §. deiicitur, ff. de vi & vi armata. vbi probatur quòd poteſt acquiri poſſeſſio rei, licet dominij acquiſitio interdicatur à iure. nam licet prohibeatur donatio inter virum & vxorem, tamen ſi traditur, poſſeſſio illa bene acquiritur, quæ eſt ſufficiens ad agendum poſſeſſorio ſi inde coniunx appellatur, vt dicto §. deiicitur. Bar. in l. ſi quis, C. loca. gloſ. iiij. quæſt. j. in ſum. vbi dicit Archid. quòd ex quo datur capacitas in poſſidente, acquiritur poſſeſſio ex ſolo facto quæſt. ſufficit etiam ad poſſeſſorium recuperandæ, ad idem tex. in §. patet. iij. quæ. j. vbi tenet Gra. quòd etiam violenter poteſt acquiri poſſeſſio beneficij: quia vt dicit tex. in dicto §. ſi vir. acquiſitio poſſeſſionis eſt quid facti, quæ non impeditur ex prohibitione iuris, nec obſtat c. j. de regu. iur. in vj. quia ibi dicitur quod beneficium non poteſt licite ſine canonica inſtitutione obtineri, non dicit poſſideri. obtineri enim intelligitur reſpectu iuris, non reſpectu poſſeſſionis, & quando intelligeretur etiam reſpectu poſſeſſionis, verbum licite ibi poſitum ſoluit contrariũ: quia licite non poſſidetur, non enim negat quin illicite, immo innuit contrarium à contrario ſenſu. in dicta regula vbi Petr. de Anch. in repetit. ſed tenendo aliam opinionem, de qua ſatis ſuprà in magna gloſ. quòd beneficium non poteſt poſſideri ſine titulo, poteſt reſpondere ad iſtum textum quòd verbum poſſideat capiatur pro occupet, vel detineat. qui enim beneficium ſua auctoritate intrauit, potius illud occupare dicitur, quàm poſſidere, non enim ſolo animo iuncta intruſione acquiritur poſſeſſio in beneficialibus, & arg. in contrarium inducta per Panormi. intelliguntur in rebus temporalibus indifferenter poſſidibilibus, ſecus in beneficiis quæ duntaxat certo modo, ſcilicet ex titulo ſunt poſſidibilia.

Beneficium an poſſit ſine titulo poſſideri.

Beneficij poſſeſſio poteſt acquiri etiam violenter.

Beneficium ſine titulo poſſideri nõ poteſt.

tulo beneficium poſſideat[a]. *Si quis beneficium repertus fuerit ſine titulo poßidere, ius declaretur illi non competere, cui aut alteri idoneo de illo, ſi ordinario collatori videatur (niſi ſit intruſus, vel violentus, aut aliàs indignus) prouideatur.* P.

Quòd ſi talem quãdocunq;[b]

(*) Notat Bertrand. Carpen. in conſil. 224. viſo inſinuationis themate. volum. 3. & conſil. 2. num. 28. eodem volum. P.

b ¶ Quandocunque.) Non ſolum poſt lapſum triennij, ſed etiam non obſtan. quocunque curſu temporis, aut tolerantia ſuperioris, quæ non tribuit ius iniuſtè poſſidenti abſque noua collatione, vt no. in ca. dilecto. de præbend. quod intellige vt no. ſuprà. de col. ca. j. §. j. in ver. tolerandas, & per illud ca. dilecto. dicebat Hoſtien. in ca. illud. de præſumpt. quòd quanuis præſumatur pro illo qui diu Eccleſiam poſſedit, ita quòd non teneatur oſtendere tit. ſuum, ſi tamen conſtaret de intruſione, vel alio vitioſo ingreſſu, omnino poterit remoueri. de quo latius ſuprà. Quæro ſi impetro beneficium exprimendo vacationem per mortem illius qui poſſederat illud trien-

Beneficium iniuſte poſſidenti, non tribuitur ius ex tempore, aut tolerãtia prælati.

Digitized by Google

de voluntate ipſius electi, talis enim intruſus committit furtum ſecundum Innoc. ibi, quia contrectat rem alienam inuito domino, tex. iũct. gl. in c. dudum, ij. de elect. ſa. c. auaritiæ, eo. tit. in vj. & puto quòd ſolus Papa poſſit cum eis diſpẽſare, pro quo. c. quiſquis, de elect. cum ibi no. vult Panor. in c. conſiderauimus, eo. ti. fa. quod in ſimili no. doct. in c. j. de conceſ. præ. vbi dicunt quòd faciens ſe ſubſtitui in beneficium viuentis, non poteſt amplius illud beneficium obtinere, (*2) & ſolus Papa poteſt cum eo diſpenſare, (*3) quemadmodum non poteſt quis eam ducere in vxorem cum qua contraxit viuente eius marito, c. fi. de eo qui du. in ma. ita nec conſequi vxorem ſpiritualem, cum qua voluit contrahere viuente ſponſo ſuo, & quodammodo illam adulterando, vij. q. j. c. ſicut. Et dicit Panor. in d. c. j. de conceſ. præ. quòd illi qui de facto occupant beneficia, ſeu potentia ſecularium ſe intrudunt, & poſtmodum illa impetrant à Papa non facta mentione de intruſiione præterita, quòd talis prouiſio nulla eſt, & ſubreptitia, quia ſi Papa ſciuiſſet illam intruſionem vel violentiam, nunquam (*4) vel ſaltem non ita de facili illis contuliſſet, ad hoc c. poſtulaſti, c. ſuper literis, de reſcr. cum ibi no. per doct. Panor. in ca. poſt electionem, de con. præ. in d. c. per inquiſitionem, in ca. qualiter, de elect. in d. ca. cum iam dudum, & vide quod no. Io. And. in c. ſi apoſtolicæ, de præ. in vj. in no. Archi. in ca. præſentium, vij. q. j. in c. audiuimus, iij. q. ij. quòd qui ſcienter accipit beneficium vnde alius violenter & iniuſte eſt eiectus: præſertim ſi dedit operam vt ille alius deiiceretur, eſt perpetuo deponendus, argum. eorum quæ le. & no. in d. c. audiuimus, idem Henr. in c. conſultationibus, de off. deleg. & intellige præmiſſa niſi Papa motu proprio & ex certa ſcientia tali intruſo prouidiſſet, tunc puto valere (*5) prouiſionem, quia videtur princeps promouendo ſcienter indignum, illum habilitaſſe, ar. l. quidam conſulebant, ff. de re iud. l. item Vlpianus, de excu. tut. & quod vbique no. Bar. per Innoc. in c. diuerſis, de cle. coniu. in c. veniens, de fil. preſ. vbi Henr. no. in ca. cum Eccleſiaſticæ, de excep. Bar. in l. Barbarius, ff. de offi. præt. nec ſufficeret motus proprius, niſi interueniret certa ſcientia, quia ſi ignoranter feciſſet, puto prouiſionem nullam eſſe ex defectu intentionis (*6) principis: quia non eſt veriſimile quòd princeps ſcienter prouidiſſet intruſo: motus autem proprius non confirmat contra intentionem principis concedentis. Io. And. & Cal. in c. cum dilectus, de iu. pa. Panor. in ca. cum olim, de re iud. nec tollit inhabilitatem illius pro quo ſcribitur, niſi aliud exprimatur. Io. Andr. in c. ſi motu proprio, de præb. li. vj. in no. Io. Andr. & alij in cle. ſi Romanus, eod. tit. Io. Cal. in d. c. cum dilectus, de Rota deciſi. 131. 445. Cardina. in ca. quia circa, de con. & af. etiam ſi in prouiſione poneretur clauſula, non obſtan. quibuſcunque conſuetudinibus, ſtatutis, &c. per quæ noſtra conceſſio impediri vel differri poſſet: quia illa clauſula tantum tollit impedientia gratiam perſonæ habilitatæ, inhabilitatem autem perſonæ, præſertim quæ venit à iure communi, non tollit, ſed ad ipſam tollendam neceſſaria eſſet diſpenſatio, exprimens ſtatum perſonæ cum qua diſpenſatur, aliàs eſſet ſubreptitia, no. Archid. & Io. Andr. in no. in ca. ei cui, de præbend. in vj. de Rom. deciſi. 3.

Beneficium viuẽtis qui ſibi procurat, multũ ſibi præiudicat.

Beneficium eiecti accipiens ſcienter, deponendus eſt.

(*1) Hunc punctum habes per nos latè expeditum in ſcala beneficilia, parte prima, art. incipiente, Electus qui ante electionis confirmationem adminiſtrauit, & art. præſentatus qui antequam. Probus.

(*2) Iſtum

Digitized by Google

(* 2) Iſtum punctum copioſè habes per nos tactum in tracta. penſio. parte 2. q. j. Probus.

(* 3) In qua diſpenſatione debet exprimi violenta intruſio, & alia huiuſmodi, etiam in ſpecie, aliàs non valet, tex. in l. auctoritate, C. vnde vi. no. Alexan. in conſi. 3. num. 13. Ex his, vol. 5. & alij citati per do. Petr. Rebuffi in tract. de pacifi. poſ. nu. 256. Etiam de fructuum perceptione, vt probo in tract. penſio. par. prima, quæſtio. xxvj. Probus.

(* 4) Illa enim expreſſio eſt quæ inducit ſubreptionem, non autem omnis falſa expreſſio, probat Gomes in regula de non tol. iure quæſt. q. xiij. in princ. P.

(* 5) Si alteri non eſt ius quæſitum, vt latè probo in tracta. penſio. parte prima, quæſt. xix. num. 45. P.

(* 6) Quæ in actu requiritur cum poteſtate, quia illa duo copulatiue requiruntur ad actus cuiuſlibet perfectionē. Bal. poſt tex. in c. cum ſuper abbatio, de officio dele. Probus.

aliàs indignus [a], vel alteri idoneo [b] prouideant [c]. Datum in ſeſſione publica in Eccleſia maiori Baſilienſi ſolenniter celebrata, die Iouis ix. menſis Iunij, anno à natiuitate Domini, M.ccccxxxv. Item acceptat decretum, quod incipit.

De numero & qualitate Cardinalium.

Primo ponit, ad quid Cardinales ſint inſtituti. Secundo dicit quòd nomina debent conuenire rebus. Probus.

a ¶ Indignus) Cui non debet beneficium conferri, (*) ſuprà de col. ca. j. §. inſuper, ver. illi vero, cum ibi no. & Papa ſcribens pro indigno, præſumitur circonuentus. Innoc. in ca. eam te. de reſcr. Bal. in marga. in ver. Papa, ideo non eſt obtemperandū, ca. ſi quando, de reſcrip. vbi Panorm. (*) Quod latè firmo in ſcala benefi. articu. indignus. Probus.

b ¶ Idoneo) (*) De præb. graue, ſuprà de col. ca. j. §. ſtatuit, ver. & nihilominus, cum ſi.

(*) Tacite ineſt quòd conferatur idoneo, ſic non eſt neceſſaria expreſſio, no. Do. in con. 106. Super primo dubio, facit regula de qua per docto. poſt tex. in l. j. C. de ſumma tri. & fi. catho. quòd generalitas recipit reſtrictionem de habilitate, & dictum philo. quòd actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. P.

c ¶ Prouideant) Vbi ad eos beneficij ſpectat prouiſio, vbi autem ad alios ſpectaret, per eos fienda eſſet prouiſio, ar. c. ordinarij, §. quod ſi forte, de of. or. in vj. ca. pro humani. prope fi. de hom. eo. l. c. de multa, §. is quoque, de præ. Sed an valeret prouiſio ante declarationem: arguitur quod non: quia vbi declaratio requiritur, non videtur valere antea facta prouiſio, ar. c. cum ſecundum l. de hære. in vj. & vbi duo mandantur ſub certa forma, oportet per ordinem vtrunque impleri, de of. deleg. venerabili, de reſti. ſpol. Piſanis, cum forma mandati ſit ſeruanda, de reſcr. cum dilecta, cum ſi. fa. no. in cle. j. de iure patr. in ver. inhibentes. Sed in contrarium fa. quæ le. & no. in

Digitized by Google

cap.licet,ij.de præb. in vj.quòd poſſeſſio beneficij apud alium exiſtens non impedit collationem ipſius ſi in veritate vacat,per dictum c.&d.c.de multa,c.illa,ne ſede vac. & communiter tenetur quòd poſſeſſio alterius etiam colorata, non impedit collationem ordinarij naturalis & perpetui, etiam prius non caſſata collatione colorata, quia apud ordinarium non cadit ſubreptio, cum ipſe præſumatur ſcire poſſeſ. facti alterius propter viſitationem quam habet facere ſingulis annis, ca.ſicut,de accuſa.& ſic non poteſt dici quod per veri taciturnitatem fuit habita collatio. Et hanc opi.tenet Compo.in c.capitulum,de reſcr.in glo. magna,§.item quæritur per Guil.in extrauag.Io.xxij.ſedes apoſtolica, doct.in cap. cum noſtris,de con.præ.Io.And.in c.quia diuerſitatem,eo.ti. Henri.in c.literas, eo. ti.ſed Hoſt.& do.Anto. ſentiunt contrarium cum poſſeſſio eſt colorata, per ea quæ leguntur & no.in c.auditis,de elect.in c.inter dilectos,de exceſ.præla. Panor.in cap. conſultationibus,de don.Io.autem de Imo. dicit quod communis opinio procedit quando collatio quæ dicitur colorata eſt nulla iuris diſpoſitione, nec de hoc poteſt probabiliter dubitari.Si autem poſſet probabiliter dubitari an collatio valeret, tunc poſſet procedere opi. Hoſt. & do. Ant. ſicut dicitur in electione ſecunda facta poſt primam inualidam: ideo dicit quod in caſu, d.cap. cum noſtris,ſi ſolum allegabatur collatio facta de præpoſitura poſt conſecrationem, quia illam conſtat non valere, videtur quod poſſit conferri per ordinarium: ſecus ſi allegabatur aliqua cauſa propter quam potuiſſet tenere: vt quia forte dicebatur conſuetudinem Eccleſiæ ſic habere, vel quod fuerat diſpenſatum: quia tunc videretur quod non debeat ordinarius procedere ad collationem ſecũdam prima non caſſata. Dic ad quæſtionem prædictam, quod ſi collator ordinarius conferat beneficium vere vacans ab alio poſſeſſum, quòd valeat collatio ſine declaratione præcedente, (*) dummodo faciat antequam alius triennio pacifice illud poſſederit titulo colorato, per iura ſecundò alle. ſi autem fiat collatio poſt illud triennium, puto non valere declaratione nõ præcedente per hunc tex.& per ea in quibus fundatur opinio Hoſti.& dom. Anto. iunct. quod no.ſup.§.j.in ver.impetrari.

Collatio beneficij bene vacãtis non impeditur etiam ſi ab alio poſſideatur.

CVm ſummo [a] pontifici

(*) Quia declaratio nihil de nouo dat,ſed datum ſignificat: vt latè probo in tractatu penſio.quarta parte,quæ.iij.quòd ſi nihil det,fruſtra illius expectatur euentus, tex.in l.aliquando in fine,ff.ad Velleianum,cum aliis per nos adductis in d.tract.par. j.q.xix. ver. tum quia quemadmodum, hunc punctum vide latè examinatum per d. Gomes in regula de non tol.iu.quæſi.q.xiij. P.

¶ De numero & qualitate Cardinalium. (*)

(*) Quorum appellatione aliquãdo venit Papa,ait Archid.in c.ſacroſan.xij.d. P.

CVm ſummo.) Primo ponitur breue exordium. Secundo prouidet circa immoderatum numerum Cardinalium. Tertio circa ætatem & qualitatem eorum. Quarto circa electionem eorum. Quinto ponitur Eccleſiæ Gallicanæ modificatio. Secunda ibi: ſtatuit. Tertia, ſint viri. Quarta, non fiat. Quinta, ſaluo. Hoc decretum factum fuit ante diſſolutionem concilij Baſilien. & reuocatum poſt diſſolutionem, ſcilicet anno M.ccccxxxvij. vj. Calen. Octobris, vt in decreto eiuſdem cõcilij quod incipit, Tantam reuerentiam.

a ¶ Summo.) Id eſt maximo.xxj.diſt.c.j.§.pontifex.

a ¶ Sanctæ) xxj. diſt. quamuis, de elect. fundamenta, lib. vj. in proœm. eiuſdem lib. cum ſimi.

b ¶ Romanæ Eccleſiæ.) Cui ſoli competit Cardinales habere, & non alteri, niſi hoc haberet ex priuilegio, no. Compoſtel. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. vt Compoſtellana Eccleſia, & Rauennaten. vj. q. j. paſtoralis, non ſunt tamen propriè Cardinales: vt no. in ca. pudor. xxxij. quæ. ij. vide no. in cle. dignum, de cele. miſ. Io. And. in d. cap. cum acceſſiſſent. Domi. in cap. final. de offic. deleg. in vj.

ſanctæ [a] Romanæ [b] Eccleſiæ † [c] Cardinales [d] in

† c ¶ Eccleſiæ.) Quæ dicitur poſita in ſpeculum & exemplum omnium Chriſtianorum, in ſpeculum per doctrinam, in exemplum per bonam operationem, dicunt Archi. & Præpo. in c. enimuero xix. diſt. P.

d ¶ Cardinales.) Hoc nomen capitur generaliter & ſpecialiter, generaliter Cardinalis eſt rector proprius ſeu principalis cuiuſlibet Eccleſiæ, nam Epiſcopus Cardinalis dicitur, xxj. q. j. relatio, vij. q. j. paſtoralis, & presbyter. xxiiij. diſtin. presbyteri, lxxix. diſt. oportebat, & ca. ſequen. & diaconus, lxxj. diſt. fraternitatem, xciij. diſt. à ſubdiacono, iſti enim ſunt tres ſacri ordines Eccleſiæ primitiuæ, xciij. diſt. legimus, de quibus facit mentionem canon Apoſtolorum, lxxxj. diſtin. ſi quis Epiſcopus, & cle. ſucceſſor Petri, xxv. diſt. audire, & Inno. in c. à multis, de æta. & quali. Specialiter autem dicũtur Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, de quibus hic. Sed an Cardinalatus ſit ordo? non: nec gradus Eccleſiaſticæ hierarchiæ à Chriſto, nec ordini aut gradui Apoſtolorum ſuccedens, ſicut Epiſcopatus & ſacerdotium: nam de ſtatu hierarchico Eccleſiæ non ſunt propriè niſi duo ſtatus prælatorum, maiorum videlicet qui ſuccedunt Apoſtolis, & ſunt Epiſcopi & Archiepiſcopi & ſuperiores: & minorum ſcilicet, qui ſucceſſores ſunt lxxij. diſcipulorum, qui dicuntur prælati ſecundi ordinis, quales ſunt curati, xxj. diſt. in nouo, quibus ex ſtatu & ordinario iure conueniunt tres actus hierarchici primariè, eſſentialiter & immediatè à Chriſto, qui ſunt, purgare, illuminare, & perficere per ſacramentorum miniſtrationem & prædicationem, ad hæc, c. chorepiſcopi, lxviij. diſt. vbi Damaſce. Papa inquit, nõ amplius quàm duos ordines inter diſcipulos domini cognouimus eſſe, xij. Apoſtolorum, & lxxij. diſcipulorum, vnde iſte proceſſit, ignoramus, & quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt, loquitur contra, c. chorepiſcopi, lxviij. diſt. nec nomen Cardinalatus fuit in ſtatu primitiuæ Eccleſiæ: quia quiſque nomine ſui ordinis contentus erat, ſicut adhuc contentantur Epiſcopi: quippe quia Epiſcopus nomen dignitatis eſt, presbyter ætatis, diaconus verò hoſpitalitatis, dicto capitu. legimus, ſed multitudo presbyterorum & diaconorum forenſium ad vrbem concurrentium cauſam dedit, vt Vrbani presbyteri & diaconi ab eis diſtinguerentur nomine Cardinalis. Specu. tamen titu. de lega. §. ſequitur, ſentit quod Cardinalatus ſaltem figuratiuè ſit de iure diuino, (*2) cum dicit quod ſunt ſacerdotes Leuitici generis, qui ſummo pontifici in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt, capitu. per venerabilem, §. rationibus, qui fi, ſunt legi. quod vult ibidem Panor. & in capitu. ij. de eler. non reſi. ad quod alij allegant illud, 1. Reg. 2. Domini enim ſunt Cardines terræ, & male, cũ ibi

Cardinalis dupliciter accipitur.

Cardinalatus non eſt ordo.

Duo ordines fuerunt inter diſcipulos domini.

Cardinalatus an ſit de iure diuino.

Digitized by Google

domini ſit genitiui caſus, & voluit dicere quod dominus eſſet dominator totius orbis, de deci. tua.ij. ſed pro eis facit gloſ. in cle. ad noſtrum, de hære. quæ dicit quod hæc Eccleſia militans eſt diuinitus exemplata ab Eccleſia triumphante. primum plus placet. Vnde dicit Oldra. conſi. 59. quod quando Conſtantinus fecit donationem Eccleſiæ in perſonam Syluestri, non erant cardinales, quia non facit mentionem de eis, ſed de clericis, in c. Conſtantinus, quod eſt palea.xcvj.diſt.ſed poſtea dum Syluester fecit generalem ſynodum, aliqui erant cardinales, ij. q.iiij. præſul. Dicit autem Archid.in c.vbi periculum, de elect. in vj. quod inceperunt tempore Pontiani (*3) Papę, qui non ponitur in Catalogo pontificum, & quod Marcellus Papa conſtituit xv.cardinales in vrbe, propter baptiſma & ſepulturas hominum. Nico. quoque Papa.iiij. ipſis cardinalibus conceſſit medietatem prouentuum Romanæ Eccleſiæ, & quod cum ab eo mitterentur legati ad terras Ro.Eccle.gubernandas, dedit eis licentiam vtendi capellis rubeis: in concilio autem generali legato Apoſtolicæ ſedis fuit conceſſum vti inſigniis Apoſtolicæ dignitatis, c.antiqua.de priui. vbi dicit Hoſtien. quòd eis vtitur quando proficiſcitur vltra mare: & ſunt inſignia hæc, veſtis rubea, palafredus albus, frenum & calcaria deaurata, & non aliàs, nec alius niſi fuerit priuilegiatus: & de veſtibus quibus cooperiuntur equi cardinalium, not. xciij. diſtin. §. compagis, de numero domeſticorum & ferculorum ipſorum habetur in extrauagan. Ioan.xxij.dat viuendi. Et no.quòd cardinalium aliqui ſunt cardinales Epiſcopi, alij cardinales preſbyteri, alij cardinales diaconi: de quibus per Hoſti. in ca.ij. de of. Archipreſ.in ſum.eod.tit.§.ij.circa prin.Spec.tit.de libel.con.§. iam nunc videndum, vbi dicit Io.An.in addi.quod licet Epiſcopi cardinales ſine titulo eſſe non poſſunt, quia ad titulum Epiſcopatus ordinantur: vt no. Hoſt.in ca.coram, de elect. tamen non nominantur per titulum, dicendo enim tituli ſ.Portuen.& Hoſt.&c. preſbyteri verò cardinales denominantur à titulo, dicendo enim tituli ſanctæ Prudentianæ: vt d.c.coram.de ſupplen.negli.præla.c.ſi.d.c.ij. de cle. non reſi. vbi Panor. de teſti. licet, iij. Hoſt. tamen dicit in ca. cum olim. j. de priui. ſpeciale eſſe in cardinali preſbytero Baſilicæ xij. Apoſtolorum, vt per Baſilicam nõ per titulum nominetur, per dictum c.cum olim.cui concor.c.ad Apoſtolicę, de reiud.in vj.quod eſt falſum, per ca. cum venerabilis, de conſue.in aliquibus tamen decretalibus ſupprimitur nomen tituli: vt in c.dilecto. de præben.in literis Papæ nunquam, & eſt de ſtylo curiæ, ita quòd reſcriptum contra id conſeretur falſum, ar. ca. quàm graui.de crim. fal. diaconi verò cardinales non vocantur cum nomine tituli.c. ad audientiam, de reſcripr. cum ſimi. & aduerte quòd vſque ad tempus Inno. ij. non fuerunt aliqui Epiſcopi promoti ad cardinalatum, ſed bene cardinales promouebantur in Epiſcopos & abbates, ſed dicit Io.An.in c.cum aliquibus, de reſcrip.in vj.in no. quod vſque ad tempus Cle. v. non fiebat de Epiſcopo cardinalis preſbyter vel diaconus, & quòd tempore Bonifa.viij.& ſuorum prædeceſſorum multi prætermiſſi ſunt cardinalari, quia Epiſcopi erant: de quibus tamen bene prouiſum fuiſſet Eccleſiæ, ideo dicit cõmendandam conſuetudinem, qua hodie de Epiſcopis fiunt cardinales non Epiſcopi, nec vacabunt tituli Epiſcoporum. Et dicit Panor.in c.bonæ, j.de poſtu.præla. quod licet Epiſcopatus & cardinalatus ſint incompatibiles (*4) ſuis tamen temporibus ſeruatum eſt quod Epiſcopus promotus in cardinalem non perdit ipſo iure Epiſcopatũ,

Cardinales quando inceperunt.

cardinaliũ inſignia.

Cardinales ſunt triplices.

Digitized by Google

immo retinet illum titulum vt prius, niſi Papa aliter diſponat. An autem cardinalatus ſit dignitas incompatibilis cum aliis beneficiis, vide Panor. ibidem, & in c. in Geneſi, de elect.

(*1) Quorum collegium poteſt appellari Senatus Papæ, licet non per omnia habeant poteſtatem antiquorum Senatorum, no. Panor. in ca. cum te. de re iudica. immo. in aliquibus longè plus habẽt quàm antiqui Senatores Romani, quia eligunt Papã, c. vbi, de elec. in vj. & Senatores nõ eligebãt Imperatorem, cum eligeretur ab exercitu, & populus obediendo admittebat, ca. legimus, 93. diſtinct. P.

in dirigenda[a] Chriſtiana republica collaterales[b] aſſi-

(*2) Hunc punctum ad partes ambas examinat Hierony. Alba. in tracta. de car. q. v. vbi concludit poſt longam diſceptationem cardinalatus ſubſtantiam de iure diuino fuiſſe inſtitutam, quod per multa firmat. P. *Cardinalatus eſt de iure diuino.*

(*3) Iſtud tangit & latius proſequi nititur Hierony. Alba. in tractatu de cardinali, q. iij. & iiij. Probus.

(*4) Hunc punctum habes latè deductum in tracta. de card. per Hierony. Alba. q. xlv. & per nos in tract. de uolutio. par. iiij. q. xxxiij. P.

a ¶ Dirigenda) Circa enim Papam vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, in proœ. vj. de cen. cum inſtantia. ideo ſingulis Eccleſiis ſeruire dicuntur, ca. bonæ, j. de poſtu. præla. conſtat etiam eos eſſe vocatos in partem ſolicitudinis, de quorum conſilio ſummus pontifex agenda præſertim ardua diſponit & ordinat. c. fundamenta, §. decet, de elect. in vj. video. Papæ aſſiſtentes cenſentur in ſuis titulis vel beneficiis reſidere, & fructus eorum percipiunt, ar. ff. de excu. tut. l. iuriſperitos, de cleri. non reſiden. cum dilectus, nec ob. c. ij. eodem tit. quia ibi cardinalis ille non aſſiſtebat Papæ, nec reſidebat in titulo. & vide quod ibi no. per Ioan. And. Oldra. conſil. 48. ſunt etiam magna prærogatiua attollendi in extrauagan. Ioan. xxij. execrabilis, §. nos itaque, vbi not. Geſ. priuilegia cardinalium, in ver. ſublimitatem; de quibus Ioan. Andr. (*) in addi. Spec. titu. de le. §. ſequitur, in fi. Ioan. And. in addi. Specul. tit. de cleri. non reſiden. Hoſtien. qui fuit cardinalis, in ca. antiqua, de priui. quibus adde quòd cardinales habent de conſuetudine, quòd ſi eis obuiat quis qui ducatur ad mortem, poſſunt ipſum liberare, not. Bald. in l. addictos, C. de appella. quod dicit ibidem Pau. de Caſt. verum ſi ponat capellum ſuum ſuper eum.

(*) Et melius per Alba. in tracta. de cardi. q. xlij. P.

b ¶ Collaterales) Vnde Bernad. ad Eugenium Papam, Non dico te ſanum dolentem latera. Refert Ioan. mo. in ca. j. de offi. lega. in vj. inde cardinales legati, dicuntur legati de latere, c. volentes, c. ſequen. de offi. leg. ij. q. vj. decreto. cum ſim. illi enim pars corporis cenſentur, vj. q. j. quiſquis; C. ad legem Iuliam maieſtatis, l. quiſquis, & maximam cum Papa habent communionem, doct. in ca. requiſiſti. de teſta. & in locum Senatorum ſuccedunt, xcvj. diſtinct. Conſtantinus, no. Innoc. in c. cum te. de re iudi. inde Eccleſia habet Senatum, xvj. q. j. Eccleſia. & ſicut in illis, ita in iſtis crimen læſæ maieſtatis dicitur committi. c. fœlicis, de pœ. in vj. inde à ſententia cœtus cardinalium non appellatur, ſicut nec à ſententia Senatorum, l. j. ff. à quibus appel.

Digitized by Google

cardinaliũ cœtus ſi ferat ſententiam, ab ea non appellatur. non li. à ſententia tamen cardinalis appellatur, ca. Raynutius, ca. Raynaldus, de teſta. niſi commiſſa ſit ei cauſa cum clauſula appellatione remota. Bal. in l. j. C. de officio præfect. præto. in ſpe. de le. §. ſupereſt. ver. illud autem, & cum Papa de cardinalibus promiſcuè loquitur, eos fratres appellat. ca. ad falſariorum, de crim. fal. ca. ad Apoſtolicæ, de re iudi. in vj. ſuprà de auct. ſa. con. ca. j. cum ſimi. & ipſi ſummo pontifici in conſiliis & arduis negociis aſſiſtunt, ad hoc. C. de cadu. tol. l. j. circa princi. de dila. expoſuit, in fi. de reſtit. ſpolia. Piſanis, ita quòd quidam cardinales præſumpſerunt dicere Papam non poſſe cardinalem deponere ſine concilio generali, ſicut Hoſtien. & ſequaces, in ca. ex geſtis, de cleri. non reſiden. Ioan. Mo. etiam cardinalis dicit in ca. ſuper eodem de hære. in vj. quòd collegium cardinalium eſt in quaſi poſſeſſione vt Papa ardua non explicet ſine conſilio cardinalium. Sed opinio iſtorum ſuſpecta eſt, propterea quia cardinales fuerunt, ſed poteſt eſſe vera de ordinaria poteſtate Papæ, non de abſoluta, ca. per venerabilem, §. rationibus, qui fi. ſunt legi. l. humanum, & quod ibi not. Baldus, C. de legi. Panormita in d. ca. ex geſtis, iunct. not. per Geſ. in extrauagan. execrabilis, §. nos itaque, in ver. de ipſorum conſilio. Panormita. in ca. quæſiuit, de his quæ fiunt à præla. Henr. in ca. ſicut vnire, de exceſ. præla. not. ſuprà de auct. gene. conc. j. in ver. conſilio. *Papa de arduis non diſponit ſine cardinalibus.*

ſtant [a], neceſſe eſt vt tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re [b] ipſa cardines [c].

a ¶ Aſſiſtant) Vnde collegium (*) cardinalium cum Papa eſt vnum corpus habens Papam pro capite ſpeciali: licet Papa ſit caput generale totius Eccleſiæ ſecundum Hoſtien. in ca. antiqua. de priuileg. Et Papa dicitur de collegio cardinalium, ſicut imperator eſt de numero ſenatorum, l. ius ſenatorum, C. de dignitatibus, lib. xij. not. Archidiconus in c. ſacroſancta. xxij. diſtinct. *Papa eſt de collegio cardinaliũ.*

(*) Vel cetus: vt eſt textus in clemen. ij. vbi vide gloſ. & doct. de elect. P.

b ¶ Re) Id eſt effectu. nomina enim debent conuenire rebus, inſtitu. de do. §. ſed nos, C. de Epiſco. & clemen. decernimus, ff. de offi. præ. vr. l. j. multi tamen nomen obtinent, qui re & effectu nihil exiſtunt, xl. diſtin. multi. ij. quæſt. vj. non omnes, ſuprà de colla. §. item vt de cætero. (*) *Omnia debent cõuenire rebus.*

(*) Multi enim inſignia virtutis ſine virtute cõſequuntur: licet nomina & cognomina debeant rebus eſſe conſonantia. P.

c ¶ Cardines) Sicut oſtia cardinibus reguntur, ſic Eccleſia per cardinales ſecundum Anacletum, xxij. diſtin. ſacroſancta. no. in ca. ij. de off. Archipreſ. & ſic cognomen ſumitur ab eo cui deſeruitur, C. de fabricenſibus, quaſi per totum, lib. xj. xxj. diſt. cleros, xvj. q. j. ſi cupis. Et no. per hunc textum, quòd licitum eſt arguere ab alluſione ſeu etymologia vocabuli. de quo Panor. in ſalu. Grego. in c. cum ſecundum, de præb. Vel dicitur cardinalis à cardine. i. parte lxxvj. diſtin. huius, quaſi partem capiens de bonis Eccleſiaſticis, & habet collegium cardinalium partem introitus cameræ. Dominicus in ca. fundamenta, de electio. in vj. no. ſuprà in ver. cardinales, vel quaſi partem faciat aliis clericis & pauperibus de bonis Eccleſiæ: vel quaſi in partem ſtans, quia vbi cardinales ſtant, nullus ſedere audet. vel ideo dicitur cardinalis, quia in ſe & *cardinalis dicitur.*

Digitized by Google

ſubditis quatuor debet potiri virtutibus cardinalibus.

a ¶ Suſtentↄtur) Concord. ſuprà de elect. ca.j. in prin.

b ¶ Moderatus) Olim collegium cardinalium non habebat numerum taxatum, ſed ad arbitrium Papæ. (*) argu. ca. de cauſis, de offic. deleg. no. Cardina. flo. in clemen. ne Romani. de electione, ſed dicebat Albe. in rubrica. ff. de teſt. quòd eſſet decens, quod eſſent lxxij. vt iudicent omnes nationes & linguas, ſicut olim erant lxxij. diſcipuli domini. xxj. diſtinctione in nouo. & tempore Pontiani fuerunt ccxxxvj. vt notat doct. vbi ſuprà.

ſint, ſuper quos oſtia vniuerſalis Eccleſiæ verſentur & ſuſtententur [a].

Cardinalium numerus ſit moderatus: qui de omnibus Chriſtianitatis partibus aſſumatur, ita quòd de vna natione vltra tertiam partem, & de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum non ſit. Probus.

Statuit igitur hæc ſancta ſynodus, vt deinceps eorum numerus adeò ſit moderatus [b], vt nec ſit grauis [c] Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat [d], qui de omnibus Chriſtianitatis partibus [e], quantum fieri

(*) Iſta placet Franco in ca. vbi periculum, de electione, in vj. & Mar. laud. in ſecundo tractatu de cardinalibus, col. prima. & Hierony. Alba. eodem tractatu, quæſt. xlj. vbi ſubdit hanc eſſe rationi conſentaneam, & quòd illa à ſapientibus approbatur: prout & à Papa obſeruatur, quicquid hic concilium Baſilien. decreuerit: hic enim dicit ad arbitrium Papæ, quaſi innuat quod ſolus Papa creare poſſit cardinales, de quo per Ioan. Andr. & Anto. in ca. ſane. de conuer. coniunga. no. Fely. & Dec. in rubri. de cõſt. & idem Alba. q. xxxix. P.

c ¶ Grauis) nec oneroſus creditor, nec delicatus debitor eſt audiendus, ff. de pig. act. ſi ſeruos, in extrauag. Bonifa. viij. debent.

d ¶ Vileſcat) concord. lix. diſ. ſi officia. xciij. diſ. legimus, ad fi. multitudo (*) enim oneroſa nihil habet honeſti. in authenti. de referen. col. ij. ſuprà de col. 5. Item vt de cætero. de ęta. & quali. cum ſit ars, cum ibi no. *Multitudo vileſcit.*

(*) Vide quæ latius de multitudine tradit Lucas de penna in l. comperimus, col. j. de proxi. ſacro. ſcrinio. li. xij. C. ad eam enim multitudinem non attendit Deus, vt patet Eccleſiaſtici 7. c. ibi, Non dicas, In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet, &c. 15. in fi. Non concupiſcit dominus multitudinem filiorum infidelium & inutilium, idem Sapien. 4. c. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. Probus. *Multitudo non laudatur.*

e ¶ Partibus) quod Vide de omnibus (*1) mundi partibus debent aſſumi cadinales,

Digitized by Google

vt notitia rerum in Eccleſia emergentium (* 2) &c. vt ſe. & Papa de omni natione eligi poteſt: dummodo non ſit hæreticus vel infidelis, tunc enim non eſſet electio canonica, lxxix. diſt. ſi quis pro pecunia, quia claues beati Petri non poſſunt committi infideli, ſed cuſtodiæ cauſa debent tradi maiori & meliori natu & fructu, ar. ff. de leg. ij. l. cum pater, §. pater pluribus, quas ne dum citramontani, vel vltramontani, ſed Galilæo Deus commiſit, ſignificans quòd non eſſet apud Deum differentia nationum. Bal. in tract. ſchiſma. vbi diſputat de validitate electionis Vrba. vj.

(* 1) Simile Exod. 18. cap. vbi dominus dixit Moyſi, Prouide autem de omni plebe viros ſapientes. P.

cōmode[a] poterit, aſſumantur[b], vt notitia rerum in Eccleſia emergentium facilius haberi, & ſuper his

(* 2) Etiam ne videatur acceptio prouinciarum, quia ſicut non debet eſſe apud Papam acceptio perſonarum, c. nouit, de iud. ita nec acceptio prouinciarum aut nationum. Vnum tamen dicit beatus Antoninus in iij. parte ſuæ ſummæ, tit. xxi. ca. ij. §. ij. Eccleſiam Cardinales Alemanos creare non conſueuiſſe, ne Imperatori ſecreta eccleſiæ aperiant. P.

a ¶ Commode) illud dicimur poſſe, quod commode poſſumus, ff. de verbo. ſignifica. nepos, xxij. quæſt. ij. faciat homo, c. ſtatutum, §. ij. de reſcr. in vj. & de multiplici impotentia habes gloſ. in cap. ſciſcitatus, de reſcri. Innocen. in ca. accedens, de præbend.

Cardinales quando aſſumuntur, quid iurare debent.

b ¶ Aſſumantur) Et fuerat ſtatutum in concilio Baſilien. quòd aſſumpti ad cardinalatum cum reciperent ſuæ dignitatis inſignia, (quorum ſignificatio eſt, vt pro bono vniuerſalis Eccleſiæ ſanguinem proprium, ſi opus ſit, non vereantur effundere) iurarent in conſiſtorio publico ſi fuerint in curia, ſi verò abſentes, in manibus alicuius Epiſcopi, & publice cui per literas apoſtolicas, in quibus forma iuramenti inſerta ſit, commiſſum fuerit, in hunc modum. Ego N. nuper aſſumptus in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, ab hac hora in antea ero fidelis beato Petro, vniuerſalíque & Rom. Eccle. ac ſummo pontifici (* 1) eiúſque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Laborabo fideliter pro defenſione fidei Catholicæ, extirpationéque hæreſum, & errorum atque ſchiſmatum, reformatione, ac pace in populo Chriſtiano: in alienationibus rerum & bonorum Eccle. Rom. aut aliarum Eccleſiarum & beneficiorũ quorumcunque non conſentiam, niſi in caſibus à iure permiſſis, & pro alienatis ab Eccle. Rom. recuperandis pro poſſe operam dabo. Non cōſulam quicquam ſummo pontifici, nec ſubſcribam me, niſi ſecundum Deum & conſcientiam meam. Quæ mihi per ſedem Apoſtolicam commiſſa fuerint, fideliter exequar. Cultum diuinum in Eccleſia tituli mei, & eius bona conſeruabo, ſic me Deus adiuuet. (* 2)

(* 1) Iſtud videtur contra votum Anto. de Butrio, in cap. antiqua, de priuilegiis, cuius opinio communiter ab aliis tenetur, quod Cardinales non iurant fidelitatem Papæ: quia Cardinales & Papa dicuntur vnum corpus, iſtud dic verum quo ad Cardinales diaconos & preſbyteros, non quo ad Cardinales Epiſcopos: quia illi iurant ſicut cæteri Epiſcopi, non tanquam Cardinales, dicunt Hoſt. & Io. Andr. in d. c. antiqua, ſed tanquam Epiſcopi. P.

(* 2) De

Digitized by Google

(*2) De iuramento ſimili. j. quod præſtatur ab epiſcopis, & alijs eccleſiæ Dei prælatis, dixi in tracta. penſio. parte iij. quæſt. vj. P.

a ¶ Maturius) Si. ſuprà in pro. in fi. de elect. cap. licet. ver. veruntamen. & ait Calixtus Papa. Nos enim tempore indigemus, vt maturius agamus. l. di. ponderet. (*)

(*) Hinc dicimus quod tempus eſt pater veritatis. P.

maturius [a] deliberari poſſit, ſic tamen quòd numerum xxiiij. inter eos qui nunc ſunt, & aſſumendos, non excedat. Ita quòd de vna natione vltra tertiam partem reſpectu cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum inde oriundum: & de ea natione quæ nunc vltra tertiam partem habet, vſque ad ipſius tertiæ partis reductionem eſſe nequeant.

Cardinales quibus debeant eſſe præditi, & cuius ætatis, ac quibus gradibus oporteat eos fore inſignitos. P.

Sint viri in ſcientia † [b] moribus, [c] ac rerum experien-

† b ¶ Scientia) Et conſcientia: quia ſcientia ſine conſcientia diabolica eſt, conſcientia verò ſine ſcientia inſipida eſt, inquit Bald. de iudice loquens in l. ea lege. C. de ſentent. ex peri. reci. quod ſi in iudice hoc procedat, multo fortius in cardinalibus, cum illi totius orbis iudices ſint: nam indignum eſt dari Deo, quod dedignatur homo. capit. ſacerdotes. iiij. diſt. legimus enim dictum fuiſſe à Domino per os prophetæ, Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Oſee 4. cap. Tranſumptiue autem in c. omnes pſallentes. xxxviij. diſt. & alibi, Ignorantia ſcripturarũ, Chriſti eſt ignorantia. diſt. capitu. ſi iuxta. ideo ex nimiæ ignorantiæ cauſa epiſcopus deponi meretur. c. ſi. cum ibi not. de ætate & quali. ſic fortius in cardinalibus procedit, cum ipſi cum Papa totius gregis prægrauentur cura. c. bonę. de poſtu. præla. & mundus ſine doctrina regi non poteſt, not. in authen. habita. C. ne filius pro patre. nam per ſapientiam reges regnant, principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam: & propterea melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei comparari non poteſt. Prouer. 8. cap. P. *Scientia commendatur.*

c ¶ Moribus) (*1) Ait Hiero. Talis in honore eligendus eſt, cuius comparatione cæteri grex dicantur. §. nunc autem. xxv. diſt. ad hoc ſuprà de elect. cap. j. §. deinde eligant. cum ibi not. & cum cardinales delinquunt, acrius ſunt puniendi, cum aſſiſtant Domino noſtro Papæ, qui eſt Vicarius Chriſti, exemplo Adæ. de quo dicit beatus Auguſtinus, quòd quanto erat deo proximior, tanto grauius peccauit. de pœniten. diſtinct. v. conſideret. & exemplo Luciferi. de pœniten. diſtin. iij. princeps. & capit. principium. de his Eſa. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, &c. vbi dicuntur columbæ propter ſimplicitatem quam habere debent: candidiores niue, quo ad mores: rubicundiores ebore antiquo, quo ad charitatem, & paſſionis Chriſti *Cardinales delinquentes acrius cæteris puniendi ſunt.*

Digitized by Google

de voluntate ipſius electi, talis enim intruſus committit furtum ſecundum Innoc. ibi, quia contrectat rem alienam inuito domino, tex.iũct.gl.in c.dudum, ij.de elect. fa.c.auaritiæ, eo.tit.in vj. & puto quòd ſolus Papa poſſit cum eis diſpẽſare, pro quo. c.quiſquis, de elect.cum ibi no.vult Panor.in c.conſiderauimus, eo.ti.fa. quod in ſimili no.doct.in c.j.de conceſ.præ. vbi dicunt quòd faciens ſe ſubſtitui in beneficium viuentis, non poteſt amplius illud beneficium obtinere, (*2) & ſolus Papa poteſt cum eo diſpenſare, (*3) quemadmodum non poteſt quis eam ducere in vxorem cum qua contraxit viuente eius marito, c.ſi.de eo qui du.in ma.ita nec conſequi vxorem ſpiritualem, cum qua voluit contrahere viuente ſponſo ſuo, & quodammodo illam adulterando, vij.q.j.c.ſicut. Et dicit Panor.in d.c.j.de conceſ.præ. quòd illi qui de facto occupant beneficia, ſeu potentia ſecularium ſe intrudunt, & poſtmodum illa impetrant à Papa non facta mentione de intruſiione præterita, quòd talis prouiſio nulla eſt, & ſubreptitia, quia ſi Papa ſciuiſſet illam intruſionem vel violentiam, nunquam (*4) vel ſaltem non ita de facili illis contuliſſet, ad hoc c.poſtulaſti, c.ſuper literis, de reſcr.cum ibi no.per doct. Panor.in ca.poſt electionem, de con.præ.in d.c.per inquiſitionem, in ca.qualiter, de elect.in d.ca. cum iam dudum, & vide quod no.Io.And.in c.ſi apoſtolicæ, de præ.in vj.in no.Archi.in ca.præſentium, vij. q.j.in c.audiuimus, iij.q.ij.quòd qui ſcienter accipit beneficium vnde alius violenter & iniuſte eſt eiectus: præſertim ſi dedit operam vt ille alius deiiceretur, eſt perpetuo deponendus, argum.eorum quæ le.& no.in d.c.audiuimus, idem Henr.in c. conſultationibus, de off.deleg.& intellige præmiſſa niſi Papa motu proprio & ex certa ſcientia tali intruſo prouidiſſet, tunc puto valere (*5) prouiſionem, quia videtur princeps promouendo ſcienter indignum, illum habilitaſſe, ar.l.quidam conſulebant, ff. de re iud.l.item Vlpianus, de excu.tut.& quod vbique no. Bar.per Innoc.in c.diuerſis, de cle.coniu.in c.veniens, de fil.preſ.vbi Henr.no. in ca.cum Eccleſiaſticæ, de excep.Bar.in l.Barbarius, ff.de offi. præt. nec ſufficeret motus proprius, niſi interueniret certa ſcientia, quia ſi ignoranter feciſſet, puto prouiſionem nullam eſſe ex defectu intentionis (*6) principis: quia non eſt veriſimile quòd princeps ſcienter prouidiſſet intruſo: motus autem proprius non confirmat contra intentionem principis concedentis. Io.And.& Cal.in c.cum dilectus, de iu.pa. Panor.in ca.cum olim, de re iud.nec tollit inhabilitatem illius pro quo ſcribitur, niſi aliud exprimatur. Io. Andr. in c.ſi motu proprio, de præb.li.vj.in no.Io.Andr.& alij in cle.ſi Romanus, eod.tit. Io.Cal.in d.c.cum dilectus, de Rota deciſi.131.445.Cardina.in ca.quia circa, de con. & af.etiam ſi in prouiſione poneretur clauſula, non obſtan. quibuſcunque conſuetudinibus, ſtatutis, &c.per quæ noſtra conceſſio impediri vel differri poſſet: quia illa clauſula tantum tollit impedientia gratiam perſonæ habilitatæ, inhabilitatem autem perſonæ, præſertim quæ venit à iure communi, non tollit, ſed ad ipſam tollendam neceſſaria eſſet diſpenſatio, exprimens ſtatum perſonæ cum qua diſpenſatur, aliàs eſſet ſubreptitia, no.Archid.& Io.Andr.in no.in ca.ei cui, de præbend. in vj. de Rom. deciſi.3.

Beneficium viuẽtis qui ſibi procurat, multũ ſibi præiudicat.

Beneficium eiecti accipiens ſcienter, deponendus eſt.

(*1) Hunc punctum habes per nos latè expeditum in ſcala beneficilia, parte prima, art.incipiente, Electus qui ante electionis confirmationem adminiſtrauit, & art. præſentatus qui antequam. Probus.

(*2) Iſtum

Digitized by Google

(*2) Iſtum punctum copioſè habes per nos tactum in tracta.penſio. parte 2.q.j. Probus.

(*3) In qua diſpenſatione debet exprimi violenta intruſio, & alia huiuſmodi, etiam in ſpecie, aliàs non valet, tex.in l.auctoritate, C.vnde vi. no. Alexan. in conſi.3. num.13.Ex his,vol.5.& alij citati per do.Petr.Rebuffi in tract.de pacifi.poſ. nu. 256. Etiam de fructuum perceptione, vt probo in tract.penſio. par. prima, quæſtio. xxvj. Probus.

aliàs indignus [a]., vel alteri idoneo [b] prouideant [c]. Datum in ſeſſione publica in Eccleſia maiori Baſilienſi ſolenniter celebrata, die Iouis ix.menſis Iunij, anno à natiuitate Domini, M.ccccxxxv. Item acceptat decretum, quod incipit.

De numero & qualitate Cardinalium.

Primo ponit, ad quid Cardinales ſint inſtituti. Secundo dicit quòd nomina debent conuenire rebus. Probus.

(*4) Illa enim expreſſio eſt quæ inducit ſubreptionem, non autem omnis falſa expreſſio, probat Gomes in regula de non tol.iure quæſt. q.xiij.in princ. P.

(*5) Si alteri non eſt ius quæſitum, vt latè probo in tracta. penſio. parte prima, quæſt.xix.num. 45. P.

(*6) Quæ in actu requiritur cum poteſtate, quia illa duo copulatiue requiruntur ad actus cuiuſlibet perfectionē. Bal. poſt tex.in c.cum ſuper abbatio, de officio dele. Probus.

a ¶ Indignus) Cui non debet beneficium conferri, (*) ſuprà de col.ca.j.§.inſuper, ver.illi vero, cum ibi no. & Papa ſcribens pro indigno, præſumitur circonuentus. Innoc.in ca.eam te.de reſcr. Bal.in marga. in ver. Papa, ideo non eſt obtemperandū, ca.ſi quando, de reſcrip. vbi Panorm. (*) Quod latè firmo in ſcala benefi.articu.indignus. Probus.

b ¶ Idoneo) (*) De præb.graue, ſuprà de col. ca.j.§. ſtatuit, ver. & nihilominus, cum ſi.

(*) Tacite ineſt quòd conferatur idoneo, ſic non eſt neceſſaria expreſſio, no. Do. in con.106. Super primo dubio, facit regula de qua per docto. poſt tex. in l.j. C.de ſumma tri. & fi. catho. quòd generalitas recipit reſtrictionem de habilitate, & dictum philo. quòd actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. P.

c ¶ Prouideant) Vbi ad eos beneficij ſpectat prouiſio, vbi autem ad alios ſpectaret, per eos fienda eſſet prouiſio, ar.c.ordinarij, §.quod ſi forte, de of.or.in vj.ca.pro humani.prope fi.de hom.eo.l.c.de multa, §.is quoque, de præ. Sed an valeret prouiſio ante declarationem: arguitur quod non: quia vbi declaratio requiritur, non videtur valere antea facta prouiſio, ar.c.cum ſecundum l.de hære. in vj. & vbi duo mandantur ſub certa forma, oportet per ordinem vtrunque impleri, de of.deleg.venerabili, de reſti.ſpol.Piſanis, cum forma mandati ſit ſeruanda, de reſcr. cum dilecta, cum ſi.fa.no.in cle.j.de iure patr.in ver.inhibentes. Sed in contrarium fa.quæ le.& no. in

cap.licet,ij.de præb. in vj.quòd poſſeſſio beneficij apud alium exiſtens non impedit collationem ipſius ſi in veritate vacat,per dictum c.&d.c.de multa,c.illa,ne ſede vac. & communiter tenetur quòd poſſeſſio alterius etiam colorata, non impedit collationem ordinarij naturalis & perpetui, etiam prius non caſſata collatione colorata, quia apud ordinarium non cadit ſubreptio, cum ipſe præſumatur ſcire poſſeſ. facti alterius propter viſitationem quam habet facere ſingulis annis, ca.ſicut,de accuſa.& ſic non poteſt dici quod per veri taciturnitatem fuit habita collatio.Et hanc opi.tenet Compo.in c.capitulum,de reſcr.in glo. magna,§.item quæritur per Guil.in extrauag.Io.xxij.ſedes apoſtolica, doct, in cap. cum noſtris,de con.præ.Io.And.in c.quia diuerſitatem,eo.ti. Henri.in c.literas, eo. ti.ſed Hoſt.& do.Anto. ſentiunt contrarium cum poſſeſſio eſt colorata, per ea quæ leguntur & no.in c.auditis,de elect.in c.inter dilectos,de exceſ.præla. Panor.in cap. conſultationibus,de don.Io.autem de Imo. dicit quod communis opinio procedit quando collatio quæ dicitur colorata eſt nulla iuris diſpoſitione, nec de hoc poteſt probabiliter dubitari.Si autem poſſet probabiliter dubitari an collatio valeret, tunc poſſet procedere opi. Hoſt. & do. Ant. ſicut dicitur in electione ſecunda facta poſt primam inualidam: ideo dicit quod in caſu, d.cap. cum noſtris,ſi ſolum allegabatur collatio facta de præpoſitura poſt conſecrationem, quia illam conſtat non valere, videtur quod poſſit conferri per ordinarium: ſecus ſi allegabatur aliqua cauſa propter quam potuiſſet tenere: vt quia forte dicebatur conſuetudinem Eccleſiæ ſic habere, vel quod fuerat diſpenſatum: quia tunc videretur quod non debeat ordinarius procedere ad collationem ſecúdam prima non caſſata. Dic ad quæſtionem prædictam, quod ſi collator ordinarius conferat beneficium vere vacans ab alio poſſeſſum, quòd valeat collatio ſine declaratione præcedente, (*) dummodo faciat antequam alius triennio pacifice illud poſſederit titulo colorato, per iura ſecundò alle. ſi autem fiat collatio poſt illud triennium, puto non valere declaratione nõ præcedente per hunc tex.& per ea in quibus fundatur opinio Hoſti.& dom. Anto. iunct. quod no.ſup.§.j.in ver.impetrari.

Collatio beneficij bene vacantis non impeditur etiam ſi ab alio poſſideatur.

CVm ſummo [a] pontifici

(*) Quia declaratio nihil de nouo dat,ſed datum ſignificat: vt latè probo in tractatu penſio.quarta parte,quæ.iij.quòd ſi nihil det,fruſtra illius expectatur euentus, tex.in l.aliquando in fine,ff.ad Velleianum,cum aliis per nos adductis in d.tract.par. j.q.xix. ver. tum quia quemadmodum, hunc punctum vide latè examinatum per d. Gomes in regula de non tol.iu.quæſi.q.xiij. P.

¶ De numero & qualitate Cardinalium. (*)

(*) Quorum appellatione aliquádo venit Papa,ait Archid.in c.ſacroſan.xij.d. P.

CVm ſummo.) Primo ponitur breue exordium. Secundo prouidet circa immoderatum numerum Cardinalium. Tertio circa ætatem & qualitatem eorum. Quarto circa electionem eorum. Quinto ponitur Eccleſiæ Gallicanæ modificatio. Secunda ibi: ſtatuit. Tertia, ſint viri. Quarta, non fiat. Quinta, ſaluo. Hoc decretum factum fuit ante diſſolutionem concilij Baſilien. & reuocatum poſt diſſolutionem, ſcilicet anno M.ccccxxxvij. vj. Calen.Octobris, vt in decreto eiuſdem cõcilij quod incipit, Tantam reuerentiam.

a ¶ Summo.) Id eſt maximo.xxj.diſt.c.j.§.pontifex.

Digitized by Google

a ¶ Sanctæ) xxj. diſt. quamuis, de elect. fundamenta, lib. vj. in procem. eiuſdem lib. cum ſimi.

b ¶ Romanæ Eccleſiæ.) Cui ſoli competit Cardinales habere, & non alteri, niſi hoc haberet ex priuilegio, no. Compoſtel. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. vt Compoſtellana Eccleſia, & Rauennaten. vj. q. j. paſtoralis, non ſunt tamen propriè Cardinales: vt no. in ca. pudor. xxxij. quæ. ij. vide no. in cle. dignum, de cele. miſ. Io. And. in d. cap. cum acceſſiſſent. Domi. in cap. final. de offic. deleg. in vj.

ſanctæ [a] Romanæ [b] Eccleſiæ † [c] Cardinales [d] in

† c ¶ Eccleſiæ.) Quæ dicitur poſita in ſpeculum & exemplum omnium Chriſtianorum, in ſpeculum per doctrinam, in exemplum per bonam operationem, dicunt Archi. & Præpo. in c. enimuero xix. diſt. P.

Cardinalis dupliciter accipitur.

d ¶ Cardinales.) Hoc nomen capitur generaliter & ſpecialiter, generaliter Cardinalis eſt rector proprius ſeu principalis cuiuſlibet Eccleſiæ, nam Epiſcopus Cardinalis dicitur, xxj. q. j. relatio, vij. q. j. paſtoralis, & presbyter. xxiiij. diſtin. presbyteri, lxxix. diſt. oportebat, & ca. ſequen. & diaconus, lxxj. diſt. fraternitatem, xciij. diſt. à ſubdiacono, iſti enim ſunt tres ſacri ordines Eccleſiæ primitiuæ, xciij. diſt. legimus, de quibus facit mentionem canon Apoſtolorum, lxxxj. diſtin. ſi quis Epiſcopus, & cle. ſucceſſor Petri, xxv. diſt. audire, & Inno. in c. à multis, de æta. & quali. Specialiter autem dicũtur Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, de quibus hic. Sed an Cardinalatus ſit ordo? non: nec gradus Eccleſiaſticæ hierarchiæ à Chriſto, nec ordini aut gradui Apoſtolorum ſuccedens, ſicut Epiſcopatus & ſacerdotium: nam de ſtatu hierarchico Eccleſiæ non ſunt propriè niſi duo ſtatus prælatorum, maiorum videlicet qui ſuccedunt Apoſtolis, & ſunt Epiſcopi & Archiepiſcopi & ſuperiores: & minorum ſcilicet, qui ſucceſſores ſunt lxxij. diſcipulorum, qui dicuntur prælati ſecundi ordinis, quales ſunt curati, xxj. diſt. in nouo, quibus ex ſtatu & ordinario iure conueniunt tres actus hierarchici primariè, eſſentialiter & immediatè à Chriſto, qui ſunt, purgare, illuminare, & perficere per ſacramentorum miniſtrationem & prædicationem, ad hæc, c. chorepiſcopi, lxviij. diſt. vbi Damaſce. Papa inquit, nõ amplius quàm duos ordines inter diſcipulos domini cognouimus eſſe, xij. Apoſtolorum, & lxxij. diſcipulorum, vnde iſte proceſſit, ignoramus, & quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt, loquitur contra, c. chorepiſcopi, lxviij. diſt. nec nomen Cardinalatus fuit in ſtatu primitiuæ Eccleſiæ: quia quiſque nomine ſui ordinis contentus erat, ſicut adhuc contentantur Epiſcopi: quippe quia Epiſcopus nomen dignitatis eſt, presbyter ætatis, diaconus verò hoſpitalitatis, dicto capitu. legimus, ſed multitudo presbyterorum & diaconorum forenſium ad vrbem concurrentium cauſam dedit, vt Vrbani presbyteri & diaconi ab eis diſtinguerentur nomine Cardinalis. Specu. tamen titu. de lega. §. ſequitur, ſentit quod Cardinalatus ſaltem figuratiuè ſit de iure diuino, (* 2) cum dicit quod ſunt ſacerdotes Leuitici generis, qui ſummo pontifici in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt, capitu. per venerabilem, §. rationibus, qui fi. ſunt legi. quod vult ibidem Panor. & in capitu. ij. de cler. non reſi. ad quod alij allegant illud, 1. Reg. 2. Domini enim ſunt Cardines terræ, & male, cũ ibi

Cardinalatus non eſt ordo.

Duo ordines fuerunt inter diſcipulos domini.

Cardinalatus an ſit de iure diuino.

Digitized by Google

domini ſit genitiui caſus, & voluit dicere quod dominus eſſet dominator totius orbis, de deci. tua.ij. ſed pro eis facit gloſ. in cle. ad noſtrum, de hære. quæ dicit quod hæc Eccleſia militans eſt diuinitus exemplata ab Eccleſia triumphante. primum plus placet. Vnde dicit Oldra. conſi. 59. quod quando Conſtantinus fecit donationem Eccleſiæ in perſonam Syluestri, non erant cardinales, quia non facit mentionem de eis, ſed de clericis, in c. Conſtantinus, quod eſt palea. xcvj. diſt. ſed poſtea dum Syluester fecit generalem ſynodum, aliqui erant cardinales, ij. q. iiij. præſul. Dicit autem Archid. in c. vbi periculum, de elect. in vj. quod inceperunt tempore Pontiani (*3) Papæ, qui non ponitur in Catalogo pontificum, & quod Marcellus Papa conſtituit xv. cardinales in vrbe, propter baptiſma & ſepulturas hominum. Nico. quoque Papa. iiij. ipſis cardinalibus conceſſit medietatem prouentuum Romanæ Eccleſiæ, & quod cum ab eo mitterentur legati ad terras Ro. Eccle. gubernandas, dedit eis licentiam vtendi capellis rubeis: in concilio autem generali legato Apoſtolicæ ſedis fuit conceſſum vti inſigniis Apoſtolicæ dignitatis, c. antiqua. de priui. vbi dicit Hoſtien. quòd eis vtitur quando proficiſcitur vltra mare: & ſunt inſignia hæc, veſtis rubea, palafredus albus, frenum & calcaria deaurata, & non aliàs, nec alius niſi fuerit priuilegiatus: & de veſtibus quibus cooperiuntur equi cardinalium, not. xciij. diſtin. §. compagis, de numero domeſticorum & ferculorum ipſorum habetur in extrauagan. Ioan. xxij. dat viuendi. Et no. quòd cardinalium aliqui ſunt cardinales Epiſcopi, alij cardinales presbyteri, alij cardinales diaconi: de quibus per Hoſti. in ca. ij. de of. Archipreſ. in ſum. eod. tit. §. ij. circa prin. Spec. tit. de libel. con. §. iam nunc videndum, vbi dicit Io. An. in addi. quod licet Epiſcopi cardinales ſine titulo eſſe non poſſunt, quia ad titulum Epiſcopatus ordinantur: vt no. Hoſt. in ca. coram, de elect. tamen non nominantur per titulum, dicendo enim tituli ſ. Portuen. & Hoſt. &c. presbyteri verò cardinales denominantur à titulo, dicendo enim tituli ſanctæ Prudentianæ: vt d. c. coram. de ſupplen. negli. præla. c. fi. d. c. ij. de cle. non reſi. vbi Panor. de teſti. licet, iij. Hoſt. tamen dicit in ca. cum olim. j, de priui. ſpeciale eſſe in cardinali presbytero Baſilicæ xij. Apoſtolorum, vt per Baſilicam nõ per titulum nominetur, per dictum c. cum olim. cui concor. c. ad Apoſtolicę, de re iud. in vj. quòd eſt falſum, per ca. cum venerabilis, de conſue. in aliquibus tamen decretalibus ſupprimitur nomen tituli: vt in c. dilecto. de præben. in literis Papæ nunquam, & eſt de ſtylo curiæ, ita quòd reſcriptum contra id cenſeretur falſum, ar. ca. quàm graui. de crim. fal. diaconi verò cardinales non vocantur cum nomine tituli. c. ad audientiam, de reſcript. cum ſimi. & aduerte quòd vſque ad tempus Inno. ij. non fuerunt aliqui Epiſcopi promoti ad cardinalatum, ſed bene cardinales promouebantur in Epiſcopos & abbates, ſed dicit Io. An. in c. cum aliquibus, de reſcrip. in vj. in no. quod vſque ad tempus Cle. v. non fiebat de Epiſcopo cardinalis presbyter vel diaconus, & quòd tempore Bonifa. viij. & ſuorum prædeceſſorum multi prætermiſſi ſunt cardinalari, quia Epiſcopi erant: de quibus tamen bene prouiſum fuiſſet Eccleſiæ, ideo dicit cõmendandam conſuetudinem, qua hodie de Epiſcopis fiunt cardinales non Epiſcopi, nec vacabunt tituli Epiſcoporum. Et dicit Panor. in c. bonæ, j. de poſtu. præla. quod licet Epiſcopatus & cardinalatus ſint incompatibiles (*4) ſuis tamen temporibus ſeruatum eſt quod Epiſcopus promotus in cardinalem non perdit ipſo iure Epiſcopatũ,

Cardinales quando inceperunt.

cardinaliũ inſignia.

Cardinales ſunt triplices.

Digitized by Google

immo retinet illum titulum vt prius, niſi Papa aliter diſponat. An autem cardinalatus ſit dignitas incompatibilis cum aliis beneficiis, vide Panor. ibidem, & in c. in Geneſi, de elect.

(*1) Quorum collegium poteſt appellari Senatus Papæ, licet non per omnia habeant poteſtatem antiquorum Senatorum, no. Panor. in ca. cum te. de re iudica. immo. in aliquibus longè plus habēt quàm antiqui Senatores Romani, quia eligunt Papā, c. vbi, de elec. in vj. & Senatores nō eligebāt Imperatorem, cum eligeretur ab exercitu, & populus obediendo admittebat, ca. legimus, 93. diſtinct. P.

in dirigenda[a] Chriſtiana republica collaterales[b] aſſi-

(*2) Hunc punctum ad partes ambas examinat Hierony. Alba. in tracta. de car. q. v. vbi concludit poſt longam diſceptationem cardinalatus ſubſtantiam de iure diuino fuiſſe inſtitutam, quod per multa firmat. P. *Cardinalatus eſt de iure diuino.*

(*3) Iſtud tangit & latius proſequi nititur Hierony. Alba. in tractatu de cardinali, q. iij. & iiij. Probus.

(*4) Hunc punctum habes latè deductum in tracta. de card. per Hierony. Alba. q. xlv. & per nos in tract. de uolutio. par. iiij. q. xxxiij. P.

a ¶ Dirigenda) Circa enim Papam vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, in proœ. vj. de cen. cum inſtantia. ideo ſingulis Eccleſiæ ſeruire dicuntur, ca. bonæ, j. de poſtu. præla. conſtat etiam eos eſſe vocatos in partem ſolicitudinis, de quorum conſilio ſummus pontifex agenda præſertim ardua diſponit & ordinat. c. fundamenta, §. decet, de elect. in vj. video. Papæ aſſiſtentes cenſentur in ſuis titulis vel beneficiis reſidere, & fructus eorum percipiunt, ar. ff. de excu. tut. l. iuriſperitos, de cleri. non reſiden. cum dilectus, nec ob. c. ij. eodem tit. quia ibi cardinalis ille non aſſiſtebat Papæ, nec reſidebat in titulo. & vide quod ibi no. per Ioan. And. Oldra. conſil. 48. ſunt etiam magna prærogatiua attollendi in extrauagan. Ioan. xxij. execrabilis, §. nos itaque, vbi not. Geſ. priuilegia cardinalium, in ver. ſublimitatem; de quibus Ioan. Andr. (*) in addi. Spec. titu. de le. §. ſequitur, in fi. Ioan. And. in addi. Specul. tit. de cleri. non reſiden. Hoſtien. qui fuit cardinalis, in ca. antiqua, de priui. quibus adde quòd cardinales habent de conſuetudine, quòd ſi eis obuiat quis qui ducatur ad mortem, poſſunt ipſum liberare, not. Bald. in l. addictos, C. de appella. quod dicit ibidem Pau. de Caſt. verum ſi ponat capellum ſuum ſuper eum.

(*) Et melius per Alba. in tractā. de cardi. q. xlij. P.

b ¶ Collaterales) Vnde Bernad. ad Eugenium Papam, Non dico te ſanum dolentem latera. Refert Ioan. mo. in ca. j. de offi. lega. in vj. inde cardinales legati, dicuntur legati de latere, c. volentes, c. ſequen. de offi. leg. ij. q. vj. decreto. cum ſim. illi enim pars corporis cenſentur, vj. q. j. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſtatis, l. quiſquis, & maximam cum Papa habent communionem, doct. in ca. requiſiſti. de teſta. & in locum Senatorum ſuccedunt, xcvj. diſtinct. Conſtantinus, no. Innoc. in c. cum te. de re iudi. inde Eccleſia habet Senatum, xvj, q. j. Eccleſia. & ſicut in illis, ita in iſtis crimen læſæ maieſtatis dicitur committi. c. fœlicis, de pœ. in vj. inde à ſententia cœtus cardinalium non appellatur, ſicut nec à ſententia Senatorum, l. j. ff. à quibus appel.

Digitized by Google

cardinaliũ cœtus ſi ferat ſententiam, ab ea non appellatur.

non li. à ſententia tamen cardinalis appellatur, ca. Raynutius, ca. Raynaldus, de teſta. niſi commiſſa ſit ei cauſa cum clauſula appellatione remota. Bal. in l. j. C. de officio præfect. præto. in ſpe. de le. §. ſupereſt. ver. illud autem, & cum Papa de cardinalibus promiſcuè loquitur, eos fratres appellat. ca. ad falſariorum, de crim. fal. ca. ad Apoſtolicæ, de re iudi. in vj. ſuprà de auct. ſa. con. ca. j. cum ſimi. & ipſi ſummo pontifici in conſiliis & arduis negociis aſſiſtunt, ad hoc. C. de cadu. tol. l. j. circa princi. de dila. expoſuit, in fi. de reſtit. ſpolia. Piſanis, ita quòd quidam cardinales præſumpſerunt dicere Papam non poſſe cardinalem deponere ſine concilio generali, ſicut Hoſtien. & ſequaces, in ca. ex geſtis, de cleri. non reſiden. Ioan. Mo. etiam cardinalis dicit in ca. ſuper eodem de hære. in vj. quòd collegium cardinalium eſt in quaſi poſſeſſione vt Papa ardua non explicet ſine conſilio cardinalium. Sed opinio iſtorum ſuſpecta eſt, propterea quia cardinales fuerunt, ſed poteſt eſſe vera de ordinaria poteſtate Papæ, non de abſoluta, ca. per venerabilem, §. rationibus, qui fi. ſunt legi. l. humanum, & quod ibi not. Baldus, C. de legi. Panormita in d. ca. ex geſtis, iunct. not. per Geſ. in extrauagan. execrabilis, §. nos itaque, in ver. de ipſorum conſilio. Panormita. in ca. quæſiuit, de his quæ fiunt à præla. Henr. in ca. ſicut vnire, de exceſ. præla. not. ſuprà de auct. gene. conc. j. in ver. conſilio.

Papa de arduis non diſponit ſine cardinalibus.

ſtant [a], neceſſe eſt vt tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re [b] ipſa cardines [c].

a ¶ Aſſiſtant) Vnde collegium (*) cardinalium cum Papa eſt vnum corpus habens Papam pro capite ſpeciali: licet Papa ſit caput generale totius Eccleſiæ ſecundum Hoſtien. in ca. antiqua. de priuileg. Et Papa dicitur de collegio cardinalium, ſicut imperator eſt de numero ſenatorum, l. ius ſenatorum, C. de dignitatibus, lib. xij. not. Archidiconus in c. ſacroſancta. xxij. diſtinct.

Papa eſt de collegio cardinaliũ.

(*) Vel cetus: vt eſt textus in clemen. ij. vbi vide gloſ. & doct. de elect. P.

b ¶ Re) Id eſt effectu. nomina enim debent conuenire rebus, inſtitu. de do. §. ſed nos, C. de Epiſco. & clemen. decernimus, ff. de offi. præ. vr. l. j. multi tamen nomen obtinent, qui re & effectu nihil exiſtunt, xl. diſtin. multi. ij. quæſt. vj. non omnes, ſuprà de colla. §. item vt de cætero. (*)

Omnis debent cõuenire rebus.

(*) Multi enim inſignia virtutis ſine virtute cõſequuntur: licet nomina & cognomina debeant rebus eſſe conſonantia. P.

c ¶ Cardines) Sicut oſtia cardinibus reguntur, ſic Eccleſia per cardinales ſecundum Anacletum, xxij. diſtin. ſacroſancta. no. in ca. ij. de off. Archipreſ. & ſic cognomen ſumitur ab eo cui deſeruitur, C. de fabricenſibus, quaſi per totum, lib. xj. xxj. diſt. cleros, xvj. q. j. ſi cupis. Et no. per hunc textum, quòd licitum eſt arguere ab alluſione ſeu etymologia vocabuli. de quo Panor. in ſalu. Grego. in c. cum ſecundum, de præb. Vel dicitur cardinalis à cardine. i. parte lxxvj. diſtin. huius, quaſi partem capiens de bonis Eccleſiaſticis, & habet collegium cardinalium partem introitus cameræ. Dominicus in ca. fundamenta, de electio. in vj. no. ſuprà in ver. cardinales, vel quaſi partem faciat aliis clericis & pauperibus de bonis Eccleſiæ: vel quaſi in partem ſtans, quia vbi cardinales ſtant, nullus ſedere audet. vel ideo dicitur cardinalis, quia in ſe &

cardinalis dicitur.

Digitized by Google

ſubditis quatuor debet potiri virtutibus cardinalibus.

a ¶ Suſtententur) Concord. ſuprà de elect. ca.j. in prin.

b ¶ Moderatus) Olim collegium cardinalium non habebat numerum taxatum, ſed ad arbitrium Papæ. (*) argu. ca. de cauſis, de offic. deleg. no. Cardina. flo. in clemen. ne Romani. de electione, ſed dicebat Albe. in rubrica. ff. de teſt. quòd eſſet decens, quod eſſent lxxij. vt iudicent omnes nationes & linguas, ſicut olim erant lxxij. diſcipuli domini. xxj. diſtinctione in nouo. & tempore Pontiani fuerunt ccxxvj. vt notat doct. vbi ſuprà.

ſint, ſuper quos oſtia vniuerſalis Eccleſiæ verſentur & ſuſtententur[a].

Cardinalium numerus ſit moderatus: qui de omnibus Chriſtianitatis partibus aſſumatur, ita quòd de vna natione vltra tertiam partem, & de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum non ſit. Probus.

Statuit igitur hæc ſancta ſynodus, vt deinceps eorum numerus adeò ſit moderatus[b], vt nec ſit grauis[c] Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate vileſcat[d], qui de omnibus Chriſtianitatis partibus[e], quantum fieri

(*) Iſta placet Franco in ca. vbi periculum, de electione, in vj. & Mar. laud. in ſecundo tractatu de cardinalibus, col. prima. & Hierony. Alba. eodem tractatu, quæſt.xlj. vbi ſubdit hanc eſſe rationi conſentaneam, & quòd illa à ſapientibus approbatur: prout & à Papa obſeruatur, quicquid hic concilium Baſilien. decreuerit: hic enim dicit ad arbitrium Papæ, quaſi innuat quod ſolus Papa creare poſſit cardinales, de quo per Ioan. Andr. & Anto. in ca. ſane. de conuer. coniunga. no. Fely. & Dec. in rubri. de cōſt. & idem Alba. q. xxxix. P.

c ¶ Grauis) nec oneroſus creditor, nec delicatus debitor eſt audiendus, ff. de pig. act. ſi ſeruos, in extrauag. Boniſa. viij. debent.

d ¶ Vileſcat) concord. lix. diſ. ſi officia. xciij. diſ. legimus, ad fi. multitudo (*) enim oneroſa nihil habet honeſti. in authenti. de referen. col. ij. ſuprà de col. §. Item vt de cætero. de qua. & quali. cum ſit ars, cum ibi no. *Multitudo vileſcit.*

(*) Vide quæ latius de multitudine tradit Lucas de penna in l. comperimus, col. j. de proxi. ſacro. ſcrinio. li. xij. C. ad eam enim multitudinem non attendit Deus, vt patet Eccleſiaſtici 7. c. ibi, Non dicas, In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet, &c. 15. in fi. Non concupiſcit dominus multitudinem filiorum infidelium & inutilium, idem Sapien. 4. c. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. Probus. *Multitudo non laudatur.*

e ¶ Partibus) quod Vide de omnibus (*1) mundi partibus debent aſſumi cadinales,

Digitized by Google

vt notitia rerum in Eccleſia emergentium (* 2) &c. vt ſe. & Papa de omni natione eligi poteſt: dummodo non ſit hæreticus vel infidelis, tunc enim non eſſet electio canonica, lxxix. diſt. ſi quis pro pecunia, quia claues beati Petri non poſſunt committi infideli, ſed cuſtodiæ cauſa debent tradi maiori & meliori natu & fructu, ar. ff. de leg. ij. l. cum pater, §. pater pluribus, quas ne dum citramontani, vel vltramontani, ſed Galilæo Deus commiſit, ſignificans quòd non eſſet apud Deum differentia nationum. Bal. in tract. ſchiſma. vbi diſputat de validitate electionis Vrba. vj.

cõmode[a] poterit, aſſumantur[b], vt notitia rerum in Eccleſia emergentium facilius haberi, & ſuper his

(* 1) Simile Exod. 18. cap. vbi dominus dixit Moyſi, Prouide autem de omni plebe viros ſapientes. P.

(* 2) Etiam ne videatur acceptio prouinciarum, quia ſicut non debet eſſe apud Papam acceptio perſonarum, c. nouit, de iud. ita nec acceptio prouinciarum aut nationum. Vnum tamen dicit beatus Antoninus in iij. parte ſuæ ſummæ, tit. xxi. ca. ij. §. ij. Eccleſiam Cardinales Alemanos creare non conſueuiſſe, ne Imperatori ſecreta eccleſiæ aperiant. P.

a ¶ Commode) illud dicimur poſſe, quod commode poſſumus, ff. de verbo. ſignifica. nepos, xxij. quæſt. ij. faciat homo, c. ſtatutum, §. ij. de reſcr. in vj. & de multiplici impotentia habes gloſ. in cap. ſciſcitatus, de reſcri. Innocen. in ca. accedens, de præbend.

Cardinales quando aſſumuntur, quid iurare debent.

b ¶ Aſſumantur) Et fuerat ſtatutum in concilio Baſilien. quòd aſſumpti ad cardinalatum cum reciperent ſuæ dignitatis inſignia, (quorum ſignificatio eſt, vt pro bono vniuerſalis Eccleſiæ ſanguinem proprium, ſi opus ſit, non vereantur effundere) iurarent in conſiſtorio publico ſi fuerint in curia, ſi verò abſentes, in manibus alicuius Epiſcopi, & publice cui per literas apoſtolicas, in quibus forma iuramenti inſerta ſit, commiſſum fuerit, in hunc modum. Ego N. nuper aſſumptus in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, ab hac hora in antea ero fidelis beato Petro, vniuerſalíque & Rom. Eccle. ac ſummo pontifici (* 1) eiúſque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Laborabo fideliter pro defenſione fidei Catholicæ, extirpationéque hæreſum, & errorum atque ſchiſmatum, reformatione, ac pace in populo Chriſtiano: in alienationibus rerum & bonorum Eccle. Rom. aut aliarum Eccleſiarum & beneficiorũ quorumcunque non conſentiam, niſi in caſibus à iure permiſſis, & pro alienatis ab Eccle. Rom. recuperandis pro poſſe operam dabo. Non cõſulam quicquam ſummo pontifici, nec ſubſcribam me, niſi ſecundum Deum & conſcientiam meam. Quæ mihi per ſedem Apoſtolicam commiſſa fuerint, fideliter exequar. Cultum diuinum in Eccleſia tituli mei, & eius bona conſeruabo, ſic me Deus adiuuet. (* 2)

(* 1) Iſtud videtur contra votum Anto. de Butrio, in cap. antiqua, de priuilegiis, cuius opinio communiter ab aliis tenetur, quod Cardinales non iurant fidelitatem Papæ: quia Cardinales & Papa dicuntur vnum corpus, iſtud dic verum quo ad Cardinales diaconos & preſbyteros, non quo ad Cardinales Epiſcopos: quia illi iurant ſicut cæteri Epiſcopi, non tanquam Cardinales, dicunt Hoſt. & Io. Andr. in d. c. antiqua, ſed tanquam Epiſcopi. P.

(* 2) De

Digitized by Google

(*2) De iuramento ſimili. j. quod præſtatur ab epiſcopis, & alijs eccleſiæ Dei prælatis, dixi in tracta. penſio. parte iij. quæſt. vj. P.

a ¶ Maturius) Si. ſuprà in pro. in fi. de elect. cap. licet. ver. veruntamen. & ait Calixtus Papa. Nos enim tempore indigemus, vt maturius agamus. l. di. ponderet. (*)

(*) Hinc dicimus quod tempus eſt pater veritatis. P.

maturius [a] deliberari poſſit, ſic tamen quòd numerum xxiiij. inter eos qui nunc ſunt, & aſſumendos, non excedat. Ita quòd de vna natione vltra tertiam partem reſpectu cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum inde oriundum: & de ea natione quæ nunc vltra tertiam partem habet, vſque ad ipſius tertiæ partis reductionem eſſe nequeant.

Cardinales quibus debeant eſſe præditi, & cuius ætatis, ac quibus gradibus oporteat eos fore inſignitos. P.

Sint viri in ſcientia † [b] moribus, [c] ac rerum experien-

† b ¶ Scientia) Et conſcientia: quia ſcientia ſine conſcientia diabolica eſt, conſcientia verò ſine ſcientia inſipida eſt, inquit Bald. de iudice loquens in l. ea lege. C. de ſentent. ex peri. reci. quod ſi in iudice hoc procedat, multo fortius in cardinalibus, cum illi totius orbis iudices ſint: nam indignum eſt dari Deo, quod dedignatur homo. capit. ſacerdotes. iiij. diſt. legimus enim dictum fuiſſe à Domino per os prophetæ, Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Oſee 4. cap. Tranſumptiue autem in c. omnes pſallentes. xxxviij. diſt. & alibi, Ignorantia ſcripturarũ, Chriſti eſt ignorantia. diſt. capitu. ſi iuxta. ideo ex nimiæ ignorantiæ cauſa epiſcopus deponi meretur. c. ſi. cum ibi not. de ætate & quali. ſic fortius in cardinalibus procedit, cum ipſi cum Papa totius gregis prægrauentur cura. c. bonę. de poſtu. præla. & mundus ſine doctrina regi non poteſt, not. in authen. habita. C. ne filius pro patre. nam per ſapientiam reges regnant, principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam: & propterea melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei comparari non poteſt. Prouer. 8. cap. P. *Scientia commendatur.*

c ¶ Moribus) (*1) Ait Hiero. Talis in honore eligendus eſt, cuius comparatione cæteri grex dicantur. §. nunc autem. xxv. diſt. ad hoc ſuprà de elect. cap. j. §. deinde eligant. cum ibi not. & cum cardinales delinquunt, acrius ſunt puniendi, cum aſſiſtant Domino noſtro Papæ, qui eſt Vicarius Chriſti, exemplo Adæ. de quo dicit beatus Auguſtinus, quòd quanto erat deo proximior, tanto grauius peccauit. de pœniten. diſtinct. v. conſideret. & exemplo Luciferi. de pœniten. diſtin. iij. princeps. & capit. principium. de his Eſa. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, &c. vbi dicuntur columbæ propter ſimplicitatem quam habere debent: candidiores niue, quo ad mores: rubicundiores ebore antiquo, quo ad charitatem, & paſſionis Chriſti *Cardinales delinquentes acrius cæteris puniendi ſunt.*

Digitized by Google

memoriam, ob quam præ oculis ſemper habendam veſtibus rubeis vtuntur. Caueant ergo ne ſint nebulæ ſine aqua deuotionis lachrymarum, turbinibus agitatæ, vt dicit Hoſtien. in ſum. de pœ. & re. §. cui confitendum. ver. cui cardinales. vbi dicit quòd ſine licentia Papæ non poſſunt facere teſtamentum, (*2) nec ſanguinem minuere, nec eligere confeſſorem, (*3) niſi eſſent forte abſentes ex cauſa legationis: tunc enim gaudent priuilegio epiſcoporum. ca. ne pro dilatione. de pœni. & re.

Cardinales an poſſint teſtari.

tia [a] excellentes [b]

(*1) Hunc punctum latè tangit Hiero. Alba. in trac. de cardinal. quæſtio. viij. Probus.

Cardinalis teſtamentum facit.

(*2) Hunc punctum latè tangit Hiero. Alba. in trac. de cardina. quæſtio. xlviij. dicens inter alia, quòd ſi cardinalis eſt religioſus, tunc quicquid acquirit, prælaturæ acquiſitum cenſetur. not. Panormit. in cap. j. in fi. de teſta. Paul. & Saly. in authen. licentiam. C. de epiſcopis & cleri. teſtari tamen poteſt de Papæ licentia, ait Baldus in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. & latè Alexand. in con. 101. Domini redemptoris. vol. 7. ſi autem cardinalis eſt ſecularis, tunc idem dic quoad concernit bona acquiſita intuitu eccleſiæ. cap. fixum. & c. ſi epiſcopus. xij. quæſtio. v. ſecus de acquiſitis alio intuitui, vt exemplariter & per multa firmat idem Alba. in d. xlviij. quæſt. quem vide: quia aliter non refero. P.

(*3) Iſtud tangit Hiero. Alba. in trac. de car. quæſtio. xlvij. & pro hoc adducit Hoſtien. in ſumma de pœnitent. & remiſſionibus, quem vide, quia alia ab eo non dicit ipſe Alba. P.

Experientia operatur.

a ¶ Experientia) Non ſufficit ſcientia in promouendo, niſi etiam experientiam habeat. (*) xxxix. diſ. Petrus. lxxxvj. diſtinct. fratrem. cap. niſi. §. pro defectu. de renun. C. de agen. in re. l. pe. lib. xij. de ſupplen. negli. præla. cap. ij. in vj. ſæpe enim experientia ſupplet literaturam. Specu. titu. de iure deli. §. vlti. ver. item quòd eſt illiteratus.

(*) Hunc punctum firmare potes per ea quæ tradidit A. Noer. in verbo argumentum col. 7. quòd experientia eſt nobilior eloquentia, vt dicit Aug. in conſi. cx. colum. 4. quòd tantum diſtat ſcientia à practica, ſicut tactus à viſu intellectuali, quia experientia eſt ſicut lapis quo probatur aurum. P.

b ¶ Excellentes) Et merito, quia ex cardinalibus aſſumendus eſt Papa. lxxix. diſt. oportebat. & c. ſeq. ſed hodie iſta exceptio contra Papam non opponitur. doct. in ca. licet. de elec. Et no. quòd quamuis in epiſcopo in quo requiritur eminens ſcientia, tolleretur ſufficiens. de elec. cum nobis ca. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renunc. non ſufficit tamen competens ſcientia in promouendo ad cardinalatum, per hunc text. & patet infrà ibi, inter eos autem. ar. à ſpeciali, maior enim in eis ſcientia requiritur, cum ardua eccleſiæ negocia de conſilio eorum tractentur, (*1) vt in principio. & vbi maius periculum, &c. de elec. vbi periculum. l. vj. & not. quod propter excellentiam perſonæ fit quod aliàs non fieret. Specu. ti. de arbi. §. ij. in princ. & excellentii in arte ſua de capitando parcendum eſt, ſi reus mortis ſit optimus artifex, & valde vtilis (*2) reipub. l. ad beſtias, ibi, roboris vel artificij. ff. de pœn. niſi aliter tumultus ſedari non poſſet. l. penult. in fi. ff. de ſica. & niſi eſſet latro manifeſtus, vel factio cruenta. l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. teſta.

Mors remittitur ob artis excellentiam.

Digitized by Google

(*1) Tangit Marti. Laud. in primo tractatu de cardina. quæſtio. ij. & latius Hierony. Alba. eo. tracta. quæſt. xxxix. P.

(*2) Iſtud firmat Cepola cautel. ij. ver. propter maximam. P.

a ¶ Triginta annis) Completis, ſicut in epiſcopo. de electio. cum in cunctis. cum ibi not. ad hoc ſuprà titu. j. capitul. j. §. j. cum ibi not. in verb. triennio. Sed quem

non minores xxx. [a] annis,

ordinem debeat habere promouendus ad cardinalatum, dic, aut aſſumitur ad cardinalatum epiſcopalem, & conſtat quòd debet eſſe ſubdiaconus. cap. à multis. de ætate & qualitate. aut ad cardinalatum presbyteralem, & videtur quòd debeat eſſe presbyter: & ſi ad cardinalatum diaconalem, diaconus. nam iſtis cadinalibus videntur ordo presbyteratus & diaconatus annexi: ſicut in ſimili dicimus in præbenda presbyterali & diaconali, vt not. in clemen. vt hi qui de ætate & qualita. immo videtur quod ad quemcunque cardinalatum aſſumatur, quòd debeat eſſe in ſacris ordinibus: & ſic ad minus ſubdiaconus, cum cardinalatus ſit dignitas electiua, vt infrà habetur, ibi, non fiat & cætera. & cum hic nihil de ſacro ordine cardinalium diſponatur, relinquitur diſpoſitioni iuris. ar. l. commodiſſime. ff. de libe. & poſthu. l. ſi cum dotem. ſol. ma. Hodie autem dignitas electiua habet ſacrum ordinem annexum, ſic quòd ad eam eligendus debet tempore electionis eſſe in ſacris, aliàs electio nulla eſſet, vt ſupra de elect. capitul. j. §. deinde eligant. cum ibi not. Contra videtur quòd in minoribus conſtitutus poſſit promoueri ad cardinalatum presbyteralem, aut diaconalem, ſicut ad alias dignitates non electiuas. ar. dicti. capit. cum in cunctis. §. inferiora. capitul. ij. de inſti. lib. vj. per not. per docto. in capitul. dudum. j. de elect. & poſtea promoti compellantur adipiſci ordines requiſitos. capit. j. de æta. & qua. quod videtur verius: niſi ex conſuetudine Roma. eccleſ. prædicti cardinalatus haberent ſacrum ordinem annexum: nec ob. d. §. deinde eligant. quia loquitur in dignitatibus electiuis, in quibus ſeruatur forma. capitul. quia propter. de elect. & alia quæ habetur ſupra. de elec. capitul. j. §. & cum humanæ. quod patet: quia dicitur ibidem, deinde eligant in præfatum, &c. quæ formæ non ſunt neceſſario ſeruandæ in electione cardinalium, cum ſpecialis hic modus prouidendi ad eam ſtatuatur. dicit etiam Cal. in c. j. de tranſla. præla. eos habere officium (*) potius quàm dignitatem.

Cardinalatum aſſequi volens quem ordinem debet habere.

Dignitas ſacrum ordinem habet annexum.

(*) Hunc paſſum habes expeditum per Hier. Alba. in trac. de Card. quæſtio. vj. vbi concludit cardinalatum, dignitatem eſſe officio annexam, pro quo primo adducit dignitatis diffinitionem, quæ eſt qualitas per principem illata qua quis vltra honeſtos plebeios receptus dignoſcitur, ait Bartolus in l. j. de dignita. lib. xij. C. Et cardinalatus eſt huiuſmodi naturæ. ſecundo, quia hoc conſtat ex tribus ſignis, per quæ dignitas cognoſcitur, quæ ſunt quando quis cum iuriſdictione adminiſtrationem habet, ſecundum quando in eccleſia nomen dignitatis cum præeminentia obtinet, tertium quando in eccleſia viget conſuetudo id dignitatem eſſe, vt per nos in trac. diſpen. membr. 6. parte ij. numero 13. Non enim vnum illorum ſignum habet cardinalis, verum ipſa omnia, vt ibidem Alba. vbi ſupra probat. Probus.

Dignitas diffinitur.

Dignitatis ſigna ponuntur.

Digitized by Google

* a ¶ Doctores) Hinc legimus in capitul. conuenientibus, prima quæſtio. vij. non oportet nos qui epiſcopi ſumus, indigere doctrina: ſed aliorum eſſe doctores. facit in argumen. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de edendo. & in §. j. in authenti. de ſanctiſſi. epiſcopo. ibi, valde abſonum eſt illum addiſcere oportere, qui alios debet inſtruere. ad idem text. in cap. clericatus. xvj. quæſt. j. & cap. ſtatuimus. lxj. diſtinct. vnum tamen eſt, quòd mediocris ſcientia in eis cardinalibus & epiſcopis eſt toleranda: nam ob eminentem multotiens homines intumeſcunt, iuxta verbum, ſcientia inflat: ideo imperfectio illius à charitate eſt ſupplenda, cap. niſi. §. propter defectum. de renuncia. aliàs ſi eminens requireretur, paucos cardinalatus dignitate fungi videremus, his maximè temporibus. Quanta enim in prælato exigatur ſcientia, in ſuperioris arbitrio eſt poſitum. gloſ. fina. in fi. in cap. eccleſia. ij. de electio. P.

magiſtri, doctores * a ſeu licenciati † b cum rigore examinis in iure c diuino vel humano: ſit ſaltem tertia vel quarta pars de magiſtris d aut licentiatis in ſacra ſcriptura.

Inter cardinales ſint pauci filij; fratres, aut nepotes regum, ſeu magnorum principum, quibus tamen competat maturitas morum, & competens literatura. Probus.

Inter eos autem xxiiij. eſſe aliqui poterunt valde admodum e pauci filij; f

† b ¶ Licentiati) Qui non poſſunt dici doctores, cum hic concilium ponat illos tanquam diuerſos: quod fit, quia aliquid non cecipit denominationem ab eo quòd erit, ſed ab eo quod eſt. Bald. in l. ſi nondum. er. 1. c. de fur. vbi illud duobus modis exemplificat. P.

c ¶ Iure) (*) Per hoc videtur medicum non eſſe aſſumendum in cardinalem, qui tamen capax eſt nominationis. ſuprà de collatio. §. inſuper.

(*) Cardinales enim text. iſte dicit debere eſſe in iure diuino vel humano peritos, quinimò vtriuſque iuris diuini & humani, id eſt canonum & legum debent eſſe doctores vel licentiati. quo ad canones patet ex not. in capitul. qui eſpicopus. xxiij. diſtinct. & capitul. omnes pſallentes. 38. diſtinct. not. docto in capitul. cum in cunctis. de electio. Legum, quia iudicare habent varia & diuerſa negotia, etiam ardua, quæ à ſede apoſtolica ſunt decidenda. P.

d ¶ Magiſtris) Ad quos debent habere reſpectum collatores, præſertim in dignitatibus, prout legitur & not. ſuprà de collato. capitul. j. §. inſuper. verbo exhortamur.

e ¶ Admodum) Vna harum dictionum abundat. ſi. verb. in l. j. C. ne l. po. in l. j. C. ne quis in ſua cau.

Illegitimi non poſſunt eſſe cardinales.

f ¶ Filij) Legitime nati: (*) quia non erat dubium quòd illegitimi non erant cardinalatus capaces: vt infrà habetur. nec etiam dicuntur fulgere claritate generis paterni. arg. l. cum legitimæ. & ibi Bald. ff. de ſta. ho. Bald. in l. ex libera. C. de ſuis &

Digitized by Google

legi. de verbo. ſignifica. l. pronunciatio. §. pe. vbi not. Barto. quòd baſtardi non dicuntur de domo, agnatione, vel familia patris, quæ verba ius ſignificant. ideo ad eos non tranſit nobilitas paterna, quæ ad ſolos agnatos porrigitur. arg. d. l. Bart. in l. j. C. de digni. lib. xij. & in tractatu de inſig. & ar. vbi dicit quod arma ſeu inſignia illius agnationis ad baſtardos non tranſeunt. Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſti. quod ſatis videmus ſeruari: quia non permittitur eis portare arma plena ſui generis, ſed tranſuerſant barram per ſcutum armorum. & illegitimi dicuntur quodammodo infames de facto. Bald. in dicta l. generaliter. & indecori. ideo ſunt inhabiles ad ea quæ in decore conſiſtunt: & ad dignitates. capit. per venerabilem. qui fi. ſunt legi. de inſtitu. ad decorem. in deciſa. etiam ſi ingrediantur religionem, capitul. j. cum ibi not. de fil. presby. immo deturpant familiam, cap. ſi gens Anglorum. lvj. diſt. vbi dicit text. de tali commixitione meretricum degeneres populos & furentes libidine fore procreandos. & vult Bald. in c. per tuas. de ma. & obe. quòd licet legitimatus non debeat amplius appellari baſtardus, vt eſt de mente gloſ. in l. imperialis. C. de nup. tamen eſt minus dignus legitimo, nec debet ſedere in menſa vnà cum legitimo. & de hoc an baſtardi dicantur eſſe de domo vel familia, & an veniant appel. filiorum vel liberorum, per Bart. in l. tutela. ff. de capi. dimi. Bald. in cap. nonnulli. de reſcript. Panormit. in c. in præſentia per tuas. de pro. in ca. Raynaldus. de teſt. Ioan. Andr. & Imo. in clem. j. de bap. Bart. & Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Præpo. in d. cap. per venerabilem. vbi concludit poſt Pau. de Caſt. conſi. 181. quòd regulariter ſub nomine agnationis, puta fratris filij, ſimilis, non veniunt baſtardi, præſertim ſi tractatur de præiudicio alterius: vt in l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ri. nup. & de honore commodo vel beneficio illius illegitimi; per not. in dicta clemen. ad hoc iſte text. idem ſi eſſet diſpoſitio mere iuris poſitiui vel ciuilis. facit. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filium. exceptis certis caſibus: quos vide latè per Præpo. vbi ſupra.

Nobilitas patris ad baſtardos non tranſit.

fratres, [a] aut

(*) Iſtud latiſſime firmamus in diſcurſu trac. diſpenſatio. prout & omnia quæ in hac continentur gloſ. P.

a ¶ Fratres) Ar. ex ordine literæ, quòd frater regis excludat nepotem in ſucceſſione in regno, cum quo ſuccederet ſi regnum eſſet diuiſibile. in auten. poſt fratres. vbi Bartol. C. de le. hære. Cy. l. viua. ibi: non abs re. C. de bo ma. Bald. & Ia. de Alua. in cap. j. de feu. mar. pariter filius ſecundo genitus excluderet (*) nepotem ex primogenito à ſucceſſione regni. per. l. ſi libertus. §. ij. ff. de oper. lib. de quo Bald. in l. maximum. C. de libe. præte. in l. liberti. C. de ope. lib. Franciſ. de por. in tracta. de duo. fra. iij. parte quæſtio. liiij. not. ſuprà in proxi. §. quibus attente. in ver. primogenito. Tempore tamen Ottonis imperatoris hic caſus gladio deciſus eſt. nam ipſe exiſtens ſupra Rhenum prope Treuerim: caſu occurrente iudicauit quòd nepos & patruus gladijs certarent, & victor ſuccederet in regno. pugna bis inter eos facta, nepos bis vicit. & lis iudicio gladiatorio finita eſt.

Regnum an pertineat ad filium vel ad nepotem ex primogenito.

(*) In contrarium ſe habet obſeruantia in Gallia, quia filius primogeniti excludit regis ſecundo genitum à ſucceſſione regni, tanquam repræſentans perſonam patris. Et ideo certamen hic per gloſ. citatum in Gallia non habet locum.

Digitized by Google

cum per conſuetudinem dubium illud fuerit ſublatum, quæ vicem legis obtinet. Ceſſet igitur certamen, quod vices ſortis gerit iure vtroque regulariter prohibitæ, vt probamus in tracta. penſio. parte prima. quæſtio. xviij. quibus adde Hierony. Alba. in tracta. de cardinal. quæſtio. xxxviij. vbi ponit, an papa ſorte eligi poſſit, & quid dicendum in alijs beneficiorum ac dignitatum titulis. P.

nepotes[a], regum[b], ſeu magnorum

a ¶ Nepotes) Communiter leges recipiunt nepotem pro deſcendente ex filio (* vel filia. ff. de gra. l. j. & iij. in fi. xxxv. quæſtio. v. ad ſedem. ad idem faciunt cellulæ arboris conſangui. & affi. & non veniunt propriè & ex propria ſignificatione vocabuli appellatione filiorum. inſtitu. qui teſta. tu. da. poſſunt. §. fina. ff. de teſta. tu. l. quid ſi nepotes. C. ad Trebel. l. iubemus. not. in l. filij. ff. de verbo. ſignifica. Dy. cod. titul. l. iuſta. vbi eſt caſus ibi: cum dicit iuſta interpretatione. Ioan. fa. in dicto §. fina. ſed ex communi vſu loquendi appella. nepotis comprehenditur filius fratris vel ſororis. ſic capitur in capitul. tua. de con. & affi. vbi Præpo. & in capitul. fi. eod. titu. xxv. colum. capitur etiam hoc modo, qui mo. feu. amit. §. item ſi fratrem. colum. x. capitul. per tuas. de pro. vbi Panormit. cum ſi. & propter iſtum communem vſum loquendi talis nepos in diſpoſitione huius capitul. comprehenditur: vt ſequitur: præſertim cum non ſit materia odioſa. etiam in materia odioſa comprehenderetur. not. Ioan. Andr. in capitul. fundamenta. de electio. in vj. in capitul. accedens. de accu. cum vſus communis loquendi ſit ſequendus. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de lega. iij. de ſupel. leg. l. Labeo. capitul. ex literis. de ſpon. Frederi. conſi. xxxviij. per Panormitanum. ſuper prima gloſ. decreta. in capitul. ij. de arbi. Bartolus & Baldus in l. ſi inſtituta. §. penul. ff. de inoffic. teſta. Baldus in l. ſi dotali. ſo. matri. in l. fina. C. de ſuc. edic. in l. Auia. ff. de condi. & demon. dicit tamen Baldus in capitul. primo de ſucceſ. feu. colum. x. quòd iura maxime antiqua debent intelligi proprie, & non ſecundum improprium vſum loquendi, præſertim hodiernum: quia legiſlatores peritiſſimi non vtuntur verbis vulgarium, notat Panormitanus conſil. 80. ipſe tamen conſilio. 70. dicit quòd etiam leges editæ à peritis debent intelligi ſecundum communem vſum: qui lex debet conuenire loco. ita nota. gloſ. in capitul. nonnulli. de reſcriptio. etiam dicit Innocen. in capitul. olim. de verb. ſig. quòd in interpretatione diſpoſitionis ſiue ſit lex, ſiue priuilegium, ſiue aliquid aliud, recurrendum eſt ad communem vſum loquendi. ff. de legib. ſi de interpretatione. & quo ad ſtatutum voluit Bartolus l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & dicit not. Bartolus in l. ſtipulatio iſta. §. hæ quoque. ff. de verbor. obliga. quòd ſi ſtatutum continet aliquod verbum habens duas ſignificationes, vnam propriam, aliam ſecundum communem vſum loquendi, debes capere illam quam habet communis vſus loquendi ſecundum qualitatem ſtatuentium perſonarum: præſertim ſi non ſunt iuriſperitæ.

Communis vſus loquẽdi eſt ſequendus.

(*) Dixi in trac. de uo. parte j. quæſt. xxij. P.

Regum filij legitimi dicuntur.

b ¶ Regum) Ad hoc quòd legitimi filij regum dicantur, ſufficit quòd tempore conceptionis vel natiuitatis filiorum pater eorum fuerit vel ſit rex, inſtit. de inge. quia concepti pro iam natis habentur cum de eorum commodo agitur. ff. de ſtatu

Digitized by Google

ho. qui in vtero eſt. de ſena. l. emancipatum. C. de fur. ancillæ. ad hoc. ff. de ſena. l. ſenatoris filium. de decu. l. ij. §. in filijs. etiam ſi fuerit filius natus ante (*) adeptam regalem dignitatem, dignitas patris ſuperueniens ei prodeſt: vt in iuribus allega. l. nuper. C. de na. li. no. Geſ. in extra. Ioan. xxij. execrabilis. §. nos itaque. in verb. regum. & ideo ſuccedit in regno tanquam primogenitus. licet gloſ. & doc. contra in l. imperialis. §. his illud. C. de nup. quòd genitus poſt regni adeptionem præferatur. Baldus in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Bartolus in l. cum ſatis. C. de agrico. & cen. li. xj. pro quo. l. ſi manu miſſus. C. de obſc. li. quod limita vt not. ſuprà in proœ. quibus attente. in ver. primogenita.

principum [a], in quibus cum circumſpectione & maturitate morum [b] competens literatura ſufficiat.

Cardinales non fiant nepotes ex fratre vel ſorore papæ, aut alicuius cardinalis viuentis nec illegitimè nati, corpore vitiati, aut infamiæ nota reſperſi. P.

Non fiant [c] cardinales nepotes [d] ex fratre [e] vel ſo-

(*) Hanc tenet Gallia, prout ſæpe viſum fuit facti experientia, & pro hoc vrgent quæ ſupra proxime in verbo fratres, per nos fuere dicta. P.

a ¶ Principum) Propter enim claritatem generis ſunt prioris prærogatiua gratiæ attollendi. capitul. fi. de offic. dele. in vj. capitul. ne aliqui. de priui. eo. li. in extraua. Ioan. xxij. execrabilis. §. nos itaque. quæ capitul. tantum loquuntur in regibus. ſed in clemen. j. de bap. loquitur de principibus.

b ¶ Morum) Imperfectionem ſcientiæ ſupplebit in eis perfectio charitatis. capitul. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renuncia. (*)

(*) Facit quod legitur in fine. §. proximi, ibi, dummodo alij in quibus, &c. & quæ leguntur in concor. in tit. de regia. ad præla. not. fa. P.

c ¶ Non fiant) Tempus futurum. not. ſuprà de elec. capitul. & quia. & ibi not. hoc tamen verb. prolatum à Papa vel principe in gratia, ſignificat gratiam eſſe ſtatim factam (*1) antequam redigatur in bullis quæ non ſunt de eſſe ſubſtantiali gratiæ, ſed de probatione tantum. (*2) not. Baldus in l. ij. C. de commu. ſer. ma. in manga. in verb. gratia. in l. penult. C. ſentent. reſ. non poſ. de Rot. deci. 335. doct. in proœ. vj.

(*1) Iſtud latè firmamus in trac. penſio. prælu. vij. in princ. P.

(*2) Iſtud per plura firmo in tracta. penſio. parte iij. quæſtio. vj. verb. ſecundo aggredior. Probus.

d ¶ Nepotes) Nouum ius. aliàs poteſt eligi epiſcopus, etiam ſi in capitulo ſit filius vel frater, & dent eis voces ſimul cum alijs. argu. l. illud. & ibi Bart. ff. quod cuiuſque vniuer.

e ¶ Ex fratre) Benedictum, quia Domini cardinales non habent nepotes ex filio

Digitized by Google

rore Rom. † [a] pontificis, aut alicuius cardinalis viuentis, non illegitimè [b] nati, non

vel filia. (*) Quid de fratre Ro. ponti. vel cardinalis viuentis, an ad eum extendatur hæc prohibitio? ar. quòd ſic, quia propter vnum quodque tale, & illud magis. not. in cle. j. de reli & vene. ſanc. vnde eſt quòd excluſo patre à ſucceſſione, excluditur nepos quando venit ex perſona patris. C. de natu. liber. l. fi. cap. cauſam. j. cum ibi not. cap. lator. cum ibi not. per Hoſt. qui fi. ſunt le. nam nepos non debet eſſe melioris conditionis, quàm pater ſi viueret. l. ſi viua. C. de bo. mat. dic contra. quia pœnę non ſunt extendendæ. de pœ. diſ. j. pœnæ. de reſcript. nonnulli. vnde cum hæc prohibitio fratrem non tangat, ad eum non erit extendenda. fa. quod not. Ioan. viij. q. j. apoſtolica. quòd prohibitio immediatæ ſucceſſionis in beneficijs paternis, quæ extenditur ad nepotes deſcendentes per rectam lineam: vt not. in cap. ad extirpandas. de fi. preſby. non extenditur ad parentes, ſeu aſcendentes. idem Henri. & doc. in d. c. ad extirpandas.

Patre excluſo, excluditur nepos.

Beneficia non obtinentur per ſucceſſionē immediatam.

(*) Intellige ex legitimis, niſi ante cardinalatum fuerint matrimonio coniuncti, vt viſum ſæpe fuit, etiam hic in Gallia in quodam Briſſonet cardinale de ſainct Malo vulgariter nuncupato: prout & in Antonio de Prato, cardinale Senonenſi vocato: qui cum cardinalatus dignitate, cancellariæ Franciæ, prout & legationis de latere eſt in ſimul munere functus. P.

† a ¶ Romani pontificis) Bald. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excu. tutor. ait per illum text. eſſe argu. quòd ſi papa ſuum promouet nepotem in Cardinalem, quòd caro & ſanguis ſibi reuelauit, non ſpiritus.

b ¶ Illegitimè nati) (*1) Concor. cap. cum in cunctis. cap. innotuit. de elect. cap. fi. de fi. preſ. niſi fuiſſent legitimati per matrimonium ſequens, quod omnem maculam abſtergit. c. tanta. cum ibi not. per doc. qui fil. ſunt legi. d. c. innotuit, cum ibi no. per Panor. Hoſt. in ſum. titu. de fi. preſ. §. ij. in fi. aut per papam reſtituendo eos primæuo iuri, & antiquioribus natalib. ita quod decreuerit illos legitimos ac ſi fuiſſent legitimè nati, tunc tales legitimati poſſunt promoueri. ar. in authen. quibus mo. natu. effi. ſui. prope finem col. vij. vel niſi fuiſſet cum eis expreſſe diſpenſatum quòd poſſent promoueri ad cardinal. diſpenſatio autem generalis ad dignitates eccleſiaſticas, non extenderetur ad epiſcopat. cum diſpenſationes ſint odioſæ & ſtricti iuris. c. j. & ij. de fi. preſ. in vj. Bal. in l. j. C. de indi. vi. no. per doc. in c. cum Vintonienſis. de elect. no. ſuprà tit. j. c. j. §. j. in ver. prælaturam. pari ratione nec ad cardinal. qui eſt de maiorib. dignitatibus. vnde dicit Panor. in c. dilectus, de conceſ. præb. quod ſi fuerit diſpenſatum, cum aliquo vt poſſit promoueri ad epiſcopatum non extenditur diſpenſatio ad archiepiſcopat. ad hoc xij. diſt. nos conſuetudinem. Inde papa volens facere gratiam vberiorem, diſpenſat vt poſſit promoueri vſque ad cardinalatum excluſiuè. Ad cardinalatum autem communiter non diſpenſat: poteſt tamen ſi vult. c. propoſuit. de conceſ. præ. (*2) Quæri ſolet, an cardinalatus ſit maior dignitas epiſcopatu? ar. quod ſic, ex or. literæ ſuprà de colla. ca. j. §. j. ver. quòd ſi quis. ar. contra. d. c. cum apoſtolus. de cen. vbi magis honoratur epiſcopus quàm cardinalis: quia maior numerus equorū permittitur epiſcopo, quàm cardinali. ad hoc tex. cum gl. ij. quæſtio.

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.

Cardinalis an ſit maior epiſcopo.

Digitized by Google

q.vij.quamquam, vbi habetur quòd Epiſcopatus eſt maior Cardinalatu. de hoc per Ioan.And.& Panorm.in c.Eccleſia,ij.de elect.Panorm.in ca.quod ſuper,de fide inſtrum.Auguſt.de Ancho.in tractatu de poteſt.eccle. Anto.in ſum. parte ij.titu. xxj. §.ij. & breuiter dic, quòd Cardinales non Epiſcopi habent minorem dignitatem quàm Epiſcopus,ſed maius officium.Bar.in l.j. §. ſi quis,ff. de ap. debent tamen ob reuerentiam Eccleſiæ Romanæ præferri omnibus aliis prælatis,not. Ioan.Andr.in c.dilectus,de præb.in ca.j.de offic.lega. in vj.in not. vbi ponit xj. prærogatiuas ſiue maioritates Cardinalium,facit no. per Archi.in c.perlectis,xxv.diſt.Henr.in cap.ſtatuimus,de maio.& obe.no. Hug.xvj.q.j. generaliter. Et ita ſeruat curia, quod preſbyter ſeu diaconus Cardinalis præcedit Epiſcopum. (*3)

corpore vitiati [a], nec alicuius criminis [b] aut infamiæ [c]

(*1) Quos ad quoſcunque honores, maximè Eccleſiaſticos dic indignos, vt luculenter conſtat ex diſcurſu tract. noſtri diſpenſatio. vbi pro themate formam diſpenſationis Apoſtolicæ per illegitimum obtentæ ſuſcepimus, & quodlibet illius membrum etiam ad verbum examinauimus. P.

(*2) Prædicta per plura alia habes per nos firmata in tracta. diſpenſa. vt patet in indice alphabeti in verbo diſpenſatus,ad quæ breuitatis cauſa te remitto, quia paſſus ille eſt latiſſimus. Probus.

(*3) Hoc dubium vide latius examinatum per Hero.Alba.in tract.de card.q.vij. Probus.

a ¶ Vitiati) de iſtis vitiatis habetur (*) xxxvj.diſt.c.j.xlix.diſt.c.j.de cle.ægro. preſbyterum,de cor.vi.per totum,& intellige cum deformitas non eſt modica, ar. cap.ſi euangelica,lv.diſt.de cleri.ægro.c.penul.prout no.in ca. fi. eod.ti.Hoſt.in ſum.eod. titu.§.fi.

(*) Etiam per nos latiſſimè in ſcala beneficiali,parte j.ar.corpore vitiatus. P.

b ¶ Criminis) Quid ſit crimen, habetur in §.nunc autem,xxv. diſtinctio. no.Hoſt. in ſum.de temp.ord. §.iiij. circa princ. Ioan. Andr. in capitu. peccatum, de regu. iu. in vj. (*)

(*) Quæ crimina impediant quo minus crimínoſi ad ordines,beneficia,& dignitates non poſſint promoueri, & quæ promotos remoueant, habes in diſcurſu ſcalæ noſtræ beneficialis, vbi ferè ponimus omnes qui ſcalam aſcendere non poſſint, & qui aſcendere, ac qui aſcenſi debeant deſcendere, vel deſcendant facto hominis, & ipſo iure,quoque remedio illis ſuccurri poſſit,vel qua diſpenſatione. P.

c ¶ Infamiæ) Concor.c.laici,xxxiij.diſt. vbi habetur quòd opinio ordinandi vacillare non debet, (*) lxxxj.diſt.tantis Daniel.de teſtim.c.vlt.de accu.omnipotens,dicit enim, l. neque famoſis & notatis, & quos ſcelus & vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtiori cœtu ſegregat,dignitatis portæ patebunt,l.ij. C. de dig. l.xij.c.inter dilectos,de exceſ.præla.c.infamibus,de re.iur. in vj. cum ibi no. ideo accuſatione contra aliquem pendente non debet promoueri ad dignitatem, vt in iuribus alleg.etiam ſecularem,l. qui de libertate,ff.de libe. cau.l. qui ſtatus, ff. de re.mili. quod intellige vbi accuſatus eſt diffamatus, aliàs aperiretur via figmentis, de diuor. *Opinio ordinādi non vacillet.*

quanto,no.Inno.in c.accuſatum,de ſimo.vbi Henr.Panorm.in d.c.omnipotens,& multos infamiæ effectus vide per Hoſtien.in c.veniens,de accuſa.Archid.ij.q.vij.teſtes.Henr.in c.cum dilectis,de pur.ca.

(*) Iſtud & alia hic in gl.deducta habes per nos expedita in ſcala beneficiali,par.j. ar.infamis: & in pluribus aliis ar. P.

nota[a] reſperſi. Prædicto autem numero xxiiij. pro magna Eccleſiæ neceſſitate vel vtilitate[b], dummodo alij in quibus vitæ ſanctitas, vel eximiæ virtutes refulgeant, quáquam memoratos gradus non habeant,ac de Græcis qui cum Rom. Eccleſia vniti fuerunt[c], inſignes[d] aliqui viri adiici poterunt.

Forma electionis Cardinalium ponitur. P.

Non fiat Cardinalium electio[e] ſolum[f] per auricularia vota, ſed illi ſolum aſſumi poterunt, in quos facto ve-

a ¶ Nota) Id eſt macula, l. ij. ff. de his qui no.infa. C.de aſſeſ.nullus,j.q.iij.c.fi.

b ¶ Vtilitate) Hæc duo,neceſſitas & vtilitas,inducunt diſpenſationem, de præ. expoſuiſti,j.quæſt.vij.tali,cap.in cauſis, de re iudi.

c ¶ Fuerunt) Pro hac vnione Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ facienda multum laborauit concilium Baſil.conuenerátque cum Græcis Auenionem œcumenicum concilium celebrare: ſed Euge. iiij. ipſum ſupplantauit, illóſque ad concilium quod Florentiæ celebrauerat, attraxit, & ibidem fuerunt Græci, Armeni, & Iacobini, deducti ad vnionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

d ¶ Inſignes) .i. magni & præcipui vita, moribus & fama, ad hoc quod no. Arch. in cap.ſtatutum,§.ij. in ver. inſignibus, de reſcr.in vj.

Prælatura debet eſſe electiua.

e ¶ Electio) Prælatura debet eſſe electiua, non datiua, (*) ſuprà de elect.per to.viij. q.j.epiſcopo,cap.ſi ergo,no.Bal.in l.quæcunque,C.de bo.quæ li.no.ſuprà de elect. c.licet,in ver.reſeruationes,& non puto in hac electione Cardinalium neceſſario ſeruandam formam,c.quia propter,de elect. cum aliis tribus ſolennitatibus de quibus ſuprà de elect.c.j.§. & cum humanæ, cum hic circa modum ipſius prouideatur,arg.l.ſanctio legum,ff. de pœn. ſicut nec in electione Papæ ſeruarentur,d.formæ,c.licet,cum ibi no.per doct.de elect.no. in cap.ſi

Cardinales quomodo creentur.

cui,eo.tit. in vj.De modo autem qui hodie ſeruatur in creatione Cardinalium, & de ſolennitatibus & cæremonis quæ ibidem ſeruantur, & de multis aliis eorum ſtatum tangentibus,habetur in cæremoniali Eccleſiæ Rom.in ſect.8.

(*) Iſtud habes latiſſimè firmatum in defenſorio noſtro electionum. P.

f ¶ Solum) Per viam ergo compromiſſi aut aliàs non fiet Cardinalium electio. vnde concil. Baſilien. promotionem Ioannis Patriarchæ Alexandrini ad Cardinalatum per Eugenium Papam iiij. ar. annullauit, anno. 1437. in decreto quod incipit, Tantam.

Digitized by Google

a ¶ Publicato) Poſtea non licet electoribus variare, prout le. & no. per doct. in c. publicato, de elect.

b ¶ Subſcriptionem) Sic Epiſcopus eligitur cum ſubſcriptione canonicorum, c. innotuit, ca. cum inter canonicos, de elect. cap. bonæ, ver. nec nocebat, de poſtu. præla. Specu. titu. de elect. §. j. ver. poſtea, & ſeq. vbi de forma huiuſmodi ſubſcriptionum. Manda. cap. xxxviij. & alios duos caſus in quibus requiritur ſubſcriptio, habes ſuprà de aucto. gene. con. c. j. de elect. c. licet, §. j. ver. veruntamen, aliàs licet requiratur cõſenſus alicuius ad aliquem actum: non eſt tamen neceſſaria eius ſubſcriptio, niſi à iure exprimatur l. cum antiquitas, & ibi Bal. C. de teſtam. l. cum tabernam, §. idem quęſiuit, & ibi Bart. ff. de pign. no. Inno. in c. j. de his quæ fiunt à præ. Item no. quòd qui ſubſcribit, videtur conſentire, & obligatur ſi ſciuit, & legat ea quibus ſe ſubſcribit, aliàs non, l. Titius, ff. de reſcin. ven. l. fi. & ibi Bal. C. plus va. quod agi. Pau. de Caſt. cõcil. 348. ſubſcribens tamen præſumitur ſcienter facere, niſi contrarium probetur, ff. pro ſuo, l. fina. l. Gaius, ff. de pign. ac. Bart. in l. ſicut, §. non videtur, ff. qui. mo. pign. ſol. prædicta limita quando fit ſubſcriptio tanquam à principali, & ad eſſe contractus, l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pig. & ibi Bar. in l. qui dotis, ſolu. ma. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de ver. obli. & ibi Ang. ſecus ſi fiat tanquã à teſte, vel notario, & ad probationẽ actus tantũ, tunc nõ nocet ſubſcribẽti, l. ſi pater, & ibi Bal. C. de fideiu. l. emptor. §. Lucius, & ibi Bar. ff. de pa. & de materia ſubſcriptionis, doct. in c. ij. de fi. inſtr. in c. ex literis, de tranſact. in c. quanto, de his quæ fiunt à præla. gl. & doct. in c. ſi quis preſbyterorũ, de re. eccleſ. non alie. (*)

Eligatur Epiſcopus cum ſubſcriptione canonicorũ.

ro ſcrutinio ac publicato [a], maiorem partem Cardinalium per ſubſcriptionem [b] manus [c] propriæ conſtiterit collegialiter [d] conſen-

(*) Diximus etiam latiſſimè in tract. penſio. prælu. vij. P.

c ¶ Manus) Si ſciant ſcribere, qui enim neſciret ſcribere, vel ſigillum apponat, vel per alium ſubſcribat, l. ad teſtium, §. ij. cum ibi no. per Bart. ff. de teſtam. c. cum inter, de re iudica. vbi, d. Panorm. quod ſubſcriptio tertij facta de mandato, obligat mandantem qui neſcit ſcribere. Specu. tit. de electio. §. j. ver. de his.

d ¶ Collegialiter) Singulariter ergo facta electio non valeret, (*) concord. cap. in geneſi, de elect. vbi no. Inno. quòd ad hoc quod valeat actus gerendus per collegiũ, oportet quòd collegialiter explicetur, & in ipſo collegio, ad hoc, l. ſicut, cum ibi no. ff. quod cuiuſ. vni. vbi gloſ. dicit, quòd licet omnes homines huius ciuitatis, etiam eleuato vexillo aliquem inſultum facerent, non propter hoc dici poteſt quod ciuitas hoc fecit, ſed ſinguli de ciuitate, ad hoc enim vt tribuatur ciuitati, oportet quòd in concilio legitimè congregato hoc fuerit obtentum, de hoc per Bar. in l. aut facta, ff. de pœ. Io. Cal. & Panorm. in c. cum omnes, de conſt. in c. quoniam, de iure patr. no. ſuprà de electio. c. j. §. & cum humanæ, in ver. conueniant, & no. ex hoc ver. collegialiter, quòd Cardinales habent ius collegij, nec cenſentur iure ſingulorum in diuerſis titulis collocatorum. Hoſtien. in ca. ad liberandam, de Iudæ. & dicit Bald. in l. penul. C. de bo. quæ l. quòd dicuntur capitulum vniuerſalis Eccleſiæ.

Collegij actum eſt collegialiter explicandus.

Delictum fit per ciuitatem.

(*) Hunc punctum habes per nos examinatum in tract. de uo. par. ij. q. xx. P.

Digitized by Google

a ¶ Conſenſiſſe) Requiritur ergo conſenſus maioris partis in ipſo ſcrutinio: & ſi minor pars eligeret, non ſufficeret ratificatio abſentium, qui non computantur in numero, licet ratificent, ca. Eccleſia. de elect.no. Inno. & docto. in ca. in geneſi.eo. titul. Bal. in marga. in ver. ratificatio. in l. ſi vxorem, C. de con. inſer. & quia ratificatio ſine ſolennitate non validat electionem, aut aliud quod non poteſt fieri ab initio ſine ſolennitate. Inno. in ca. cum dilecti. de emptio. & vendi. Bal. vbi ſuprà. & in l. mancipia. C. de reb. alie. non ali. in l. fi. C. ad Mace. (* 1) vnde electio prælati nulla ex defectu in materia ſubſtantiali, vel forma originali, non conualeſcit per tacitum conſenſum, vel tolerantiam eligentium, ca. innotuit. de electio. Bald. in l. ij. C. com. de le. videtur quòd electio prælati per metum, quæ eſt nulla ca. vbi periculum, §. cæterum, de electio. lib. vj. ſi metus fuit cauſa finalis. Bald. vbi ſuprà. & in tract. ſchiſma. no. ſuprà de electio. ca. j. §. ad tollendum, in ver. libere, non conualeſceret per ſequentem tolerantiam ſiue obſeruationem eligentium: quia conſenſus liber requiritur in electione pro forma actus electionis, Baldus in l. ſi mulier, C. ad Velle. ſed ipſe tenet contrarium in tracta. ſchiſma. vbi dicit, quòd electio meticuloſa per ſequentes conſenſus purgato vitio, remanet valida. ar. l. ij. C. quod metus cauſ. l. ſi ob turpem, ff. de condi. ob tur. cau. C. de la. lib. tol. l. j. §. ſed & ſi quis homini, & ibi Bald. & hoc no. in dicto §. ad tollendum, in ver. procedatur.

Ratificatio cum ſolennitate fit.

ſiſſe[a] deſuper etiam Apoſtolicæ[b] literæ cum ſubſcriptione cardinalium conficiantur decreto huius ſacri concilij (in quarta ſeſſione ſolenniter publicato, quod incipit: Item cum multiplicatio cardinalium[c]) in ſuo robore inuiolabiliter permanſuro.

(* 1) Etiam ratificatio debet fieri intra tempus intra quod fieri debebat principalis actus, vt probamus in tract. de uolu. prælu. iij. P.

b ¶ Apoſtolicæ) Et ita mortuo Papa non poſſunt cardinales creare ſiue eligere nouũ cardinalem, quod vult gloſ. in clemen. ne Romani, de elect. quia poteſtas & iuriſdictio Papalis ad eos non tranſit, vt ibi: niſi periculo imminente. gloſ. in ca. j. de ſchiſma. in vj. vbi doct. in ca. cum ex eod. de pœ. & remiſ. Bar. in l. vbi abſunt, ff. de tut. & cur. ſed illa gloſ. eſt indubitanter vera, quando creatio cardinalium ad ſolum Papam ſpectaret, ad hoc ca. illa. ne ſede vac. ſed cum electio cardinalium hoc iure ad Papam & cardinales ſimul ſpectet, videtur quòd Papatu vacante poſſint eligere cardinalẽ, arg. c. j. in princ. ne ſe. va. in vj. niſi velis dicere illud ca. loqui in capitulo cathedralis Eccleſiæ, ad quod ſe. va. transfertur iuriſdictio Epiſcopalis, c. cum olim. c. his quæ. de maio. & obe.

c ¶ Cardinalium) Sequitur in originali, ſit Eccleſiæ diſpendioſa & oneroſa: propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis cauſis eadem ſanctam ſynodum mouentibus, ſtatuit & ordinat, atque ex certa ſcientia hoc irrefragabili decreto decernit ipſa ſancta ſynodus, quod durante hoc ſacro concilio Ro. ponti. à loco iſtius ſacri concilij abſens perſonaliter non debeat nec poſſit aliquem vel aliquos cu-

iuſcunque dignitatis, conditionis, gradus, ſeu ſtatus exiſtant, in ſanc. Rom. Eccleſiæ cardinalem vel cardinales quouis modo aut quocunque quæſito colore aut cauſa aſſumere, pronunciare ſecretè aut publicè, aut pronunciatos ſeu aſſumptos ſecretè, publicare, & ſi ſecus attentatum fuerit, exnunc in antea irritum ſit & inane, nulliúſque roboris vel momenti. quòd ſi forſitan taliter aſſumpti de facto, aut pronunciati, ſe pro cardinalibus gerere aut nominare præſumpſerint, quibuſcunque dignitatibus priuati ſint, & ad omnes & ſingulas futuras inhabiles, & cætera.

Congregatio Gallicana decretum concilij temperare intendit. P.

Saluo [a] † [b] quòd videtur [c] nimis rigoroſum [d] circa ne-

a ¶ Saluo) Verba ſunt Eccleſiæ Gallicanæ. (*)

(*) Quæ contra concilium Baſil. non potuit legem facere, ait gloſ. in ti. de colla. ſuprà. §. vt vero, in verbo concluſum. Probus.

b† ¶ Saluo) Vide de hac clauſula per Præpo poſt alios in ca. ſaluo. ix. quæſtio. iij. Probus.

c ¶ Videtur) Prædictum decretum, in ver. non fiant.

d ¶ Rigoroſum) Ideo tamen fuit editum: quia per tales nepotes ſolet theſaurus Eccleſiæ deperire. xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ, ſicut vidimus temporibus noſtris, vnde conſuluit Henri. in c. j. vt ec. be. ſi. di. con. quòd prælati abſtineant à promotione parentum diuitum, quia periculoſa eſt intentio & promotio: & hunc rigorem ſecutus fuit Bened. xij. qui vix cognoſcere voluit conſanguineos ſuos, dicens Papam conſanguineos non habere, ſed prohdolor! aliqui prælati noſtri temporis ſuos conſanguineos nimis cognoſcunt: minus ponderantes dictum Hierony. (*) Multa facere nos cogit affectus, & dum propinquitatem reſpicimus corporum, corporis & animæ offendimus creatorem, & dictum Bernard. Tali nepotulo committit duo milia animarum, cui non committeret duo pyra. & dicit Bernard. Scholares pueri ob ſanguinis dignitatem promouentur ad Eccleſiaſticas dignitates: & de ſub ferula transferuntur ad principandum preſbyteris, lætiores quòd virgas euaſerunt, quàm quòd principatum meruerunt, reci. Hent. in ca. graue, de præ. inde d. gloſ. quòd Epiſcopi ſunt cæci erga nepotes, j. q. iij. peruenit. ideo alienatio non poteſt fieri per prælatum nepotibus & conſanguineis. Eſt enim præſumptio iuris, quòd propter eos indebite grauaretur Eccleſia. hoc probari videtur in authent. quibuſcunque modis, C. de ſa. ſan. Eccle. & ibi videtur tenere Bart. & Bald. ſa. x. q. ij. hæc vſusfructus, text. cum glo. in d. c. peruenit, no. Panor. conſi. 42. de hoc in c. j. vt ec. be. vbi doct. Ioan. And. in addi. Spec. ſuper ti. de re. Eccle. non alie. & dicit Inno. in c. quorundam, de teſta. quòd habens filios aut nepotes de iure non poteſt promoueri in Epiſcopum, aut ad aliam dignitatem, vt. d. c. de Syracuſanæ. lxj. diſt. Catanenſis, ne bona Eccleſiarum per tales diſſipentur, ſed ex diſpenſatione vbi probatur longa continentia poterit promoueri. ar. in c. priuſquam, xxviij. diſtin. licet antiquitus in primitiua Eccleſia quando Eccleſiæ non erant ita opulentæ, promouebantur habentes filios, ſic intelligitur §. neceſſe, xlvij. diſtin. idem Panor. in d. c. quorundam, pro. in authen. quo opor. Epiſc.

Nepotibus beneficia cõferre periculoſum eſt.

Epiſcopus eſſe non poteſt qui habet filios aut nepotes.

Digitized by Google

§. ſancimus, col.j. licet glo. in d. ca. de Syracuſanæ, innuat illud verum quando filij ſunt mali, vel quando pater eos ita tenerè diligit, quòd præſumitur quod ratione ipſorum bona Eccleſiæ dilapidarentur: aliàs poſſet promoueri. idem Hoſtien. in d. ca. quorundam, ad hoc ca. ſanè. de conuer. coniu. cuius opinionem ſeruat conſuetudo. (*)

(*) Etiam dictũ Prophe. dicentis, Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem? Pſal. 29. Probus.

a ¶ Benemeriti) Vide quòd prælatus poteſt promouere ad beneficia conſanguineos benemeritos & idoneos, quod intellige, vt no. Hen. in c. graue. de præ. in c. j. vt ec. be. Anto. in ij. parte ſum. tit. j. c. xx. §. ij. doct. in c. tuam, de æta. & qua. & qui dicantur benemeriti, no. ſuprà. de elect. §. item nec credit. Bal. in l. iubemus.

¶ De annatis. (*)

(*) An hoc decretum contra Papam viribus ſubſiſtat, ponit latè ad partes in tracta. de annatis Ferrandus Cordubenſis. P.

b STatuit) Primo ponitur conſtitutio, quod pro cõfirmationibus electionum, collationibus beneficiorum, ordinibus aut aliis ſpiritulibus nihil exigatur: & caſſat conſuetudines, priuilegia, & ſtatuta contraria. Secundo punit exigentes, dantes & promittentes. Tertio caſſat obligationes, cenſuras & mandata huic decreto contraria. Quarto pœnas addiicit. ſecunda ibi, huic autem, tertia, obligationes, quarta, & ſi. Hoc decretum ante diſſolutionem concilij factum eſt anno à natiuitate domini 1436. vij. Kalen. Iunij.

Pro, quid importat. c ¶ Pro) Hæc dictio aliquando importat cauſam finalem, aliquando efficientem, not. Archi. lxiij. diſtinct. agathoſa. & de eius ſignificato no. Bart. in l. fideicommiſſa. §. plerunque, ff. de leg. iij. in l. quibus diebus, de condi. & demon.

d ¶ Confirmatione) (*) Accipe infra, ni-

potes Romanorum pontificum, ſi aliàs ſint benemeriti [a], prout & alia circa decretũ, quod incipit,

De Annatis.

In Eccleſia Romana, nec alibi, pro ſeu in confirmatione electionum, admiſſione poſtulationum, & quarumcunque dignitatum, beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum prouiſione, necnon ordinibus, & ſacra benedictione, ante vel poſt, ac ratione literarum & aliorum, ſub quouis titulo vel nomine, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij, aut ſtatuti, vel alia quauis cauſa, nihil penitus exigatur: & contra faciens ſimoniacorum pœna, & non acquiſitionis iuris vel tituli punitur, ac obligationes & cenſuræ ſuper his factæ viribus carẽt, prout & mãdata. P.

STatuit [b] hæc ſancta ſynodus, quòd tam in Eccleſia Romana, quàm alibi pro [c], ſeu in confirmatione [d] ele-

Digitized by Google

hil penitus ante vel poſt exigatur, concor. ca. ſicut, ca. & ſi quæſtiones, de ſimo. ſuprà de elect. ca. j. §. facta. ver. & vt omnia. cum ibi no.

(*) Iſta habes articulatim firmata per nos in iij. parte ſcalæ beneficialis, ideo ea hic aliter non proſequor. Probus.

a ¶ Collatione) Prima quæſt. iij. ſi quis præbendas, cum ij. ca. ſe.

ctionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum, prouiſione, collatione[a], diſpoſitione, electione[b], poſtulatione, præſentatione: etiam à laicis faciēda inſtitutione[c], inſtallatione & inueſtitura[d], de Eccleſiis etiam cathedralibus & metropolitanis,

b ¶ Electione) lxxix. diſtin. ca. ſi quis pro pecunia. ca. ſi quis, &c. ſeq. j. q. vj. c. Matthæus, ca. nobis, de ſimo. de elect. per inquiſitionem, ſup. de elec. c. j. §. deinde eligant. ver. ſimoniacæ. cum ſi. ibi no.

c ¶ Inſtitutione) Ca. audiuimus, de ſimo. j. q. iij. ex multis, ſiue auctoriſabili (*) per quam committitur cura animarum, quæ ad ſolum ſpectat Epiſcopum, xvj. quæſt. vij. nullus, de hære. cum ex iniuncto. ſiue corporali, quę eſt miſſio in poſſeſſionem, & ad Archidiaconum ſpectat, ca. ad hæc. c. vt noſtrum, de off. Archi. in beneficiis ſcilicet quæ ſpectant ad collationem vel confirmationem Epiſcopi, aliàs non not. Inno. in d. c. ad hæc. aliquando autem capitur inſtitutio pro collatione. c. cum veniſſent. de inſtitu. & de iſta triplici inſtitutione no. Hoſti. & Henr. in c. cum ſatis, de off. Archid. Hen. in d. c. cum veniſſent. Dy. in regula j. de reg. iu. in vj.

(*) De qua & aliis inſtitutionibus latè diximus in trac. diſpen. membro 5. parte ij. P.

d ¶ Inueſtitura) Si. in c. in tantum c. cum Eccleſiæ, de ſimo. capitur inueſtitura pluribus modis: quia fit ante omnem collationem, electionem, vel præſentationem, tunc operatur collationem, ſi inueſtiens habet ius conferendi. c. ex ore. de his quæ fi. à maior. par. c. vbi doct. ca. propoſuit, de conceſ. præ. quod not. de Rota deciſ. 439. doct. in tranſmiſſam, de electione. Si fit poſt electionem, habet vim confirmationis: ſi poſt præſentationem, inſtitutionis: ſi poſt collationem, ſi fiat in abſentia beneficij de quo quis inueſtitur, nihil operatur: & in proprietate: quia illā habet inueſtitus ex ſolo titulo. c. ſi tibi. de præb. in vj. & in poſſeſſione quæ ſine apprehenſione non acquiritur, c. per tuas, de dona. c. cum Bert. de re iudi. inueſtitura enim verbalis non trāſfert poſſeſſion. l. non ſtatim, ff. de pec. c. ſi facta. ſi de feud. feu. cō. col. x. doc. in c. trāſmiſſam. Bal. in pro. feu. etiam ſi poſſeſſor velit eā transferri. Bal. in c. j. quid ſit inueſt. col. x. Inno. & Ioā. And. in dicto c. ex ore. niſi fiat in ipſa re, vel in præſentia rei, nullo ipſius rei poſſeſſore exiſtente. ca. in geneſi. de electio. l. clauibus, ff. de contrahē. emptio. Bal. in tit. C. eo. tit. aut niſi conſuetudo fingat poſſeſſionem traditam per quancunq; inueſtiturā, per c. ij. de cōſuetu. vbi doc. Bal. in l. j. C. cō. de le. his tamē ceſſantibus inueſtitura verbalis de re abſente donata vel vendita operatur licentiā occupādi eā propria auct. no, Inno. & doc. in d. c. ij. Bal. in marga. in ver. cōſuetudo. in l. traditionibus, C. de pact. in l. j. de re. permu. in d. rub. & licentiā adminiſtrādi in re vel beneficio in quo de conſuetudine non liceret illud habens adminiſtrare, niſi eſſet inue-

Inueſtitura pluribus modis ſumitur.

Digitized by Google

ſtitus.Henr.in d.c.tranſmiſſam,per Panorm.in c.cum aliquibus,de re iud.in c.auctoritate,de inſti.

monaſteriis [a], dignitatibus, beneficiis, officiíſque Eccleſiaſticis [b] quibuſcunque, necnon ordinibus [c], ſacra

Monaſteria non veniunt appellatione Eccleſiarũ.

a ¶ Monaſteriis) Not.hic,appellatione Eccleſiarum non veniunt monaſteria,cum poſito nomine generali Eccleſiarum ſpecialiter exprimat de monaſteriis, ad idem in c.grandi,vbi de hoc,de ſup.ne.prælato.in vj.in ca.fi.§.adiicimus, de ſenten. excommu.eod.lib.vbi Archidiac.quod verum in odioſis: quia habent aliam qualitatem ab Eccleſiis ſecularibus, & paritate rationis appellatione clericorum nó veniunt monachi, ſecus in fauorabilibus. Panorm. in ru. de vi. & ho. cler. in cap.j. de iuramento cal.

Officia iuriſdictionalia non debent vẽdi.

b ¶ Eccleſiaſtici) Nec etiam pro dignitatibus & officiis ſecularibus, præſertim quæ habent iuriſdictionem annexam, aliquid eſt dandum vel exigendum, vt vult bona ordinatio regia male obſeruata (* 1) ne ſubditi aggrauentur, & iudicia ſubuertantur,in authen.vt iud.ſi.quoquo ſuf.ſi. & ij.conſti.ſe col.ij.in authen.de man.prin.§.deinde,& §.illud,col.iij.c.ij.ne præ.vi.ſuas, dũ enim ſumptus quæritur, prædo graſſatur,xxiij.q.j.militare,& qui emunt talia officia,incidunt in l.Iul.de ambitu,ff.ad l.Iul.de ambitu,l.j.C.ad l.Iul.de repe.l.fi.de quo Hoſtien.in ſum.tit.ne præ.vi.ſu.cir.fi.doct.in ca.j.eo.tit.Hen.in ca.tua nos.de ſimo.Bar.& Bal.in repe.l.Barbarius,ff.de offi.præ.Panorm.in c.tuam,de ætа.& qual.quinimmo videntur ſimoniam committere: quia ipſa iuriſdictio ſpiritualis eſt,j.q.iij. ex multis, vnde œconomatum & gaſtaldionatum,ſimoniacum eſt,j.q.iij.ſaluator,de ſimo.conſuluit.omnis enim poteſtas & iuriſdictio à Deo eſt,ad Rom.13.c.ſup.de elect.cap.j.§.& cum humanæ,ideo ſpiritualis videtur,& ita ſentit Hoſt.in ſum.tit.alleg. circa princ.nec obiiciatur quòd iuriſdictio non emitur,ſed emuntur ſalaria & ſtipendia ipſius officij iuriſdictionalis: quia ſi quis horum alterum vendit ſine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit,j.q.iij.ſi quis obiecerit,& vide Inno.in c.j.de hom. lib.vj. Hodie tamen prohdolor! palam & publice huiuſmodi officia venduntur plus offerẽti: quæ tamen virtutis non auaritiæ gratia virtuoſis & literatis dari deberent, non mirum ſi iuſtitia cara eſt,longa & periculoſa, omnia enim ſunt cum precio,& primum quæritur pecunia, virtus poſt nummos, vt ait Horatius: & de moribus, vt ait Iuuenalis, vltima fit quæſtio. Sunt (* 2) alia tria manifeſta: vt de ſecretis taceam circa quæ in curis à iuſtitiariis exceditur,quæ vide per Petr.Iaco.tit.de ſtatu curiæ.

(* 1) Quæ ſi tempore gloſſatoris malè obſeruata fuerit, etiam & tempeſtate noſtra peſſime, & hæc eſt cauſa præcipua, quòd in Gallia debitè non miniſtretur iuſtitia, nec eſt ſpes breuis quod in ea executioni mandentur canonis ac legis præcepta, dico ſtantibus rebus. P.

(* 2) Similis gloſ.ſuprà in procemio in §.Sed prohdolor,in verbo corruptiones. Probus.

c ¶ Ordinibus) Cap.j.capitu.ſicut,capit.ex tuæ,de ſimo.j. quæſtio. j. ordinationes, cum ſi.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedictione) Ca.cum in Eccleſiæ,c.ſuam,c.ſicut,de ſimo.

b ¶ Nihil) Etiam modicum: quia hæc dictio de ſui natura omnia excludit: ſicut per contrarium vniuerſale affirmatiuum nihil excludit,de ma.& obe.ſolitæ,l.hoc articulo, ff.de hære. inſtitutum propter dictionem penitus quæ ſequitur, quæ eſt dictio præciſa,nullam limitationem recipiens,C.de vſuf.l.ambiguitatem, de ſum.tri.l.ij.c. ſuper eod.de hære.in vj.de quo per Archi. in c.ordinarij.de off.or.in vj.Io.And.in c. j.de poſtu.præ.co.lib. *Virtus dictionis nihil.*

benedictione [a], ac pallio, de cætero nihil [b] penitus ante [b] vel poſt [d] exigatur [e] ratione literarum [f] vel bul-

c ¶ Ante) Potius eſt inhibendum quod ante non percipiatur aliquid in his ſpiritualibus, quàm poſt, quia ſi poſt, minus malum præſumitur ait Præpo. poſt glo.in c.ſicut Epiſcopum,in fine,j.q.ij.& in c.quam pio.in fine c.q.ſubdens quòd etiam licet ante,quod non poſt,& aliquando quòd nec ante nec poſt: quod iuribus firmat. Quid autem ſi aliquid accipiatur medio tempore,i. non ante nec poſt, ſed in illo inſtanti quo hæc conceduntur,aut conferuntur? dic idem,quia ly ante,etiam comprehendit medium tempus,tex.eſt in c.non ſolent,§.ante ſententiam, ij.q. vj. vbi Præpo.in prin. notat illum textum ad hoc, quòd illud dicitur fieri ante, quod fit in medio tempore,quod nota pro teſtibus qui ſi dicunt quòd Titius poſſedit ante Seium, non includerent immediatam poſſeſſionem. P. *Ante exponitur.*

d ¶ Poſt) Vnde dicit Bal.in l.ab Anaſtaſio,C.manda.quòd prælatus ſimoniam committit dando aliquid promotori ſuo poſt ſuam promotionem.

e ¶ Exigatur) Et merito: quia ſpiritualia gratis ſunt conferenda, j.q.iij. ſi quis præbendas,& c.ſaluator,& in iuribus præalleg.& ſine diminutione,ca.j.vt eccle. be. vbi leg. & no. quando Epiſcopus poſſit ſibi retinere fructus beneficiorum vacantium ſuæ diœceſis:Io.And.& alij in c.ſi propter,de reſcript.in vj.ſed an gratis oblata recipi poſſint,no.ſupra de electio.ca.j.§.facta, in ver. recipere. Vnde beatus Ludouicus multique alij reges Franciæ huiuſmodi annatas & exactiones vetuerunt exigi in ſuo regno: & Karolus v.per arreſtum parlamenti contra Bened.xiij. latum, xj. Septembris anno M.ccccvj. & vide pulchram orationem concilij Baſilien. quæ incipit, deceret reſponſiuam oratoribus Euge.iiij.qui Baſileam venerant vt hoc decretum ſuſpenderetur. (*) *Annatæ an poſſint exigi.*

(*) Et hæc omnia vnico verbo per Leonem Papam x.conſentiente Franciſco primo Francorum rege,fuere abrogata,cum hac præſenti pragmatica,vt patet ex deductis concord. ipſorum Papæ & regis, quæ (vt à nonnullis aſſeritur) fuere regni Galliæ deſtructionis cauſa tam in bonis quàm in ſpiritualibus & Eccleſiaſticis rebus, ac quod deterius eſt,quod non ſolum pullulent,ſed ſuperabundent hæreſes. Attendant igitur qui nouas tradere volunt ſuis ſubiectis leges, & ab antiquis recedere, vt prius videant & vigilanter ſcrutentur,quæ ex nouis poterunt legibus ſequi inconuenientia. Probus. *Traditio nouarum legum.*

f ¶ Literarum) Quibus renuncians ex pacto partium vt aſſignetur ſibi annua penſio ſuper beneficio,ſimoniam committit,cap.ad audientiam,vbi gloſ.& doct.de reſcriptis.Idem ſi alter litigantium ſuper beneficio cedat liti, vt aliter det ſibi expenſas,

Digitized by Google

Beneficium pretendẽs, an poſsit cedere liti datis ſibi expenſis.

c.cum pridem,cum ibi no.de pac.niſi fieret auctoritate ſuperioris, qui pro bono pacis vbi dubitaretur de iure renunciantis, poteſt prouidere, vt altera pars det cedenti expẽſas quas fecit,vel certum quid annuum,c.niſi eſſent,vbi doct.de præ. Panor. in c.ij.de arbit.& concor.cum hoc text.c.j.de ſimo.

Iç [a] ſigilli †[b] annatarũ [c] communium & minutorum ſer-

a ¶ Bullæ) Qualis debeat eſſe bulla (*) Papæ,& quid debeat continere, & qualiter fiat collatio bullarum, vide Specu. titu. de reſcri. præſen. §.j. & ibi Ioan. Andræam in addi.Ioannem Andræam,ſuper data,vj. Hoſtien.in ſum.titu.de crim. fal. §.ij. ver. porrò.

(*) De bullis,prout & de ſignaturis,vide quæ latè diximus in tract.penſio.præludio vij. Probus.

† b ¶ Sigilli) Quod nihil aliud eſt quàm teſtificatio ſuperioris decernentis, ait Præpo.in c.ſicut Epiſcopum,j.q.2. P.

Annatæ vnde dicuntur.

c ¶ Annatarum) (*1) ſic vulgariter dictarum, quia per annum emolumenta beneficiorum percipiebantur, & adhuc hodie percipiuntur in curia Rom. & alibi, & de ipſis no. in cle. quia regulares, §. præmiſſa, de ſup.ne.præ.& dicuntur annalia in extra.Ioan.22.ſuſcepti,& vacantiæ infrà eodem §.item quòd ex tunc,& ante tempora Io.22.raro vel nunquam exigebantur,ſed ipſe Papa per extra.cum nonnullæ,in qua ſupponit aliam prius feciſſe,& ſe refert,aſſerit fructus primi anni Eccleſiarum cathedralium vacantium ad triennium in aliquibus orbis partibus pro neceſſitatibus Ro. Eccleſiæ ſuæ cameræ reſeruaſſe,ſed quod temporaliter & ab aliquibus Eccleſiis duntaxat pro neceſſitate temporis ab eo exactum fuit,in perpetuum,& ad omnes Eccleſias poſtea à Bonifa.ix. qui primus indifferenter Eccleſiaſticis annatarum vſum impoſuit,extenſum eſt contra totius iuris diuini & humani diſpoſitionem,j.q.j. & qu. iij.per to.& iuribus ſup.alle.nónne ſcriptum eſt,neminem concutiatis,&c.xxiij.q.j. militare, & quod gratis accepiſtis, gratis date, nunquid Simon Magus cum gratiam ſpiritusſancti emere vellet, damnationis ſuæ ſententiam à Petro audiuit, pecunia tua tecum ſit in perditionem? j. quæſt. j. qui ſtudet, & qui ſunt illi qui dant & recipiunt annatas,niſi ementes & vendentes in templo,quos Chriſtus ab illo eiecit, j.quæſt.j. vides etiam ex euentu ſolo damnandæ ſunt,nam ex hoc indigni,& qui plus pecuniarum habent, promouentur: & dignus eſt prælatura cui non actionis meritum, ſed copiarum præmia ſuffragantur, vnde reſtat vt nihil ſibi in Eccleſiaſticis honoribus grauitas, nihil ſibi defendat induſtria, ſed totum auri prophanus amor obtineat, j. quæſtio.prima,fertur,l.ſi quemquam,C.de epiſco. & cleri. Pro ſolutione annalium plerumque mobilia etiam precioſa Eccleſiarum venduntur: parentes promotorum pecuniis exhauſtis deſtruuntur: materia exigendi à ſubditis paratur: (*2) vt quotidie videmus promotos à ſubditis pecunias ſub velamento iucundi aduentus (*3) (quem triſtem & mœſtum potius dixerim) exigere. Vnde boni prophetæ olim munera prophetiæ non accipiebant,ſed ſtipes tabernaculi,mali autem, quia accipiebant prophetiam quæ donum Dei erat, in diuinationem quæ diabolica eſt, conuertebant: quid aliud colligitur: niſi vt ait Hieremias, idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem in cuſtodia pomærij erit, prima quæſtio. j. iudices. Et

Bonifatius 9. annatas omnibus Eccleſiis impoſuit.

Annatæ ſunt damnandæ.

dicit Ioan. Andr. in c. inter cætera, de offi. ord. quòd optaret quòd curia Romana reciperet vigeſimam partem reddituum clericorum totius orbis, ad ſuſtentationem Papæ & Cardinalium, & nil exigi vel recipi poſſet pro communibus ſeruitiis & fructibus primi anni quos recipit à prælatis quos promouet, exceptis ſalariis laborantium, puta ſcriptorum & ſimilium: & tunc prouideret legatis & nunciis quos mittit de prædicta quota, & abſtineret ab annatis, & exactione decimarum, & ſimilium, & quòd de hoc fuit factus ſermo in concilio Viennen. ſed deliberauerunt prælati ibidem aſſiſtentes non facere: & forte bene, vt dicit Io. And. quia tanta viget inſatiabilis cupiditas, quòd ſi hoc fieret, & iſtud & illud perciperent.

uitiorum, primorum fructuum, deportuum [a], aut ſub quocunque alio titulo, colore [b], vel nomine [c], prætextu cuiuſuis conſuetudinis [d], priuilegij, vel ſtatuti, aut alia quauis cauſa vel occaſione, directe vel indirecte,

(*1) De quibus vide latiſſimè per Ferrandum Cordubenſem in ſuo tracta. de Annatis, ſeu fructibus mediis exigendis. Probus.

(*2) Iſtud etiam procedit in his qui officia iudicaturæ, & alia huiuſmodi magnis pecuniarum ſummis emunt, quia multi ſunt viſi primo ſui officij anno decedere ab humanis, propter quod in viduis & pupillis ſequuta eſt vita indigens & miſerabilis. Probus.

(*3) Vt in ſimili de decimis ſub nomine charitatiui ſubſidij dicitur, quæ triginta labuntur anni quòd ferè quotannis non ſolum vice vna, ſed numero quaternario in anno exigi ſunt viſæ, & adeo fuere tam continuè exactæ, quòd vix Eccleſiæ miniſtri, & pauperes ex conſequenti non habent quod manducent, & pauperibus ipſis ſubueniant, aut illos in ſolo pane ſuſtentent. Quæ ſit horum cauſa, nouit ille qui nihil ignorat, qui deuotiſſimè precandus eſt, vt hæc ab Eccleſia ſua tollat, nóſque ad libertatem noſtram reducat Eccleſiaſticam, etiam à rege Pharaone Iudæorum perſecutore defenſam, & inuiolabiliter manutentam.

a ¶ Deportuum) Vulgare Normanniæ, & plurium aliorum locorum in regno Franciæ, in quibus adhuc vigent deportus, (*) etiam in diœceſi Pariſien. *Deportus ius multis locis viget.*

(*) Qui apud ſapientes aſſeruntur magni abuſus: dico in Eccleſia Gallicana, ſaltem (vt hic dicit gloſ.) in Normannia, prout & in multis aliis Galliæ prouinciis, propter quod mirantur multi quòd per tollentes abuſus, deportus ipſi non extinguantur, tollunt ipſi quos volunt, aut tollere fingunt: vnum tamen tibi dico, quòd hoc tempore omnia tranſeunt ſub diſſimulatione, aut ſilentio, vel taciturnitate, & adeò tranſierunt quod ſceleratis omnes parent & cedunt, in morigeratos verò totis ferè conatibus inuehunt. Probus. *Tollitur deportus tanquam in Eccleſia abuſus.*

b ¶ Colore) Si. ſuprà de elect. c. j. §. facta.

c ¶ Nomine) Variatio enim nominis non excuſat id quod de ſui natura malum eſt, c. ea quæ, c. intantum, de ſimo. c. auaritiæ, de elect. in vj. cum ſimi. *Quando non poſſit noui conſuetudo introduci.*

d ¶ Conſuetudinis) Tollit conſuetudinem & creatam & inducendam, ad hoc de

Digitized by Google

conſue.cap.j.& ij.in vj.de biga.cap.eo.lib.C.de fur.aut.nauigia.ideo contra hoc decretum nõ poſſet noua cõſuetudo creari,cum eſſet irrationabilis, & ſic damnata per not.per gloſ.& Domi.in c.j.de conſti.in vj.Bal.in l.fi.C. de pact.pig.in l.dudum, de contrahen.empt.in c.j.de ca.Corar.col.x.per doct.in cle.ſtatutum,de elect.vbi vide per eos an conſuetudo ſemel damnata poſſit iterum induci. ſed ob. huic decreto §. pro conſuetudinibus,in authen.de ſanctiſ. Epiſ.col.ix.So.ille.§.eſt correctus: vt hic in c.nõ ſatis,in c.cum Eccleſię,in c.Iacobus,de ſimo.not.Archi.in c.ſi quis obiecerit, j.q.iij. Item ob.c.ad Apoſtolicæ, de ſimo.vbi patet quòd licet Sacramenta ſint libere conferenda,tamen Epiſcopus cogit laudabiles cõſuetudines ſeruari.So.illud c.loquitur cum Eccleſia allegat conſuetudinem contra laicum : ita quod temporale exigitur à laico; non pro ipſo ſpirituali quod non eſt cauſa immediata petendi illud,ſed ipſa cõſuetudo ex pluribus volũtariis ſolutionibus introducta eſt cauſa immediata, quæ forte talis eſt, vt offeratur groſſa candela, vel vinum & panis in obſequiis mortuorum,vel xiij.denarij in benedictionibus nubentium, & tales conſuetudines à laicis ſunt ſeruandæ: vt patet in d.c.ad Apoſtolicæ, cum ibi no.ad idem, j. q.iij. quæſitum,de con.di.j.omnis Chriſtianus,ſic poteſt intelligi d.§. pro conſuetudinibus,& not. Hoſti. & Ioã. Andr. in c. Iacobus, de ſimo.quod clerici à laicis poſſunt exigere ea quæ laudabilis cõſuetudo (*1) hactenus introduxit etiam ſi repletionem ventris vel aliam vtilitatem priuatam reſpicere videantur. Vel poteſt intelligi iſte tex. quod non valet cõſuetudo, vt pro prædictis ſpiritualibus aliquid exigatur,ita quod ipſum ſpirituale ſit cauſa immediata petendi ſeu exigendi illud temporale: & hoc non licet nec ante nec poſt ſpirituale miniſtratum, vt hic.& in c.querelam, c. ea quæ. de ſimo. cum ſi. præſertim quando allegaretur conſuetudo cõtra clericum quæ reſpiciat priuatam vtilitatem eligentium collatorum & aliorum ſpiritualia miniſtrantium, ad hoc. ca.ſicut,c.veniens,c.intantum,de ſimo.cum ſi.& quod not.per Henr.in d.c.Iacobus. Panormita in c. ſuam, de ſimo. Sed an hic reprobetur cõſuetudo generalis in omnibus Eccleſiis collegiatis quod canonici in ſua receptione aliquid dant? poſſet dici quod aut cõſuetudo imponit onus recepto quod tendat ad priuatam vtilitatem canonicorum,& illa non valet: vt in d. c. Iacobus, & hic aut illud onus tendit in vtilitatem Eccleſiæ & augmentum cultus diuini: tunc communiter doct.in d.ca. Iacobus, quod valet in fauorem diuini cultus, & poteſt exigi illud onus, etiam à principio cautio recipi. de elect. ſignificaſti. Sed contra hoc multum obſtat illud ca. quod prohibet penitus aliquid exigi pro inſtallatione & inueſtitura quocunque colore. & ca.ex multis, j. q.iij.ad fi.vbi dicitur quòd à clerico inſtituto ſeu inſtituẽdo nõ debet in recompenſationem inſtitutionis peti aliquod temporale,etiã conuertendum in pauperes vel in fabricã Eccleſię,quia qui male accipit & bene diſpẽſat, potius grauatur quam iuuatur: vt ibi. Poteſt dici quod aut cõſuetudo imponit hoc onus præbẽdæ & nõ receptio, & valet in fauorem cultus diuini.ar. c. ſignificatum, de præb.c. j.vt Ec.be.hoc caſu poteſt eſſe verũ quod à principio etiam cautio exigi poſſit. arg. xviij.diſ.de eulogiis,xviij.q.ij.ſeruitiũ.aut imponit hoc onus recepto vel recipiẽdo, vt recipiendus teneatur dare cappã,aut aliud conuertendũ in vtilitatẽ Eccleſiæ: tunc aut illud onus temporale exigitur pro ipſa receptione, ita quod ipſa receptio vel inueſtitura ſit cauſa immediata petẽdi vel exigẽdi illud tẽporale,& tũ nõ valet talis cõ-

Cõſuetudo laudabilis circa exactionẽ pro ſacramẽtis ſeruãda eſt.

Canonici pro ſua receptione an poſſint aliquid dare.

Receptus an teneatur aliquid dare.

Digitized by Google

ſuetudo: vt hic cum concor. ſuprà all. c. veniens, c. quanto, de ſimo. aut illud onus nõ exigitur pro ipſa receptione quæ nõ eſt cauſa immediata petẽdi illud temporale, ſed ipſa conſuetudo: tunc aut exactio præceſſit & dedit cauſam conſuetudini, tunc talis conſuetudo non valet, quia habuit initium vitioſum, vt. d. c. ſuam, c. cũ Eccleſiæ, de ſimo. no. Inno. in d. c. ad Apoſtolicæ, ſic poteſt intelligi iſte tex. aut ex deuotione canonicorum, & ex mera liberalitate ſeu ex volũtariis dationibus temporaliũ introducta eſt cõſuetudo: tũc aut receptio loco pignoris retinetur, ita quod canonici dicũt, non recipiemus te, niſi ſoluas onus vel ſatiſdes, & ad hoc nulla cõſuetudo poteſt valere. (*2) ſic intellige iura ſuprà alle. quæ dicũt quod cõſuetudo non prodeſt in talibus, ad hoc no. per Hoſt. & Io. An. in d. c. ad Apoſtolicę. Aut receptio non retinetur loco pignoris, ita quod quãdo petit canonicus recipi & inſtallari, nec tẽporale exigitur, nec ſatiſdatio, ſed gratis & ſine dilatione recipitur: & poſtea ex vi conſuetudinis aliquid exigitur ab eo, & ad talem cõſuetudinem ſeruandam poteſt cogi dictus receptus, per d. c. ad Apoſtolicæ, cum ibi no. Similiter poteſt quæri, an hic damnetur cõſuetudo quaſi generalis in Normannia, in diœceſi Pariſien. & aliis pluribus locis qua Epiſcopi vel Archidiaconi percipiũt fructus primi anni beneficiorum vacantiũ pro deportu. & videtur quòd non, quia tale conſuetudinem iura approbãt, c. pręſenti. §. porrò, de off. or. in vj. excepto quod habetur in c. quia ſæpe, de elect. eod. lib. & in d. cle. ſtatutũ, §. j. & doct. vt no. Io. An. in c. nemo. de reg. iu. lib. vj. in no. vbi alle. extra. Io. xxij. ſuſcepti regiminis, vbi hoc eſt deciſum, alle. eã in cle. j. de conceſ. præb. in cle. ij. de deci. ad hoc extrà. cle. vi. dudum attẽta. & extra. multiplicium. Hẽ. in d. c. j. vt Eccle. be. in c. fi. de pecu. cle. nõ eſt autem veriſimile vnico verbo tot iura ſubuerti. ar. c. Eccleſia. ij. de ele. ideo poſſes intelligere hunc tex. cum tales deportus vel annatæ exiguntur pro collatione vel inueſtitura, aut aliis ſpiritualibus, ita quod ipſæ ſint cauſa immediata propter quam talia exiguntur. Sed profectò omnes prædictæ ſolutiones, non ſolutiones ſed palliationes ſunt, & alia eſt mens huius text. quo damnantur omnes huiuſmodi deportus, annatæ, & exactiones: ſiue pro collationibus ſiue pro inſtitutionibus, inueſtituris, & aliis ſpiritualibus ante vel poſt ſpiritualia miniſtrata quocunque colore vel nomine erigantur directè vel indirectè, damnátque conſuetudines & priuilegia contraria, quod male ſeruatur.

Fructus pro deportu, an poſſint percipi licite.

Deportus & annatæ damnãtur.

(*1) Huic enim conuenit diffinitio conſuetudinis, quæ nihil aliud eſt quàm quidam contractus mutuo cõſenſu eorum de vniuerſitate celebratus: vt in l. de quibus, ff. de legibus in capi. fi. de conſuetudine. in vj. quod patet, quia habet eadem extrema quæ habet contractus, cum eius principium ſit voluntarium, cum inducatur de communi vniuerſitatis totius conſenſu. capi. conſuetudo. j. diſtinct. habet illud fieri neceſſarium, quia poſtquam inducta eſt, omnes ad eius obſeruantiam obligat & aſtringit, l. minimè, ff. de legibus, & dicto capitu. conſuetudo. Et quòd contractus principium habeat voluntarium, finem verò neceſſarium, eſt caſus in l. ſicut, C. de actio. & obligatio. P.

Cõſuetudo diffinitur.

(*2) In ſimili habes quod non valent ſtatuta confraternitatum dicentia quod quis non recipietur niſi decem ſoluat, ait Præpoſitus in capit. j. xlij. diſtincto. Probus.

Digitized by Google

Retentio literæ collationis pro ſalario.

a ¶ Scriptoribus) Sic ſoluere notario in ſpiritualibus pro ſcriptura, non eſt ſimonia. not. Inno. in capi. j. de ſimo. Baldus in marga. in ver. ſoluere. & poſſet ſcriptor retinere literam collationis pro ſalario, ſicut ſcriptor quaternos, ar. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, vbi glo. & Bar. ff. de con. in Bal. in l. C. commo.

b ¶ Labore) Ad quem non ad fructuum beneficij valorem reſpici debet, ſuprà de electio. capi. j. §. facta verb. notariis, in extrauag. Ioan. xxij. cum ad ſacroſanctæ, §. ſi verò.

ſolum ſcriptoribus [a], abbreuiatoribúſque & regiſtratoribus literarum ſeu minutarum pro illorum labore [b] cõpetenti † [c] ſalario † [d] ſoluendo. Huic autem ſacro canoni ſi quis promittendo, exigendo, vel dando [e] contrauenire præſumpſerit, pœnam [f] incurrat aduerſus ſimoniacos inflictam, & in ipſis dignitatibus, ac beneficiis taliter obtentis, nullum ius

† c ¶ Competenti) Non ſolum habendo reſpectum ad numerum linearum ſiue chartarum ſcripturæ, ſed ad grauitatem materiæ, not. Præpo. in ſimili in capi. ſicut Epiſcopum in 4. conclu. j. q. ij. vbi ponit 6. concluſiones quo ad huiuſmodi ſalaria ſcripturarum, quas videre licet. Probus.

† d ¶ Salario) Quia iuſtum eſt vt illi conſequantur ſtipendium qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequiũ, cap. grauitatem, xij. quæſtio. ij. etiam pro miſſarum celebratione, gloſ. in capi. ſignificatum, de præbend. & in c. ſuam, de ſimo. & c. ſi. xxj. q. ij.

e ¶ Dando) Simoniæ pœna afficit tam dantes quàm recipientes, (*) vt in iuribus ſuprà alleg. in authent. quo. op. Epiſ. §. ſancimus, col. j. & ibi Ang.

(*) Iſtud latè firmo in tract. penſio. par. vij. quæſt. iij. Probus.

f ¶ Pœnam) Quæ multiplex eſt: vt not. Hoſt. in ſum. titu. de ſimo. §. qua pœnã. & incurrunt ſententiam excommunicationis, ſuprà de electio. capir. j. §. deinde eligant. verb. ſimoniacæ, & §. facta. verb. & nihilominus, qui tantum loquuntur in eligentibus electis & confirmantibus per ſimoniacam prauitatem, ſed extrauag. quæ fuit facta in concilio Conſtantienſi præſidente Martino v. quæ incipit multæ, excommunicat in ordinibus & beneficiis, etiam per eandem in §. ſtatuimus, ſunt excommunicati non reuelantes ſimoniam præſertim commiſſam in electionibus & confirmationibus, ſed vacat nunc, vt dicit frater Anto. in tertia parte ſum. titul. xxiiij. capit. lxv. & lxvj. Similiter recipientes aliquid pro ingreſſu religionis, ſunt excommunicati per extrauag. Vrba. v. ſanè, aliàs ne in vinea. Dicit tamen Anto. vbi ſuprà. capitul. ſuprà, capitu. lxvij. quod audiuit à fide dignis, quòd Martinus v. habuit dicere quòd nolebat quod moniales incurrerẽt pro huiuſmodi datis quæ fiunt pro ingreſſu monaſteriorum, cenſuram aliquam Eccleſiaſticam, & præcipuè excommunicationis, per extrauag. autem Pau. ij. deteſtabile. excommunicantur omnes ſimoniaci, à qua ſententia excommunicationis niſi à

Digitized by Google

a ¶ Diœceſanos) Non dicit ordinarios, ſicut ſuperius dixit: ideo contra exemptos alij ordinarij non poſſent adiri. fa. quod not. in cle. j. de vi. & hone. cler. in ver. diœceſanis, in cle. j. de iu. pa. in prin.

aut remiſſi, ad diœceſanos[a] locorũ[b] recurratur[c]: qui tamen Apoſtolica[d] vel ſynodali auctoritate

b ¶ Locorum) Non dicit perſonarum, ideo ſi exemptus alterius diœceſis habet beneficium in diœceſi Pariſien. ad Epiſcopum Pariſien. recurretur, fa. clemen. quia regulares, circa prin. de ſupplen. negli. præla. l. ſi prædium, C. de præ. mi. ſi. de non alie. vbi in alienatione interponit decretum iudex loci in quo ſunt (*) res quæ alienantur, l. magis, §. illud, ff. de re. eodem, & vbique Bar. per Cy. & Bal. in l. j. C. de contra. empt. ideo eius Epiſcopi auctoritas requiritur, qui eſt ſuperior immediatus illius Eccleſiæ cuius res alienatur. Bar. in authent. hoc ius, C. de ſacroſan. Eccle. niſi accedat auctoritas Papæ. Bald. in l. illud, quando de. o. non eſt docto. latè in cap. paſtoralis, de priuilegiis.

Quis interponat decretũ in re alienanda.

(*) Facit, quòd ſi abbas ſancti Ambroſij Bituricen. habet beneficium ad eius collationem ſpectans in diœceſi Aurelianen. ſitum, & contingat illam collationem ob culpam vel negligentiam ipſius abbatis deuolui, non ad Archiepiſcopum Bituricen. ſed Epiſcopum Aurelianen. deuoluitur, tex. in ca. ij. ibi, tuo Epiſcopatu. de ſup. negli. præla. & melior iuncta gloſ. in verbo locorum, in clemen. vnica. d. titu. quod placet Sozi. in cap. poſtulaſti. col. iiij. quæſt. vj. de fo. comp. vbi dicit Pau. nos tenere in d. cle. vnica. fa. in ar. ca. ij. de reli. domi.

Deuolutio ad quẽ fiat Epiſcopum.

c ¶ Recurratur) Cum hæc litera priuilegiis exemptionis præiudicet, non puto eam tenere, niſi à Papa vel concilio fuiſſet approbata, vt ſuprà dixi.

d ¶ Apoſtolica) Si. in ca. irrefragabili. de off. ordi. ca. ad abolendam, de hære. ca. j. de cle. ægro. in vj. cle. j. de ſup. neg. præ. cle. attendentes, de ſta. mo. in quibus iuribus ſunt caſus ſpeciales in quibus diœceſani habent iuriſdictionem in exemptos, alij caſus habentur & no. in ca. j. de priui. in vj. in ca. Epiſcoporum, eo. tit. per Ioã. And. in no. Guil. in cle. j. de off. ordi. Pau. in cle. dudum, de ſepul. in cle. j. de ſenten. excom. doct. in ca. tuarum, de priui. vbi communiter tenent, quòd propter notorietatem facti ſeu delicti commiſſi circa rem non exemptam, poteſt Epiſcopus in exemptos exercere iuriſdictionem, per d. ca. tuarum, & cap. patentibus, de priui. ad hoc capi. §. j. notoria. de cen. in vj. licet contra. teneant Car. Flor. in d. cle. j. de off. ordi. Domi. in d. cap. j. de priui. de iuris rigore dicentes non eſſe recedendum ab eorum priuilegiis. Sed vtrum exempti poſſint adire ordinarium in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis ſine licentia Papæ, not. Ioan. Andr. in no. & Domi. in d. cap. j. de priui. Domi. in cap. cum nullus, de tem. or. Guil. in cle. j. de regul. Panor. in cap. ſignificaſti. de fo. compe.

Exempti in quibuſdam ſubſunt ordinariis.

Digitized by Google

Appellatione in remouet ſolus princeps.

a ¶ Remota appellatione) Inanis remotio, ſolus enim princeps committit (*) appellatione remota, ff. à qui ap. non li. l. j. & ibi Bar. de off. deleg. c. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de ap. paſtoralis, doct. in c. vt debitus, eo. tit. Et adhuc licet hæc clauſula tollat effectum appellationis, vt non ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo, quo minus poſſit ſuam ſententiam exequi ap. non obſtan. antequam appellatio recipiatur à ſuperiore, vt colligitur ex cap. paſtoralis, §. propterea, de off. dele. & ibi Panorm. non tamen tollitur appellatio reſpectu ſuperioris ad quem appellatur, qui ex grauamine vel iniuſtitia poteſt appellationem recipere, & ſentētiam retractare. Bal. in addi. Spec. de appel. in ver. clauſula appellatione remota, probatur in dicto c. paſtoralis, de appellatio. & in dicto §. prætetea, no. Panorm. in c. inter cæteras, de re iud. & de aliis effectibus illius clauſulæ, per Hoſtien. in ſum. ti. de appel. §. ſi. vbi commentat d. c. vt debitus, & in d. c. per gloſ. & doct. Spec. ti. de ap. §. in quibus. Bar. in l. j. ff. quis & à quo. Bal. in l. nouum, C. de ap. in c. ſuper eo. de offi. deleg.

† b ¶ Eccleſiam) Quæ ſemper regitur animo alieno, minor autem ſuo principaliter, & alieno acceſſorie, ait Barba. in addit. ad Bal. in titu. de conten. inter do. col. ij. ſubdens quod prælatus eſt anima & ſpiritus Eccleſiæ, tutor autem anima & ſpiritus pupilli. P.

c ¶ Vt præfertur) Suprà, §. voluit, & §. ſequ.

(remota [a] appellatione quacunque) habebunt facere indilatam iuſtitiam de prædictis.

Pluralis vacatio facta in anno, duplicem non operatur annatæ ſolutionem: & per quem, & quomodo illa fieri debeat, ponitur. Probus.

Item quòd ſi Eccleſia [b] †, monaſteriū, vt beneficium, ſic taxatum vt præfertur [c], contingat anno eodē bis vel pluries vacare, q, vna quinta ſemel tantum ſoluatur [d],

Deportus ſolus debetur vnus etiam ſi beneficium in anno vacet ſæpius.

d ¶ Soluatur) Argu. quòd in partibus vbi de facto deportus beneficiorum vacantium leuatur, ſi idem beneficium bis vel pluries vacet eodem anno, quòd tantum deportus vnius anni leuabitur, idem ſi decima aut alia quota fructuum primi anni eſſet ex indulgentia apoſtolica à beneficiatis leuanda: vt eſt declaratum per Cle. vj. in extrauag. dudum attenta, ver. volumus, & in extrauag. multiplicium, ſed ob. l. ſi idem, ff. de iuriſd. om. iu. vbi non fit cumulatio ſummarum ad iuriſdictionem declinādam nec ad donationem inſinuandam, l. ſancimus, C. de dona. ſic & vna nunciatio non ſufficit ad opera diuerſa, ff. de no. ope. nun. de pupillo, §. ſi in pluribus, nec vna abſolutio pro duabus excommunicationibus, ca. officij, c. cum pro cauſa, de ſen. excom. de offi. ord. ex parte, fa. quòd vbi vere ſunt duo delicta, ſic vere debent eſſe duæ pœnæ, C. de mo. mul. l. ſi. ver. nec tamen, ar. l. quæcunque, C. de ſer. fu. Item caſus ſuperueniens non excuſat à pœna præcedentis culpæ, ff. de fur. l. inter omnes, C. eod. titu. l. ſubtracto, ergo ſecunda vacatio beneficij in eodem non confundetur cū prima, nec impediet

Digitized by Google

impedit quin exigatur alia quinta: vt quot ſunt vacationes, tot ſoluantur quintæ, fa. quia vbi plures cauſæ concurrunt diuerſis temporibus, ordinantur ex tempore, vt vna poſt aliam ordinatè procedat, de reſcri. ſi propter, lib. vj. ff. loca, l. in operis, C. de ordi. iudi. l. fina. ergo pro prima vacatione dabitur quinta, & pro alia ſecunda pariter anno finito. Sed non obſt. con. quia loquuntur vel in impoſitione diuerſarum pœnarum pro diuerſis delictis, vel in perceptione diuerſorum iurium, quæ non confunduntur ibidem: ne vel pœna præſtet immunitatem alterius delicti, vel ius alterius propter concurſum lædatur, hic autem loquitur de quinta percipienda ex fructibus beneficiorum vacantium: vnde ne nimium ſit onerosa Eccleſiis, vna tantum ſoluetur. Dicebat autem Guil. in extrau. Ioan. 22. ſuſcepti, in ver. vel alterius. Henri. in c. tua, de verb. ſignifi. quòd in tali caſu quando cõtingeret primo anno bis vacare beneficium: ille cui primi anni fructus competebant, haberet fructus à tempore primo vacationis vſque ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum completum, per l. in ſenatus, in fin. ff. ad Turpil. & ibi Barto. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, de Carb. edi. l. Carbonianum, §. fin. & l. ſe. fa. cle. j. de priuile. ver. ſi quis vero. idem in ſi. no. Io. And. de electio. cum in cunctis, §. clerici. Io. And. & Pau. in cle. ij. de magiſ. & vide quod no. infra de pigno. di. cul. c. j.

videlicet [a] quod ſi poſt fructus collectos ſeu perceptos aut acquiſitos [b] cõtigerit vacatio, ad ſolutionem primæ medietatis quintæ partis prędictæ bona vltimi poſſeſſoris

a ¶ Videlicet) Hic declarat per quem huiuſmodi quinta ſoluetur, an per prædeceſſorem, hæc enim dictio videlicet, eſt dictionis vel orationis præcedentis expoſitiua, c. tranſmiſſæ, de eo qui cog. conſ. vxo. ſuæ, c. ſtatutum, de hære. in vj. gl. in c. ij. de priuil. eod. lib. dicit quòd poſt duo diuerſa non exponit omnia præcedentia, ſed proxima, fa. c. tua, de conſan. & af. & licet ſit expoſitiua, poſita tamen inter genus & ſpeciem ſtat reſtrictiue. Bart. in l. quæſitum, §. fina. ff. de fun. inſtrum. Panorm. in c. ſedes de reſcript. ſic & dictio id eſt, eſt expoſitiua, cap. ij. de verb. ſignifi. l. in perſona, §. qui pecuniam, de pact. & vide not. ſupra de col. cap. j. §. ſequuntur, in verb. videlicet. *Videlicet eſt dictio expoſitiua.*

b ¶ Acquiſitos) Videtur quòd ſi beneficiatus decedat poſt Auguſtum vel ante Kalend. Martij, fructus percipiendi ad Eccleſiam pertineant, ſi vero poſt Kalend. Martij, ad clericum, inſtar vaſalli, c. j. §. his conſequenter, hic fi. lex. colla. x. aut fiat diuiſio inter eum & Eccleſiam, vt percipiat fructus pro rata, (*1) & pro parte anni pro qua ſubiit onus quod habuit in Eccleſia, ſicut fit diuiſio fructuum doris inter virum & hæredes mulieris, ff. ſol. matrimo. l. diuortio, aut faciet fructus Eccleſiæ ſuos ſtatim ex quo ſunt à ſolo ſeparati, à quocunque nomine, inſtar bonæ fidei poſſeſſoris, ff. de vſu. l. qui ſcit, §. in alieno, qui mo. vſuſfr. amit. l. ſi vſufructuarius, & coloni, l. ſi apes, §. fina. ff. de fur. aut ex quo eos percipit, & non ante, inſtar vſufructuarij, inſti. de re. di. §. is vero, qui percepiſſe dicitur fructus, cum ab eo vel eius nomine fuerint leuati & collecti: licet nondum ſint in horrea reconditi, vt no. in dicta l. ſi vſufructuarius, vbi doct. in cap. ſi propter, de reſcrip. in vj. in cap. præſenti, de off. ord. eod. *Fructus beneficij prelati decedentis ad quem pertinent.*

Digitized by Google

lib.communiter dicunt doct. quòd beneficiatus habens adminiſtrationem comparatur vſufructuario in vita: vt ſic poſſit donare de fructibus Eccleſiæ, moderatè tamen, c.cæterum, de dona. In infirmitate vero comparatur vſuario: quia non poteſt de eis diſponere in teſtamento: (*2) niſi intuitu eleemoſynæ, c. quia, c.relatum, de teſtam. Non habens vero adminiſtrationem, vt canonicus & capellanus, comparatur vſufructuario in vita & in morte, ita etiam quòd de iſtis Eccleſiæ redditibus teſtari poſſit, ar. de teſtam. requiſiſti, in fin. no. Hoſtien. in c.fi. de pec. cle. Io. Andr. in d.c. præſenti, vbi latè per Domi. ſed d. diſtinctio non placet Panorm. in d. c. fin. de pec. cle. cum nullo iure probetur, latius per eum in repe. cap. cum eſſes, de teſtam. quod verius videtur de rigore iuris, beneficiati enim quicunque ſint, non faciunt fructus Eccleſiarum ſuos in morte quo ad tranſmiſſionem ad hæredes ad quos de iure non tranſmittuntur, ca. ad hæc, de teſtam. cum ſi, ſic intellige Bald. in l.ij. C. de epiſc. & cle. vbi dicit clericos quaſi tenere medium inter vſuarium & vſufructuarium, nam ſunt vſufructuarij in percipiẽdo, ſed in diſtribuendo & diſponendo rediguntur inſtar vſuarij. Attenta tamen generali conſuetudine quæ eſt in regno Franciæ, quòd fructus eccleſiaſtici acquiſiti tranſmittũtur ad hæredes, idem videtur ſicut in vſufructuario, no. Ioan. Fa. in d.§.is vero, vt ſi poſt collectionem fructuum decedat clericus, pertineant ad hæredes eius, ad hoc, l.j.C.de an.ciui.lib.xj. vbi gl. & Bart. Ioan. And. in dicto c.præſenti. Archidia. in c.ſtatutum, §.aſſeſſorem, de reſcrip. in vj. fa. quod leg. & no. in l.defuncta, ff. de vſufru. Non credit tamen Hoſtien. in d. c. fin. de pec. cle. quòd generalis conſuetudo excuſet à peccato clericos qui tempore mortis omnes prouentus quos habuerunt ab Eccleſia, dant vel relinquunt parentibus diuitibus, quod vult Hugo. vt no. Archidia. xij. quæſt. iij. in ſum.

Beneficioru fructus an tranſmittantur ad hæredes.

teneantur [a], & eius ſucceſſor in Eccleſia vel beneficio ad aliam medietatem taxæ prædictæ intra primum annum pacificæ ſuæ poſſeſſionis teneatur [b]. Si vero ante collectionem, perceptionem, vel acquiſitionem contigerit vacatio, ſucceſſor in dicto beneficio teneatur ad integram ſolu-

(*1) De qua diximus in tract. penſio. parte v. quæſt. v. Probus.

Attendant beneficiati Galliæ.

(*2) Verum iure communi, iure tamen ſpeciali, id eſt Gallorum in vita & morte vtuntur, & ſæpe abutuntur ſeculares clerici beneficiorum titularij, inſtar vſufructuarij, & ſic inoleuit conſuetudo, quæ viſa eſt & Eccleſiæ & pauperibus oneroſa, forte multas ad inferos conducens animas: ſic tales viuunt vt domini, & moriuntur vt ſerui, dico ſerui pœnæ, non carentes bonis, melius igitur credendum eſt opinioni Hoſtien. de qua hic in gloſ. in fine, quàm adhærere ipſi conſuetudini generali. Probus.

Onus ſentiens, ſentiat emolumentum.

a ¶ Teneantur) Hoc fundatur in conſuetudine præalle.

b ¶ Teneatur) Quia ad ipſum pertinent tales fructus, & naturale eſt vt qui ſentit emolumentum, ſentiat onus, (*) l. ſecundum naturam, ff. de regu. iur. ca. qui ſentit,

Digitized by Google

eod.tit.in vj.& fa.iſte tex.ad deciſionem,quæſt.mercu.Ioan. Andr.in regula non eſt mora. de re.iur.in vj. quæ eſt talis, impoſita fuit per Papam kalend. Iunij decima triennalis per prælatos & clericos Eccleſiarum de annuis prouentibus ipſarum ſoluenda menſe Martij ſingulis annis ſub certis pœnis,& datis collectoribus,vt eſt moris,dom.Ioan. qui tunc præerat Eccleſiæ Paduanæ, poſt illius anni prouentus perceptos tranſlatus fuit ad Eccleſiā Bononien. Kalend.Ianuarij,& dom.O.tunc fuit prælatus illius Eccleſiæ Paduanæ, & vterque ſtatim ſuam Eccleſiam poſſedit,ſed neuter ipſorum de menſe Martij ſequentis decimam ſoluit, quæritur quis ipſorum inciderit in pœnam, & quis ex illis ſoluere tenebatur? & videtur per hūc textum quòd vterque tenebatur pro medietate, vel ſaltem pro rata temporis debeat fieri diuiſio inter eos,arg.c.propter ſterilitatem,de loca.ff.ſolu.matri.l.de diuiſione, & l.diuortio.de ſep.ca.cum quis,§.ij.lib.vj.dicit tamen Ioan.Andr.quòd ipſi domi. O. tunc Epiſcopo Paduano incumbebat ſoluendæ decimæ onus, & ſic non ſoluendo incidit in cenſuras: quia debitum eſt reale, non perſonale, ideo beneficium ſequitur, & poſſeſſor tenetur, l. imperatores, ff. de pub.& vec.de mu.& ho.l.vlt.Oldra.conſil.169. in fin.C.ſi.cen. vel re. & quod ibi no.Bald.& doct. de collecta ſoluenda per poſſeſſorem:niſi fuerit impoſita per æs & libram,vt ibi no. Ang. Item dictum onus fuit impoſitum dignitati: non perſonæ,ideo dignitatem ſequitur,ar.c.quoniam abbas,de off.deleg.ad hoc de relig.do.conſtitutus,& ibi Hen.de ſo.cap. j.de immu.ec. c.aduerſus,cum ibi no. (*) *Debitum reale ſequitur beneficium.* *Dignitati onus impoſitū ipſam ſequitur.*

tionem dictæ quintæ † [a] partis.

In curia Romana ceſſent omnes exactiones ratione vacantiarum etiam ratione pallij ſacri,vel minutorum ſeruitiorum, & alia quæcunque, quouis cenſeantur nomine,excepto ſcriptorum ſalario. P.

Item quòd ex nunc & de cætero penitus ceſſent & ceſſabunt in Rom.curia omnes exactiones ratione vacantia-

(*) Et econtra,quia regula eſt,à quo remouetur officium oneris,remouetur officij præmium,l.neſennius,ff.de excu. tut.l.ſi quis, de lega.ij. Et à quo remouetur cura,etiam curæ remouetur præmium. Probus.

† a ¶ Quintæ partis) Lege concor.ſoluitur annata iuxta verum valorem, qui poteſt exprimi intra annum in prouiſionibus expeditis per obitum duntaxat, vt patet eod. titu.vbi in fine ponitur irritans decretum,poſteriores impetrationes ratione non expreſſionis veri valoris,intra dictum annum factas,nullius roboris vel momenti eſſe, & pro infectis haberi debere. Sed hæc lex per Gallicos recepta non fuit, ſed lex noſtra hucuſque obſeruata, tum quia erat burſalis dicunt ipſi Galici, & forte illa fuit cauſa potius finalis quam impulſiua, licet in dubio ſic non debeat præſumi: vt in ſimili diximus in tract.penſio.parte iij.q. vj. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Vacantiarum) Vulgare Gallicorum & ſi. ver. ſup. de col. §. item non ſolum.
b ¶ Cenſeantur) Supra eodem cap.j.
c ¶ Decreto) Supra eod.tit.in prin.ibi,ſolum ſcriptoribus,&c.
d ¶ Perdendi) Priuilegium enim meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, xj. q. iij. priuilegium, ca. tuarum, de priui. de præb. pro illorum, nec ei ſunt ſua iura ſeruanda, qui ius alienum infringere non metuit.lxxiiij.diſt.vbi.de priuil. dilecti. & fruſtra legis auxilium inuocat, &c.de vſuris,quia fruſtra.
e ¶ Ipſo facto) Etſi non eſt opus facto hominis,niſi in declaratione,de hæreticis, cum ſecundum,li.vj.ſimile,ff.de publi. & vec.l. commiſſa.ca.j.de reſc.in vj.cum ſimilibus, & meritò fuerunt hæc verba adiecta: quia huiuſmodi verba ſub pœna perdendi, & cæt. ſunt tantum comminatoria (*) ſicut hæc verba, ſub pœna anathematis vel excommunicationis, & ſimilia.ca.relatum,§.j.de iur. pa. ca.clericis, §.ij. ne cle.vel mo.no.in ca.ſicut,de ſimo. in c.j.de ſagitta.in c.j.de eo qui fur. or. re. in ca.præterea,de iur. pa. Guil.in clemen. j.de exceſ.præla.
(*) De quibus habes per nos in tract. penſio.parte iij.q.vj.verſi.ſecundum motiuum. Probus.
f ¶ Gratiam) Supra vocauit donum, §. item quod huiuſmodi.
g † ¶ Pœna) Quæ multis de cauſis hominibus ſuccedit, vt per Præpo.in cap.ij.vij. quæſt.j. Probus.
h ¶ Clauſulis) Quid ſit clauſula, & ex quibus conſtat, no. Ioan. Andr. in ca.certificari.de ſepul.& de clauſulis reſcriptorum, libellorum, ſententiarum, contractuum, iudiciorum,compromiſſorum & ſtatutorum,latè d. Bertha. in repert. in ver. clauſula. & ſequen.

rum [a] tam ratione palij ſacri, vel minutorum ſeruitiorum, & aliæ quæcumque exactiones, quouis nomine cenſeantur [b], excepto tamen moderato & competenti ſalario ſcriptorum curiæ Romanæ: prout in ipſo decreto [c] ſacri Baſilienſis concilij expreſſius cõtinetur: & hoc ſub pœna perdendi [d] ipſo facto [e] gratiam [f] de prouiſione antedicta, reſpectu curiæ: & ſub pœna [g] † perditionis beneficij, reſpectu prouiſi contrafacientis: & hoc per ſuum immediatum ſuperiorẽ, qui in talibus caſibus habeat poteſtatẽ. Item fuit viſum prædictæ congregationi, quòd in præmiſſis decretis, & ipſorum quolibet apponatur per ſacrum concilium, decretum irritans, & grauium pœnarũ adiectio,cum clauſulis [h] opportunis contra quoſcumque cuiuſcumque auctoritate fuerint,in contrarium atten-

Digitized by Google

a ¶ Facientes) Vt quos ad obſeruantiam iurium virtutum præmia non inducunt, pœnarum exaggeratio à temerariis auſibus refrenet. clementina, cupientes, de pœnitent.

b † ¶ Acceptat) Non ſic dicitur per aſſiſtentes in concilio, vel in vniuerſitate decreta vel ſtatuta faciente, quia vnus proponit decreta vel ſtatuta, & alij reſpondent, placet, approbando, not. Præpo. poſt. tex. in ca. Oſius, vj. q iiij. P.

tantes ſeu faciẽtes [a]. Itẽ acceptat [b] decretũ quod incipit. Quomodo diuinum officiũ ſit celebrandum.

¶ Quomodo diuinum officium ſit celebrandum. Iſtud decretum habes latius in Con. prouinciali Coloniæ in tit. de metropol. Eccle. c. v. Probus.

Sicut ſeculi principem rogaturus, ad multa attendere debet: à fortiori Deum in Eccleſia oraturus, maiora facere habet. P.

SI quis) Primò ponitur breue exordiũ. Secundò, docetur quomodo tractim reuerenter & honeſtè diuinum officium ſit in Eccleſiis celebrandum. Tertiò, tranſgreſſores punit. Quartò, ſpeciales Eccleſiarum conſuetudines & ſtatuta laudabilia approbat. ſecunda ibi, ſtatuit. tertia, ſuper his. quarta, ſalutis, hoc decre. alleg. Albe. de ferra. in tracta. de ho. cano. di. & cum aliis octo ſe. fuit factum ante diſſolutionẽ cõc. Baſilien. anno ſ. M. ccccxxxv. v. idus Iunij.

SI quis principem ſeculi rogaturus, habitu [c] ho-

c ¶ Habitu) Sæpe etenim maximè inter ignotos veſtis eſt cauſa honoris, iuxta illud, Hunc homines decorant quem veſtimenta decorant, (* 1) & vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus creditur à mille, quamuis idiota ſit ille, ſi careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè, nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne quod audit, & Iuuenalis, Rara in tenui facundia panno. nam talis prima facie præſumitur, qualem eum indicant veſtes eſſe, ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, de ſenten. excommu. c. contingit. j. cap. ſi iudex. eod. tit. in vj. Bartol. in l. ij. C. ſi ſeru. ex. ve. ad hoc cap. pen. xxiij. diſ. vbi habitus debet eſſe ornatus, xxj. quæſt. iiij. ſine ornatu. licet enim ex ornatu veſtis non ſit quis iuſtitiam habiturus, xxx. diſtin. ſi quis virorum, & veſtis humilis non reprobatur, diſſolutos tamen & fractos veſtibus non recipimus, (* 2) xlj. diſpenſa. per ſimoniam, vnde Hierony. nec affectatæ ſordes, (* 3) nec exquiſitæ delicitæ laudem pariunt, xlv. diſ. §. j. cap. ij. de cuſto. eucha. cum ibi not. & per decentiam habitus extrinſeci, morum intrinſeca honeſtas oſtenditur. Clemen. ij. de vi. & ho. cler. & vide Henri. in ca. j. de priuileg. Ioan. Andr. in regula ea quæ. de regul. iur. in vj. in no. *Habitus honeſtus laudatur.*

(* 1) Ideo dicit Lucas de penna in l. reddatur. de profeſ. & me. lib. x. C. quòd habitus eſt quoddam ſignum dignitatis & præcellentiæ, vt cingulum magiſtratuum, pileus, infula, & huiuſmodi, quo diſtinguuntur digni & probati ab indignis & non probatis, dixi in tractatu penſio. parte prima, quæſt. xvij. nu. 14. & ſequent. Probus. *Habitus diffinitur.*

Digitized by Google

(* 2) Ideo Apoſto. ad Titum. 2. præcipit vt anus ſint in habitu ſancto, quod fit, vt pudicæ credantur. ideo non in habitu meretricio, vt inuenta fuit Thamar. Gene. cap. 38. Probus.

(* 3) De candida veſte, & ſordido habitu, vide quæ citantur per diuum Iacob. Apoſt. 2. cap. Probus.

neſto [a], geſtu [b] decenti [c] †, prolatione non præcipiti [d], ſed diſtincta, attenta quoque mente, ſeipſum, ac ver-

a ¶ Honeſto) Honeſtas attenditur & in præceptis, (*) iiij. diſt. erit autem lex. ſuprà de col. §. j. in votis, de vo. magnæ, & in habitibus, infrà de ſpect. in Eccle. non ſa. ca. j. cum ibi no. Vnde licet clerici ſeculares non habeant à iure certum habitum, cum non ſit expreſſum in iure de colore vel forma, per quem vel eorum alterum habitum oportet diſcerni: vt no. in cle. j. de electio. tamen propter honeſtatem certæ formæ & colores ſunt eis prohibiti. de vi. & ho. cleri. cle. quoniam, eod. tit. & mulieres habitu viri non debent vti, nec econtra. xxx. diſtin. ſi qua mulier.

(*) Hinc Eccleſiaſtici cap. 11. Honeſtas & paupertas à Deo ſunt, ideo ſapiens ait Eccleſiaſtici. 24. ca. Flores mei, fructus honoris & honeſtatis. Item primæ Cor. ca. 14. Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant. & primæ ad Theſ. c. 4. Rogamus vos fratres vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt. Pro his iuuat verbum iuriſconſ. in l. ex damni infecti. ff. de damno infecto, dicentis, honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſcumque luxuria ſubſequenda. P.

Aduocatorũ instructio. b ¶ Geſtu) Siue in vultu, vt illum affabilem, iucundum & benignum principi oſtendat, & ſine riſu niſi ex cauſa, nam vt ait Salo. Prouer. 10. Riſus, in ore ſtultorum, ſiue in motu corporis, vt caput vel pedes non ducat indebitè, ſed cuncta membra debita maturitate regat: iuxta illud, Officium teneant lingua pedéſque manus, & oculos, xxxiij. quæſt. v. nec ſolo. vj. quæſt. j. ex merito. & grauitatem quo ad omnia & mentis maturitatem oſtendat, ff. de off. præto. l. obſeruandum, in fi. xlj. diſtinct. Epiſcopus, & §. fin. Incompoſitio enim corporis inæqualitatem indicat mentis, vt ibidem, nec ſit vagus oculis, non effrenis lingua aut petulantia, fluidóque geſtu nõ incedat: ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendat. obſcœnitatem membrorum & verborum, ſicut & operum penitus execretur: vt habetur, xxiij. diſtinct. ca. his igitur. (*)

(*) Prædictis adde quæ dicuntur de aduocatis in ſtylo Parla. in princ. vbi multo longiora deſcribuntur. Probus.

† c ¶ Decenti) Inquit enim Præpo. poſt tex. in cap. his ergo. col. j. diſtin. xxiij. quòd clerici debent incedere graui & modeſto gradu, & non furibundo, vt ex his appareat mentis compoſitio, quia per ſigna extrinſeca præſumimus de intrinſecis, ca. decet. de immunita. Eccle.

d ¶ Præcipiti) Qui enim inconſideratè loquitur, ſentiat mala.

(*) Prouerbio. 3. v. quæſt. v. §. fina. & momentaneus neſcit humilitatem ſeruare, modos perſonarum, vel ſe contemnere, xlviij. diſtin. §. j. & cum ſe ad loquendum præparat & ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat: ne ſi inordinate aliquando rapitur ad loquendum, errorum vulnere audientium corda feriantur. *Loquela debet eſſe cõſiderata.*

Digitized by Google

xliij. diſtinctio. ſit rector. §. ſed cum, nec præcipitet conſilia & opera, neque ordinem corrumpat. l. diſtinctio. ponderet. mature & diſcrete pronunciet, vt ſic veterem & bene fundatam videatur habere peritiam, ff. de iu. patro. l. diui fratres, nec vocem plus debito deprimat vel exaltet: ſed pro cauſæ veritate oratio & vox diſpenſentur: vt docent Tullius & alij oratores. Eloquentiæ enim ornamenta in pronunciatione apta, & conueniente motu corporis conſiſtunt, quibus cum ſe inſtruxit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa inuadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendos tradendo, ait Valer. lib. viij. capitul. x. & notat hic tria quæ debet habere bonus orator, ſiue aduocatus. Primo habitum honeſtum. Secundo, geſtum decentem. Tertio, pronunciationem diſtinctam, quæ proſequitur Specul. titul. de aduocatis. §. ſequitur videre. & §. hic dicendum eſt.

Eloquentiæ ornamenta in quibus conſiſtunt.

ba ² ſtudeat compo-

(*) Eſt enim vulgatum, virtus lenta, omnium eſt percunctatrix, iniquitas autem omnia præcipitat, cap. inter hæc, de pœni. di. iij. dixi latè in tracta. penſio. præludio vij. in eo paſſu quo de breuibus verbum facimus. Quibus adde quæ tradit Prę-po. in c. de Syracuſanæ col. j. diſtinct. xxviij. P.

a ¶ Verba) Vt illa bene ordinet. verba enim male ordinata interdum vitiant. vt no. in l. per ſeruum, ff. de vſu & habi. præſertim in materia in qua oportet verba ponderare, vt eſt materia ſubſtitutionum quæ vadit ad apices ſignificationum verborum: quia in verbis conſiſtit effectus ſubſtitutionis, vt patet ex not. per Bartolum in l. j. ff. de vul. & pup. ſub. in l. cum proponas, C. de hære. inſtit. tamen vt valeat diſpoſitio, quod omiſit linguas animus (ſi de eo conſtare poſſit) ſuppleat. ff. de acqui. poſſeſ. l. iij. §. Neratius, ca. præterea. cap. intelligentia. de verb. ſignifi. no. docto. in cap. ad audientiam, de deci. in cap. ſecundo requiris, de appel. nam & ſi verba reuerſo modo proferantur inter contrahentes, non nocet eis illa ſimplicitas, ff. de præſcript. ver. l. inſulam, Cy. & Baldus in l. ſi cum ante, C. de dona. ante nupt. cap. cum dilecti. de dona. ca. cauſam, de reſcript. cum ibi no. & etiam in materia reſtringibili verba ſunt impropriãda, vt valeat diſpoſitio. vt not. in l. puto. ff. fami. herc. & vide Baldum in l. fin. C. de hære. inſti. vbi tractat an & quando poſſumus vti locutionibus impropriis, & verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, ff. de in diem addi. l. imperator, ca. præterea. ij. de ſpo. vbi Card. Flo. ad hoc. ca. ex literis, de conſtitu. cap. ex ore. de priuil. cap. ſi Papa. de reſcrip. in vj. cum ibi no. vbi verbum vniuerſale diuerſificatur ſecundum ſubiectam materiam. (*) caueat etiam orator à ſuperfluis, nam melius eſt pauca idoneè effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. l. tanta. §. contrarium, C. de ve. iur. enu. not. in cap. cum ſit ars, de æta. & quali. & ex effuſione ſermonis facile incideret in periculum, l. fin. C. de donatio. vide Specu. tit. de aduo. §. iam nunc videndum, & §. ſeq. & de diſpu. & alleg. aduo. §. ſatis clare. vbi inſtruit aduocatos.

Verba cõmendãtur.

Verba quãdo impropriãtur.

(*) Quod latè firmo in tractatu penſio. parte prima. quæſtione xvij. nume. 30. & ſequen. Etiam ſecundum naturam contractus, vt etiam ibi probo. quæſtio. x. nume. 6. Probus.

Digitized by Google

Mores boni commendantur. a ¶ Componere) Plus tamen circa bonos mores inſtandum eſt, nam vitia morum magis ſunt fugienda, quàm verborum, xxxviij.diſ.quamuis, c.ſedulo, & dicit Greg. Verbis non quæro proſperari: ſed moribus, xcix.diſt.eccle.

b ¶ Diligentius) Arg.à minori ad maius quod eſt inualidum, (*) c.cum in cunctis .cum ibi no.de elect.in cle.ſi dominum, in princ.de reli.& ve.ſan.

(*) Quod per multa firmo in ij.prælu-dio tractatus penſionum. P.

Indumenta ſacerdotum ſint müda. c † ¶ Diligentius) Hic ſumitur argumentum, quod veſtimenta quibus in cultu diuino ſacerdotes induuntur, debent eſſe munda & honeſta, longéque precioſiora quàm ea quibus ſeculares etiam & Eccleſiarum prælati in curiis principum, & ſuis palatiis, vel alibi foris Eccleſiam exiſtentibus veſtiuntur: contra quod multi faciũt, quia comparant ſibi tunicas pro decem marcis, & ornamenta pro miſſa, pro media marca. P.

Oratio vbi debet fieri. d ¶ Sacro) Argu. quòd in ſacro loco ſiue in Eccleſia eſt principaliter (*) orandum de immu.eccle. c.decet.in vj.de pur. poſt. par.c.j.cle.de celeb.miſſa. ſed vt dicit beatus Bernard.l. meditationum, vbicunque fueris, intra temetipſum ora: ſi longe fueris ab oratorio, non quæras locum: quoniam ipſe locus es, no. Io.And.in cle. j. de rel.& ve.ſanct.ad hoc no.in c.parſimoniam, xlj.diſt.

nere[a]: quanto diligentius[b] †[c] in hoc ſacro [d] loco omnipotentem oraturus Deum[e], hęc omnia facere curabit.

Diuinæ laudes, modo hic deſcripto, ac cum veſtimentis, & in Eccleſiis cathedralibus & collegiatis, præmiſſa pulſatione recitentur. P.

Statuit igitur hæc ſancta ſynodus, vt in cunctis cathedralibus ac collegiatis ec-

(*) Quod clarè oſtenditur per verbum domini Matth.21.cap. dicentis, Domus mea, domus orationis vocabitur, videlicet principaliter, quod attenditur vt deduximus in tract.penſio. parte prima, quæſt, x. num.50. ſic non excludit quòd alibi non poſſit adorari, & orari, vt ſubdit gloſ.hic. P.

e ¶ Deum) Quem grauius eſt offendere, quàm principem ſecularem, (*) xvij. qu. quarta, ſicut qui, C.de hære.l.Manichæos, c.vergentis, eod.tit.

Attendãt hic iudices. (*) Sic iniuria Deo facta, eſt potius punienda, quam principi aut alteri mundano ſuperiori illata. Contrarium tamen faciunt iudices huius tempeſtatis: quia longè promptius iniuriam principi aut alteri ſuperiori illatam vindicant, iniuriantéſque puniunt, quàm in Deum & eius ſanctos blaſphemantes: vtpote hæreticos, qui plus fauentur ab his, queréláque illorum (quæ diaboli eſt) vrgentius defenditur quam fides catholica, quæ eſt Dei cauſa. Iſtud videmus facti experientia, quæ eſt probatio ocularia, & omnium probationum perfectiſſima: in quo non attendunt ad ſancta ſcripturarum dictamina, ſanctorúmque patrum ſententias, quas quaſi pro abiectis habent & ludibrio: earum tamen aliquando vires ſentient, & ſaporem guſtabunt amarum. Probus.

a ¶ Horis)

Digitized by Google

a ¶ Horis) Quæ ſunt ſeptem. capitul. j. de celeb. miſſarum.

b ¶ Debitis) & competentibus: vt horæ officij reſpondeant horis diei, non reciprocè, ſed graduatim ſecundum Hoſt. in cap. j. de cel. miſ. & hoc præſertim ſeruari debet cum publicè dicuntur horæ in eccleſia: idem ſi clericus dicat in priuato, per. d. c. j. dum dicit ita vt horis competentibus. ſed gloſ. j. ibi conſuluit clericis pauperibus qui habent laborare pro victu, quòd ſimul dicant omnes horas, ne superuenientibus occupationibus aliquam horam dimittant. quod obſeruant papa cardinales, & alij pontifices pro parte maiori dicendo de mane officium vſque ad ſextam & nonam incluſiuè: quia his expletis habent multa expedire ratione officij. & iſtud conſilium poteſt ſeruari cum clericus ex cauſa legitima ſeu neceſſaria timet occupationem: quo caſu poſſet etiam dicere veſperas de mane per illum text. in princ. vbi doc. & per moder. in cle. j. de celeb. miſ. Henr. in cap. pernicioſus. de cele. miſſ. vbi dicit, quod ex tali cauſa poſſet dicere de ſero matutinas ſequentis diei, vel in alijs horis dicendis licitè præuenire tempus: quia regulariter in omni lege vel ſtatuto, cauſa legitima eſt excepta, de reſcript. ſiquando. de offi. dele. ex parte j. aliàs ceſſante cauſa non eſſet licitum præuenire tempus: vt not. doc. vbi ſuprà. ſicut obligatus ſoluere certo tempore ſtatuto in fauorem creditoris, puta Dei in caſu noſtro, non poteſt ſoluere ante (* 1) tempus ff. de le. j. l. ſi ita relictum. §. pegaſus. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta habere. §. inter incertam. ad hoc vide miraculum quod refert Ioan. Andr. in d. cap. j de celeb. miſ. Alber. de Fer. in tract. hor. quæſt. xiiij. & xv. vbi dicit quod ſcholaris occupatus circa ſtudium literarum poteſt de mane ſimul omnes horas perſoluere, vt vtrumque poſſit Deo reddere, & debitas laudes, & honeſta opera ſtudij, nec vnum per aliud impediatur, quod intellige vt ſup. cum ſcilicet valde eſſet occupatus circa ſtudium, vt quia haberet legere, vel alios docere: tunc enim tale ſtudium excuſaret, & eſſet iuſta cauſa præueniendi tempus. ad hoc capit. ſuper ſpecula. de magiſt. capitul. cum ex eo. de elec. in vj.

Horæ omnes quandoque ſimul dici poſſunt.

Horæ omnes poſſunt ſimul perſolui de mane, ratione ſtudij.

clesijs, horis [a] debitis [b], ſignis [c] congrua pulſatione præmiſſis laudes [d] diuinæ per ſingulas † [e] horas [f], non

(* 1) Quod expedio in trac. penſio. part. v. quæſtio. iij. Probus.

(* 2) Vel aliquod opus compilare, quod in decus & honorem Dei, ſanctæque matris eccleſiæ redundat: prout & reipublicæ commodum.

c ¶ Signis) Id eſt campanis, (*) quæ ſunt ſigna horarum, & per earum ſonitum vocatur populus ad diuina. de conſe. diſt. j. ſolent. c. j. & ij. de of. cuſt. ca. Ioan. de homic.

(*) De quibus vide per de Selua in tract. beneficiali. parte j. quæſt. v. verb. quartum requiſitum. P.

d ¶ Laudes) Pſal. 49. Immola Deo ſacrificium laudis. cle. j. de celeb. miſ. in princi.

† e ¶ Singulas) In principio quarum & cuiuſlibet earum fiat ſignum crucis ad fugandum diabolum. glo. in c. poſtea. de conſecra. di. 4. Et dic quod huiuſmodi horæ inuentæ ſunt de iure poſitiuo, illarum tamen decantatio inuenta eſt ad laudem Dei, & de iure diuino, dicit Præpo. in ſumma j. q. j. col. 3. P.

f ¶ Horas) cum aſpiratione: quia pro tempore ponitur. pro regione aut extremitate ſine h. ſcribitur. not. in clement. ij. de vi. & hone. cleri.

PPpp

Digitized by Google

a ¶ Feſtinanter) Nimia feſtinatio reprobatur. (*) l. j. C. de ſec. nup. capitul. fi. de elect. in vj. & ibi multæ conc.

(*) Niſi in bonis operibus, quia legitur Exod. c. 12. Sic comedetis agnum, renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter. j. actus bonos quos agere decreueritis, de die in diem non protrahetis. Et pro dicta gl. habes illud Eccl. 20. ca. ibi, Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter venient. P.

curſim ac feſtinanter, [a] ſed tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi Pſalmorum, debitam faciendo inter ſolenne [b] & feriale officium differentiam, reuerenter [c] ab omnibus [d] perſoluantur, [e] horas [f] canoni-

b ¶ Solenne) Duplum vel ſemiduplum.

c ¶ Reuerenter) Cum puritate cōſcientię, animi deuotione, habituum, geſtuum, & cantuum debita cōpoſitione. c. dolentes, de cele. miſ. clem. j. co. ti. cle. j. de re. & ve. ſan. §. nos itaque. nec huiuſmodi reuerentia omittenda eſt. nam quod pro reuerentia alicuius debetur, remitti non poteſt. (*) l. alia. §. eleganter. ff. ſo. ma. l. fi. §. paterna reuerentia. C. de bo. quæ li.

(*) Vide not. in cap. paſtoralis. de dona. & Roma. ſing. 482. epiſcopus exiuit. dixi in tract. deuo. parte iij. quæſtio. ij. P.

d ¶ Omnibus) In illa eccleſia beneficiaris, & in communi. de ce. miſ. cum tenea. nisi aliqui eorum abſint ex cauſa probabili, aut cauſa ſtudij, vel pro facto eccleſiæ. de cle. non reſi. ex parte. & c. ad audientiam. tunc in domibus eorum vel alibi poſſent horas canonicas dicere. (*) xcij. di. c. fi. Arch. de con. diſ. j. miſſarum. ſed non poſſet quilibet beneficiatus in camera ſua eas dicere, aut alibi extra eccleſiam. nam tempore *Horæ tempore interdicti vbi ſunt dicendæ.* interdicti debent eas dicere in communi, iuxta ea quæ le. & no. in cap. quod in te. de pœ. & re. de ſent. excom. alma. li. vj. Alber. vbi ſuprà. q. xxxj. & xxxvj. doc. in c. j. de cele. miſ. nec valeret conſuetudo in contrarium, vt ibi dicit Henr. quia cederet in diminutionem cultus diuini, & ſic eſſet eccleſię oneroſa. de conſue. c. j. nec debent in eccleſijs cathedralibus & collegiatis tempus horarum præuenire. per. d. capitul. j. & hunc text. dum dicit horis debitis: niſi vbi commune periculum immineret, puta timor hoſtium. per ea quæ le. & not. in cap. bonæ. de elec. vel alia iuſta cauſa interueniret: vt celebratio ordinum, ſynodi, aut proceſſionum, propter quas oporteret horarum tempora anticipare, vt ſuprà dictum eſt.

(*) Quas ſi non dixerint, vt ingrati Deo & hominibus, non ſunt digni beneficijs, & ad fructuum reſtitutionem tenentur, cum ſciant ſe eſſe malæ fidei poſſeſſores. Ita tenet Domi. in §. j. xlij. di. per text. in cap. canonici. §: ſcituri. de offi. ordi. in vj. refert & ſequitur Do. meus de Ripa in repe. l. fi. nume. 222. C. de reuoc. dona. ſubdens ita fuiſſe ſtatutum in concilio Lateranenſi nouiſſimo. P.

e ¶ Perſoluantur) id eſt integrè & perfectè dicantur. per enim auget. l. vrba na. §. pernoctare. ff. de verb. ſig. not. in cap. ſi conſtiterit. de accu.

Horæ vnde dicuntur. f ¶ Horas) Quæ ab oro dicuntur, quia orando & plangendo debent dici. cap. vbi

Digitized by Google

periculum. §. vl. de elec. in vj. vel ab hora: quia certis horis diei debent dici. c. j. ca. dolentes. de ce. miſ. & hic.

a ¶ Canonicas) Sic dictæ ſunt, quia à canone ſunt inuentæ, vel quia regulariter à canone, quod eſt regula, habent dici. xcj. diſ. cap. ij. xij. di. ca. fi. & hic cum ſi. (*) & dicuntur diuinæ, quia Deo offeruntur. cap. j. de reli. & ve. ſanc. in vj. & vigiliæ: quia cum animi vigilantia dici debent. c. j. xcj. diſt.

cas[a] dicturi, [b] cum tunica talari [c] ac ſuppelli-

(*) Vel (vt aliquibus placet) à canonicis præbendatis, quod facto ipſi negant, quia illis (ſaltem pauci) intereſſe recuſant, cum diſtributiones intereſſentibus dari ordinatas, ſolo ingreſſu lucrari dicant: quòd ſi non lucrentur, eas tamen in ſuæ ſalutis detrimentum recipiunt, ſanguinémque mortuum pauperibus deſtinatum pleno hauſtu bibunt, ac iudicium ſibi manducant: hi enim ſibi faciunt conſcientias, non tamen ſacris dictaminibus, & patrum ſententijs firmatas, ideo dicuntur illæ ſteriles & vanæ. Si enim eorum viticolæ in vineis ſuis ſic facerent, diurnum denarium ſoluere denegarent. Sic poterit facere Chriſtus, vineæ id eſt militantis eccleſiæ Dominus, & ſponſus, cum ſero factum fuerit. Matth. 20. c. P.

b ¶ Dicturi) Videtur per hunc text. quod obligatus (*1) ad horas canonicas, non tenetur etiam horas B. Mariæ, & vigilias mortuorum dicere: quia hic fit mentio duntaxat de horis canonicis. & infra. qua. ho. c. ſint dic. c. j. & nulla fit mentio de officio beatæ virginis, & vigilijs mortuorum. ergo ad eas non tenetur: quia caſus omiſſus pro omiſſo habendus eſt. l. commodiſſimè. ff. de li. & poſt. c. ſuſceptum. de reſ. in vj. & ſi aliqui ex deuotione illas dicunt, bene faciunt, ſed deuotio eorum non debet alios ligare. quod volunt doc. in cle. j. de ce. miſ. vbi dicunt huiuſmodi horas & vigilias non eſſe de præcepto eccleſiæ vniuerſalis: clericus tamen debet in eis dicendis ſequi conſuetudinem ſuæ eccleſiæ cathedralis. not. Alb. vbi ſuprà. q. xxix. & xxx. Sed profecto horæ B. Mariæ ſunt de præcepto eccleſiæ. nam papa Vrba. tranſiens in Galliam tempore Philippi regis Francorum, celebrauit concilium in Claromonte: & ibi ſtatuit quòd horæ beatæ Mariæ virginis quotidie dicerentur, & officium eius diebus ſabbatinis ſolenniter fieret, & ibidem excommunicauit dictum regem, (*2) quia dimiſſa vxore propria, aliam ſibi adiunxerat. (*3) no. Pe. Iaco. in arbore de ſucce. regni Franciæ.

Horæ virginis, & vigiliæ, an ſint de neceſſitate.

Rex Philippus per papam fuit excommunicatus.

(*1) Quis ſit ille, dixi in tract. penſio. parte vj. quæſt. ij. P.

(*2) Iſtud facit contra eos qui dicunt regem Franciæ per quempiam, etiam papam, excommunicari non poſſe: quia eſto quòd priuilegium hoc habeat, tamen ad libitum, aut ex cauſa illud papa ſua poteſtate etiam ordinaria reuocat, prout & quæcunque alia, quia legem ſibi facere non poteſt à qua non poſſit recedere, vt probo contra Ioan. Mo. in cap. j. nume. 11. de conſti. in vj. P.

(*3) Sic aliquando fecit Henricus rex Angliæ, vt luculenter conſtat per Mar. Mant. con. 121. quod exorditur, Nolebam profecto. & Pet. Par. com. 68. vo. 4. Probus.

c ¶ Talari) Id eſt longa vſque ad talos. c. pe. xxiij. di. ſic intelligitur. c. clerici. de vi. & ho. cle. vbi dicit quòd clauſa debent eſſe deſuper veſtimenta, nimia longitudine vel breuitate non notanda. cle. ne in agro. §. ij. de ſta. mo.

Digitized by Google

a ¶ Suppellicijs) A ſupellectili, quæ eſt omne inſtrumentum domus, præter aurum & argentum. ff. de ſup. le. l. j. not. in l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. Archid. xlj. di. epiſcopus vilem.

b ¶ Mundis) Ad hoc. capitul. ij. in fi. de cuſto. eucha. capit. parſimoniam. & §. j. xlj. diſtin. & hoc deſignat (*) quòd clerici habeant munditiam mentis. j. quæſtio. j. neceſſe.

cijs [a] mundis [b] vltra medias tibias longis, vel cappis [c], iuxta temporum [d] & regionum [e] diuerſitatem, eccleſias ingrediantur [f], non capu-

(*) Facit gloſ. in verbo habitu, in fi. ſuprà in princ. huius ti. P.

Canonici eccleſiæ Pariſienſis quando vtuntur cappis.

c. ¶ Cappis) Vnde dicantur, not. in cle. ne in agro. de ſta. mona.

d ¶ Temporum) Vt in eccleſia Pariſienſi vtuntur cappis in hyeme à feſto beati Cerbonij, quod eſt in Octobri, vſque ad paſcha, & ab hinc ſuppellicijs & almucijs in æſtate. (*)

Gloſſatoris ortus & ſepulchrum

(*) Quòd gloſſator potuit fideliter teſtari: quia Pariſienſis & filius cuiuſdam bibliopolæ, cuius ſepulchrum habes in cœmiterio ſanctorum Innocentium prope paruum ſacellum, verſus occidentem ſitum: quod ſepulchrum deſignatur cruce erecta, in cuius circunferentià dies mortis illius eſt deſcripta. P.

e ¶ Regionum) Quarum conſuetudinibus clerici debent ſe conformare in veſtibus. xli. diſtinct. quiſquis. xxx. diſt. ſi quis virorum. dummodo non deuient ab honeſtate. xxj. quæſt. iiij. cap. ij. nec vtantur veſtibus aut caligis rubeis & viridibus, aut alijs veſtibus à iure prohibitis capit. clerici de vi. & ho. cleri. cle. ij. in fi. eod. ti. cle. ne in agro. de ſtatu mo. quæ loquitur in monachis. ſed an clerici poſſint vti ſericis, aut alijs veſtibus fulgidis, diſputat (*) gloſ. xxj. quæſtio. iiij. in ſum. gloſ. & doc. in d. capitul. clerici.

(*) Quam diſputationem maximè prælati huius tempeſtatis reliquerunt (vt dicunt) pertinacibus, exiſtimantes vere non fore prælatos, niſi ſint ipſis veſtibus ſericeis induti, ne videantur more Phariſæorum ad nos venire in veſtimentis ouium: propter hoc tamen (inſtar eorum) non minus dicuntur lupi rapaces multi. Adhuc ſuperſunt duo vt dicere poſſint ſe veros eſſe prælatos, primum delatio oblongæ barbæ, hircorum aut caprarum more: ſecundum venter impinguatus, incraſſatus, & dilatatus, quem diuerſorum cocorum cautela non poteſt ſatiare, inquit gloſ. in capit. cum apoſtolus. in verbo ſumptuoſas, de cenſib. & his omnibus ſuſceptis, apud ſeipſos dicuntur verè prælati, abbates, vel epiſcopi. De protonotarijs autem (quos portatiles vocant prælatos) magna non eſt mentio fiendà: quia ſunt ſolum in herbis, qui obſtante ſacri concilij generalis Tridentini dictamine de proximo publicando, ad maturitatem non poterunt peruenire, nam iam eſt peritos de ſomno ſurgere, & ſuper gregem Domini vigilare: hæreſeſque vndique ſparſas multiſque in locis radicatas euellere, & ſacra dictamina plantare, & plantata rigare, & rigata creſcere permittere. P.

Vere prælati nunc ſunt dicti.

Chorum qui poſſint intrare.

a ¶ Ingrediantur) Fa. iſte textus, quòd ſoli habituati in eccleſia debent intrare chorum, & officium diuinum facere. & hoc habent multæ eccleſiæ cathedrales & collegiatæ per ſpeciale ſtatutum vel conſuetudinem, vt extraneos clericos ad cantan-

Digitized by Google

dum & officiandum cum alijs non admittant: niſi in eadem eccleſia ſint beneficiati, aut officia habeant, ſeu beneficiatorum aut officialium illius eccleſiæ familiares exiſtant. tamen de iure omnibus clericis etiam ſimpliciter tonſuratis licitum eſt ingredi chorum, & cum alijs officiare. ar. capitul. pſalmiſta. xxiij. diſtinct. ar. à ſpeciali in capitul. j. de vita & honeſtate clericorum. laicis non. vt ibidem le. & not.

tia [a], ſed almucias [b] vel birreta [c] tenentes in capite. qui cùm in choro fuerint, grauitatem ſeruent, quam & locus & officium exigunt: non inſimul, aut cum alijs [d] confabulantes [e], ſeu colloquentes, aut literas ſeu ſcripturas alias legentes. Et cum pſallendi [f] gratia ibidem [g]

Hoſtien. in capit. j. de cele. miſ. vbi dicit quòd in omnibus eccleſijs cathedralibus regni Franciȩ nullus admittitur ad cantandum in choro ſolenniter cum alijs, niſi ſit clericus eiuſdem chori. Alber. vbi ſuprà. quæſtio. x. & xj.

a ¶ Caputia) Sic dictá, quia caput tegunt & ſunt coopertoria capitis de panno, quibus vtuntur communiter clerici: cum illis præſertim ſacerdotibus & alijs dignitatibus vel beneficium curatum habentibus, & religioſis ſit prohibitum portare publicè pileum in capite, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo iure vnius anni à perceptione fructuum beneficiorum. clemen. ij. §. dignitatem. de vita & honeſtate clericorum. & monachi nigri habent duo caputia. vnum connexum habitui, aliud ſeparatum ab habitu. quod debet eſſe ſciſſum ſuper humeros: ſed eo vti non poſſunt ſine licentia abbatis, almucijs autem bene poſſunt vti: cum eas habeant à iure. clem. ne in agro. §. ij. de ſtatu monachorum. *Curati pileum portare non debent.*

b ¶ Almucias) Tegumenta ſunt capitis ex pellibus griſeis, vel vermis minuti.

c ¶ Birreta) Quæ aliàs dicuntur birri. in cap. ſi quis virorum. xxx. diſ. vel. ibi capiuntur pro quodam genere veſtis.

d ¶ Alijs) Extraneis, qui non ſunt de habitu eccleſiæ.

e ¶ Confabulantes) Concord. infrà qua. ho. can. ſint di. ex. ch. capitul. j. de cel. miſ. dolentes. præſertim vana, prophana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia. clem. j. de ce. miſ. c. decet. de immu. eccle. Et de huiuſmodi confabulationibus ratio reddenda eſt in die iudicij. xxv. diſ. in §. alias in ſi.

f ¶ Pſallendi) Alta voce. (*)

(*) Hæc oratio laudatur pluſquam ea quæ ſit voce ſubmiſſa, tum quia illa ſit per ſacerdotes in perſona eccleſiæ & populi, vt populo innoteſcat quòd pro eo orant: tum quia vox facit ad excitandam interiorem deuotionem. nam verbis & ſignis interius incitamus noſmetipſos ad ſanctum deſiderium augendum. tum ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, iuxta illud pſal. xv. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Alia vide poſt Præpo. in capitul. ſancta. xcij. di. & extrauagan. Ioannis xxij. in titul. de vita & ho. cler. Probus. *Oratio quæ alta voce fit, commẽdatur.*

g ¶ Ibidem) In eccleſia.

Digitized by Google

conueniant [a], muta [b] aut clauſa [c] labia tenere non debent, ſed omnes præſertim [d] qui maiori [e] funguntur honore [f], in pſalmis, hymnis [g], & canticis [h] Deo ala-

a ¶ Conueniant) Id eſt congregentur. j. quæſtio. vij. conuenientibus. xv. quæſt. iiij. capit. j.

Mutus ordinari non poteſt.

b ¶ Muta) Arg. quòd mutus non (*) debet ordinari & promoueri: quia propter officium dantur ordo & promotio. capitul. j. de conſue. in vj. ſed mutus officiare non poteſt. not. Ioan. Andr. & moder. in capitul. cum apud. de ſponſa. per capit. j. lv. diſtinctio. quod generaliter prohibet corpore vitiatos ordinari. & cap. pœnitentes. ead. diſtinctio. quod prohibet paſſos aliqua membrorum damna. ſa. ca. fi. de cleri. ægro. vbi ei qui poſt promotionem obmutuit, datur coadiutor. ergo prius mutus promoueri non debuiſſet: & mutus prohibetur iudicare. ff. de iudic. l. cum prætor. & poſtulare. ff. de poſtu. l. j. §. propter caſum. iij. quæſtio. vij. §. tria. & alia facere in quibus opus eſt voce vel ſermone. ff. de verb. oblig. l. j. & ibi Bartolus, Baldus in l. penul. C. qui te. ſa. poſ. latè. doct. in d. capitul. cum apud. ſed vbi non eſt opus voce vel ſermone, mutus interuenire poteſt. ideo poteſt hæres inſtitui, & adire. ff. de acquir. hære. l. pater. §. mutus. & l. mutum. & procuratores conſtituere. ff. de procura. l. mutus. & conſtitui ad adminiſtrandum: quia in adminiſtrando non requiruntur verba. not. Florentin. in d. capitul. cum apud. & matrimonium contrahere, vt ibidem, per nutum & ſigna conſenſum exprimentia. Qualiter autem notarius ſcribet ſigna, conſenſum vel diſſenſum indicantia muti, not. Bartolus in d. l. mutum. Petr. de Ancha. in d. capit. cum apud Freder. conſi. 144.

Mutus facit actus in quibus verba non requiruntur.

(*) Iſtud per plura firmo in ſcala beneficiali, parte prima ar. qui exorditur, mutus. Probus.

Horæ ſunt verbaliter dicendæ.

c ¶ Clauſa) No. non ſufficere clerico horas ſine verbali expreſſione dicere. ſa. Pſal. 141. Voce mea ad dominum clamaui cap. non mediocriter. de conſecr. diſtin. v. vbi tam voce quàm corde laudandus eſt Deus. cle. j. de cele. miſ. ibi, fructum labiorum, vbi patet quod debet eſſe vocalis expreſſio: & tribus de cauſis: vt not. Ioan. Andr. in clemen. j. de re. & ve. ſan. vbi tractat materiam orationis. Oratio enim, præſertim quæ fit in eccleſia, debet eſſe vocalis & ſonora & publica, vt ſit populo nota. ideo text. not. dicit in cap. j. de celebra. miſ. à ſcholaribus publicè compleantur. & ad hoc Pſalm. 15. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. infrà qua. ho. capitul. ſint di. ex. cho. capitul. j. ibi, verbíſque diſtinctis. Alber. vbi ſuprà quæſtio. xxxv.

d ¶ Præſertim) Id eſt maximè.

e ¶ Maiori) Si. infrà de his qui tem. di. of. va. capitul. j.

f ¶ Honore) Vt enim honore cæteros antecellunt, ſic ſanctitate præcellere debent. j. quæſt. j. viliſſimus ſuprà de col. capit. j. §. j. verb. volens.

g ¶ Hymnis) Qui ſunt cantica laudis. de conſecra. diſtinctio. j. de hymnis. & c. ſe. clemen. ſi dominum. §. nos itaque. de reli. & ve. ſanc.

h ¶ Canticis) Ad Ephe. 5. xxiij. diſt. his ergo.

Digitized by Google

a ¶ Alacriter) Sic in clemen. j. §. nos itaque. de re. & ve. ſanc. ſa. inſti. in fi. pro. quia hilarem ſeruitorem diligit Deus. argu. xv. quæſtio. j. non eſt. xxiij. quæſtio. j. §. ex his. (*) *Seruiendum eſt hilariter.*

(*) Et de eo ſeruitio debet intelligi, quòd propter magnitudinem ſeruitij inducitur perpetuitas beneficij. l. Aquilius. & l. ſi pater. ff. de dona. not. Bald. in titu. qui feud. dare poſ. col. fi. P.

criter[a] modulentur[b].

b ¶ Modulentur) Id eſt cantent. magis tamen corde quàm ore. xcij. diſtin. capit. j. & ij. xxiij. diſtinct. Pſalm. 38. di. ſedulo. Ait enim Hierony. non verbis tantum, ſed corde orandus eſt. quapropter melior eſt ſeptem Pſalmorum cantatio cum cordis puritate & ſpirituali hilaritate, quàm pſalterij modulatio cum anxietate cordis. cap. non mediocriter. de conſecra. diſtin. v. & non ſacrificiorum multitudinem, ſed offerentium merita cauſaſque Deus diiudicat. xxiiij. quæſtio. j. odi. vbi gloſ. colligit ar. contra ſcholares qui vadunt ad eccleſias vt videant dominas. Non enim prodeſt eis auditio diuinorum, ſed potius nocet. & Archidi. ibidem dicit quod eſt contra canonicos qui vadunt ad eccleſias vt habeant diſtributiones, aliàs non ituri. (*) viij. quæſtio. j. ſunt in eccleſia. de quibus anſimoniam committant, not. in capit. j. de cler. non reſid. in vj. & contra indeuote cantantes querulando ait Dominus Matth. 5. Hic populus labijs me honorat, cor autem longe eſt à me. & dicit canon. xl. diſtin. ante omnia. quòd nihil eſt miſerabilius apud Deum diuino officio ſi perfunctorie agatur. Sed vtrum in oratione requiratur ſemper actualis deuotio, ſiue ad orationem attentio, vide per Innocen. & alios in capitul. dolentes. de cele. miſ. Ioan. Andr. in clemen. j. de reli. & ve. ſan. Guil. & alios in clemen. j. de cele. miſ. Albert. vbi ſuprà. quæſtio. xxvj. Et not. quòd planus cantus eccleſiaſticus ſine pſalmodia in eccleſijs eſt cantandus. Pſalm. Pſallite Domino in cithara, in voce pſal. & cætera. Omiſſis quintis breuibus & minimis, & alijs decantibus quibus plani cantus toni offuſcantur, & ex ipſis deuotio contemnitur, vitanda laſciuia propalatur, vt habetur in extrauagan. Ioan. xxij. docta ſanctorum. Vnde fit plerunque vt cum in ſacro myſterio blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, & cantor miniſter Domini moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectet. xcij. diſtinct. capitul. ij. d. tamen extrauag. non prohibet quin interdum diebus feſtiuis præcipue celebribus in diuinis officijs aliquando conſonantiæ quæ melodiam ſapiant, puta octauæ, quintæ, quartæ, & huiuſmodi, ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur, ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permeat, & nihil ex hoc de bene morata muſica immutetur: maximè cum huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, & pſallentium Deo animos torpere non ſinant. fa. capitul. cleros §. leuitæ & §. cantor. xxj. diſtinct. vnde ſecundum ſolennitatem temporum cantus eſt exercendus. xxv. diſtinct. perlectis ad fi. & hic in princi. ibi. faciendo inter ſolenne & feriale officium differentiam.

Simoniam committat qui ad eccleſiam vadit propter diſtributiones.

(*) Quos ad id tantum veniſſe cognoſces, quando ſolo chori ingreſſu cum continuo illius egreſſu modico ſaltem dato temporis interuallo contentantur, eis tamen prius diſtributionibus receptis. his verè eccleſia ſeruit, non ipſi eccleſiæ, vt probo in tracta. diſpen. memb. 6. parte iij. nume. 15. P.

Digitized by Google

a ¶ Dicitur) S. ſingulis diebus ad laudem trinitatis capitul. quoniam de fe. & in fine cuiuſlibet Pſalmi, præterquam in officio mortuorum, & in aliquibus diebus in quadrageſima. de conſe. diſtinct. j. de hymnis.

† b Gloria patri) Iſtud dici etiam in fine cuiuſlibet pſalmi ſuggeſſit papæ Damaſo diuus Hiero. & mos ille tempore papæ Vigilij ab omnibus catholicis fuit & hucuſque obſeruatus. teſtatur idem Vigilius in ſuis decretis. cap. ij. P.

Cũ dicitur[a], Gloria patri †[b], & filio, & ſpiritui ſancto, omnes conſurgant[c]. Cum nominatur illud nomen glorioſum Ieſus[d], in quo omne genu flectitur[e], cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, omnes caput inclinent[f].

c ¶ Conſurgant) Sic cum euangelia leguntur in eccleſia, omnes debent ſurgere, & ſtanto audire. de conſe. diſtinct. j. apoſtolica.

d ¶ Ieſus) O grande & ſalutiferum nomen, per quod ſalui facti ſumus, vt no. in cap. de ſac. vnc. ſuprà de elec. capit. j. cir. princ. & eſt nomen hebraicum, latine dictum ſaluator.

e ¶ Flectitur) Ad Philip. capit. ij. de immu. eccle. decet. in vj.

f ¶ Inclinent) Vt in capit. decet. proxi. allega. ad hoc de conſe. diſt. j. apoſtolica. I. diſtinct. in capitul. de cele. miſ. ſane. clemen. ad noſtrum. §. viij. de hære. vbi cum defertur corpus Chriſti, omnes debent ſe inclinare. vnde confugiens ad illud dum portatur in via gaudet immunitate, & per eccleſiam eſt defendendus, & (*) hoc teneas, licet multi teneant contrarium. quia nihil eſt maius hoc ſacrificio. de conſe. diſt. ij. nihil. & quia propter honorem Dei defertur eccleſiæ, ergo multo fortius Deo: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis. de reli. & ve. ſanc. cle. j. in prin. & ſtatua præfecti ſaluat hominem. fortius corpus Chriſti, quod eſt maius & dignius omnibus. j. q. j. multi. & hoc approbat fides mulieris fluxum ſanguinis patientis, & dicentis: Si tetigero fimbram veſtimenti eius, ſalua ero. Ait Chriſtus, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Matthæi 9. v. diſt. ad eius. & hoc verum de currentibus ad corpus Chriſti. Si verò homicidis vel latronibus in captiuitate pœnitentibus portatur corpus Chriſti, talibus non ſubuenitur, vt à carcere liberentur, licet illa die iuſtitia ſit differenda. ſic poteſt intelligi. xiij. quæſt. ij. capit. fi. ar. de conſe. diſt. ij. omnis homo. & capit. tribus quia in primo caſu confugientem ad ſe in libertate reperit & ipſum ſaluat: in ſecundo vero ſeruum & captiuum, vnde & talem dimittit, ne videatur omnino damnare iuſtitiam. de hoc per doc. in capitul. ſanè. de celeb. miſ. Moder. in clemen. j. de pœ. & remiſ.

Corpus Christi an præbeat immunitatem etiam carceratis.

Qui non gaudeant immunitate eccleſiæ.

(*) Verum, niſi ſit publicus latro, qui per induſtriam proximum occiderit: aut nocturnus depopulator agrorum, qui itinera obſidet aggreſſionum inſidijs, denique is qui ſub immunitatis ſpe in eccleſia aut cœmeterio deliquit. verba ſunt concilij Colonien. in ti. de conſtitutio. eccle. capitul. xx. Et quo ad eam immunitatem vide quæ dixi in ſecundo præludio tracta. penſio. quibus adde Fely. in con. iij. Probus.

a ¶ Ibidem

Digitized by Google

a ¶ Ibidem) In choro Eccleſiæ.

b ¶ Dicat) Arg. quòd miſſam audientes, præſertim intelligentes & literati, non debent (*) ſuas priuatas orationes dicere, ſed ſub ſilentio & contemplatione eam audire: præſertim orationes, epiſtolam, & euangelium, dum enim legitur euangelium, debes conſiderare quòd Christus eſt qui loquitur, & non homo. Modo ſi vnus princeps loqueretur, præſtares audiētiam cum reuerentia maxima, nec immiſceres aliqua verba: immo neſcio ſi auderes allegare Auguſtinum & Ambroſium, ſed vt prudens expectares finem verborum ſuorũ, poſtea diceres quid velles: quanto magis debes audire creatorem tuum vel apoſtolum loquentem in epiſtola ſua, vt nũcium Chriſti, & ſacerdotem orantem: & dimittere oratiunculas quas credere non debes meliores vel efficaciores illis quas Eccleſia vniuerſalis dicendas eſſe decreuit. no. Albertus de Fer. in tractatu horarum quæſtio. xxxiij. *Miſſa audiatur nihil dicẽdo.* *Deus loquitur cum euangeliũ legitur.*

Nemo ibidem [a] dum horæ in communi cantantur, legat vel dicat [b] priuatim officium. Nam nõ ſolum obſequium [c] quo obnoxius [d] eſt, choro ſubtrahit [e], ſed & alios pſal-

(*) Aliàs eſt ſoluere duo debita vnica ſumma. Pone, es obligatus Titio in centum ex cauſa vna, & ex altera in alia centum, dando ſolum centum, ab vtraque non diceris liberatus obligatione. Sic in propoſito, cum clerici & literati teneantur ad horarum recitationem, & diuini officij, maximè miſſæ, auditionem: ideo vtrunque non poſſunt ſoluere vno & eodem tempore, cum quilibet actus requirat ſuum tempus, pro his faciunt quæ citantur per glo. inf. titu. proxi. in priuile. in ver. teneantur, colu. iiij. ibi. Sed nunquid habens plura beneficia, vbi hic me remitto. P.

c ¶ Obſequium) In cantando & officiando cum aliis: vt ſuprà ibi, & cum pſallendi, nec excuſatur ſi dicat, neſcio cantum, quia debet addiſcere ipſum ſicut officium: alioquin culpandus eſt ſi ignorat ea quæ beneficium requirit, j. quæſtio. j. non eſt putanda, xxxviij. diſtinct. per totum, c. ad aures, cum ibi nota. de ætate & qualitate, promouendus enim debet ſaltem in tribus eſſe ſufficiens & examinari: ſi bene legat, cantet, & conſtruat. xxxviij. diſt. quæ de ipſis, no. in cle, j. de conceſſ. præbend. Alber. de Fer. in tract. ho. q. xxxiiij. (*) *Promouendus in tribus ſit ſufficiens.*

(*) Et dic obſequium, id eſt Dei ſeruitium: ad quod cauſa legitima ceſſante quis per ſe, non per vicarium tenetur, probat Archid. c. generalem, xvj. q. j. P.

d ¶ Obnoxius) Id eſt obligatus, xxvij. q. j. ſicut, de crimine falſi, ca. j. de teſtam. cum in officiis.

e ¶ Subtrahit) Peccat ergo & furtum committit, cum vtatur lingua ſua ad aliud quàm ad quid tenetur, contra Dei & Eccleſiæ voluntatem: vt hic, & in c. j. de celeb. miſſ. dum dicit, aut à ſcholaribus publicè compleantur: non dicit compleatur in numero ſingulari, ſed in plurali loquitur tex. ad denotandum quòd inſimul & ab omnibus debet officium dici. Et dicit beatus Hiero. Ingratum eſt Spiritui ſancto quicquid obtuleris neglecto eo ad quod teneris. Ideo quamquam eo tempore quo in choro diuinum cantatur officium, poſſis multas priuatim orationes dicere, abſti-

Digitized by Google

Chorus eſt emendandus ad... neas,& chorum quantum potes,iuues,bonum commune præferendo priuato, c.licet,de regula,nam vt dicit Innoc.in ca.dolentes, de cele.miſ.clericus dum eſt in officiis diuinis,non debet aliis intendere,niſi circa ea quæ ibi dicuntur vel leguntur. Nec cauſeris dicendo quòd vocem ſonoram non habes, quia ex diuerſitate vocum reſultat melodia tota, & dulcis repræſentatur cantus: ſicut vides in organis in quibus ſunt fiſtulæ paruæ, groſſæ, & groſſiores ſonum emittentes, & totam melodiam ornantes: & in templo domini non ſolum erant vaſa aurea, ſed argẽtea & ænea: ideo voces non ſunt à choro ſubtrahendæ, ſed quilibet ſecundum gratiam ſibi à creatore datam fructum labiorum ſuorum cum puritate conſcientiæ, animíque deuotione debet Deo porrigere: vt in cle.j. de cele.miſ.

a ¶ Perturbat) Hoc eſt contra multos,qui ita altè in Eccleſia ſuas oratiúculas dicunt, quòd alij ibidem aſſiſtentes,& plerunque presbyteri officiantes perturbantur.

b ¶ Spectantibus) Vt de campanis pulſandis, officiis diuinis dicendis certo loco & tempore,& corrigendis clericis circa diuinum officium negligentibus, & ſimilibus.

lentes perturbat[a].

Superior, aut is cui onus incumbit, dum diuinum celebratur officium, inuigilet ne quid inordinate fiat, & transgreſſores decreti puniat. P.

Super his debitè obſeruandis, aliiſque ad Diuini officij proſecutionem ac chori diſciplinam ſpectantibus[a]; decanus[b], vel cui onus in-

Decani officium quale eſt. c ¶ Decanus) Concor.infrà de ſpectà.in ec.non fa.ca.j.& quamuis de officio archidiaconi,cantoris,& aliorum habeatur de off.archi.& primi,& titu.ſe. tamen de officio decani nihil in iure cauetur,ſed dependet eius officium ſiue iuriſdictio plus ex cõſuetudine vel priuilegio,quàm ex iure.no.in c.ex parte,de cler.non reſi. vt in decano Antiſſiodorenſi,de quo in c.dilectis,de ap.& decano Aurelia.de quo in c.dilecto,de ſenten.excommu.in vj.decano Andegauen.de quo in c.dilectus,iij.de præbend. vbi *Decanus an habeat iuriſdictionem.* tamen decanus eſſet prælatus eccleſiæ collegiatæ, de iure haberet iuriſdictionem ordinariam in illos de collegio,per ea quæ leg.& no.in c.cum ab eccleſiarum,ff. de off. or.& dicit Hoſtien. in d.ca.dilectis, quòd quaſi in omnibus eccleſiis regni Franciæ hoc obtinet conſuetudo, quòd decani iuriſdictionem habent in capitulum, (*) & in aliquam partem cleri.

(*) Decanus tamen Pariſien. iuriſdictionem non habet in capitulum, nec in clerum,ſed ipſe & capitulum eam ſimul in ſingulos eccleſiæ miniſtros, etiam canonicos præbendatos,etiam dignitates in ea obtinentes habent,quam per officialem capitulariter inſtitutum exercent: prout & in omnes clauſtri illius eccleſiæ habitatores, etiam ab Epiſcopi iuriſdictione exemptos, & immediate ad Romanam Eccleſiam ſubditos, prout ipſe qui loquitur nouit, tanquam vicemgerens ipſius officialis, ab ipſis decano & capitulo etiam conſtitutus. P.

Digitized by Google

a ¶ Incumbit) Puta primicerio ſiue cantori, in c.j. de offi. pri. aut eo abſente ſuccentori, de quo in cap. inter dilectos, de exceſ. præla. aut ei qui poſt illum proximus eſt, xxv. diſt. perlectis, ver. ad primicerium, & in his ſequendæ ſunt conſuetudines Eccleſiarum.

b ¶ Inordinate) Simi. infrà de ta. pen. in cho. c.j.

cumbit [a], diligenter inuigilet hincinde, ne quid inordinate [b] fiat, circunſpiciens: horum autem tranſgreſſores, illius horæ [c] in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia maiori, prout tranſgreſſionis grauitas exegerit, plectantur [d] pœna.

Saluis tamen laudabilibus conſuetudinibus † [e], ſtatutis, ac obſeruantiis ſpecialibus [f] Eccleſiarum ſingularum regni & delphinatus.

Item acceptat decretum quod incipit:

Quo tempore quiſque debeat eſſe in choro.

Quo tempore clerici chorum intrare, ab eoque dum diuinum celebratur officium, debeant exire. Probus.

c ¶ Horæ) id eſt diſtributionum quæ fiunt in illa hora.

d ¶ Plectantur) id eſt puniantur.

† e ¶ Laudabilibus conſuetudinibus) Quę ſunt obſeruandæ licet non ſint præſcriptæ ait Archidiac. in ca. fi. in prin. xviij. diſt. de his enim intelligitur quando ſeruari iurantur, non de aliis, etiam præſcriptis, cap. dilecto, de maior. & obed. Equidem laudabiles poſſunt dici quando ſunt bonæ & naturales, nam illæ ligant etiam principes cum potentius ſit ius naturale quàm principatus. Etiam dicit Bal. in c. fi. de ſuc. feudi in §. hoc quoque, col. 4. in vſib. v. feudor. quòd naturales & bonæ conſuetudines ſunt ipſa naturalis iuſtitia, vide Rom. in con. 512. in fine. P. *Laudabiles conſuetudines dicuntur.*

f ¶ Specialibus) Simi. infrà titu. j. c. j. quibus per conſtitutionem generalem non derogatur, c. j. de conſti. in vj.

¶ Quo tempore quiſque debeat eſſe in choro.

g QVi in matutinis) d. Primo prouidet circa introitũ & aſſiſtẽtiam in choro tempore diuinorum officiorum. Secũdo idem prouidet in proceſſionibus. Tertio, circa diſtributiones quotidianas, tollendo duos abuſus. Secunda ibi, idem. Tertia, iubet.

h ¶ Horis) Prima, iij. vj. ix. veſperis, & completorio.

i ¶ Miſſa) Patet hic quòd miſſa non venit appellatione horarum, nec eſt de horis canonicis, ſed bene de officiis: vt nõ. in cle. j. de celeb. miſ. cum etiã in epiſcopis &

QVi in matutinis [g] ante finẽ Pſalmi, Venite exultemus, in aliis horis [h] ante finẽ primi pſalmi, in miſſa [i] ante vltimũ

Digitized by Google

ſuperioribus ſit de ſola decentia. ca. quoniam, de priuileg. in vj. idem not. in cle. ij. de ætate & qualita. magis tamen accedit officio tertiæ vel nonæ. his enim duabus horis miſſa celebratur regulariter, de conſecra. diſtinctio. j. cap. nocte. & de nocte non debet celebrari, niſi in natali domini: vt ibi. cap. conſuluiſti. cum ibi no. de cele. miſ. ſed omni die poteſt celebrari à prima parte diei vſque ad ſextam. de conſe. diſtinctio. ij. tribus, matutino tamen expleto, quia eo non expleto, non debet preſbyter miſſam celebrare. not. Hoſt. in ſum. titul. de cele. miſ. §. & qualiter. Archid. xcj. diſtinct. preſbyter. niſi ex magna cauſa: puta ſi quis infirmaretur ad mortem, & ſacerdos non haberet hoſtiam conſecratam, & eſſet periculum in mora, tunc poſſet miſſam celebrare. no. Car. flo. in repe. ca. j. de celeb. miſ. Alber. in tracta. ho. q. xvj. ſed publica & ſolennis miſſa non eſt ante vel poteſt tertiam horam, ſed in ipſa tertia celebranda. d. ca. nocte. & ca. & hoc. e. diſ. in xl. & quatuor temporalibus & vigiliis ſanctorum in hora. ix. de conſe. diſt. j. ſolent. in ſabbatis quatuor temporum in veſpera. in ſabbato ſancto circa noctis initium ſeu tenebras, de conſe. diſt. j. §. in ieiuniis, lxxv. diſt. ordinationes, &c. quid à partibus, lxxvj. diſt. ca. fi. ſed hoc non obſeruatur, & pro conſuetudine habetur quod à prima parte diei vſque ad horam xxij. vel meridiem celebretur, & non vltra, & miſſa ſolennis hora tertia inchoëtur: vnde ſi aliqui percipiunt oblationes in aliqua Eccleſia à veſperis vigiliæ feſti vſque ad finem miſſæ diei quam debent facere celebrari in dicta Eccleſia, debent inchoare miſſam hora tertia, vel aliàs debita ſecundum cõſuetudinem Eccleſiæ cathedralis & aliarum ciuitatum loci, ad quam recurrendum eſt ca. ſuper eo. de cen. præſertim in celebratione diuinorum, ca. ij. de ſe. ca. pernicioſus, de cele. miſ. quia ſi differant miſſam poſt horam debitam in fraudem, vt maiores oblationes habeant, non debent percipere oblationes poſt tempus intra quod miſſa debuit celebrari & compleri. no. Frede. conſi. 147. nam ſi quis alia hora quàm conſtitutum ſit, vtitur ſeruitute, nihil ſibi prodeſt, ff. quemadmo. ſer. amitta. l. ſi communem, §. ij.

Miſſa qua hora celebratur.

Kyrie eleiſon [a] vſque [b] in finem diuino officio non interfuerit [c],

Miſſam dicere poſt meridiem non licet.

a ¶ Kyrie eleiſon) De hoc verbo habetur in ca. cum aliquis, xj. quæſt. iij. & eſt græcum ex duabus partibus, Kyrie, id eſt domine: eleiſon, id eſt miſerere. no. Ioan. And. in addi. Specul. tit. de prola. ſen. §. vt autem, & miſſa tribus linguis celebratur, hebraica, græca, & latina, quia titulus Chriſti in cruce pendentis ſcriptus fuit hebraice, græce, & latine, id eſt de hebraica quæ prima & principalis eſt in miſſa, Alleluia, amen, ſabaoth, oſanna. circa huius expoſitionẽ inſtat Ioan. And. in rubrica de ſumma tri. de græca Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon, quod cantatur ter, propter patrem & filium & ſpiritum ſanctum. Dicitur autem nouies propter nouem Angelorum ordines quibus aſſociari petimus, reliqua autem ſunt latina. (*)

Miſſa tribus linguis celebrari poteſt.

(*) Et de verbo Alleluia, & quare non dicatur à ſeptuageſima vſque ad paſcha, habes in c. hi duo. de conſecra. di. prima. P.

b ¶ Vſque) Includit, vt ſuprà de colla. ca. j. §. j. ver. quòd ſi quis, cum ibi nota.

c ¶ Interfuerit) Clerici non debent exire ab horis diuinis ante finem, ſcilicet poſt Benedicamus, in clement. j. de cele. miſ. nam & laici ex præcepto Eccleſiæ, maximè in

Clerici non exeant ante benedicamus domino.

Digitized by Google

diebus dominicis debent finem miſſæ expectare, de conſecra.diſtinct.j.miſſas, & ca. ſeq. quia nihil videtur actum cum ſupereſt aliquid agendum, C. de his qui. vt indig. l.fi. & Deus imperfectum opus non nouit. (*) de baptiſ. maiores, §. ſed adhuc. aliter enim non dicitur clericus penſum ſuæ ſeruitutis perſoluiſſe, ſi ante finem officij recedat. ca. j. de cele. miſ. ideo notanter dicit ibi textus, penſum ſeruitutis ſuæ perſoluat: nam iſta præpoſitio per, iuncta verbo, denotat continuationem & perſeuerantiam temporis à principio vſque ad finem, ſuprà ti. j. c. j. ibi, perſoluentur. cum ibi no. per Archi. in ca. cum contumacia, de hære. in vj.

nisi † [a] forte neceſſitate [b] cogente, ac [c] petita & obtenta [d] à præſidente chori licentia diſcedere oporteat, pro illa hora abſens cenſeatur [e], ſaluis eccleſiarum conſuetudinibus, ſi quæ forte

(*) Nec natura, nec lex quæ à natura regitur tanquam à pedagogo, prout probamus in tra. diſpenſa. memb. 11. nu. 52. P.

† a ¶ Niſi) De viribus huius dictionis habes per Archid. in ca. ex eod. §. non eſt. xv. quæſt. iij. P.

b ¶ Neceſſitate) Corporali, quia ſit infirmus vel debilitatus, de cleri. non reſiden. ad audientiam, ca. j. eod. titul. in vj. idem ſi contemplatione, meditatione, ſeu nimio ſomno vel fatigatione ſpiritus eius eſt fatigatus, tunc enim poteſt Eccleſiam exire cauſa recreationis, ſed cito redeat ad officium: iuxta no. per Innoc. in cap. dolentes, de celebra. miſ. no. doct. in cle. j. eod. tit. Alber. in tracta. hor. q. xxiij. & xxiiij. vel intellige hunc text. etiam de neceſſitate Eccleſiæ, vt quia pro euidenti Eccleſiæ neceſſitate vel vtilitate oportet eum diſcedere, xvj. q. j. vos autem, xxiij. q. j. cap. vlt. xi. q. iij. quid ergo, & de alio quocumque iuſto impedimento ſiue iuſta cauſa & rationabili: vt d. cle. in princ. ibi, abſque rationabili cauſa. ſemper enim legitima cauſa excipitur, ca. ex parte ij. de offi. deleg. & nomine neceſſitatis quodlibet iuſtum impedimentum intelligitur. de conſecra. diſt. iiij. hi qui. xviij. diſt. Epiſcopus, & vide quod no. in cap. peruenit. ea. diſt. Archi. & Ioan. Andr. in not. in cap. j. de cleri. non reſi. in vj. quod no. in Specu. tit. de loca. §. poſtquam, ver. quid ſi mercenarius. Sed an ſolo verbo exeuntis credatur ſuper impedimento? Credo quòd ſic, quia agitur de anima & conſcientia ipſius, & de leui præiudicio. per no. ſuprà de pa. poſ. ca. j. §. in ver. impedimenti. quod verum, præſertim vbi impedimentum conſiſtit in ſolo animo ipſius, quia fortè fatigatus ex longa lectione exit cauſa recreationis, ad hoc not. in c. ſignificaſti. de homi. in cap. vt circa. ad fin. de elect. in vj. not. Alber. vbi ſuprà: quod limita quãdo parum durat exitus, quia ſi diu & ſępe exire vellet, nõ eſſet ei credendũ. *Neceſſitas quodlibet iuſtum impedimentũ comprehẽdit.*

c ¶ Ac) Pro &. iſta enim duo copulatiuè requiruntur, quòd ſit neceſſitas exeundi, & quod petatur & obtineatur licentia de exeundo.

d ¶ Obtenta) Si. in cap. cum in veteri. de elect. cap. quorundam, cap. ſi religioſus, eod. tit. in vj. clemen. j. de teſta. aliquando autem ſufficit petere licentiam, de regula. licet. l. vlt. C. de iu. emphy. c. potuit. de loca. ca. ab eo. de ap. in vj. cle. dudum, §. ſi vero. de ſepul. cle. quamuis, §. volumus, de foro compe. cum ſimi.

e ¶ Cenſeatur) vt careat diſtributionibus illius horæ ad quam tarde venit, vel à qua

Digitized by Google

præmaturè receſſit, tanquam ſi ſemper abſens ab ea fuiſſet, cum enim ante finem officij recedere non debeat, vt dictum eſt: meritò recedens ſine cauſa & licentia, debet carere quotidianis diſtributionibus, no. Guil. & alij in cle. j. de celebr. miſ. Alber. vbi ſup. quæſt. xxiiij.

a ¶ Arctiores) (*) Latiores autem non valerent: vt infrà ſequitur, §. iubet.

circa hæc arctiores[a] exiſtāt[b] †

Concernit executionem præmiſſorum. Probus.

Idem in his obſeruetur, qui à principio vſque ad finem in proceſſionibus[c] non permanſerint. Pro cuius[d] executione deputetur aliquis, onus habens notandi perſonas ſingulas ſtatuto tēpore nō cōuenientes[e], [f] iura-

(*) Vide quæ in ſimili de tranſlatione regularis laxiori & arctiori diximus in tracta. penſio. parte ij. q. vj.

b † ¶ Exiſtant) Sic canonicus qui ſecundum Eccleſiæ (non dicam abuſum) nō facit niſi ſolum intrare, & exire, nihil lucratur, niſi aliud tempus in negotiis Eccleſiæ aut aliis bonis actibus conſumat. no. Prępo. in c. fi. col. ij. diſt. xij. P.

Proceſſiones sūt duplices.

c ¶ Proceſſionibus) Siue generalibus quę fiunt poſt Paſcha per triduum ante Aſcenſionem, de conſecra. diſtinct. iij. Rogationes, & in feſto beati Marci (*) Euāgeliſtæ; ſiue ſpecialibus quæ fiunt ex præcepto Eccleſiæ vel Epiſcopi: ad quas non debētur compelli fratres prædicatores, & minores, & alij religioſi ſemper venire cum Epiſcopo & clero vbi proceſſiones fierent ex leui cauſa, vt quietius intendant diuinis, ca. nimis parua. de exceſ. prælato. ſecus ſecundum docto. ibidem per illum textum à contrario ſenſu, ſi ex magna cauſa fieret proceſſio: puta in nouo introitu Epiſcopi vel legati, qui debet fieri honorifice, ſicut Chriſtus intrauit in Hieruſalem. Spec. tit. de lega. §. j. aut imminente peſte, vel pro pace: tunc poſſunt omnes religioſi etiam exempti compelli venire. Nam rogare Deum pro ſalute populi, cunctis cōuenit. ad hoc dicto cap. rogationes, ibi: vniuerſa plebs, & cætera, xvj. q. j. reuertimini. de immunitate Eccleſiar. c. peruenit. c. quod omnes. de regulis iuris in vj. Bald. in l. fi. C. de bonis libertorum, vbi dicit quod Epiſcopo intranti ciuitatem, debet obuiare collegium monachorum proceſſionaliter.

(*) Quod hoc anno 1546. in die Paſchatis accidit, ideo fuit tranſlatum in hebdomadam poſt dominicam de, Quaſi modo, quod nota, quia quotiens illud accidit, feſtum corporis Chriſti in die natiuitatis beati Ioannis baptiſtæ celebratur, vltra quod tempus feſtum ipſum non progreditur. P.

d ¶ Cuius) Decreti.

e ¶ Non conuenientes) Ad horas & proceſſiones.

f ¶ Iuramento) Ratione cuius præſumitur (*) quòd fideliter ſuum aget officium, l. ſancimus, C. ad legem Iul. repe. j. q. vij. ſancimus, de præſumptio. illud. de præſcript. ad audientiam.

(*) Præſumptio hæc iuris eſt, ſed non de iure, quia in contrariū probatio admittitur, factiq; experiētia quotidie probatur. nam iſti ſic ad opus illud cōmiſſi ſæpe abſentes

Digitized by Google

gratificant,& gratificando diſtributiones illis(ac ſi intereſſentes fuiſſent)manualiter dát,in ipſorũ & dantiũ & recipientiũ animarũ periculũ, quia in eo videtur fures: nã ꝙ ſuũ non eſt,tollũt inuito domino, id eſt Chriſto, patrimonij Eccle.vero domi. P.

a † ¶ Iuramento)Sic lex iſta non confidit de ſola promiſſione,vt in ſimili per Pręp. poſt gl.in c.ſancimus,j.q.vij.quòd licet quis non præſumatur ſuæ immemor ſalutis, vt ibi eſt tex.tamen lex non cõfidit de hac præſumptione: ideo pœnam adiungit ibi in fine. Probus.

b ¶ Nulli)Siue dignitatẽ habenti canonico vel capellano.nõ enim habenda eſt acceptio perſonarum in redditione iuſtitiæ. iij.q.ix.ca.vl.de iud.nouit.regula iuris in iudiciis,de reg.iur. in vj.

Iuſtitia ſine perſonarũ acceptione eſt miniſtranda.

c ¶ Diſtributiones) No. Henr. in ca.cum omnes,de conſti.tria eſſe genera diſtributionũ, quia in quibuſdã Eccleſiis nõ ſunt pręb.diſtin.ſed ſunt omnia communia,& ſingulis diebus dantur cuilibet canonico

Diſtributiones ſunt triplices.

mento † [a] aſtrictus agere fideliter,& nulli [b] parcere.

Iuxta menſuram laborum,debet capi emolumentum.Probus.

Iubet etiã hęc ſancta ſynod⁹, ꝙ in illis eccleſiis in quib⁹ ſingulis horis certæ diſtributiones [c] ſtatutæ non ſunt, omnino etiam de groſſis fructibus

præſenti,ſiue interſit diuinis,ſiue non pro victu tot libræ panis & vini,& ſic de aliis: & tales diſtributiones ſunt potius præb. quàm diſtributiones, bo. tex. in extra. Ioã. xxij.cum nonnullæ,aliàs eſſet in talibus Eccleſiis canonia ſine pręb.quod eſſe nõ debet.j.q.iij.ſi quis obiecerit.de præb.c.relatum, & in talibus idem dicendũ eſt ſicut de groſſis fructibus quod debent præſentibus ſiue reſidentibus in Eccleſia, & non abſen.vt.d.c.relatũ,niſi conſue.vel ſtatutum Eccle.vel priuil.cõtrarium operetur, quia tunc ſecus,de verb.ſig.olim. & iſte eſt verus intellectus illius c.ſecundũ Hoſt. & Io. An.ibidem,& de clericis non reſidentibus c.de cætero.Io.An.in c.j.eo.tit.in vj.glo. in c.licet. de præb. in aliis vero Eccleſiis præb.ſunt diſt. & poſtea eſt menſa communis groſſa ex qua dantur diſtributiones quotidianæ, etiam illis qui non interſunt diuinis,dummodo ſint præſentes,ſicut eſt de pane in Eccleſia Pariſienſi,vt dicit Henr. Dicitur tamẽ ꝙ ad lucrandũ panem illius Eccleſiæ oportet intereſſe vel in matutinis, (*1)vel in miſſa,vel in veſperis: & de talibus diſtributionibus idem iuris quod de ſuperioribus,& de ipſis etiam intelligitur,d.c.olim.vt no. Archid.in d.c.j.de cleri.non reſi.Ho.in ſum.tit.de magi.§.vlt. Aliæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vt ſunt denarij qui quotidie diſtribuũtur his duntaxat qui interſunt horis & officiis diuinis ſine fraude,& iſtæ ſunt veræ quotidianę,in d.extra.cum nonnullę,& in extra.Io.xxij. c.dilecto. aliàs incipit poſtulaſti. & quandoq; capiuntur latè pro emolumẽto quod datur intereſſentibus diuinis officiis: quo caſu anniuerſaria ſub verbo diſtributionũ comprehenduntur, aliquando ſtrictè pro emolumento quod datur intereſſentibus diuinis horis:vt in cle.vt hi qui.de æta.& quali. & ibi no. car. Flo. Nomine autẽ horarum veniunt duntaxat ſeptem horæ:de quibus in c.j.de celebr.miſ.nec venit anniuerſarium,vnde dicit Flo.vbi.ſuprà quod in materia pœnali appel. diſtributionũ nõ venit anniuerſarium, licet ibidem Guil. & Geſ. dicant contra. propter identitatẽ rationis,nã & iura reſtringibilia comprehendũt caſum euiſdem rationis, c. ſi poſtquã,

Canonicis quibuſdam datur quotidie panis.

Digitized by Google

§.j.de.elect.in vj.ad hoc,d.c.j.de cle.nō reſid.in vj.in fi.vbi diſtributiones quæ dantur pro anniuerſariis defunctorum,æquiparãtur diſtributionibus quotidianis: ideo qui nō poteſt percipere de quotidianis,nec percipiet de illis: vt ibi no.Io.An.in no. & Do.ideo dico in caſu huius cap.diſtributionū venire aduerſariū paritate rationis, & per d.c.j.& huiuſmodi diſtrib.non percipiūt priuil.ſic intelligitur,d.c.licet,ca.dilectus,j.in fi.de præbend.de cleri.non reſi.

ſi opus ſit,deputentur, vt iuxta menſuram laborum [a] plus minúſve quiſq; capiat emolumenti.

Tollitur abuſus, volens quòd in vna hora duntaxat totius diei præſens, diſtributionem capiat. Probus.

Tollens prorſus [b] abuſum [c] illum, quo in vna duntaxat hora præſens, totius diei [d] †

de cætero, de ſenten.excom.alma. §.adiicimus,lib.vj.niſi in caſu,ſuprà de col.§.ſequuntur,in fi. cum ibi no. nec valeret cōſuetudo quòd darentur abſentibus, vel etiam præſentibus in Eccleſia, licet nō interſint diuinis, niſi quo ad illos infirmitas ſeu iuſta & rationabilis corporalis neceſſitas,aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſat: vt in d.cap.j. (* 2) & de talibus diſtribubutionibus loquitur hoc cap.

(* 1) Verum quo ad magnos vicarios, & alios inferiores, nō quo ad canonicos, quia illi faciunt leges aut ſtatuta aliis, non ſibiipſis, iſte eſt mos principis vel cuiuſlibet ſuperioris. Probus.

(* 2) De clericis non reſidentib. in vj. vbi apud Ioan. Mona. materiam ipſarum diſtributionum tracto,&diffuſè,ideo pro ampliori informatione huius gl. ad illa te remitto, & ad Mat. Mantua. con. primo. Probus.

Labores nō debēt fraudari mercede. a ¶ Laborum) Qui non debent fraudari mercede, l.penul.§.illo, C.de neceſſariis ſeruis.Baldus in l.precibus, C.de impuberum & aliis ſubſti.& concor.ca.charitatem xij.quæ.ij.in extrauag. Ioan. xxij. cum ad ſacroſanctæ,§.ſi vero,ver.videlicet, ſuprà de electione,c.j.§.facta, verſicu. notariis,quod no.Spec.de poſi.§.vij.verſic.ſed pone procurator.

b ¶ Prorſus) Id eſt omnino. (*)

(*) Hæc enim ſublatio etiam extenditur ad ſtatutum,cum capitulum non ſtatuat quòd clericus in abſentia percipere poſſit fructus beneficiorum ſuorum, ait Præpo. in ſumma col.fina.xviij.diſtinct. quem vide in capit. 2.col. 2.diſtinct. xlj. P.

c ¶ Abuſum) In malum ſonat,infrà de pigno.di.cul.c.j.de his qui miſſ.non comple, re.c.j.de ſpect.in eccle.c.j.de.j.& ij.de pœ.& re.cum ſi.

d † ¶ Totius diei) Tales enim percipientes ſunt de numero maiori.i.de his qui ſubmittere nolunt ceruices ſuas iugo diſciplinæ, affectantes mundialem non diuinam libertatem: & male,quia ea quæ ſunt iuris diuini,ſtabilia ſunt,& manent in æternū: ideo conſuetudo contraria non eſt admittenda,ſed tanquam abuſus tollenda, vt hic concilium conatur tollere: quod multa Eccleſiarum capitula etiam cathedralium non curarunt, nihil pertinentes ad illam beatam turbam innumerabilem aſtantem

ante

Digitized by Google

ante thronum Dei. Apoc.7. quod non ſolum die, imò etiam & nocte ſeruiunt ei in templo eius. Idem Apo.c.4. & Eſaiæ c.lxiij. Etiam tales ſic percipientes non conueniunt cum Ioan. de Ligniano, dicente in fine tracta. de plur. beneficio. quòd nollet eſſe prælatus, quia nollet bibere ſanguinem mortuum pauperibus deputatum, ſed potius ſudorem manuum ſuarum, ex quo Deus ei conceſſerat gratiam vt viueret de labore ſuo. Quis eſt hic qui talia nunc audeat dicere ac facere, & laudabimus eum? P.

Sanguis pauperibus deputatus.

diſtributiones [a] vſurpat [b], & illum [c] quo præpoſiti [d] vel decani [e], aut alij

a ¶ Diſtributiones) Quotidianas, quæ tantũ dãtur præſentibus qui interſunt diuinis horis.

b ¶ Vſurpat) In malum ſonat, C. de fun. rei priua. l. vſus aquæ, lib. xj. l. ij. in princ. ff. de admini. rerum ad ciuita. perti. cle. j. de deci. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, ver. vſurpationes, & ibi concor. Archid. in c. generali, de elect. in vj. Et no. quòd hic reprobatur opi. Ioan. And. in clem. vt hi qui, in ver. certis horis, de æta. & quali. quam ſequebatur Flo. & approbatur opi. Guil. & Geſſe. ibidem dicentium non valere ſtatutum vel conſuetudinem eccleſiæ quòd qui eſt in vna hora, (*) habeat diſtributiones pro omnibus horis. Henr. in cap. quia nonnulli, de cleri. non reſi. quia talia ſtatuta & conſuetudines grauant eccleſias, & tendunt ad diminutionem cultus diuini, ad hoc. c. ex parte, de conſti. ca. j. de conſue. in cuius fauorem fuerunt introductæ diſtributiones quotidianæ, vt beneficiati facilius conuenirent ad diuina. ar. cle. ſi dominum, in fi. de reli. & vene. ſanc. & ex ambitione procedunt, ar. hoc, ff. de decre. ab or. fa. l. ambitioſa, de conſti. cap. cum omnes, & quia denarius diurnus non debetur niſi integre tota die operanti, d. c. quia nonnulli, de magiſt. ſuper ſpecula, & quia darent materiam vagandi aliis horis, ſic peccandi, ad hoc. c. ex parte, de conſue. no. Guil. & Geſ. in clem. j. de celebr. miſſ. vbi etiam dicunt quòd ſi in eadem ciuitate ſunt tres eccleſiæ collegiatæ, in quarum vna ſic ordinauerunt canonici quòd qui erit in matutinis, lucrabitur omnes diſtributiones deputatas aliis horis, ac ſi in eis ſingulis intereſſet: in alia qui in veſperis, idem: & in reliqua qui in miſſa, idem, & ſic qui eſſet canonicus earum omnium: lucrari poſſet omnes diſtributiones earum, & omnium horarum vna die, quòd huiuſmodi ſtatutum non valet, per ea quæ dicta ſunt, & hic patet. Henri. in capitu. de multa, de præbend. Albert. in tracta. hom. quæſtio. xxiiij.

Statutum non valet, vt exiſtens in vna hora, habeat diſtributiones pro omnibus.

(*) Attendant hic multarum eccleſiarum canonici, ne in obſeruatione ſtatuti vel conſuetudinis huiuſmodi reperiantur iudicium ſibi manducare & bibere, non enim video illos in ea perceptione in foro animæ excuſatos eſſe, etiam nec in foro contentioſo eorum querelam defendi poſſe, defendant igitur, & vrgentia proponant, & creditur eis, quia nobis in hoc deeſt dictamen legis & canonis, prout & ratio naturalis, ac quiuis punctus defenſionis alius. P. Dicitur in ſimili, Interroga iumenta, & docebunt te, iſte enim modus non poteſt dici non abuſus, etiam à brutalibus. Probus.

c ¶ Illum) Abuſum tollens ſupple.

d ¶ Præpoſiti) Nomen eſt dignitatis vel officij, de verborum ſignificat. quamuis.

e ¶ Decani) Not. quòd non ſolis canonicis debentur diſtributiones quotidianę, ſed

Digitized by Google

Diſtributiones debẽtur etiam non canonicis.

etiam aliis beneficiatis (*) in Eccleſia, ad hoc cap. de cleri. non reſiden. in vj. ibi, canonici, & alij beneficiati, &c. ſed contra, ſentit Geſſ. in clement. vt hi qui, de ætate & qualitate, vbi dicit quòd prælatus capituli, puta decanus aut præpoſitus, non debet habere diſtributiones in horis, quia non eſt de capitulo, nec habet vocem in eo: ex hoc innuens quòd ſolis canonicis debentur huiuſmodi diſtributiones, niſi de conſuetudine vel alio iure ſpeciali debeantur aliis beneficiatis. Et quòd prælatus non ſit de capitulo, ſatis no. de electione, capit. j. §. j. in ver. collegium. Frederi. conſil. cxv. vbi dicit quòd clericus habens altare in Eccleſia pro quo debet celebrare, & eſſe in choro, ſicut & canonicus, non habebit diſtributiones quotidianas: & quod hic innuitur, reſpicit conſuetudinem Eccleſiarum. Panorm. in cap. cum olim. de re iudica. Sed an valeat conſuetudo quòd habens Archidiaconatum & canonicatum in eadem Eccleſia, ex conſuetudine Eccleſiæ habeat duplices diſtributiones, not. Freder. vbi ſuprà. Io. And. & moder. in d. c. cum olim.

officiales [a] ex hoc ſolum quòd officiales ſunt, licet [b] actualiter [c] pro vtilitate Ec-

(*) Intellige præbendatis, quia non præbendati, vtpote ad effectum dignitatem obtinendi creati, illas non percipiunt, cum dicatur quòd ad eum effectum duntaxat, vt patet in tit. de reſeruationibus, in concor. Probus.

a ¶ Officiales) Id eſt officiarij.

b ¶ Licet) Pro quamuis.

Argumentum à contrario ſenſu, eſt in iure valid ũ.

c ¶ Actualiter) Ergo, argu. à contrario ſenſu quod eſt in iure validum, xxv. diſt. qualis, cap. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælatis, cum ſi, ſi huiuſmodi officiarij pro vtilitate Eccleſiæ abſint ab horis diuinis, percipient tamen quotidianas diſtributiones, ad hoc, cap. ex parte, de cle. non reſidentibus, melius, capit. j. eodem titu. in vj. §. qui verò, ibi, aut euidens vtilitas, cum non deceat eis ſuum officium eſſe damnoſum, C. de adminiſtratio. tut. l. cum quædam, cap. cum non deceat, de elect. in vj. quod ca. eſt contra, cum dicat quòd illi qui proſequuntur vtilitatem Eccleſiæ, diſtributiones non percipiunt. Sol. Ioan. Mona. dicit in d. c. cum non deceat, quòd loquitur de illo qui pro tunc in eccleſia non reſidebat: quia erat ex alia cauſa abſens: ſibi tamen fuit commiſſum negocium proſecutionis vtilitatis eccleſiæ, ſed d. c. de cleri. non reſiden. in vj. loquitur in illo qui erat præſens, qui interfuiſſet diuinis horis, niſi obſtaſſet quòd proſequebatur vtilitatem eccleſiæ, quo caſu ſeruire intelligitur, argu. ff. de ſtatulibe. l. iiij. §. Stichus. Ioan. And. dicit in d. ca. j. quòd canonici non tenentur huiuſmodi diſtributiones dare illis qui abſunt propter vtilitatem eccleſiæ, in d. c. cum non deceat, ſi tamen conceſſerint illi, ad reſtitutionem non tenentur, vt in dicto cap. j. ſed Archidia. dicit quòd dicto cap. j. loquitur in eccleſiis in quibus eſt conſuetudo quòd abſentes illas diſtributiones percipiant, quæ toleratur in caſibus ibidem expreſſis, & ſic poteſt intelligi iſte textus, ſed cõtra, loquitur de iure cõmuni, & in eccleſiis in quibus non eſt talis cõſuetudo, & cum iſto intellectu tranſit Henricus in capitulo, cum omnes, de conſtitutionibus, ſed Dominicus dicit, quòd ceſſante conſuetudine, ſi iſte abſens pro vtilitate eccleſiæ non ſe abſentat à ciuitate vel diœceſi vbi eſt iſta eccleſia;

Diſtributiones quotidianæ an poſſint percipi ab abſente pro vtilitate Eccleſiæ.

Digitized by Google

ſed tantum ſe abſentat ab officio pro vtilitate eccleſiæ, tunc percipiet quotidianas diſtributiones, vt dicto capitu. j. ſed ſi ſe abſentat à ciuitate vel diœceſi propter vtilitatem eccleſiæ, & ſic non eſt tantum abſens ab officio, ſed etiam ab omnibus aliis, tunc non percipiet quotidianas diſtributiones, ſic procedit contra, & bene, ſi pro quotidianis diſtributionibus, quas perdit propter abſentiam, recompenſatur ab eccleſia ex ſalario ſibi dato ad proſequendum vtilitatem eccleſiæ, aliàs ſi nullum foret ſibi ſalarium aſſignatum, quare perderet diſtributiones, non video, non enim tenetur ſuis ſtipendiis militare, capit. cum ex officij, de præſc. nec debet ſuum officium eſſe ſibi damnoſum, vt dictum eſt.

cleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones percipiunt [a].

a ¶ Percipiunt) Quod facere non debent, & ad reſtitutionem receptarum diſtributionum tenentur, cap. j. de cle. non reſi. in vj. facit quòd nota. docto. in cap. j. de cler. ægro. in cap. ad audientiam, de cle. non reſi. quod non omnis infirmus percipit præbendam, vel diſtributiones quotidianas, de quibus in dicto cap. j. ſed ille duntaxat eas percipiet qui aliàs erat reſidens, & deſeruiẽs eccleſiæ, & propter infirmitatem impeditur reſidere, vel diuinis horis intereſſe, vnde ſi aliàs non reſidebat vel non erat ſolitus reſidere, vel intereſſe diuinis, licet tunc infirmaretur, non habebit huiuſmodi fructus & diſtributiones: quia infirmitas non præſtitit cauſam, argum. bo. in l. iiij. §. ſtichus, ff. de ſtatulibe. facit, l. ij. ff. ſi quis cau. cum ibi not. quod in fi. no. Innocen. in cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. no. Panorm. in cap. plerumque, de reſcript. ſic ergo intellige hunc textum, quòd non valet ſtatutum vel conſuetudo quòd officiarij eccleſiæ prætextu officij duntaxat percipiunt diſtributiones quotidianas in abſentia, licet actualiter pro vtilitate eccleſiæ non abſint, poſſet tamen valere conſuetudo, quòd officiarius qui ſe pro vtilitate eccleſiæ abſentauerat, de foris veniens, per aliquos paucos dies, pone tres, faciens moram in domo ſua, licet diuinis non interſit, diſtributiones percipiat, vt not. Pau. & Domi. in dicto cap. j. de cle. non reſident. in vj. & ſic intelligunt opi. Ioan. Mona. ibidem, rationabilis enim eſt conſuetudo quæ propter laborem itineris dat ſibi illos dies, vt aliqualiter quieſcat, nam etiam vbi quis debet continuato tempore gerere actum, datur ſibi aliqua dies ad quieſcendum, vt not. in cap. quamuis, de off. ord. in vj. & nihilominus dicitur continuare actum, vnde cum in dicto cap. j. & hic detur licentia proficiſcendi pro negociis eccleſię, & tunc dicatur ſeruire, ita vt habeat diſtributiones, ita dicamus continuare iſtud ſeruitium, dato quòd aliquibus diebus quieſcat. Sed an hic reprobetur conſuetudo quæ eſt in aliquibus eccleſiis, quod archidiaconus viſitans archidiaconatum percipiat diſtributiones, Ioan. Mona. tenet in dicto capitu. quod non cenſetur reprobata per illum textum, licet damnet conſuetudinem de percipiendis diſtributionibus in abſentia: quia viſitando ſeruit eccleſiæ; ſed caueat ne alterius commodi gratia viſitet: quia tunc non videtur excuſatus à perceptione, argumen. li. item hi. & lib. ſequ. ff. ex quibus cauſis ma. ſic etiam per hunc textum non videtur reuocata, immo approbata, dum dicit, licet actualiter &c. à contrario ſenſu.

Canonicus infirmus an debeat habere diſtributiones.

Archidiaconus viſitans an lucretur diſtributiones.

Digitized by Google

¶ Qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ extra chorum. (*)

(*) Dicendæ per eos qui ad eas tenentur: quas ſi dicere omittant cauſa ceſſante legitima, mortaliter peccant, cum ſint de præcepto Eccleſiæ, cui eſt obediendum ſub pœna peccati mortalis, c. denique, 4. diſt. & c. ij. de maior. & obed. P.

a Q Voſcumque) Docet qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ, tractim, reuerenter & diſtincte.

Item acceptat decretũ quòd incipit,

Qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ extra chorum.

Beneficiati, & in ſacris conſtituti, non gutture, vel inter dentes officium diurnum, & nocturnum, reuerenter verbiſque diſtinctis perſoluant, & in loco vnde à deuotione non retrahantur, ad quem ſe præparent, & diſponant. Probus.

QVoſcumq;[a] etiã alibi[b] beneficiatos, ſeu in ſacris conſtitutos, cum ad horas canonicas teneantur[c], admonet hæc ſancta ſynodus,

b ¶ Alibi) Quàm in Eccleſiis cathedralibus & collegiatis.

Horæ canonicæ in duobus caſibus ſunt de præcepto.

c ¶ Teneantur) (*1) Not. duos caſus in quibus clerici tenentur dicere horas canonicas. Primus eſt quando clericus eſt beneficiatus, ratione enim beneficij, (*2) etiam in minoribus conſtitutus tenetur (*3) ad tales horas ex ſtatuto Eccleſiæ, vt hic. ad hoc. ca. dolentes, de celeb. miſ. vbi Io. And. exponit ver. clerici ibi potum, ſ. beneficiati & c. xcij. diſt. ſi quis præſby. & ex debito iuſtitiæ, vt no. doc. in ca. j. de celeb. miſ. in cle. j. eo. tit. nã à laicis dati ſunt redditus Eccleſiis & clericis, vt in officio & orationibus vices eorum ſuppleant, & pauperes inde alant. no. Collecta. in d. ca. j. in c. quia nonnulli. de cle. nõ reſi. Albet. in tracta. horarum, q. vj. & qui illas omittit ceſſante iuſto impedimento, iniuriam facit proximo, cui pro temporalibus per eum datis ad ſuſtentationem clerici ſpiritualia refundere obligatur: quia propter officium datur beneficium, capi. fi. de reſcriptio. in vj. cap. cum ſecundum, de præbendarum, & infidelis eſt necatórque egentium animarum, xiij. quæſtione ij. qui oblationes. furtum committit, ſaltem quo ad forum animæ: quia oblati ſunt redditus propter ſeruitium, quod ſi non fecerit, contrectat rem alienam fraudulenter inuito domino, & ſacrilegium: quia fraudat Eccleſiam, qui debet ſeruitium ſuis orationibus, vt dicit Col. vbi ſuprà. d. quòd beneficiatus qui ſine cauſa rationabili non dicit officium, tenetur reſtituere fructus quos interim pericipit ab Eccleſia, cum ſibi permittatur vſus, non abuſus, not. Ioan. Cal. in d. cap. j. de celebra. miſſ. Henr. in cap. fina. de cleri. non reſidenti. & quia vbicunque aliquid datur ob cauſam, cauſa non ſecuta poteſt repeti. ff. de con. cau. quaſi per totum, ſed beneficium datur propter officium dicendum, vt dictum eſt. igitur officio non

Beneficium habens qui ſine cauſa dimittit officium, fructus reſtituere debet.

Digitized by Google

dicto repeti poſſint fructus ab Eccleſia. ad hoc. cap. ſi canonici. de off. or. in vj. in-
frà de pig. di. cul. cap. j. & qui non laborat, non manducet. in l. quamuis. ff. de dam.
infe. not. Bar. in l. neſennius, ff. de execu. tu. in l. j. C. de his qui. vt in. hæc opi. eſt
multum rigida. no. Panor. in d. cap. j. de cele. miſſa. cum iure non probetur, & bene- *Beneficium*
ficium non detur ſimpliciter propter officium, ſed etiam vt clericus aſſumptus in *ad quid da-*
ſortem domini viuat de patrimonio Chriſti, & non mendicet, xciij. diſt. diaconi. *tur.*
cap. ij. de præb. item propter non reſidentiam clericus priuatur beneficio. non ta-
men reperimus quòd artetur ad reſtitutionem fructuum. cap. ex parte. de clemen.
non reſi. vbi ille qui non reſedit per decennium, non fuit compulſus ad reſtitutio-
nem fructuum, cap. ſi quis in clero. vij. quæſt. j. prima tamen opinio eſt tutior in fo-
ro animæ. Quid ſi clericus in minoribus beneficiatus habeat tenue beneficium, ita
quod ex eo non poſſit ſuſtentari, an teneatur has horas dicere? Sic. imputetur enim
ſibi quòd permiſit ſe ad tenue beneficium promoueri. ar. in cap. horrendus, xxvij. q.
v. ad hoc. cap. clericus victum, cum ibi not. xcj. di. & recipiendo beneficium obligat
ſe ad horas, & alia onera beneficij ſupportanda. no. Flo. in cap. niſi cum pridem. de *Beneficium*
renun. vbi dicit quòd inter recipientem & conferentem beneficium oritur contra- *accipiens ſe*
ctus: ita quod ex eo debet beneficiatus compelli nedum ad horas dicendas, ſed quæ- *ad horas*
cunque onera beneficio incumbentia ſubire. de clemen. non reſi. per to. ideo dicit *obligat.*
Alberi. vbi ſupra. quæſt. j. quod horæ canonicæ ſunt quædam ſatisfactio obligatio-
nis contractæ propter beneficium vel ordinem ſacrum ſuſceptum, vnde ſicut ſolu-
tione eius quod debetur tollitur obligatio. inſti. quibus modis tol. obliga. in prin-
cip. ita per ſolutionem & lectionem horarum perſoluimus penſum ſeruitutis no-
ſtræ, id eſt obligationẽ qua ratione beneficij vel ordinis creatori noſtro obligamur:
vt in dict. cap. j. de celebra. miſſa. & vide Hoſtien. in ſum. titul. de celebra. miſſa. §. fin. *Vxor alatur à viro.*
vbi dicit quòd ſicut vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori, quæ tamen debitum red-
dere non poteſt, vel aliàs ſufficientem dotem non dederat viro. xxxij. quæſtio. vij.
quod propoſuiſtis, ita & clericus quamuis à ſponſa ſua ſpirituali debitam ſuſtenta-
tionem non percipiat, tenetur eam officiare, & dicat cum Apoſtolo, Scio ſaturari, &
eſurire: abundare, & penuriam pati, & omnia poſſum in eo qui me confortat. ad
Philip. 3. xlj. diſtinct. quod dicit dominus, & manus ſuæ ei miniſtrent. xxj. quæſtio.
j. clericus, de cen. cum Apoſtolus. Albert. vbi ſupra. quæſtio. viij. idem ſi à princi-
pio fuerit Eccleſia opulenta, nunc facta eſt tenuis, in vtroque tamen caſu debet
Epiſcopus vel per vnionem alterius Eccleſiæ vel alio modo ſubuenire. x. quæſtio.
iij. vnio. Sed an clericus communicatus vel ſuſpenſus teneatur horas dicere? ſic. (* 4) *Excõmunicatus an teneatur ad horas.*
ſicut ſi non eſſet excommunicatus vel ſuſpenſus. xxviij. diſtin. presbyterum, vbi
Ioan. & Archidia. debet tamen eas dicere priuatim, & per ſe, & in modum priuati
ſuffragij, non in Eccleſia. not. docto. in clemen. graui. de celebra. miſſa. ad hoc gl.
& Hoſtien. in cap. illud. de clemen. ex. mi. vbi dicit Hoſtien. quòd non debet di-
cere Dominus vobiſcum, quia hoc dicere competit ad dignitatem ordinis: quia
dignitate per excommunicationem vel ſuſpenſionem ſe indignum facit, & deſinit
eſſe mediator inter Deum & homines, ſed dicat, Domine exaudi orationem
meam, ſicut laicus, not. Henricus, in cap. ij. de clemen. ex. mi. Albertus, vbi ſup.
quæſtio. xij. & xiij. vbi dicit quòd clericus quando dicit horas ſuas ſolus: eſto quòd

Dominus vobiſcū nō debet dici à ſolo. non ſit excommunicatus, non debet dicere Dominus vobiſcum, arg. cap. hoc quoque, de con. diſ. j. nam hæc dictio vobiſcum, denotat pluralitatem perſonarum, ideo cum ſolus dicit officium: dicat, Domine exaudi orationem meam, idem de depoſito ab ordine. tenetur enim horas dicere, cum ratione ordinis ad hanc ſeruitutem ſit obligatus, vt hic. à qua propter delictum ſuum vel pœnam non debet eſſe immunis, xvj. quæſtio. j. legi. de iudi. intelleximus, nam pœna non habet immunitatem, ff. de inter. & rele. l. relegatorum, aliud in clerico in minoribus depoſito à beneficio: quia cum ratione beneficij tenebatur ad horas, ex quo amplius non habet, nec eius percipit fructus, ceſſat obligatio. arg. cap. cum ceſſante. de ap. l. imperatores, ff. de pub. & vec. l. j. C. de fideiuſ. l. ſi debitor. de ſen. paſ. Sed nunquid habens plura beneficia teneatur plures horas dicere? arg. quòd ſic, quia onus debet correſpondere emolumento. xij. quæſtio. ij. charitatem, ſupra de annatis, cap. j. qui ergo duplex beneficium habet, duplici onere grauari debet: & vtriuſque beneficij onus ſubire. arg. cap. cum appella. de priui. inter autem onera beneficij eſt officium, propter quod datur beneficium: vt dictum eſt. & ſi quis multas poſſet habere vxores, & ab omnibus dotem accipere, omnibus ſatisfacere haberet. regula, qui ſentit. de reg. iur. in vj. & pluribus creditoribus obligatus, vni ſoluendo, ab aliis non liberatur. (*5) ff. de ſolu. l. vero procuratori. cap. eam te. de iureiur. nam tot ſunt obligationes quot res, ideo debent eſſe tot ſolutiones, ff. de ver. oblig. l. ſcire. Contra. deciſum eſt per beatum Thomam in quodam quodlibeto, vt refert Henr. in cap. pernicioſus, de celebra. miſ. Flo. in repe. cap. j. eodem tit. Alber. vbi ſuprà quæſtio. xxj. nam conſiderandum eſt, quòd pluralis in beneficiis, duobus obligatur, ſcilicet Deo vt ei debitas laudes exſoluat pro eius beneficiis, & Eccleſiis de quibus accipit fructus: & ea quæ ad Eccleſiam pertinent, ſubiacent diſpenſationi prælatorum Eccleſiæ: ideo hoc debitum quod debet Eccleſiæ, ſoluere debet ſecundum quod ſtatutum eſt, ſiue per ſeipſum ſi ſit beneficium quod requirit reſidentiam, vel per vicarium ſi hoc ſufficiat ex ſtatuto vel conſuetudine aut priuilegio, ſicut eſt facere ſeptimanam ſuam, & celebrare magnam miſſam per ſe vel alium concanonicum: vt in Eccleſia Aurelianenſi. ſiue per alium incertum de certis, vt in Eccleſia Pariſien. vbi canonicus poteſt ſeptimanam ſuam per vnum de vicariis facere. ſiue per incertum de incertis, puta per alium quemcunque idoneum ad illud officium exercendum, vnde illud onus eſt reale, quod tranſit cum re. de pig. ex literis, clemen. j. de cen. & ſic onus reale annexum cuilibet beneficio ſubire tenetur. Sed quantum ad Deum non refert quibus pſalmis vel hymnis Deum laudet: niſi quantum ad hoc quòd debet ſequi maiorum traditiones, & quia laudes debet Deo, ſicut vnus homo ſufficit quòd ſemel officium dicat, & ita de conſuetudine generali Eccleſiæ ſeruatur. Quid ſi in duabus Eccleſiis in quibus quis eſt beneficiatus, fuerint diuerſa officia: cuius Eccleſiæ officium debeat dicere? dic vt dicit Henr. in d. cap. pernicioſus, Flo. in d. cap. j. de ce. miſ. Alber. vbi ſuprà. quæſt. xxij. aut eſt abſens ab vtraque Eccleſia, aut præſens in altera earum, ſi abſens ab vtraque, tunc dicet officium illius Eccleſiæ in qua habet maiorem gradum vel dignitatem: puta quia in vna Eccleſia eſt decanus, in alia eſt ſimplex canonicus: quamuis præbenda ſit pinguior, debet dicere officium illius Eccleſiæ in qua eſt decanus, arg. de præbend. extirpandæ, §. qui vero. cap.

Beneficium duplex an obliget ad duplices horas.

Horæ ſunt dicendæ ſecundū dignitatem præbendarum.

Digitized by Google

quia ſæpe. eodem titul. in vj. ad hoc not. in cap. fi. de poſtu. ſed ſi non habet maiorem gradum in vna quàm in alia: ſi vna illarum Eccleſiarũ eſt dignior altera, vt quia quis eſt canonicus Eccleſiæ Pariſien. & Melden. debet dicere officium dignioris Eccleſiæ: quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, de conſ. Ec. vel al. quod in dubiis, etiam in officiis diuinis dicendis, xij. diſ. de his, in cle. dignum, de celeſ. miſ. Si autem ambæ Eccleſiæ ſint æqualis dignitatis: tunc poteſt dicere quodcumque officiũ voluerit de illis officiis illarum Eccleſiarum, ita quòd eo caſu locus eſt gratificationi arg. ff. de reli. & ſump. fu. l. vlt. c. duobus, de reſcript. in vj. Si eſt præſens in altera Eccleſiarum, tunc debet ſequi mores & ritum illius Eccleſiæ in qua reſidet, etiam ſi in minori beneficio reſideat, quod intellige quando talis dicit officium ſeu horas ſuas in Eccleſia vna cum aliis clericis Eccleſiæ, tunc enim conſtat quòd debet ſe aliis conformare. xj. diſ. in his. xij. quæſtio. ij. cognouimus, de priuil. quia circa. pro quo not. xvj. quæſtio. de monachis. Ioan. Andr. in d. clemen. dignum, quòd monachus factus prælatus Eccleſiæ ſecularis reget eam ſecundum officium clericale, non monachale: ſed vbi talis diceret horas ſuas ad partem per modum priuati ſuffragij in camera vel alibi, poteſt ſi velit officium alterius Eccleſiæ in qua non reſidet dicere, maxime ſi hoc faciat ſine fraude. ſecus forte ſi hoc fraudulenter faceret volens euitare horas prolixiores illius Eccleſiæ, & dicere horas alterius Eccleſię quę ſunt breuiores: vt dicit Henri. vbi ſuprà. Sed an beneficiatus non dicens officium ſecundum ritum ſui beneficij vel diœceſis, ſed officium Romanum, veniat excuſandus? dicunt Stepha. in dicta clemen. j. de celebra. miſſa. & Flo. in cap. j. eo. tit. Albertus vbi ſuprà. q. xxxix. quòd non, quia debet ſequi conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ cathedralis: vt dictum eſt. not. docto. in dicta clementi. j. ad hoc dicta clemen. dignum, arg. à ſpeciali. nam ibi ſpeciale eſt quòd clerici etiam religioſi qui ſunt familiares & domeſtici cardinalium & Epiſcoporum, ſe poſſunt in diuinis officiis cum ipſis conformare: quod intellige de dicentibus horas cum prædictis prælatis: quia tales familiares & domeſtici qui non dicerent cum illis horas, tenerentur ad officium ſuum, quoniam ceſſant cauſa, mens & ratio dict. clement. quare in eis non vendicat locum, argu. l. adigere. §. quamuis, ff. de iur. patro. cum ſi. Similiter capellani clerici familiares & domeſtici regis & reginæ Franciæ in eorum ſeruitio exiſtentes ex priuilegio Pij ſecundi Mantuæ conceſſo poſſunt officium ſuum dicere ad vſum Romanum vel Pariſienſem: & ex illo priuilegio clerici percipiunt groſſos fructus ſuorum beneficiorum & præbendarum integraliter, tanquam ſi reſiderent in eiſdem, non obſtante quòd non fecerint primam reſidentiam ex ſtatuto Eccleſiæ. Ideo poterunt conferre beneficia non obſtan. ſtatutis Eccleſiarum quibus per eadem priuilegia eſt derogatum: quia collatio beneficiorum eſt in fructu. no. in cap. cum olim, de maioritate & obedientia. & prædicti capellani clerici familiares & domeſtici non coguntur ſuſcipere delegationes legatorum vel Epiſcoporum. Et clerici & cappellani capellæ regis & reginæ prædictorum poſſunt recipere ordines tempore debito à quocumque Epiſcopo catholico, ex priuilegio Apoſtolico, quod inter chartas regias inuenies. Secundus caſus quo clericus tenetur ad horas dicendas, eſt cum fuerit in ſacris, vt hic. licet enim nullum habeat beneficium, ratione ſacri ordinis tenetur ad horas, ad hoc. d. cap. ſi quis preſbyter. xij. diſtinct. præſbyter. quod eſt palea.

Romanum vſum tenẽtes non excuſantur.

Regis Franciæ capellani poſſunt vſum Romanum tenere.

Digitized by Google

vnde dicunt docto. in dicto capitu. j. de celebratio. miſſa. quòd verbum presbyter ibi poſitum capitur large pro ſubdiacono, diacono, & ſacerdote, ſi de big. capit. j. de coha. cle. & mu. capitu. ij. clerici etiam religioſi profeſſi tenentur dicere horas, xvj. quæſtio. j. nemo, & ordinatus ad titulum ſui matrimonij, no. docto. in capitu. tuis, de præbend. & ita quo ad horas canonicas dicendas ſunt pares beneficiati & in ſacris conſtituti, ſi. in capit. j. de poſtulatione, dicunt tamen Guiliel. in dicta clement. j. de celebratio. miſſa. & Henricus in dicto capit. j. eodem titu. quòd aliquando differunt, quia ordinati non poſſunt eas dicere per alios, ſola infirmitate ceſſante, ſed beneficiati bene. argum. capitu. peruenit, de appellatio. item ordinatum in ſacris, cuius perſona eſt obligata, excuſat ſola infirmitas corporis, xcj. diſt. capitu. j. & ij. ſed beneficiati non ordinati excuſantur, & per conſuetudinem, per not. in capitu. cum omnes, de conſtitut. per appellationem vel ſimilem arduam cauſam, aut propter abſentiam à ſuo beneficio ex cauſa rationabili, argum. cap. relatum, de cleri. non reſi. de electione, cum ex eod. in vj. idem no. Petr. & Ab. in d. cap. j. de celeb. miſ. ſed hæ differentiæ non placent Cardi. Flo. in dicta clemen. j. eodem titu. & iura pro eis alleg. loquuntur de reſidentia, non de horis, idem ſentit Innoc. in dicto cap. j. de celebra. miſſ. Albert. vbi ſuprà, quæſtio. ix. nam beneficiatus etiam in minoribus exiſtens has horas perſonaliter dicere obligatus eſt, vt ſatis dictum eſt ſuprà, cum propter officium detur beneficium, & iſta ſolutio horarum conſiſtit in labore perſonali, vnde per alium fieri non poteſt, d. clem. j. de celeb. miſſa. ibi, fructum labiorum ſuorum, & eius induſtria videtur ad hoc electa, argum. capitu. fina. de offic. deleg. & quamuis ex iuſta cauſa à reſidentia in beneficio excuſetur, & faciat per alium deſeruire, ab horis tamen dicendis non excuſatur. Item de iure diuino clericus tenetur ad vij. horas canonicas, propheta dicente: Septies in die laudem &c. in dicto capitu. j. de celebratio. miſſa. licet de iure diuino iſtæ vel illæ horæ non ſint determinatæ, nam determinatio ſeu diſtinctio officij eſt de iure poſitiuo, ſed ſepties in die laudare Deum, eſt de iure diuino. Nec poſſet (* 6) Epiſcopus diſpenſare quòd exiſtens in ſtudio non teneretur ad horas: vt no. Colle. in dicto cap. de celeb. miſſ. cum ſit contra legem diuinam & canonicam. Archidiac. in dicto capit. j. xcj. diſtinct. vbi dicit, quòd propter occupationem ſtudij, aut laborem peregrinationis, ab horis non excuſantur clerici, nec poſſet Archiepiſcopus vel Epiſcopus ſuper his diſpenſare, aut in alia commutare, nec Abbas cum monacho. no. Floren. in d. clemen. ij. de celebr. miſſ. Arnoldus de palatio in tract. hor. Alber. vbi ſuprà, quæſtio. vij. vbi dicit, quòd obligatio horarum nedum concernit hominem, ſed Deum cui per promiſſionem quæ tacitè naſcitur & contrahitur in ſuſceptione ordinis, aut ſacri, aut beneficij, obligatur: ideo per hominem remitti non poteſt, ſicut nec iuramentum concernens ipſum Deum, iuxta not. in ca. ij. de ſpon. idem Panorm. in d. cap. de celeb. miſſ. & licet abſens ab Eccleſia non poſſit dicere officium in Eccleſia, non tamen debet excuſari quo minus laudet Deum in priuato: vt not. Innoc. in d. cap. j. de celeb. miſſ. cum viuat de patrimonio Chriſti: vnde maledictum eſt ſtudium, per quod dimittitur diuinum officium: & ſimpliciter melius eſt orare, quàm ſtudere, vel legere, no. in cap. licet, viij. quæſt. j. & dicit Io. de Imo. in cle. j. de magi. quòd quamuis ſcholaris habeat vicarium in Eccleſia ſua, tenetur tamen dicere offi. nec ob. d. c. j. de cele. miſſ. vbi dicitur, quod à ſe vel à ſcholar. officium

Beneficiati per alios horas dicere poſſunt.

Horæ dicũtur per beneficiatum etiã in minoribus cõſtitutum.

Horarum obligatio per homini remitti non poteſt.

Orare melius eſt quã ſtudere.

Digitized by Google

officium compleatur: quia loquitur de officio inchoato per preſbyterum, qui neceſſitate ſuperueniente pulſus implere nōn poteſt. Sed nunquid papa poſſet diſpēſare, vt clericus non teneretur dicere aliquod officium? non: quia de iure diuino eſt ipſum officium generaliter ſumptum, vt dictum eſt. contra quod papa ſine ratione non diſpenſat. vt not. in capit. propoſuit. de conceſ. præbend. not. Car. in d. clem.

vt ſi [a] oratio- ij. Panormitanus in d. capitul. j. de cele. miſ. Sed circa mutationem officij ex cauſa poteſt diſpenſare, cum ſit de iure humano: vt d. clemen. ij. item videtur quòd epiſcopus hoc poſſit, ex cauſa ſcilicet rationabili diſpenſare quod clericus exiſtens in ſtudio vel alibi, dicat officium ſuum ſecundum alium vſum. ad hoc xij. diſtinct. nouit. de con. diſtinct. iij. ca. j. de fe. cap. fi. per quæ. c. dicit gloſ. in d. cap. j. xcj. diſt. quòd epiſcopus poteſt inducere nouam conſuetudinem in eccleſia ſua quo ad officia celebranda. idem Archi. dicens quòd licet id quod ſtatutum eſt ab apoſtolis vel ſanctis patribus, non poſſint epiſcopi immutare: in illis tamen quæ circa ſolennitatem eccleſiæ tantum conſiſtunt, & quæ conſuetudine vel præcepto ſunt introducta, poſſunt aliqua immutare. multo ergo fortius in caſu particulari ex cauſa diſpenſare. *Mutat offi- cium papa, ſed non tol- lit.*

(*1) Materiam huius gloſ. habes per nos latè expeditam in trac. penſio. parte vj. quæſt. ij. Probus.

(*2) Quid ſi habet plura beneficia, an ad plures horas dicendas teneatur? Ioan. de leg. in tract. de hor. dicen. q. 9. dicit ſufficere ſemel illas horas canonicas in die dicere deuote, quia ſi eſt diſpenſatus ad plura, ex conſequenti eſt diſpenſatus vt vnum teneatur dicere officium, tum quia Deo dat laudes vt vnus homo, ideo ſufficit quod vnum officium deuote dicat: tum etiam quia diſpenſatio operatur vt plura beneficia dicantur vnum ſolum. P. *Ad plures horas non tenetur beneficiatus.*

(*3) Eſto quòd beneficij redditus ad ſuſtentationem non ſufficiant: quia ſicut vir tenetur adminiſtratione neceſſaria vxori debitum reddere non valenti. c. propoſuiſti. xxxij. q. vij. ita & beneficiatus ad horas tenetur, licet ſponſa ſua, id eſt beneficium vel eccleſia non det ſibi neceſſaria. Imputetur tali qui ſibi tale beneficium conferri procurauit, dicit Alber. de Ferra. in tracta. de horis cano. verſi. quid ſi clericus. Iſta fuit ratio huius gloſ. colum. ij. quæ etiam ponit primam rationem. Probus.

(*4) Hanc opinionem firmando proſequimur, huic adſtipulando, in tract. penſio. parte vj. q. ij. Probus.

(*5) Iſta vrgent, vt quis vno & eodem tempore horas canonicas cū auditione miſſæ non debeat dicere, quod firmaui ſuprà titu. proximo, in §. ſtatuit, in verbo dicat. Probus.

(*6) An iſtud procedat in papa, dixi in trac. penſio. prælu. ij. quod tangit gloſ. noſtra in ſequentibus. P.

a Orationes) Oratio cum conſcientia ſacerdotibus eſt neceſſaria. xxxvj. diſt. cap. ſi. etiam omnibus viatoribus quantumcunque perfectis incumbit orare ex Domini præcepto, Mar. 6. cle. ad noſtrum. §. ij. de hær. Lu. 18. Oportet ſemper orare, & ſine intermiſſione. de conſecra. diſtinct. v. nunquam. xxxj. diſt. ſi laicus. xxij. diſt. ſacroſancta. id eſt, non intermiſſis horis canonicis: de quibus in ca. j. de celeb. miſ.

Digitized by Google

vel ſine intermiſſione orate, id eſt iuſtè viuite, & æterna deſiderate. homo enim iuſtus nunquam deſinit orare: ſemper enim orat qui bene agit. & de materia orationis per Hoſt. in ſum. tit. de pœ. & remiſ. §. ſi quis ſit effectus. verb. carius autem. Ioan. Andr. in clemen. j. de celeb. miſſ.

† a ¶ Orationes) Quæ ſi ſint interiores per deuotionem, conſequentur à Deo benedictionem: & ſi adeſt exterior ornata modulatio abſque cordis deuotione, licet ſit bona dictio, id eſt ſermo bene compoſitus, à Deo tamen benedictionem non bene conſequitur ait Præpo. in cap. ſedulo. 38. diſtinctio. P.

b ¶ Syncopando) id eſt aliquam dictionem vel literam omittendo. ſyncopa enim figura eſt quæ de medio tollit. de qua not. in c. forus de verbo. ſigni. & concord. c. dolentes. de cele. miſ. clem. j. eo. tit. ſuprà, quo diui. offic. ſit cel. cap. j. & ideo diſtinctè & integrè horæ ſunt dicendæ: vt ipſemet qui dicit, & cæteri audientes officium, verborum valeant percipere ſententiam. nam cum eas tranſcurrendo, dicit ſenſum verborum, nec ipſe legens percipit: nec audientes intelligere permittit. ad hoc. cap. cleros. §. leuitæ. in fi. xxj. di. in extrauag. Bened. xij. hortamur. & iſti ſyncopanti poteſt dici illud Cypriani in lib. de orat. do. Quomodo poſtulas à Deo te exaudiri, cum teipſum non audias? & illud euangelicum, Dicitis vobis parabolam iſtam. An autem qui omiſit aliquem pſalmum in dicendo horas, teneatur illas reiterare, vel ipſum pſalmum dicere? dic aut omiſit omnino dicere horas: aut illas dixit, ſed ſyncopando aliquem pſalmum vel dictionem omiſit. Primo caſu, aut erat ita infirmus, quòd non poterat horas commodè dicere. tunc non tenetur (*) reiterare ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. j. de cele. miſſ. arg. c. ad audientiam. de cleri. non reſi. l. iiij. §. ſtichus. ff. de ſta. li. cum propter infirmitatem excuſetur. §. j. & ca. clericus. xcj. diſt. c. j. de cleri. non reſiden. in vj. ſi tamen ad cautelam facere vellet, commendandus eſt. vnde Pet. de ancha. in d. c. j. dicit, quod ſi hora deputata quis non dixerit officium propter infirmitatem aut caſum fortuitum, perit obligatio pro illa hora, ſicut periret per interitum ſpeciei in obligatione deductę. l. quod te. ff. ſi cer. pet. l. ſi ex legati. ff. de ver. obli. aut non erat infirmus, vel erat de leui infirmitate, qua non obſtante ſua negotia procuraret: quo caſu non excuſatur. ar. ff. de re iudi. quæſitum. & peccat mortaliter, quia non ſatiſfacit obligationi ad quam adſtrictus eſt. ad hoc. d. ca. dolentes. vbi doct. & in d. cap. j. de cele. miſ. & tunc videtur ibidem Innocen. dicere, quòd omiſſas horas teneatur dicere. & conueniens eſt quòd ſacerdos imponat ei pœnitentiam de officio dimiſſo redicendo: vt puniatur in eo in quo deliquit. quod poteſt eſſe verum vbi eſſet modica omiſſio: & ſine abſurditate poſſet reiterari. Si autem eſſet magna omiſſarum horarum multitudo, ſecus, vt not. Hoſt. ſed Ioan. Andr. Pet. de Ancha. & alij dicunt, quod omittens non tenetur redicere, ſed ei de peccato omiſſionis eſt alia pœnitentia arbitraria iniungenda. Si enim teneretur horas omiſſas redicere, ſequeretur abſurditas: quia tempore paſchali aliquando diceretur officium paſſionis vel ediuerſo, quod fieri

Horæ qualiter ſunt dicendæ.

Horæ omiſſæ an debeant redici.

nes † a ſuas Deo acceptas fore cupiunt, vt non in gutture, vel inter dentes, ſeu deglutiendo, aut ſyncopando b dictiones vel col-

Digitized by Google

non debet. & hoc poteſt defendi de ſtricto iure ciuili, vt dicit Pa. quia in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio. in fi. vbi Bartôl. & doct. ff. de re iudi. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verb. obli. ſed ob. l. & ideo. ff. eo. tit. vbi ſi obligatus ad factum non poteſt illud implere ſtatuto tempore, tenetur implere poſtea cum poteſt. l. Celſus. ff. de arbi. capit. cum dilecti. de do. & contu. vbi

loquia [a], vel riſus [b] intermiſcendo: ſed ſiue ſoli, ſiue aſſociati diurnum nocturnúmque officium [c]

patet quod impedimentum non perimit, ſed ſuſpendit executionem obligationis. igitur omittens officium etiam ex cauſa legitima tenebitur redicere, ad hoc quod officium diuinum eſt quædam ſeruitus ſeu penſio ad quam eſt obligatus clericus ordinatus aut beneficiatus: vt. d. c. j. de cele. miſ. & hic. quæ obligatio tempore non videtur tolli, cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obliga. Et licet debitor non poſſit in termino ſatisfacere, non propterea liberatur etiam ſi ceſſit bonis, ſi ad pinguiorem fortunam veniat, tenetur ſoluere. l. is qui. ff. de ceſ. bo. no. in cap. Odoardus. de ſol. & ex his dixerunt aliqui, quòd clericus tenetur repetere officium omiſſum ex impedimento. refert Alber. vbi ſuprà. quæſt. xxviij. ſed dic quòd in contra. ex complemento poſt terminum non contingit diuerſitas ſolutionis circa rem in obligatione deductam: quia eadem eſt domus quæ fit iuxta terminum, & poſtea: ſed non eſt ita in officio diuino. aliud enim eſt officium quod dicitur die Lunæ, & quod dicitur die Iouis: ideo non dicitur idem opus. l. ſi vſusfructus mihi. ff. de vſufru. le. ſed in foro contentioſo omittens officium, ſtipendio eccleſiæ priuandus eſt. vt dicto. capit. clericus. aut ſuſpendendus dicto c. dolentes. vel aliàs ad arbitrium epiſcopi puniendus. xcj. diſtin. c. ſi. aut quis dixit offic. ſed ſyncopando vel tranſcurrendo omiſit aliquem pſalmum: tunc etiam non tenetur à capite incipere quando ex leui cauſa vel negligentia procederet: ſecus ſi ex accurata neglig ētia vel doloſe pſalmum omiſiſſet. eod. modo ſi magnam partem pſalmor. omiſiſſet, vt no. doct. in dicto c. dolentes, ſed in primo caſu tutius eſt ad partem officio expleto pſalmū omiſſum reaſſumere. & quod dictum eſt in ſecundo caſu, intellige quod eodem die debet reaſſumere omiſſa: quod ſi non faceret, eſſet ei pro peccato omiſſionis pœnitentia indicenda: vt ſuprà dictum eſt. An autem talis omittens, vel non deuotè horas dicens peccet, & an venialiter vel mortaliter? no. docto. in dicto. cap. j. de celebra. miſſa. in dicto capit. dolentes. & vbique Car. Flo. doct. in clemen. j. eo. titu. Albert. quæſtio. xxiij. & xxvj.

Bonorum ceſſio non liberat à debito.

(*) Pro hac parte facit quod dixi ſuprà tit. de colla. §. j. in verbo legitimo. P.

a ¶ Colloquia) Concod. ſuprà quo. diui. offic. ſit cele. capit. j. cum ibi not.

b ¶ Riſus) Ad hoc. v. quæſt. iiij. in loco. de conſe. di. v. nullus. an autem ridere ſit peccatum, no. Henri. in cap. petiſtis. de priui.

c ¶ Officium) No. duas ſpecies diuini officij, diurnum ſcilicet, & nocturnum. ca. j. cap. dolentes. de cele. miſ. nocturnum continet matutinas quæ debent dici media nocte. Pſalm. Media nocte ſurgebam, &c. ſed matutinæ ſecundum verum ſignificationem diuiduntur in nocturnum, & laudes matutinales. ideo non eſt inconueniens quod expleto nocturno laudes reſeruentur ad mane: vt eſt conſuetudo quorumdam

Officium diurnum eſt duplex.

Digitized by Google

religioſorum, quod media nocte incipiunt matutinū, & dicunt vſque ad laudes: poſtea incipiunt laudes modicum ante diluculum, vel ſtatim poſt. & quantum ad primum eſt de nocturnis vigilijs. quantum ad laudes, eſt de diurnis. fa. quod not. Archi. in capit. preſbyter. xcj. diſ. vbi innuit quòd octo ſunt horæ canonicæ, ſeparando illam auctoritatem, media nocte, &c. à ſeptem alijs horis, de quibus in alia auctoritate, ſepties in die, &c. ſic intelligit illam auctoritatem, ſepties in die, &c. de die artificiali. pro quo fa. quòd in primitiua eccleſia de nocte ſurgebant ad diuinum officium celebrandum. Primo, circa primum ſomnium, ſcilicet quando vulgus ſolet ire dormitum. Secundo, circa mediam noctem. Tertio, paulo ante diem ſic ordinate, vt nocturni finiti eſſent & lectiones cum ſuis reſponſorijs perlectæ priuſquam luceſceret, & apparente aurora cum pulſatis campanis clamabant, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. & poſtea laudes matutinas. Ad primam nocturnam ſurgebant tantum miniſtri eccleſiæ qui iam dormierant, tempeſtiuè cubantes: ad ſecundam ſimul miniſtri & coniugati, tam viri quàm mulieres. ad tertiam omnes communiter. ſed poſtea charitate algente, cum homines pigritarent ſurgere, tam miniſtri eccleſiæ quàm populus ad nocturnum officium, conſultum eſt vt media nocte ſaltem omnes ſurgerent, & totum noctis officium decantaretur: quod adhuc multi religioſi obſeruant, & eccleſia Pariſien. (*). Hanc iterum inſtitutionem communiter non ſeruauerunt delicijs pluſquam Dei officio vacantes: quapropter itertum ſtatutum eſt, vt in tempore vltimæ nocturnæ ſaltem vniuerſi ſurgent circa diei principium. nunc autem diuini cultus cura ſic abijt in decliuum, vt prius ſurgant pueri quàm miniſtri eccleſiæ, prius cantent paſſeres quàm ſacerdotes. Alij communiter non ponunt niſi ſeptem horas: & intelligunt illud Pſalm. Septies in die, &c. de die naturali. & hodie ius poſitiuum non diſtinguit matutinum à matutinis laudibus, ſed illas duas partes vocat matutinas, vt dicto c. preſbyter. d. capit. j. de celebra. miſſa.

Horæ qua hora ſint dicendæ.

reuerenter verbiſque diſtinctis peragant, ac tali in loco [a] vnde à deuo-

(*) Quæ adhuc obſeruat. hoc tamen tempore quo omnis populus nititur nouitatibus ſtudere, multi illud officium ad auroram totis conatibus attentarunt transferri, non propter Ieſum tantum, ſed veriſimiliter potius propter lucrum conſequendum, laborémque vitandum nocturnum. votum tamen illorum per maiorem & ſaniorem capituli partem ſanctè & laudabiliter fuit repulſam paſſum, & concluſum ne deinceps fiat verbum in contrarium. ita deliberatum fuit 28. Nouembris, 1541. Ea enim maior pars moueri potuit rationibus optimis citatis pro Archid. in ca. imitare. vj. quæſtio. j. Probus.

a ¶ Loco) In eccleſia ſi fieri poteſt, in qua orationes ſunt principaliter (*) faciendæ. de pur. poſt pat. capitul. j. de immu. eccleſ. decet. in vj. clemen. j. de cele. miſſ. cum eccleſiæ ſint ad orandum deputatæ. de conſe. diſtinct. j. per tot. Pſalm. In eccleſijs benedicite Domino. maximè in magnis feſtis. argu. vij. quæſtio. j. ſi quis in clero. de conſe. diſ. j. ſi quis. vel in domo ſua aut alibi, in loco ſcilicet ab alijs ſeparato. per nota. ſuprà quo. diui. offic. ſit celeb. capitul. j. iuxta illud Matth. 6. Cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.

Digitized by Google

& Auguſt. de ſermone Domini, Videri ab hominibus non eſt nephas, ſed id agere vt ab hominibus videaris. recepit enim ille mercedem ſuam.

(*) Idem dicit gloſ. ſuprà tit. proxi. in princ. in verbo ſacro. & ibi diximus. Probus. (*)

(*2) Dicit enim diuus Chry. ſuper Matth. capitul. vj. non voce clamoſa pulſandus eſt Deus, ſed conſcientia vera placandus, quia non eſt vocis, ſed cordis auditio. Probus.

tione[a] non retrahantur, ad quam ſe diſponere & præparare[b] debent[c], iuxta illud quod ſcriptum eſt[d], Ante

a ¶ Deuotione) Quæ inter alia requiritur (*) in oratione capitul. magnæ. circa. fi. de vo. de ele. vbi periculum. §. pe. li. vj. not. in clemen. j. de re. & vene. ſan. vnde Gregorius, Qui indeuotus orat, iudicium ſibi poſtulat. ad hoc capit. quia corpus. de conſe. diſ. ij. & Auguſt. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum, ſi mutum eſt cor? pro hoc not. ſupra quo. diui. off. ſit cele. c. j. in ver. modulentur. & an talis indeuotus peccet, dixi ſuprà. (*)

(*) Ex quo videtur inferendum, quod horas indeuote dicens peccet mortaliter, tanquam contra præceptum eccleſiæ faciens. quod verũ dic, ſi id ex propoſito voluntatis & malitioſe vel negligenter. Secus ſi negligentia eſt leuis vel leuiſſima, quæ venit præter voluntatem, vel ex nimio ſumno, quia tunc ſolum peccat venialiter, dicit Ioan. de lig. in tracta. de hor. dic. quæſtio. viij. quia cor hominis eſt mobilius omni mobili. Ideo non requiritur quod attente ſemper maneat in oratione propter actus eſſentiam, ſed ſatis eſt quòd maneat per virtutem, quod eſt quando quis accedit ad legendum horas, ſit in bona intentione. ſic intellige verbum Præpo. in capitul. ſedulo. col. j. diſtinct. 38. quòd ſi clericus dicat officium, non videtur ſatisfacere ſi cor diuertat ad alia, quàm ad officium. P. *Horas dicens indeuote an; pecet.*

b ¶ Præparare) Per contritionem & eleemoſynarum largitionem. clem. j. §. ideóque. de reli. & ve. ſanc. & maledictus eſt homo qui facit opus Dei negligenter. Hiere. 44. capitul. & per bene diſpoſitum & pœnitentem porrigenda eſt oratio ad Deum: quia cum is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur & cætera. iij. quæſtio. vij. in grauibus. xlix. diſtinct. §. j. cum ibi not. &, Deus peccatores non exaudit. Eccleſiaſti. 28. quod intellige vt not. Ioan. Andr. in d. clemen. in verb. orationes. Et an melior ſit miſſa boni ſacerdotis quàm mali, not. Henri. in capitul. fi. de celemiſ. & vide Albert. vbi ſuprà. quæſt. vlti. vbi alleg. hoc decre. & ibi docet qualiter ſe habeat præparare ad officium acceſſurus. *Oratio per quem debet porrigi.*

c ¶ Debent) Si tamen excommunicatus vel in peccato mortali exiſtens dixit horas, liberatur, nec tenetur eas redicere: vt not. Ioan. Andr. & alij in capitul. quod quidam. de pœniten. & remiſ. Henri. in capitul. ij. de clemen. ex. mi. nam ſi bona. quæ quis facit in eo ſtatu, proſunt ad mitius ſupplicium. de pœniten. diſtinct. iij. capit. vlti. & not. in dicto capitul. quod quidam. reſtat quòd liberatur & pœnam euitat ſic dicendo: aliàs ſi dicere non prodeſſet, idem pœnam non vitaret, ſed potius augmentaret.

d ¶ Scriptum eſt) Eccleſiaſti. 2. de pœni. diſtin. ij. ſi enim inquit. ver. filij.

Digitized by Google

Quaſi quid ſignificat. a ¶ Quaſi) Veritatem notat, regulariter ſimilitudinem, & diminuit. gloſ. & doct. in cap. parochianos, de deci. Bartol. in l. ſi vero. ff. ſolu. ma. Oldra. conſi. 155. Bald. in l. ſuis. ff. de lib. & poſthu.

b ¶ Tentat) Quod fieri non debet. Non enim tentabis dominum Deum tuum. Deutero. 3. Luc. 4. Matt. 4. xxij. quæſt. ij. quæritur. ij. quæſtio. v. monomachiam. cap. ſi. de pur. vul. cum ibi not. xxiiij. q. ſina. ſi nulla.

¶ De his qui tempore diuinorum officiorum vagantur per eccleſiam.

c Q Vicunque) Primo, ponitur beneficiatorũ eccleſiæ in ipſo tempore diuinorum vagantium punitio. Secundo, ex pertinacia pœnæ aggrauatio. Tertio, prohibentur tumultuoſi diſcurſus per eccleſiam. Quarto, regularium circa prædicta excedentium ponitur punitio. ſecunda ibi, qui ſi ſemel. tertia ibi, prohibeatur. quarta, regulares.

Habitus non facit beneficiatum. d ¶ Beneficiatus) Non eſt beneficiatus in aliqua eccleſia, qui duntaxat habet habitum, ſicut canonici & capellani ſanctorum Stephani de greſſibus, Mederici, Benedicti, & Sepulchri, non dicuntur beneficiati in eccleſia Pariſien. licet ſint de eiuſdem habitu. vnde in ipſa poſſunt habere beneficium: quod tamen non liceret ſi beneficiati ibidem cenſerentur. capitul. j. de conſuetud. in vj. clemen. ſina. de præben.

e ¶ Præſertim) Id eſt maximè. & implicat ſic infrà de te. cap. tem. miſ. cap. j. in cap. ſignificante. vbi gloſ. de ap. in l. ambigua. ff. de legib. aliquando exponitur pro tantum. capitul. licet. de fo. compe. in l. fina. ff. de his quæ in te. delen. in capitul. per tuas j. de ſimoni. vbi gloſ. & Panormita. gloſ. in cap. per venerabilem circa princ. qui ſi. ſunt legi. Ioan. Andr. in addi. Spe. ti. de teſta. §. j. ver. item quòd eſt impubes.

f ¶ Maioribus) Beneficijs. ſi. ſuprà quo. diui. offic. ſit. cele. cap. j.

g ¶ Diuinorum) Officiorum. ap. quorum non ſolum veniunt ſeptem horæ di-

orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi[a] qui tentat[b] Deum.

Item acceptat decretum quod incipit.

De his qui tempore diuinorum officiorum vagantur per eccleſiam.

Beneficiatus, præſertim de maioribus, ſi tempore diuinorum, per eccleſiam vel foris eam ſit vagans, aut cum alijs colloquens, totius diei præſentiam amittit: & ſemel correctus non deſiſtens per menſem diſtributionibus caret, vel pœnæ grauiori ſubiacet ſi pertinacia exegerit, vt tandem deſiſtat. Et regulares id facientes, graui pœna arbitrio caſtigantur ſuperiorum. P.

QVicunque[c] in eccleſia beneficiatus[d], præſertim[e] de maioribus,[f] diuinorum[g] tempore per

Digitized by Google

uinæ, ſed miſſa: vt not. ſuprà quo. diui. offic. ſit. celeb. capitul. j. & prædicatio. ad hoc. capit. inter cætera. de offic. ord. gloſ. in clemen. quamuis in verb. ad diuina. de ſo. compe. quæ patienter audienda eſt: quia non minus reus erit qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti ſua negligentia in terram cadere permiſerit j. quæſtio. j. interrogo. & dicit canon. quòd ſacerdote in eccleſia Dei verbum faciente: qui egreſſus de auditorio fuerit, ſcilicet ex conſuetudine vel contemptu, excommunicetur. de conſe. diſt. j. ſacerdote.

Verbum diuinum diligenter eſt audiendum.

eccleſiam vel foris [a] circa [b] ipſam deambulando, aut cum alijs colloquendo [c] vagari viſus fuerit, non ſolum illius horæ [d], ſed totius præſentiam [e] diei ipſo facto amittat. Qui ſi ſemel correctus non deſtiterit, per menſem diſtributionibus careat [f], vel gra-

a ¶ Foris) id eſt extra.

b ¶ Circa) Puta in cemeterio eccleſiæ contiguo. ar. capitul. j. de con. eccle. vel alt. lib. vj. de ſenten. excommu. ſi ciuitas co. lib. aut in atrio eccleſiæ, quod immunitate gaudet ſicut eccleſia. capitul. ſi quis in atrio. capit. id conſtituimus. xvij. quæſt. iiij. vel intellige circa eccleſiam vſque ad xxx. vel. xl. paſſus nam immunitas eccleſiæ extenditur foris vſque ad xl. paſſus ſi maior ſit eccleſia vel matrix, vel vſque ad xxx. ſi minor, puta capella, & cætera. xvij. quæſtio. iiij. ſicut antiquitus. capitul. frater capit. miror. vel potius intellige vſque ad modicam diſtantiam ab eccleſia: ita quod ex vagatione extra eccleſiam poſſit perturbari diuinum officium. hæc enim dictio circa & ſimiles ad modicum referuntur. ar. l. hæc adiectio. ff. de verb. ſig. de dila. literæ. not. in capitul. fi. de deſpon. impu. Specu. titul. de diſpu. & alle. §. poſt. hæc. verſi. item dictio amplius. do. Anto. in capit. licet. de pro. vel dic arbitrarium. ad hoc cap. j. §. officialis. iuncta gloſ. in ver. circa. de offic. or. in vj.

Eccleſiæ atrium gaudet immunitate.

Dictio circa exponitur.

c ¶ Colloquendo) Colloquia ſunt in eccleſia prohibita. ſuprà tit. j. capitu. & quo. diui. off. ſit cele. cap. j. cum ſi.

d ¶ Horæ) Supple diſtributiones amittat.

e ¶ Præſentiam) id eſt diſtributiones etiam aliarum horarum, ſiue aliorum officiorum diei amittat, tanquam ſi abſens ab eccleſia fuiſſet. Et facit iſte text. quòd beneficiatus habens aliquod priuilegium quia reſidet, perdit illud ſi vagari incipiat. nota. ſuprà de col. §. item quòd ad dictas, in verb. reſidebunt. & vagabundus perdit priuilegium fori, & poteſt vbilibet vbi reperitur conueniri. in auten. vt nul. iu. §. ſi quis vero. colum. ix. C. vbi de cri. agi opor. l. j. Specul. & Ioan. Andr. in addi. de con. iudi. adi. §. j. ver. xl. gloſ. & doct. in l. hæres abſens. ff. de iudi. Panormit. in cap. fi. de foro competenti.

Priuilegium perdit vagabundus.

f ¶ Careat) Ipſo facto. (*)

(*) Vide Præpo. in capitul. fi. colum. ſecunda. ibi, nota vbi lex. ij. quæſtio. iij. Probus.

Digitized by Google

uiori, ſi pertinacia[a] exegerit, pœnæ ſubiaceat, vt tandem deſiſtere cogatur.

Prohibeatur etiam ne diuina officia tumultuoſi[b] quorumcunque per eccleſiam diſcurſus impediant aut perturbent[c].

Regulares[d] qui in conuentualibus eccleſijs circa prædicta[e] exceſſerint, graui pœna ſuperiorum[f] arbitrio caſtigentur.

Item acceptat decretum quod incipit.

a ¶ Pertinacia) Cum creſcente contumacia, creſcere debeat pœna. ff. de pœ. l. relegati. c. ij. cum non ab homine. de iudi. cum ſi & no. quòd hæc dictio pertinacia ſonat in malam partem. (* 1) de cle. ex. mi. cap. fi. de pœ. di. ij. pennata. l. ſi ad magiſtratum l. omnes. de decu. li. x. perſeuerantia autem in bonam. (* 2) nota. Pau. in clem. j. §. cæterum. de vſufruct. vbi dicit quòd ille pertinax eſt, qui valde & impudenter tenet aliquod malum & affirmat. vnde ſi ioco vel ex lubrico linguæ hoc aſſereret, non eſſet hæreticus xxij. q. ij. quod ait. gloſ. in cleme. j. §. porro. de ſum. tri. ad hoc cap. damnamus. in fi. eod. titul. & ibi Flo. Pertinax etiam eſt, qui correctus non deſinit peccare, vt hic. & in iuribus alleg.

(* 1) Quod placet Lucæ de penna, in l. omnes iudices. colum. ij. de decurio. lib. x. C. & in l. ſi ad magiſtratum eo. titu.

(*) Quod per multa probat Lucas de penna in l. omnes omnino. col. j. de decu. lib. x. C. P.

b ¶ Tumultuoſi) Nam cum pace & quiete vota conuenit celebrari. C. de his qui ad ec. con. l. denunciamus v. quæſtio. iiij. c. in loco. de im. eccle. decet. in vj. & merito, cum ille qui colendus eſt, ſit rex pacificus. xxiij. quæſtio. j. niſi bella. in pro. decre. rex pacificus.

c ¶ Perturbent) Qui turbat diuinum officium, poteſt ſine metu excommu. eijci de eccle. c. veniens c. cum voluntate de ſent. excom. quod intellige tam de turbatione facti, quàm iuris. nam notoriè excommunicatus poteſt impune etiam clericus eijci de eccleſia. no. infr. de inter. indif. non po. c. j. & no. Ioan. And. in c. ij. ne clerici. vel mo. li. vj. quòd monachus qui contra ſtatutum illius c. intrauit ſcholas, poteſt licitè vi expelli. ar. d. c. veniens. Et dicunt doct. in c. ij. de paro. quòd licitum eſt rectori eccleſiæ volenti celebrare, alienos parochianos contempto proprio presby. miſſam ibidem audire volentes eijcere violenter: non ſolum laicos, ſed clericos. arg. d. c. veniens. vbi Henr. Item perturbans diuinum offi. poteſt excom. ſi non deſiſtat. c. dilectis de ap. & ſecund. legẽ capitaliter puniri. C. de his qui ad eccl. cõfu. l. denunciamus in auth. de ſanc. epi. §. ſi quis autẽ cũ ſacra. col. ix.

d ¶ Regulares) id eſt religioſi quicunque. de reg. per totum. (*)

(*) Etiam canonici ſeculares poſſunt dici regulares, quia canon dicitur regula, inde canonicus id eſt regularis. Regula dicitur quia regit, & ſecundum quam aliquis bene regulatur & regitur. P.

e ¶ Prædicta) Deambulando vel colloquendo in eorum eccleſijs vel circa tempora diuinorum.

f ¶ Superiorum) Abbatum ſcilicet, vel priorum, cuſtodum, gardianorum, aut aliorum

rum

Pertinacia in malam partem ſonat.

Officium turbans diuinum proijciatur.

Excommunicatus notoriè ab eccleſia eijciatur.

Digitized by Google

rum quibuſcunque nominibus cenſeantur, ad quos de iure religioſorum correctio primo ſpectat, cap. ea quæ, de ſta. mo. de off. ord. quanto in cle. cupientes, §. quòd ſi fortè, de pœ. no. latè Ioan. de lig. in cle. ne in agro. de ſta. mo. Panorm. in cap. cum contingat, de fo. compe.

¶ De pignorantibus diuinum cultum.

De pignorantibus cultum diuinum.

Irrita decernitur obligatio, etiam iuramento firmata, qua canonici creditoribus ſuis ſunt obligati, quòd niſi ſtatuto tempore ſoluerint, à diuinis ceſſetur officiis: & qui talem cõtractum fecerint, trium menſium fructus ipſo facto amittunt, qui Eccleſiæ applicantur: & quandiu diuina non reſumpſerint, prouentus ex ipſa non recipiunt. P.

ABuſum [a] etiam [b] illum cultui [c] diuino manifeſte derogantem, quo nonnulli Eccleſiarum canonici [d] contrahentes [e] debita, ſic ſe

a ABuſum) Primo, prohibet Eccleſiam contrahere ſub pœna ceſſationis à diuinis: obligatióque nulla decernitur, ſecundo, taliter cõtrahentes punit. ſecunda, ibi: ſtatuimus.

b ¶ Etiam) Continuat ad præcedens cap.

c ¶ Cultui) In cuius diminutionem ſtatutum ſine cauſa non valet (*) de conſti. ex parte, ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, ver. ſic dimittitur, cum ſi.

(*) Iſta eſt regula, quod in quacunque diſpoſitione requiritur cauſa, vt probo per multa in tract. penſio. parte j. q. ij. nu. 81. & ſeq. Probus.

d ¶ Canonici) Seculares, idem in regularibus paritate rationis, ad hoc cap. ſi canonici, de off. ord. in vj. quod habet locum in regularibus propter, cap. quamuis, eod. titu. & dic canonici, id eſt capitulum vel conuentus: quia pauci non poſſent hoc facere, de his quæ fiunt à maio. parte cap. cap. quæſiuit, nec obligare eccleſiam niſi quatenus in ipſius vtilitatem verſum eſſet cap. quòd quibuſdam, de fideiuſ. cap. j. de depo. cum ſinguli de capitulo non habeãt dominium (*) & adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, ſed ipſum capitulum, quæſtio. ij. qui manumittitur.

(*) Quod adminiſtrationem habeat capitulum, fatendum eſt, non quòd habeat dominium, quia illud proprie eſt apud Chriſtum, vt latè firmo in tract. de uo. parte iiij. q. xxij. Probus.

e ¶ Contrahentes) Cum eccleſia contrahens in cauſa mutui: licet teneatur probare pecuniam verſam in vtilitatem eccleſiæ, ad hoc vt efficacem habeat actionem contra eccleſiam, cap. j. de depo. cap. quod quibuſdam, de fideiuſ. in authen. hoc ius porrectum, C. de ſa. ſanct. eccle. x. q. ij. hoc ius, in aliis tamen contractibus initis cum eccleſia non eſt neceſſe, not. Inno. in d. cap. j. de depo. ſpeciale enim eſt in mutuo, ne prælati ſint faciles ad mutuandum pecunias, & creditores ad tradendum, & per con- *Cõtrahens cum Eccleſia, an debeat probare in eius vtilitatem verſum.*

Digitized by Google

ſequens facilè deueniretur ad diſtractionem rerum eccleſiæ, in aliis tamen contractibus oportet conſtare eccleſiam vel prælatum recepiſſe pecuniam, nec ſufficeret ſola conſeſſio prælati confitentis precium recepiſſe, aliud enim eſt confiteri precium recepiſſe: & aliud veraciter recepiſſe, l. ſi ex cautione, cum ibi no. C. de non nu. pecu. & cum alienatio rerum eccleſiæ à iure permittatur cum certa ſolennitate, & ex certis cauſis, non poteſt prælatus habere fidem de precio: nec ſufficit eius confeſſio ſuper precio recepto, niſi appareat aliter ſolutum vel conuerſum in cauſam propter quam alienatio fuit facta, nam vbicunque alienatio permittitur propter cauſam, non poteſt haberi fides de precio, patet in l. à diuo pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudi. & ibi Bar. l. ſi procurator, ff. de iure fiſc. no. Panorm. conſil. xlij. per Bald. in l. inciuile, C. de rei ven. intellige etiam quòd in mutuo non eſt neceſſe probare verſionem, niſi vbi pro ſatisfactione oporteret peruenire ad diſtractionem immobilium vel mobilium precioſorum, ſecus ſi poſſit fieri ſatisfactio de fructibus, no. Inno. in dicto ca. j. de depo. per di. authen. hoc ius, in ver. & is creditor, vbi apponitur dictio is vel hic, quaſi verſum debeat probari per creditorem in illo caſu vbi opus eſt diſtrahere immobilia vel mobilia precioſa pro ſatisfactione, & quia in diſtractione fructuum non generatur præiudicium niſi prælato viuenti, qui ex eis viuere debet. Et nota quòd tunc contractus dicitur celebrari cum eccleſia, quando fit in præſentia prælati & capituli, qui repræſentant eccleſiam, cap. requiſiſti, de teſta. Dicit tamen Archid. in dicto cap. hoc ius, quòd non ſit neceſſaria probatio verſionis ſi mutuum factum eſt prælato & capitulo, ſentit Innocen. in dicto cap. j. de depo. ſicut ſi fuerit mutuum factum ciuitati præſente populi conſilio: ſed alteri eorum non ſufficeret, videtur velle glo. in d. auth. hoc ius, ſed Panorm. tenet contrarium, vt debeat ſemper probari verſio, vbi debet fieri diſtractio immobilium & mobilium precioſorum: vt no. in dicto cap. j. de depo. in dicto ca. quod quibuſdam. Arch. ſequitur Bar. in l. ciuitas, ff. ſi cer. pe. & Cy. in d. authen. hoc ius, quia vniuerſitas bene poteſt facere conditionem eccleſiæ deteriorem, ar. C. de ſa. ſanct. eccle. l. iubemus, idem de Imola in clemen. j. de re. eccle. non alie. Hen. in dicto cap. quod quibuſdam. Bald. idem in d. authen. vbi dicit ſufficere confeſſionem prælati & capituli, ſi concurrerent coniecturæ cum confeſſione: vt quia monachi nil habebant de frumento, vel erant nudi: nunc vero apparet quòd vixerunt de frumento, & quòd ſunt veſtiti. Barb. in dicto cap. j. de depo. poſt multas opiniones concludit, quòd ſi mutuum factum eſt ſoli prælato vel alij beneficiato, non tenetur eccleſia, niſi probetur verſum, per d. authen. hoc ius, l. ij. C. quãdo ex fa. tu. quia prælatus æquiparatur tutori, cap. qualiter, ij. de accu. gloſ. in l. ſi populi, ff. de neg. geſt. tenebitur tamen ipſe mutuum recipiens de fructibus eccleſiæ ſoluere, ca. ex præſentium, & ibi Inno. de pig. idem ſi mutuum fiat ſoli eccleſiæ. Si vero mutuum fiat prælato & eccleſiæ ſimul, non eſt neceſſaria probatio verſionis, ſic intelligitur, d. authen. hoc ius, idem Barba. in dicto cap. quod quibuſdam, dicens, quòd illud quod religioſi expendunt in pulchris equis, vel fulgidis veſtibus, aut pinguibus morſellis, non poteſt dici verſum in vtilitatem monaſterij, oportet enim quòd vtilitas ſit euidens: nec creditur verſum, licet ſcriptura publica ſuper hoc ſit confecta, niſi aliàs probaretur per legitima documenta, not. Gullel. in clemen. j. de rebus eccle. non alie.

Mobilia precioſa æquiparãtur immobilibus.

Mutuum ſi prælato ſit factum, an teneatur Eccleſia.

Digitized by Google

a ¶ Creditoribus) Huius dictionis generalis appel. eſt ad omnes contractus, nam is creditor eſt cui aliquid debetur, ff. ſi cer. peta.l.j.de ver.ſig.l.creditores,cum,l.ſequ. aliquando capitur pro mutuatore,l.ij.ff.ſi cer.pet.ad Macedo.l.fina. Aliquando dicitur creditor is qui probat pecuniam in vtilitatem domini eſſe conuerſum, ff. ſi cer. pet.l.ciuitas,C.de ſa.ſanct.eccl.auth.hoc ius, ſi aduer.cred.l.j.cum ſi. *Creditor eſt cui aliquid debetur.*

creditoribus[a] obligant, vt niſi ſtatuto[b] tempore ſatisfaciant[c], à diuinis[d] † ceſſetur[e]

b ¶ Statuto) Id eſt præfixo inter eos & creditores.

c ¶ Satisfaciant) Satisfit creditori ſiue precio ſoluto, ſiue alio dato, aut quocunque (*) voluerit creditor, ff.de pig.act.l. ſi rem,§.ſatisfactum, de contra. emp.l. vt res,no.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.in l.ſtipulationum,§.ſatis acceptio,in gloſ.in ver. ſatiſfieri,ff.de ver.obli.doct.in cap.præterea,de ap.Spe.titu.de oblig.& ſol.§.ij.ver.quid ſi contra te lata.Ioan.And.in cap.peccatum,de reg.iur.in vj.Bal.in l.per diuerſas, C. manda. *Satisfactio pluribus fit modis.*

(*) Quod firmo in tract.deuolutio,parte iiij. q.in fine. Probus.

† d ¶ Diuinis) Sic videntur quodammodo cultum dare diuinum creditoribus in pignus, cum pignus ſit quod creditoribus datur, ſic differt ab hypotheca, cum hæc duo ſint diuerſa, adeo quod ſtatutum loquens de vno non habet locum in altero. Bald.in l.ſi rem §.propriè,ff.de pigno.actio. P.

e ¶ Ceſſetur) Hanc ceſſationem à diuinis non poſſunt facere canonici vel conuentus ex quacunque cauſa, niſi eis competat ex conſuetudine, vel aliàs, & obſeruatis certis formis,de quibus in cap.irrefragabilis,§.cæterum,de off.ord.in cap.ſi canonici,in cap.quamuis,eod. titu.in vj. & eſt differentia inter ceſſationem à diuinis, & interdictum: quia ceſſatio à diuinis eſt quid facti,nec eſt aliud quàm ſuſpendere organa miniſtrorum,vt ibi non celebrent, nec medio tempore dicitur talis eccleſia interdicta,vnde tunc ibi celebrans non efficeretur irregularis: vt no.docto. in dicto cap. irrefragabili,in dicto cap.ſi canonici,quod limitat Archid.in cap. is qui, de ſententia excommuni. in vj. quando celebratur in eccleſia in qua eſt ceſſatio diuinorum indicta auctoritate propria, iuxta formam conſuetudinis ab alio quàm à legato vel epiſcopo vel Papæ delegato, ſi autem fit ceſſatio auctoritate illorum, credit quòd ſit irregularis,ſic intelligit quod no. Inno. in cap. non eſt, de ſpon. & idem Henr. ibi. & Ab. in diſtinct. inter. Car. dicit in dicto cap. non eſt, quòd ſi ceſſatio diuinorum eſt generalis, puta quæ fit à canone vel ſynodo, tunc cum iſta æquiparetur interdicto, in clemen.j.de ſenten.excommu. eam violans efficitur irregularis, ſecus vbi ceſſatio eſſet particularis,hæc non placet Papor.& moder.in c.dilectis, de appel. dicentibus quòd celebrans etiam in ceſſatione generali ciuitatis vel villæ, non efficeretur irregularis,cum non ſit iure cautum, & regula eſt, vt nunquam quis incurrat irregularitatem, niſi in caſibus in iure expreſſis: vt dicto cap. is qui nec obſtat dicta clemen. cum loquatur in ſuo caſu,pœnæ autem non debent extendi, cap. in pœnis, de reg. iur. in vj. Sententia vero interdicti eſt quid iuris, vnde celebrans in loco interdicto incurrit irregularitatem,vt dicto cap.is qui,niſi in caſibus à iure permiſſis, cap.alma, de ſenten.excommunicatio.in vj. *Ceſſatio à diuinis quando & per quos poteſt fieri.* *Irregularitas non incurritur niſi exprimatur.*

Digitized by Google

officiis, abolentes, a & obligationem huiuſmodi,

b ¶ Domo Dei) Id eſt Eccleſia, quæ domus Dei eſt, j. quæſ. iij. non ſolum, de cuſto. eucha. cap. ij. de vita & honeſtate cler. cum decorem, xxiiij. quæ. j. omnibus, de immunit. eccl. decet. in vj. quia Deus ibi ſpecialiter colitur, vnde in ea habitantes Chriſtus protegit, & ſicut à domo priuata debitor non debet extrahi. ff. de in ius vo. l. plerique, & ibi doct. de reg. iur. l. nemo cum ibi no. in authen. de ſanct. epiſco. §. ſiquando, colla. ix. Bar. in l. ex omnibus, C. de decu. lib. x. Pau. de Caſt. conſil. xlj. ſi ſatiſdet, vel cum creditore componat, vel dicat ſe paratum ſoluere. Ioan. And. in no. in cap. Romana. de ſo. compe. in vj. aliàs ſi poſt præceptum de comparando ſit cõtumax, poſſet extrahi. Bart. in l. cũ eo, ff. ad legem Iul. pecu. nec ab eccleſia multo magis, quę reos ad eam fugientes defendit, eſt quis extrahendus, xvij. q. iiij. reum. Oldra. conſil. 54. 154. & de multiplici nomine eccleſiæ vide Archidia. in cap. j. de conſecra. eccl. vel alta. in vj. aliquando capitur domus Dei ſpecialiter pro hoſpitali, cap. dilectis, de ap. quod habet immunitatem ſicut eccleſia, no. Archidia. xvij. qu. iiij. diffiniunt. Baldus in l. ſi quis § in omnibus, C. de epiſco. & clericis, quod verum eſt conſtructum auctoritate epiſcopi, tunc enim habet priuilegia eccleſiæ, l. omnia, & ibi Bar. C. de epiſcopis & clericis, cap. ad hoc, & ibi Panorm. cap. de xenodochiis, de relig. do. cle. quia contingit, eodem titulo. Baldus in authen. quas actiones, C. de ſacroſanctis eccleſiis. Ioan. And. in cap. j. in no. de reſtit. in integ. lib. vj. & reſtituitur in integrum, ſicut eccleſia, ad hoc, l. orphanotrophos, & ibi Bal. C. de epiſcopis & clericis, vbi hoſpitale ęquiparatur minori, dicta clemen. quia contingit. Bal. in authen. hoc, ius porrectum, C. de ſacroſanct. eccle. & minori æquiparatur eccleſia, cap. j. de in integ. reſtitu. vnde bona hoſpitalis ſine ſolennitate alienari non poſſunt, ár. d. iurium. Pau. de Caſt. conſil. 16. hoſpitale (*) autem conſtructum ſine auctoritate epiſcopi, non dicitur locus pius & religioſus, nec gaudet priuilegio piorum locorum, no. xviij. q. ij. quidam. Pau. conſil. 295. & poteſt alienari ab ædificante, doct. in c. inter dilectos, de don. Bal. in marga. in ver. hoſpitale, ſi tamen deceſſit qui illud ædificauit, non poteſt ad humanos vſus redire, in auth. de eccle. tit. §. ſi quis, coll. ix. Panorm. in dicto cap. ad hoc, ca. inter dilectos.

Eccleſia defendit ad eam fugientes.

Hoſpitale habet priuilegium Eccleſiæ.

Hoſpitale læſum reſtituitur in integrum.

ſtributiones vnius diei amittat. Probus.

VT cuncta [a] in domo [b] Dei ordinatè [c] procedant, & quilibet ſciat quid

(*) Pro his quæ hic de hoſpitali dicuntur, vide quæ diximus in tractatu penſio. parte prima, q. xxvij. vbi ponimus an ſuper fructibus hoſpitalis reſeruari penſio poſſit, quibus adde quæ tradit Roma. in con. 477. Probus.

c ¶ Ordinatè) Decanus, aut alius cui incumbit, inuigilare debet, ne quid inordinate fiat in Eccleſia, ſuprà quo. di. offi. ſit celebr. capit. j. in fine, quia nihil debet eſſe inordinatum, lxj. diſtinctio. miramur, & quod ibi not. Archidia. vij. quæſtio. j. nihil, de accuſa. qualiter, in authent. de hære. & fal. §. inordinatum, col. j.

a ¶ Tabula)

Digitized by Google

a ¶ Tabula) Lignea pice aut papyro munita ad ſcribendum, & dicentur tabulæ cuiuſcumque materiæ ſint, ſiue ligneæ, ſiue membranæ, ſiue ex corio, ff. de bo. poſſeſ. ſecundum tabu.l.j. aliquando differt tabula à membrana vel charta, ff. de rei ven.l. in rem, §. ſed & id.

b ¶ Canonicis) Qui de iure tenentur ad reſidentiam perſonalem in eccleſia, vbi habent præbendam, cap. extirpandæ, §. qui verò, de præb. & poſſunt ad reſidentiam compelli ſub pœna priuationis, ca. peruenit, de ap. ideo de iure non poſſunt per alium deſeruire, ad hoc, c. conquerente, de cler. non reſid. & vide no. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, in ver. non reſident. non poſſet tamen epiſcopus illos priuare propter non reſidentiam ſine capit. Oldr. conſi.194.

agendum imminet; Statuatur tabula [a] aliqua continuè pendens in choro, in qua quid per vnumquemque ex canonicis [b] vel aliis beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam, aut maius tempus cantandum legendúmve ſit, deſcribatur. Qui autem ſecundum quod ibi deſcriptum fuerit, facere per ſe vel alium [c] neglexerit, pro qualibet hora [d] diſtributiones [e] vnius diei amittat.

Item acceptat decretum quod incipit.

c ¶ Vel alium) Reſpicit conſuetudinem plurium locorum vbi canonici faciunt deſeruire in ſua ſeptimana, & dicere magnã miſſam per alium ſiue canonicum, vt in eccleſia Aurelianen. ſiue per vnum de vicariis eccleſiæ, vt in eccleſia Pariſien. (*) no. Henr. in ca. pernicioſus, de celeb. miſſ. aut per vnum alium idoneum, ceſſante ſpeciali conſuetudine eccleſiæ. *Canonici poſſunt per alios officiare.*

(*) Vbi id etiam fit per canonicos preſbyteros ſancti Dionyſij de Paſſu, & duos curatos ſancti Ioannis Rotundi, ac duos vicarios ſancti Agniani, qui omnes ſunt de corpore eccleſiæ Pariſien. in ea diuinũ officium cum aliis ipſis eccleſiæ miniſtris facientes, per hoc tamen non dico quod per totius anni circuitum canonicus cum diſtributionum perceptione per ſubſtitutum poſſit ſeruire, ita intellige gloſ. præcedentem. Probus.

d ¶ Hora) Id eſt ſi in vna hora, puta prima nõ deſeruiat, perdit diſtributiones vnius diei, & ſi in alia hora deficiat, etiam perdit diſtributiones alterius diei, vt ad multiplicationem defectuum in ſingulis horis multiplicetur pœna. (*)

(*) Ex quibus infertur quod qui omnibus horis diei, & his quæ in tabula ſunt deſcripta, non ſatisfacit, multorum dierum diſtributiones quotidianas perdit, illud tamen his temporibus per diſſimulationem (non dicam tolerantiam) à communi eccleſiarum obſeruatione diſceſſit. Probus.

e ¶ Diſtributiones) Quotidiãnas. Ad hoc ſuprà, quo temp. quis debet eſſe in choro, c.j. iubet, cum ibi nota.

VVvv

Digitized by Google

cem eccleſię redditam temporibus illis quibus fuit traditum, in miſſa tamen commemorationis non debet decantari, ſicut nec hymnus angelicus: licet propria præfatio dicatur: vt inter ſolennitatem & commemorationem differentia oſtendatur, de celebra. miſſa. cõſilium, in quo multi ſacerdotes errant, qui communiter in miſſa commemorationis, maximè beatæ Mariæ virginis, dicunt Gloria in excel. aut Credo in

fidei[a] noſtræ, non completè vſque in finem cantatur, aut præfatio[b], ſeu oratio[c]

vnum Deum &c. Aliud eſt ſymbolum quod eſt primum traditum à xij. apoſtolis, (*) quod incipit, Credo in Deum patrem, & dicitur ád primam, & completorium: quia in principio eccleſiæ & in fine eadem fides non deficit, nec deficiet, & dicitur ſub ſilentio propter ſimplicem fidei confeſſionem quam continet, & propter perſecutionem eccleſiæ, in qua fides publicè non potuit diuulgari in principio eccleſiæ, ſimiliter nec in fine poterit propter perſecutionem Antichriſti, & iſtud ſymbolum debent diſcere catechumeni antequam baptizentur, de conſe. diſtin. iiij. non liceat, & debet prædicari in omnibus eccleſiis ante diem Paſchæ, eadem diſtin. ſymbolum. Tertium eſt ſymbolum, Quicumque vult. ab Athanaſio Alexandrino patriarcha compoſitum contra Hæreticos Arrianos & Sabellianos, de quibus in dicto cap. quidam, ver. Sabelliani, & ver. ſequen. & cantatur in prima. Quartum eſt quod compoſuit Conſtantinopolitana ſynodus, de quo in dicto cap. canones, §. ſecunda, vbi dicit gloſ. quòd illud non habemus. Beatus autem Hilarius Pictauen. epiſcopus ſcripſit librum de ſynodis, vbi illud poſuit, & debet tantum legi in ſynodis. Quintum ſymbolum poſuit gloſ. ſuper rubr. de ſum. trin. & fi. cap. catho. ca. firmiter, eod. titu. Dicitur autem ſymbolum à ſyn. quod eſt con, vel ſimul, & bole ſententia: quia in eo collectæ ſunt ſententiæ omnium credibilium ſecundum decreta patrum, licet aliter interpretetur gloſ. in dicta rub. Aliquando dicitur ſymbolum quando plures conferunt ad conuiuia facienda, quod prohibetur clericis, xliiij. diſtinct. non oportet, de conſe. diſtinct. v. nullus.

(*) De quo & concordia illius cum ſymbolo concilij Niceni, ac aliis ſymbolis, vide quæ tradit Clichthouæus in elucidario eccleſiaſtico. P.

a ¶ Fidei) De fide & articulis fidei no. docto. & gloſ. in rub. de ſum. trin. & fid. capit. Hoſtien. in ſum. eod. titu. per totum, doct. in clem. j. eod. titu.

b ¶ Præfatio) Vna eſt præfatio generalis & communis, ſcilicet illa quæ cantatur communiter in miſſa, ſed ſunt tantum decem (*) præfationes ſpeciales per eccleſiam approbatæ, ix. habentur in cap. inuenimus, de conſecra. diſtinct. j. decimam habes in cap. ſanctorum, lxx. diſtinct. ſi plures inueneris, deleas ipſas, vt dicit Hoſtien. in cap. conſilium, de celebra. miſſa. *Præfationes ſunt x.*

(*) De quibus per Clichthouæum in ſuo elucidario eccleſiaſtico, vbi illas x. exponit. Et dic verum, x. niſi recitare habeas vſum Ambroſianum, quia ſecundum illum ſunt longe plures quàm x. vt videre licet in miſſali Mediolanenſi. P.

c ¶ Oratio) Scilicet Pater noſter, de qua in cap. cum aliquis, xj. qu. iij. (*) & de iure in fine matutinarum & veſperarum debet dici. de conſe. dict. v. placuit. Conſuetudo autem habet quòd in principio horarum dicitur, & in miſſa etiam dicitur, & per eam

Digitized by Google

ter codicem, nam tunc hæc dictio præter ponitur excluſiuè, intantum quòd non videor legare codicem, ff. de pen. le. l. nam quod liquidæ, §. fi. ſi verò poſito genere nō ſequatur ſpecies quæ de ſui natura poſſit ſub hoc genere comprehendi, tunc ponitur præter incluſiuè, vt lego tibi omnes libros meos, præter equum, equus includitur in legato, cum non comprehendatur ſub libris, ſic etiam nec ab eis excipietur, cum exceptio debeat eſſe de regula. l. j. l. in toto. ff. de reg. iur. not. in rub. eodem titul. in vj. ſic cum non excipiat, debet augere. l. ſi quis ita, ff. de au. & argumen. le.

(*) Sed non econtra. pone, quis eſt vſus vna ſpecie iuriſdictionis: propter hoc non dicitur acquiſiuiſſe alias ſpecies, quia regula eſt quòd tantum eſt præſcriptum, quantum poſſeſſum, vt latè firmo apud Ioannem Mona in cap. cum in illis, de præb. in vj. quod in puncto præmiſſæ ſpeciei proſequitur latè Iaſon in l. poſſideri. nume. 35. ff. de acquirend. poſ. P. (*)

cretas [a] orationes ita ſubmiſſa voce dicitur, quòd à circunſtantibus audiri non poteſt, abolentes: Statuimus vt qui in his transgreſſor inuentus fuerit, à ſuperiore debite

(*2) Hunc punctum proſequere vt per Archid. in capitul. ebron. xiij. quæſti. ij. & in capitul. facultates, in fine. c. quæſt. & Rotat. in conſil. 328. præſens conſultatio. Probus.

a ¶ Secretas orationes) Secretæ miſſæ ſunt, quas communiter canonem miſſæ appellant, licet canon miſſæ propriè ſumatur ſolum pro verbis quibus fit tranſſubſtātiatio. cap. cum Matthæ. de celebra. miſſ. vbi docto. reddunt ſex rationes quare canō dicitur ſecretè. Prima, quia Deus cordis non vocis clamorem attendit. Secunda, ne ſacerdos longo clamore deficiat. Tertia, ne impediatur populus orare. Quarta, ne verba tanti myſterij quotidiano vſu vileſcant. Quinta, quia hæc ad ſolum pertinent ſacerdotem: (*) Sexta, ne verba canonis ſæpius audita diſcantur à laicis, & locis incongruis recitentur. *Canon dicitur ſecrete propter ſex rationes.*

(*) Qui dicitur pugil, quia dimicare habet cum diabolo pro delictis populi in miſſa. ideo diuerſis armis in miſſa ſe armat, videlicet orationibus, ſacris veſtibus, & cerimoniis debitis, nam primo calceos ſumit ſi per antea non habebat, quia ſine illis nullus debet celebrare, etiam qui habet ex voto profeſſionis diſcalceatus incedere. Poſtea ſumit humerale, quod deſignat velamen Chriſti, cum ei dicebatur velato capite, Propheti za qui te percuſſit. Deinde induitur alba, quæ ſignificat veſtimentum in quo Herodes illuſit Chriſtum. Cingulum etiam ſumit, quod ſignificat flagellum quo cæſus eſt circa columnam. Manipulum capit, quod ſignificat funem quo ligatus fuit. Stolam, quæ ſignat ligamen quo ligatus fuit ad ipſam columnam. Secutiue, caſulam, quæ veſtem purpuream denotat, quæ omnia ſignificant virtutes quas debent habere ſacerdotes. Nam humerale fidem, Alba ſpem, cingulum iuſtitiam, Manipulus fortitudinem, ſtola ab vtroque humero prudentiam & temperantiam, & caſula charitatem. Probus. *Sacerdos dicitur. Veſtimēta miſſam celebrātis ponuntur & quod ſignificent.*

a ¶ Caſtigetur) ad arbitrium ſuperioris, arg. ff. de iu. deli. l. j. de offi. deleg. de cauſis.

¶ De tenentibus capitula tempore miſſæ.

b PRohibet) Se ſummat. & habet duas partes, ſecunda, ibi. qui verò.

c ¶ Maioris) In omnibus Eccleſiis collegiatis quotidie debent celebrari duæ miſſæ collegialiter, vna pro defunctis, alia ſecundum occurrentiam diei, vt pro feſto ſi feſtum occurrit, vel pro feria ſi feria. de celebra. miſſa. cum creatura. Maiorem autem intelligo illam quæ dicitur de feſto vel feria, quæ ſolet etiã vltima dici.

d ¶ Præſertim) Id eſt maximè: & comparatiuè ponitur: quæ idem in aliis diebus non ſolennibus, ad hoc ſuprà de his qui tenen. di. offi. ca. j. cum ibi no. & quo. di. of. ſit ce. capitu. j. ver. & cum pſallendi.

Dies ſunt multiplices. e ¶ Solennibus) Dierum alij ſunt profeſti, alij feſtiui, alij ſolennes. Profeſti ſunt dies priuati, quaſi procul à feſto, de quibus in cap. conſilium, de cele. miſ. feſtiui ſunt, qui coluntur ab Eccleſia & populo. de quibus in l. dies feſtos, C. de fe. c. ſi. co. tit. Solennes ſunt magnę feſtiuitates, puta de quibus de conſecra. diſtinct. iij. ca. j. cum ſi. (*)

(*) De aliis ſpecierum diebus, vide per Tiraqu. in tract. retract. in tit. de retraict lignagier. §. j. in gloſ. ij. cuius dictis hanc gloſ. adde, quia illius non meminit, prout nec aliorum quæ ſunt iuris canonici, quod nonnulli dicunt eſſe in lacubus putidis, non in fontibus lympidis, prout leges in his fatentur exiſtere. in quo tota errant via, & in ſalutari deficiunt, cum canones dicantur ſacri, vt probaui ſuprà titul. de auctoritate genera. concilio. §. & primo. in verbo ſpiritu ſancto. in cap. ſacroſancta. vbi etiam in verbo contempſerint, in §. item declarat. idẽ & in propoſito diximus. P.

f ¶ Capitula) Id eſt actus capitulares, vt ſe. & de multiplici acceptione huius nominis no. Ioan. Andr. in cap. capitulum, de reſcr.

caſtigetur [a].

Item acceptat decretum quod incipit:

DE tenentibus capitula tempore miſſæ.

Tempore maioris miſſæ, præſertim diebus ſolennibus, capitula, ſeu actus capitulares, per canonicos (ceſſante vrgente & euidenti neceſſitate) non debent celebrari: & qui ad hanc horam capitulum indixerit, à diſtributionibus quotidianis per hebdomadam eſt ſuſpenſus, canonicíque pro illa diſtributiones non lucrantur. P.

PRohibet [b] hæc ſancta ſynodus, vt tempore miſſæ maioris [c], præſertim [d] diebus ſolennibus [e] capitula [f] ſeu actus capitulares, aut alij tractatus per ca-

a ¶ Canonicos) De aliis beneficiatis in Eccleſia collegiata non eſt dubium: quia nō dicuntur conſtituere collegium, ſeu facere capitulum, cum non poſſint habere ſigna collegij, & ſe collegialiter congregare ſine licentia ſuperioris. (*) cap. dilecta. cum ibi no. de ex. præ. per Inno. in cap. poſtulaſti. de iur. pa. no. in ca. cum ad hoc. in ver. alliſios, de cle. non reſi. in ca. ij. de inſtitu. vbi docto.

nonicos[a] non celebrentur[b], niſi forte vrgens & euidens ingrueret neceſſitas[c]. Qui verò ad talem horam capitulum indixerit[d], à diſtributionibus quotidianis per hebdomadam ſit[e] ſuſ-

(*) Pone exemplum in Eccleſiis collegiatis capitulo Eccleſiæ Pariſien. ſubditis, quæ ſunt beatorum Benedicti, Mederici, Stephani de greſſibus, & ſancti Sepulchri Pariſien. quia canonici illarum capitulum non faciunt ſine dicti capituli Pariſien. licentia. P.

Eccleſiæ ſubiectæ eccleſiæ Pariſienſi.

b ¶ Celebrentur) Quia tunc debent intereſſe diuino ſeruitio (*) ſuprà quo tempo. quis de. eſſe in cho. cap. j. vij. quæſt. j. ſi quis in clero. de conſe. diſtinct. iij. nulli. & concord. de immuni. Eccle. cap. decet. §. ceſſent. lib. vj.

(*) Quæ ratio in quibuſcunque Eccleſiis militat, licet à pleriſque decretum hoc non fuerit receptum, vt experientia facti eſt viſum, ſic male contraria conſuetudine fuit obtentum. Probus.

c ¶ Neceſſitas) Quæ non habet legem. (*) ff. ad le. Rho. de iact. l. ij. §. cum in eadem, in fin. ca. quod non eſt. de re iud. cum ſi. puta ſi immineat tractandum aliquod negocium quod non caperet dilationem, arg. ff. de feriis, l. j. ij. & iij. cap. fi. eod. tit.

Neceſſitas non habet legem.

(*) Sed ipſa ſibi legem facit, inquit Iacobus de Ardizone in ſum. feud. in tit. quid ſit feudum, & dic non habet legem, i. ceſſat lex, vbi venit neceſſitas, ait gloſ. in l. j. in ver. expedire. ff. de offi. conſulis, alia de viribus neceſſitatis dixi in tractatu diſpen. memb. 11. numer. 40. & ſeq. P.

d ¶ Indixerit) Id eſt impoſuerit & iniunxerit, ab indico, quod eſt impono. inde indictiones & ſuperindictiones, quæ ſunt talliæ ſiue tributa impoſita perſonis pro patrimoniis, C. de indict. & ſuperindict. lib. x.

e ¶ Sit) Ipſo facto. verba ſunt latæ ſententiæ, non ferendæ. (*) ad hoc gloſ. in cap. quicunque. de hære. in vj. quæ dicit quòd per iſta verba ſit nodatus, & ſimilia fertur excommunicatio incontinenti. idem gloſ. in ver. habeatur, l. in criminali. C. de iu. om. iu. circa iſta verba, mulctatus ſit, & in l. fin. in fi. ver. cadat. de iur. emphy. & de poſtu. l. ſi qui. in gloſ. fi. & ex qui. cau. infra. irro. l. improbum, in gloſ. fi. & hoc verum, niſi alio iure caueatur quòd ſint ſententiæ ferendæ, ſic intellige quod not. in ca. ij. de fo. com. & ibi Panor. de vi. & hone. cler. c. ſi quis, xxx. diſtinct. quaſi per to. Panor. in ca. ſi diligenti. de foro compe.

Verba latæ ſententiæ.

(*) Qui ergo contra hoc decretum faciunt, à pœnis illius ſe exemptos fore non poſſunt dicere, niſi prętextu non receptæ legis, ſic illam non ligare, quod tutum non eſt tenere, prout nec prætextu conſuetudinis, quam potius corruptelam puto: quia cultus diuini eſt diminutiua, ideo non admittenda. Probus.

Digitized by Google

Diſtributiones aliquibus accreſcunt.

a ¶ Neque) Alij tex. habent atque, vt ſit ſenſus quod huiuſmodi diſtributiones quæ auferuntur illi qui indixerit capitulum, accreſcant aliis canonicis intereſſentibus diuinis, ad hoc fa. quod no. Io. And. in cle. vt hi qui, §. ipſis, in ver. dimidia, de æta. & qua. quòd diſtributiones quotidianæ ſubtractæ aliquibus canonicis accreſcunt ſociis intereſſentibus diuinis, ar. ff. de vſufr. accreſ. l. j. in fi. inſtit. de lega. §. ſi eadem, fa. no. in ca. clericus victum, xcj. diſt: niſi eſſet aliter ordinatum ex ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ, fa. ca. j. de cle. non reſi. in vj.

penſus, neque [a] ipſi canonici

Groſſi fructus eccleſiæ accreſcunt.

idem Io. And. in cle. quoniam, in ver. ſuſpenſus, de vi. & hone. cle. ſed groſſi fructus præbendæ vel beneficij accreſcunt eccleſiæ, de cle. non reſi. ca. pe. Pau. idem in d. cle. quoniam, contra, no. Inno. in c. ſicut, de coha. cle. & mu. Ho. & Henr. in d. ca. pe. vbi dicunt quòd indiſtinctè fructus beneficiorum canonicorum abſentium, ſeu aliàs eccleſiæ non deſeruientium, debent in vtilitatem eccleſiæ cōuerti, non vtilitatem propriam canonicorum, ad hoc de verb. ſig. c. fi. de conſti. cum m. §. fi. xvij. qu. iiij. ſi quis deinceps, infrà de concub. c. j. §. j. ſuprà de pign. di. cul. c. j. cum ibi no. Arch. & Ioan. Mo. in c. cupientes, §. cæterum, de elect. lib. vj. Guil. & Geſ. in d. cle. vt hi qui, ſed do. An. & Panor. & alij moder. dicunt ibidem, aduertendum qualiter diſponat conſuetudo vel ſtatutum eccleſiæ: quia ſi dicit quòd diſtributio fiat inter omnes intereſſentes diuinis, procedit opi. Io. An. puta relicta eſt ſumma pecuniæ pro anniuerſario diſtribuenda intereſſentibus in eo, tunc intereſſentes totam habebunt, non iure accreſcendi, vt dicit Car. Fo. in d. cle. Si verò dicat quòd detur certum quid cuilibet canonico intereſſenti in horis diuinis, tunc procedit contraria opi. quia videtur de mente ſtatuentis, quòd cuilibet intereſſenti tantummodo detur illud deputatum, & non plus, vnde ex diſpoſitione conſuetudinis vel ſtatuti plus ei dari non debet, nec ex iure accreſcendi: quia non ſunt tunc coniuncti, ſed diſiuncti: ideo non eſt locus iuri accreſcendi. Nec ob. d. l. j. ff. de vſufr. accreſ. vbi ſi relinquitur cuilibet, locum habet ius accreſcendi, quaſi ſint coniuncti verbis, vel ſaltem re: quia ibi loquitur in alia materia, ſcilicet in vltima voluntate in materia vſusfructus relicti, in qua materia facilius eſt locus iuri accreſcendi: hic autem ſumus in materia quaſi contractus, in qua regulariter non eſt locus iuri accreſcendi in proprietate & indiuiduis, ff. de verb. obli. l. ſi mihi & Titio, vbi Bar. & doct. inſti. de inutili. ſtipulat. §. quòd ſi quis. Bal. in l. j. C. quando non pe. par. maximè ex quo ſubeſt alia iuris diſpoſitio, quæ vult ſuperfluos fructus ad vtilitatem eccleſiæ applicari, vt dicto capitu. fina. de verbo. ſignifi. cum ſi, prętereà ibi loquitur in parte data poſtea defecta, hic in parte nunquam data: & conſtitutio quæ dicit dari intereſſentibus, intelligitur de intereſſentibus vt debēt, vnde ſi teſtator reliquerit cuilibet canonico intereſſenti tali die in diuinis tantum, nō per hoc accreſceret pars nō intereſſentium aliis: quia nō intereſſentibus nil datum videtur, & ius accreſcendi locum habet in parte data ex volūtate diſponētis, & ex poſt facto ei ablata vel pro nō ſcripta aliter quàm per volūtatem diſponentis, l. j. C. de caducis tol. cum ibi no. per Cyn. & doct. Bar. in l. re cōiuncti, ff. de le. iij. Bal. in dicta l. j. C. quādo non petētium partes, in quibus, l. tractāt doct. materiam iuris accreſcendi, aliquid per Car. in d. clem. vt hi. alij tex. habent neque, & eſt verior litera, vt canonici qui tenuerunt cap. hora prohibita, puniantur, ſicut qui indixit, ſed mitius.

Canonici non ſemper habent ius accreſcēdi.

Ius accreſcendi non habet locū in quaſi cōtractibus.

† a ¶ Illa

Digitized by Google

† a ¶ Illa hora) Quæ non capitur pro parte diei, ſed pro parte diuini ſeruitij, vt poſte veſperis, aut completorio, iuxta illud. Septies in die laudem dixi tibi. P.

¶ De ſpectaculis in eccleſia non faciendis.

TVrpem) Primo prohibet ſpectacula, & alia ludibria, iocos, choreas, conuiuia & mercantias in eccleſia fieri & exerceri. Secundo, punit tranſgreſſores. Tertio, reuocat conſuetudines, priuilegia & ſtatuta contraria. Secunda ibi, tranſgreſſores. Tertia, omnes.

pro illa hora † [a] ipſas diſtributiones lucrentur.

Item acceptat decretum quod incipit.

De ſpectaculis in eccleſia non faciendis.

Ordinarij, & eccleſiarum decani, & rectores, ſub pœna ſuſpenſionis prouentuum eccleſiaſticorum trium menſium ſpatio, ludibria hic deſcripta, prout nec mercantias ſeu negociationes nundinarum, in eccleſiis non permittant fieri: & tranſgreſſores, per iuris remedia punire non negligant, & conſuetudines, ſtatuta, & priuilegia quæ his non concordant (niſi maiores adijciant pœnas) ſunt irrita. P.

TVrpem [b] etiam illum abuſum in quibuſdam frequentatum [c] eccleſijs, quo in certis anni celebritatibus [d] nonnulli [e] cum mitra, baculo [f], ac veſtibus pontifi-

b ¶ Turpem) Turpia ſunt vitanda. l. probrum. ff. de verborum ſignificationibus. ff. de verborum obligationibus. l. ſi. ſtipuler. cap. fina. de pact. cum ſi.

c ¶ Frequentatum) Frequentia auget delictum. (*) de pœ. l. capitalium. & l. ſolet C. de ſer. fu. l. quicunque. de epiſcopali audien. l. nemo. de eo qui du. in ma. cum haberet. cum ſi. & inducitur per duos actus: vt d. l. in authen. de defen. ciui. §. ſi. col. iij. gloſ. in cap. venerabilem. de elec. in cap. monaſteria. vbi doct. de vita & ho. cleric. *Delictum per frequentiam augetur.*

(*) Facit in propoſito gloſ. quod dicitur Eccleſiaſtæ c. 6. ibi, frequens eſt malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines: vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas & magna miſeria eſt. Bene dicitur frequẽs, quia in dies iſtud videmus in multis accidere: ideo poteſt dici frequens, cum illud verificetur aut inducatur duplici actu, dicunt Archidiaco. & Ioan. Andr. in not. in cap. frequens. de reſtitu. ſpoliatq. in vj. gloſ. in cap. monaſteria. de vi. & ho. cle. & Archi. in cap. illud. xij. diſt. P. *Frequens quid dicatur.*

d ¶ Celebritatibus) id eſt magnis feſtiuitatibus, puta in feſto Innocentium. ad hoc cle. ij. in ver. celebri. de ſta. mona.

e ¶ Nonnulli) id eſt aliqui.

f ¶ Baculo) Nulli preſbytero licet cum baculo intrare ad miſſarum ſolẽnia celebran- *Vſus baculi paſtoralis.*

Digitized by Google

da. de conſe. diſt. j. nullus. niſi epiſcopo xlv. diſt. diſciplina. vbi not. quòd epiſcopus accedens ad altare deponit mittam cum baculo, quia tunc offert cauſam populi Deo: ideo inſignia altitudinis & comminationis deponit, vt humilitatem oſtendat: ſed cum conuertit ſe ad populum, reaſſumit, quia cauſam Dei apud populum minis allegat. Ro. ponti. non vtitur baculo paſtorali: tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem. de ſacr. vnct. capitul. j. iunc. gloſ.

Abbas an poßit vti inſignijs epiſcopalibus.

calibus [a] more epiſcoporum benedicunt [b], alij vt reges ac duces induti, quod feſtum

a ¶ Pontificalibus) Quibus non licet vti abbati vel alteri prælato niſi epiſcopo, niſi habeant ex priuilegio ſe. apoſtolicæ. de priuileg. vt apoſtolicæ. iuncto capit. abbates. lib. vj. vbi dicit Ioan. Andr. in not. quòd huiuſmodi inſignia epiſcopalia non poſſunt præſcribi per inferiores prælatos nomine eccleſiarum ſuarum, aut de conſuetudine obtineri, per dictum cap. abbates. vbi ſolum priuilegium excipitur. ad idem xciij. diſt. peruenit. de conſue. quanto. Item in alia decre. abbates quæ fuit Alexand. iiij. & incipiebat, quoniam nonnulli. ſequebatur in fi. vel de conſuetudine iam præſcripta. quam literam poſuit Specu. tit. de priuil. ſed remota fuit per Bonif. vt ſciatur hoc caſu conſuetudinem non valere. Item not. Guil. in cle. ij. de ſta. reg. Henr. in ca. auditis. de præſcript. in cap. cum contingat, de ætate & quali. ad hoc. c. diſtin. contra morem. cum ibi no. licet contra innuit Hoſtien. in d. cap. cum contingat. cuius opi. poſſet eſſe vera in conſuetudine tanti temporis, de cuius initio non eſt memoria, per capit. ſuper quibuſdam, de ver. ſig. vbi patet quod iura principibus reſeruata acquiruntur per tantum tempus l. ſi. C. not. vecti. in extra. Ioan. xxij. prodiens. cum ibi not. per Geſ. not. Pan. in cap. j. vt lit. pen. Ludo. in ſing. vbi dicit quod ſic poteſt intelligi gloſ. in c. j. de cle. ægro. in vj. in ver. non obſtante.

Benedictio eſt ſolennis, & priuata.

b ¶ Benedicunt) Solenniter, dicendo, ſit nomen Domini benedictum. & contra tales poteſt dici illud Malac. Maledicam benedictionibus veſtris. j. quæſt. j. maledicam & c. multi. lxxxj. diſ. ſi qui. ſoli enim epiſcopo competit ſic benedicere. xxvj. q. vj. miniſtrare. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de elec. §. j. priuatam (*) vel benedictionem poteſt facere quilibet presbyter ſuper populum xcv. diſt. ecce. cum ibi not. de conſe. diſ. j. cum ad celebrandas iunc. gloſ. vnde illam faciens electus in epiſcopum ante confirmationem, non incidit in pœnam. c. auaritiæ. de elec. li. vj. quia talis benedictio non ſolennis, non eſt actus epiſcopalis, ſed promiſcuus conueniens epiſcopo & ſacerdotibus. Oldra. conſi. 245. & poteſt abbas non benedictus benedicere monachos ſuos ſi non eſt conſuetudo in monaſterio quod benedicatur, ar. c. j. de ſup. neg. præ. vbi dicunt Io. An. & Io. de lig. quod cum benedictio abbatialis potius referatur ad conſuetudinem & ſolennitatem quàm ad ſubſtantialia, vnde ante benedictionem vocatur abbas, vt in dicto cap. j. de accu. meminimus cle. attendentes. de ſta. reg. vbi Guil. not. Hoſtien. & alij doct. in capit. inter monaſterium. de re. iudi. poterit abbas ante benedictionem vti baculo paſtorali & alijs pontificalibus. idem Panormita. in d. capit. inter monaſterium in cap. dilecta. de ex. præ. ſed non poteſt eis vti extra ſuum monaſterium, niſi in priuilegio aliter caueatur: vt. dicto capitul. vt apoſtolicæ. ſi tamen inuitatus fuerit ad aliud monaſterium exem-

Benedictio abbatis.

Digitized by Google

ptum, poterit in pontificalibus celebrare, ar. de temp. ord. quod tranſlationem. cum in tali loco nulla fiat epiſcopo iniuria. not. Ioan. Andr. in d. cap. abbates. in no. Sed archiepiſcopus poteſt in tota ſua prouincia etiam in locis exemptis vti inſignijs archiepiſcopalibus: puta, celebrare in pontificalibus, & benedicere populum ſolenniter, cum iſta ſint voluntariæ iuriſdictionis. idem de epiſcopo in locis exemptis ſuæ dioœceſis, vt in cle. archiepiſcopo, de priui. vbi nota. gloſ. quòd etiam in alienis diœceſibus poſſunt vti inſignijs epiſcopalibus, ſine aliquo exercitio iuriſdictonis, puto cantare miſſam & prædicare in pontificalibus. pro quo fa. illa cleme. inquantum in locis exemptis his vtitur, & c. fi. de priuil. in vj. not. Hoſt. in capit. fi. de vſu pal. Guil. in cle. quanuis. de foro compe. *Celebrare in pontificalibus extra diœceſim.*

fatuorum vel innocentium, ſeu puerorum in quibuſdam regionibus [a] nuncupatur. Alij laruales [b] ac theatrales [c] iocos, alij choreas [d], ac tri-

(*) De huiuſmodi duabus benedictionibus ponit Præpo. in cap. ecce. xcv. diſtinct. dicens, quòd licet priuata presbytero competat, ille tamen præſente epiſcopo in fine miſſæ ea vti non debet, ſed petere ab epiſcopo an velit benedictionem dare. Et attende quòd huiuſmodi benedictiones fiunt cum ſigno crucis, & terminantur in ſiniſtro latere. nam Iudæi primo dexteram Chriſti crucifixerunt, qua quando quis ab hoſte capitur, primo dextera ligatur, cum fortior ſit homo in illa, inquit idem Præpo. in capit. eccleſiaſticorum. col. j. di. xj. ſubdens, quòd illa fieri debet tribus digitis: quia ſub inuocatione trinitatis exprimitur. P. *Presbyter non benedicat coram epiſcopo.*

a ¶ Regionibus) In Francia.

b ¶ Laruales) A laruis, quæ dicuntur difformitates hominum inſtar dæmonum (*) aut ſtultorum, ſiue per appoſitiones pellium aut colorum, vt dicit Innocen. in cap. cum decorem. de vita & honeſtate clericorum. de quibus in l. minimè. C. de epiſc. audien. in §. fi. in authen. de ſanc. epi. col. ix. *Larua dicuntur.*

(*) Quia illud diabolicum eſt, & à ſacris canonibus prohibitum capitul. nullus presbyterorum. de conſec. di. v. P.

c ¶ Theatrales) A theatro: quia communiter fiunt in loco ad theorandum ſiue ſpeculandum apto. & tales ludi (*) non debent fieri in eccleſijs. concor. de conſecra. diſtin. v. nullus. de vita & honeſtate clericorum. c. cum decorem. Feſta tamen eccleſiaſtica bene poſſunt ibi celebrari ad compunctionem, præſepe Domini, & ſepulchrum & ſimi. dummodo irriſiones non miſceantur. ar. de conſecra. diſtin. ij. ſemel. & diſt. iiij. quæris. vt no. in dicto c. cum decorē Ho. in ſum. de vita & ho cle. §. & in quibus.

(*) Ideo ſi quiſpiam aliquid dederit aut lagauerit vt in eccleſia hæc fiant, donatio vel legatum non valet, nec conuertitur ad alium vſum, etiam licitum l. j. ff. de conditio. inſti. inquit Petr. de P. conſ. in trac de cano. epi. capit. vij. nume. 36. vbi ponit de conuerſione ad alium vſum, quando illa fiat, in quibus caſibus, & in quibus non, & quorum auctoritate ac conſenſu. P.

d ¶ Choreas) Quas euitare debent clerici. clem. j. de cele. miſſa. & moniales. clem. ij. de ſta. mo. & laic. not. Anto. parte ij. titu. vj. capit. vj. de Hent. in capit. clerici. de vita & honeſta. cleri. (*) *Choreæ ſunt euitandæ.*

(*) Euitare quidem debent, quia in choreis fit manuum extenſio, quæ eſt præparatoria ad mulierum amplexum, prout & ad extentionem brachiorum &

Digitized by Google

pedum atque proſtrationem totius corporis, in quibus repræſentatur figura diaboli. pro his iuuant quæ tradit gloſ. in l. quod ait lex. ff. de adulter. viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula factum. P.

a ¶ Tripudia) id eſt ſaltationes.

b ¶ Marium) id eſt virorum.

pudia [a] marium [b] ac mulierum [c] facientes, vt homines ad ſpectacula [d] & cachinnationes [e] moueant. Alij comeſſationes & conuiuia [f] ibidem [g] præpa-

c ¶ Mulierum) Quarum conſortia clerici fugere debent. infrà titu. j. capit. j. periculoſa eſt enim ſexuum commixtio. xviij. q. ij. diffinimus de iudi. mulieres lib. vj.

Clerici ioculatorem audire non debent. Ioculatores promoueri non poſſunt

d ¶ Spectacula) Quibus etiam non debent intereſſe clerici. xxiiij. diſ. presbyteri. xxiij. diſtinct. his ergo. nec laici, maximè diebus feſtis. de conſecra. diſtinct. j. in die. C. de ferijs. l. ſi. & ſi ioculator vel hiſtrio veniat, debet clericus de menſa ſurgere, & potius recedere quàm audire vel videre geſta illorum. de conſecra. diſt. v. non oportet. & ſunt huiuſmodi ioculatores infames. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ait prætor. iiij. quæſt. j. capit. j. nec debet eis non pœnitentibus corpus Chriſti indulgeri. de conſecra. diſtinct. ij. capitul. pe. & fi. nec debent promoueri propter infamiam, cum ex arte illa faciunt officium, vel in ea ſe aſſueſecerunt publicè, præſertim cauſa quæſtus. lj. diſtinct. capitul. j. nota. Innoc. & doct. in cap. cùm decorem de vita & hone. cleric. Bald. in l. pe. C. de infa. niſi intrent monaſterium. Baldus in marga. in verb. promotus. & talibus dare eſt peccatum. lxxxvj. diſtinct. capit. donare. & cap. ſeq. cum ibi not. ideo clerici qui ſe ioculatores goliardos ſeu buffones faciunt, ſi per annum illam artem exercuerint, aut breuiori tempore, & tertio moniti non reſipuerint, ipſo iure carent omni priuilegio clericali. clem. j. de vita & honeſt. cleri. ſicut liberi ſunt exhæredandi ſi contra voluntatem parentum inter mimos vel arenarios perſeuerauerint, cum patres eorum non fuerint illius profeſſionis. in authen. vt cum de ap. cog. §. cauſas autem. col. viij. not. in cap. quintauallis. de iureiurand.

e ¶ Cachinnationes) id eſt, riſus inordinatos aut inconditos. cap. nullus presbyter. de conſec. di. v. Probus.

f ¶ Conuiuia) In quibus ſe debent habere clerici honeſte & ſobrie in cibo, potu, & verbis. iiij. diſtinct. denique. xxxv. diſtin. per to. xliiij. diſtinct. per to. de vita & honeſta. cle. à crapula. nec alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos & fabulas inanes ibi referre aut cantare. de conſecra. diſt. v. nullus. xxij. q. j. clericum. xxxiiij. diſt. presbyteri. xliiij. diſ. conuiuia, ſed attente debent audire lectionem ſacrarum ſcripturarum. ca. pro reuerentia. c. quando. & c. ſeq. ea. diſt. xxiij. diſtinct. his ergo. nec debent bibere vltra tertiam (*) vicem. vt in dicto cap. quando not. in cap. cum inſtantia. de cenſibus.

Clerici non bibant niſi ter.

(*) Quia ex trina vice quis non præſumitur inebriari, ait Præpo. in cap. quando. cle. ij. 44. di. Probus.

g ¶ Ibidem) Scilicet in eccleſijs & cœmiterijs, concord. xlij. diſtinct. non oportet. clemen. j. de celebratio. miſſæ.

Digitized by Google

a ¶ Præparant) Quia feſtiuos & ſolemnes dies non aliter digne ſe celebrare putant, niſi comeſſationibus deſeruiant, quos arguit Auguſt. xliiij. diſtinct. comeſſationes iiij. diſtinct. denique. cum tamen in illis diebus clericalis modeſtia debet ſtudioſius obſeruari. de ſta. mo. cum ad monaſterium verb. in refectorio, vbi Ioan. Andr. alle. illud Hiero. Prouidendum eſt vt diem ſolennem non tam ciborum abundantia quàm ſpiritu celebremus, quia valde abſurdum eſt nimia ſaturitate martirem (*) honorare velle, quem ſcias Deo ieiunijs placuiſſe. & Hiero. Confuſio & ignominia eſt Ieſum Chriſtum crucifixum pauperem & eſurientem fartis corporis prædicare, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiáque ora proferre. xxxv. diſt. eccleſiæ principes. *Feſta non ſunt in comeſſationibus celebranda.*

rant [a] : hæc ſancta ſynodus deteſtans ſtatuit & iubet tam ordinarijs [b] quàm eccleſiarũ decanis [c] & rectoribus [d] ſub pœna [e] ſuſpẽſionis omnium prouentuum eccleſiaſticorũ trium menſium ſpacio, ne hæc, † [f] aut ſimilia ludibria [g]

(*) Cuius & aliorum ſanctorum natiuitates celebramus in die quo mortui fuerunt, quia illo nati ſunt ad gloriam, dicunt gloſ. in l. cum quidam. ff. de auro lege. & in §. Cum autem in verbo natalibus. inſtit. de inge. & apud canoniſtas in capitul. non licet. xxxiij. quæſtio. iiij. quæ dicit quòd illo die naſcuntur quo ad vitam, & moriuntur mundo, quod proſequitur Panormitanus in capitul. licet. not. ij. de ferijs, vbi ait quòd renaſcuntur in ſanguine ſuo ſecundum bona opera, vel nati ſunt reſpectu vitæ æternæ, quia tunc ſunt extra omne periculum tentationis humanæ. P. *Natiuitas ſancti quare celebretur in die eius mortis.*

b ¶ Ordinarijs) Qui habent iuriſdictionem, ſuprà de pac. poſ. capitul. j. §. ordinarij.

c ¶ Decanis) Si. ſuprà quomodo di. off. ſit. cel. cap. j.

d ¶ Rectoribus) De of. or. cum ab eccleſiarum.

e ¶ Sub pœna) Comminatio (*) eſt ſuprà de annatis. §. item quod ex nunc. cum ibi not.

(*) Vide quæ diximus de his verbis comminatorijs, in tractatu penſionum, parte ſecunda, quæſtio. vj. verſicu. ſecundum motiuum. P.

† f ¶ Ne hæc) Præceptum eſt negatiuum, quod ſicut prohibet actus peccatorum, ita præceptum affirmatiuum inducit actus virtutum, ait Præpo. in capit. ſi peccauerit. iij. col. ij. quæſt. j. ſubdens quod actus peccatorum ſecundum ſe ſunt mali, & nullo modo bene fieri poſſunt. P.

g ¶ Ludibria) id eſt riſu & deriſione digna, vilia & inhoneſta: præſertim quo ad clerum. capitul. cum decorem. de vita & honeſtate clericorum. qui debet in bonis moribus & honeſtate excedere vitam laicorum, & clerici ſeculares à religioſis debent excedi. iiij. diſtinct. denique. ij. quæſtio. vij. laicos. quia inter arbitros, id eſt iudices: & patronos, id eſt aduocatos oportet eſſe delectum. id eſt differentiam. C. de poſtu. l. quiſquis. ne clem. vel mona. ſuper Specu. Sed nunquid omnis ludus eſt clericis prohibitus? dicit Baldus in rub. C. de condi. ob tur. cau. quòd alius eſt ludus honoris & laudis, & iſte eſt permiſſus ſecundum legem. ff. ad l. Aquil. l. qua *Ludus omnis an ſit prohibitus clericis. Ludi quidam ſunt permiſſi.*

Digitized by Google

actione. §. ſi quis in colluctatione. fit enim cauſa virtutis exercendæ. l. ſolent. & l. ſeq. ff. de aleæ lu. alearum ludus. C. de reli. & ſum. fune. & ſi ludentes adinuicem ſe impellunt aut lædunt, lædens non tenetur, niſi ſtudioſe fecerit, & extra naturam ludi. l. ſi ex plagis. §. cum pila. cum ibi not. ff. ad l. Aqui. & ibi dicit Bald. quòd licet ſuperare. alleg. l. in executione. §. fi. ff. de verb. obli. ad hoc. cap. lator. cum ibi not. cap. continebatur. de homi. de Ancha. in cap. cum venerabilis de conſue. Barr. in conſi. viſis teſtibus examinatis. & dicunt gloſ. & doc. in d. l. in executione. quod in huiuſmodi ludis in quibus oſtenditur virtus, vt in ſaliendo & in currendo & iaciendo lapidem, & ſi. cum tales ludi ſint permiſſi, pecunia vel aliud quod perditur, acquiritur vincenti. tex. eſt in d. l. ſolent. & ſeq. ſed prædicta fallunt ſecundum cationes in torneamentis: quia ex eis mors hominum & animarum pericula ſæpe proueniunt. de tornea. ca. j. Henr. & doc. in cap. clerici. de vita & hone. cleri. pari. ratione in alijs ludis ex quibus talia pericula poſſent veriſimiliter prouenire. Alius eſt ludus alicuius fraudator: & iſte ludus non eſt licitus. vnde ille qui ludit cum monacho qui non habet proprium, vel cum filiofami. qui luſit pecuniam patris, vel cum inſtitore qui luſit pecuniam Domini ſcienter, non ſolum nihil lucratur, ſed tenetur furti. arg. ff. de condi. inde. l. ſeruus cuiuſdam. idem ſi luſit cum falſis taxillis: quia furti tenetur, nec efficitur Dominus pecuniæ. arg. l. falſus. in prin. ff. de fur. & pœna falſi. argu. l. arbitrio. §. de eo autem. ff. de dolo. cum ibi not. vel ſaltem extra ordinem punitur, & reſtituet pecuniam, & turpitudo eſt ſolius vincentis. & ſi velles probare quòd luſerit cum falſis taxillis, poteſt probari per homines aleatores, & ſimilis conditionis & vitæ: quia in tali loco & ludo non conſueuerunt adeſſe homines bonæ famæ & vitæ. not. Salyc. in l. ea quidem. de accu. vbi tractat materiam famæ. Alius eſt ludus naturæ recreator: & iſte eſt permiſſus tribus concurrentibus, quòd talis ludus non fiat cum verbis turpibus, vel noxijs actibus. Secundo, ne per eum animi grauitas totaliter reſoluatur. Tertio, quòd congruat perſonæ, tempori & loco, & ſecundum alias debitas circunſtantias ordinetur. not. Henri. in dicto ca. clerici. talis enim ludus innoxius & honeſtus licitus eſt clericis. capitul. ij. de delic. pue. di. ca. lator. & capit. exhibita. de homic. & ludus citharæ, quia Dauid iuſtus pulſauit citharam in occulto, non in publico. Panormitanus in d. capit. cum decorem. & ludus ſcacorum. gloſ. & communiter doct. in authen. interdicimus. C. de epiſco. & cleri. docto. in d. capitul. clerici. Innocen. in dicto capit. lator. temporibus & horis congruis quibus clerici diuinis vacare non debent: & dummodo per hoc non negligant Domino deſeruire: quia talis ludus in ingenio naturali conſiſtit, nec committitur viribus fortunæ. quod intelligo ſi recreationis cauſa clericus ludat. ſecus ſi quæſtus cauſa, tunc non ſibi liceret, præſertim de bonis eccleſiæ, quæ ſunt pauperum. xvj. quæſtio. j. capitul. fina. Archi. xxxv. diſtinct. epiſcopus. laicis autem plus permittitur ludere ad tales ludos in quibus verſatur ingenium hominis pro parua quantitate pecuniæ: puta vno ſolido. vltra autem non poſſunt ludere, etiam ſi ludentes eſſent milites, doctores, ſiue diuites: ne ex tali ludo permiſſo grauem caſum ſuſtineant: quia poſſent ad iſtum ludum omnia ludere. iſte eſt caſus in dicta authen. alearum. verb. ſed nemini permittimus. & accipe ibi ſolidum pro aureo. Panor. in dicto c. clerici. ſecundum quòd ll. communiter accipiunt. Nec intelli-

Ludus alterius fraudator.

Probatio fit per aleatores.

Ludus naturæ recreator.

Ludus cithara quãdo ſit permiſſus.

Vſque ad quam quãtitatem ſit permiſſum ludere.

Digitized by Google

gas quòd pro omni vice & ludo poſſit poni vnus ſolidus, ſed pro tota illa die qua adinuicem duo ludunt non facta aliqua interpolatione: quoniam pro toto illo tempore vnus ludus dicitur, & non plures, vt dicit Bartolus in l. inficiando. §. ſi infans. ff. de fur. l. Pompo. ij. ff. de nego. geſt. Ange. de are. in tracta. de cri. in verb. inuentore. in materia ludorum. aliàs ſi pro ſingulis vicibus poſſet ludi vnus ſolidus, poſſet ſequi quòd grauem caſum ſentiret, contra d. authen. alearum. & eius mentem. (*1) facit l. non dubium. cum ibi not. per gloſ. & doct. C. de legi. Alius eſt ludus fortunæ tentator, vt accidit in ludo taxillorum, fortuna cum aliqua induſtria permiſcetur. quem ludum quidam dicunt ex accidenti contra bonos mores, non per ſe, ſed quòd ex eo oriuntur plura mala, blaſphemiæ, furta, &c. quæ ponit Hoſtien. in ſum. tit. de exceſ. præla. §. qualiter excedant. verb. clericus. & in capit. inter dilectos. de exceſſ. præla. Card. Floren. in clemen. ij. de vita & hone. cle. vbi tractat materiam ludorum. vnde dicitur, quòd iſte ludus alearum ſit turpis, (*2) ratione conſequentiæ & accidentium ſibi. multos enim depauperare conſueuit. Ioan. And. in capit. Odoardus. de ſolut. & eſt omnibus prohibitus, ita quòd amiſſum in alea, eſt in foro contentioſo reſtituendum: vt dicta authen. alearum. ſed in foro animæ diuerſi diuerſa ſentiunt in locis præalleg. Dic tamen quòd in tribus caſibus ſemper tenetur ad reſtitutionem. Primo, ſi lucretur ab illis qui res ſuas alienare non poſſunt: vt minores, furioſi, prodigi, vxores, monachi, ſerui. Secundo, ſi traxit victum ad ludendum ex cupiditate lucrandi. Tertio, ſi fraudulenter lucretur: vt not. Hoſtien. in ſum. de pœnit. & remiſſ. §. quæ pœnitentia. verb. ſed nunquid poteſt reperi? Henric. in d. cap. inter dilectos. aliquid per Inno. & alios in capitul. quia plerique. de immi. eccle. docto. in dicto cap. clerici. Item ſi ille qui vincit, habuit fidem de victis, tunc de tali ludo non conſequetur actionem, nec ſibi vincenti dabitur actio contra victum text. in d. authen. alearum. ibi, nulla ſequatur condemnatio. niſi victus poſtea ludo ceſſante promittit vincenti ſoluere, tunc fortè non poterit exceptionem obijcere, (*3) quòd ſit pecunia perdita in ludo, quia per ſequentem promiſſionem ſponte factam videtur purgata prima cauſa turpitudinis. ar. l. ſi ob turpem. §. fi. cum ibi not. ff. de condi. ob tur. cau. Item non ſolum filius vel ſeruus tenetur ad reſtituendum id quod vicit, ſed etiam tenetur pater vel Dominus peculiò tenus. l. fina. ff. de aleatoribus. & ſi ille qui perdit in ludo vetito, non vellet vel eſſet negligens repetere quod perdidit, epiſcopus loci vel procurator fiſci poteſt repetere. & quando ignoratur cui victum eſt, expendetur vel in piam cauſam, vel in opus publicum. quando autem ſcitur cui victum eſt, illi victo vel hæredibus eius debet reſtitui. d. authen. alearum. & quod ibi not. docto. ad hoc capit. cum tu. & quod ibi not. de vſur. Et ſcias quòd ille qui vicit, & ille qui luſit, poteſt arbitrio iudicis inquirentis de hoc puniri ſecundum qualitatem perſonarum & delicti, ſiue ludatur in publico, ſiue in priuato: non enim licitum eſt ludere in ſpecie, nec in genere: vt dicta authen. alearum. ibi, in publicis. & ibi, neque in ſpecie, neque in genere. & ibi, inquirendi. Et talis inquiſitio quòd non ludatur, & quòd in ludis non blaſphemetur, & quòd homines non periurent, poteſt fieri per epiſcopum loci, vel etiam per iudicem ſecularem: vt d. anth. alearum. ibi, epiſcoporum. & ibi, ſimiliter iudices prouideant. not. Ang. vbi

Alearum ludus turpis eſt.

Ludo acquiſitum an ſit reſtituendum.

Filius ex ludo patrē peculiò tenus obligat.

Aleator publicus, ſi eſt clericus infamia notatur.

Digitized by Google

ſuprà. ad hoc cap. nouit. §. cum enim. cum ibi not. per doct. de iudi. Item clericus publicus aleator infamis eſt, & repellitur à promotione. d. cap. inter dilectos. vbi doct. & luſori ſicut prodigo poteſt interdici adminiſtratio bonorum. Bald. in l. ea lege. C. de condic. ob turbem cau. nam ipſe præſumitur dilapidare bona ſua, & præſumitur male vti ſua ſubſtantia. Baldus in auth. quod locum. C. de colla. Item non tantum ludens punitur, ſed etiam particeps (* 4) ipſius ludi, licet ipſe non ludat: vt dicta authen. interdicimus. & ſic ſi ſtatuto imponitur certa pœna ludenti, comprehenditur etiam in tali pœna particeps ſiue ſocius in ludo: vt quando vnus ludit pro ſe & ſuo ſocio. ita dicunt Guil. de cu. & Bal. in dicta authen. interdicimus. nam particeps in ludo dicitur facere fraudem legi & ſtatuto, qui ludit per interpoſitam perſonam, ideo tenetur. arg. no. in l. non dubium. C. de legi. & ibi pulchrè per Bal. de pluribus modis quibus fit fraus legi. gloſ. & doc. in cap. quanto de priuile. Item omnis contractus celebratus inter ludentes aduincem, non tenet. vnde ſi ego ludens tecum vendo tibi veſtem vel librum, talis contractus non valet: vt not. Bart. in l. ſi quis cum ſciret. in fi. ff. de vſu. pro emp. nec vendens in ludo tenetur de euictione. l. filiofami. §. j. ff. quarum re. act. non da. Item ſi ludens mecum mihi mutuet pecuniam vt ludat mecum, vel ille qui reſpicit ludum, aliquam quantitatem pecuniæ mutuat luſoribus, tale mutuum repeti non poteſt. gloſ. in l. j. in princ. & in l. fi. ſuper. ver. accipit pecuniam. ff. de alea. ſecus ſi ab alio quàm à reſpiciente ludum vel ludente mecum mutuum recipio: vt eſt gloſ. in dicto ver. accipit pecuniam. quod videtur verum quando alius qui mutuat, ignorat an ille ludere velit vel non. nam ſi ſciat illum ludere velle, & ludit poſtea, & perdit pecuniam, licet non reſpiciat ludum, videtur quòd repetere non poſſit. & videtur caſus in l. verum. §. penul. ff. de mino. ad hoc. not. per do. Ant. & Panorm. in c. ſi diligenti. de præſcrip. (* 5) nec dicas quòd ibi loquitur in minore: vt etiam loquitur. l. ſi vero non remunerandi. §. adoleſcens. ff. manda. quia, vt dicit Ange. vbi ſuprà. l. verum, loquitur etiam quando minor, & ſic priuilegiatus mutuauit minori priuilegiato etiam: & tamen licet ibi ſint in pari priuilegio, potior eſt conditio illius qui perdit pecuniam. facit quod no. Barto. in dicta. l. ſi quis cum ſciret. in l. is cui bonis. ff. de verbo. obli. in l. fi. ff. de alea. Ioan. Andr. in addi. Specul. in rub. de obli. & ſol. dicit autem Panorm. in dicto cap. clerici, mutuum repeti poſſe ſi tertius mutuauit. & Saly. in d. authen. alearum. ſed dicit Imol. in dicto cap. clerici, quòd conſuetudo hodie habet, quòd pecunia perdita non reſtituitur. quod intellige niſi in tribus caſibus not. ſuprà, & quòd mutuata pecunia repetitur, niſi in quatuor caſibus: ſcilicet ſi mutuans ſit colluſor aut aleator, vel ſi mutuum factum eſt minori ludenti vel mutuanti, ſit bonis interdictum. Imol. in dicta l. ſi quis cum ſciret. Item domus in qua luditur, debet publicari. dicta authen. alearum. ibi, domibus eorum publicatis. quod fortè debet intelligi, niſi illa domus fuiſſet pupilli, vel viduæ. arg. l. j. C. de fal. mone. & ibi hoc vult in fi. Cy. & idem in omni domo miſerabilis perſonæ. argu. not. per Cy. in l. j. C. quando impe. in pu. idem ſi Dominus domus ſit maior, ſed ignorat quòd ibi luditur, quia domus ſua non publicatur. arg. not. per Saly. in dicta l. j. C. de fal. mo. Item ille qui tenet ludum, acriter punitur: quoniam ſi percutiatur vel verberetur, talis iniuria non eſt punienda, nec ex dicta iniuria actio naſcitur, quandocunque & vbicunque

Ludenti mutuans an poſſit repetere.

Mutuum in ludo factum an poſſit repeti.

Domus in qua luditur quando cõfiſcetur.

Iniuria quando non puniatur.

Digitized by Google

vbicunque ſibi facta fuerit: vt ſentit Bartol. & eſt tex. in l. j. in princi. ibi, vbicunque & quandocunque non vindicat, ff. de aleatori. quod intellige quando alibi percutietur quàm in ludo, dummodo occaſione ludi fuerit percuſſus: aliàs valde iniuſtum videretur, quòd ſemper & omni loco & omni tempore impunè poſſet offendi, quin ſaltem iudex ex officio ſuo poſſit percutientem punire, ſaltem ad vindictam publicam, l. non ſolum, §. quamquam, ff. de iniur. & ibi Bartol. ſed ſi occaſione ludi fuerit percuſſus vbicunque, tunc talis percuſſio eſt impunita, quod eſt ſingul. Item patitur alias pœnas: quia ſi de domo in qua luditur, tempore quo luditur, fuerit furto aliquid ſibi ſubtractum, ſiue à luſoribus, ſiue à quocunque alio, non habet tenens ludum actionem tantum pœnalem furti, ſed nec ad rei perſecutionem: vt eſt textus in dicta l. j. §. j. ibi, impune ſit, & in §. ait prætor. ibi, quod non puto verum, ff. de aleat. poteſt etiam mulctari arbitrio iudicis: quoniam ipſe tenens ludum eſt cauſa multorum malorum, blaſphemiarum, furtorum, depauperationis, homicidij, & ſimilium: vt dicta authent. alearum, & docet experientia, & poteſt poni in compedibus, vel in carcere, dicta l. j. §. fina. nec obſtat ille textus qui dicit, vim intulerit, &c. & ſic videtur contra illum tantum qui compulit, quod generaliter intelligit Ange. vbi ſuprà, & ſatis dicitur quis compellere eo ipſo quòd ſtat cum altari parato, id eſt quòd præſtat domum & taxillos, & lumina: tum etiam ex ſuaſionibus & iſtis illecebris & aliis dicitur compellere iſtos iuuenes qui non poſſunt refrenare iuueniles calores, l. fina. §. filiis autem, C. de bonis quæ libe. ſicut dicimus in materia Macedoniani. l. j. & per totum, ff. ad Macedonianum, & ita acriter intelligit materiam, vt homines abſtineant à tali morbo, quoniam alio modo niſi vt dictum eſt, non compelluntur homines ludere inuiti, ergo aliàs d. l. nullum haberet effectum, & eſſet fruſtratoria, quod non eſt dicendum, l. ſi prætor, ff. de iud. & etiam, d. l. j. ff. de alea. poteſt intelligi in omnibus aliis qui ſuaſionibus & blanditiis inducunt homines ad ludendum, tunc iſti tales dicuntur compellere ad ludendum: quia niſi fuiſſent iſti, non tantum iuuenes luderent quantum faciunt, ſicut dicitur de lenonibus qui niſi fuiſſent, non ita ſæpius adulterium committeretur, l. ij. §. ij. ff. de adulteriis, & de receptatoribus latronum, ſine quibus nemo diu latere poteſt, ff. de recepta. l. j.

Ludum tenens an habeat actionē pro furto in domo ſua facto.

(*1) Quæ principaliter eſt attendenda, vt per multa probo in tract. penſio. par. j. quæſt. xxiij. Probus.

(*2) Ideo concludimus in ſcala benefi. parte j. ar. luſor clericus, quòd clericus luſor ſcalam non aſcendit beneficialem. P.

(*3) Adde alium caſum in quo ludens tenetur ad promiſſum, pone, Titius per ſtipulationem ſolennem promiſit mihi, ca. dare in caſum in quem ad aleas luderet, quia ſi ludat, tenetur, & c. ſoluere compellitur, iſta eſt concluſio Pauli de Caſtro, Areti. & communiter aliorum, in l. ex parte, §. mulier, ff, de verbo. oblig. quod fit quia per id à ludo quis deſiſtere cogitur, ſic eſt ciuile tanquam cohibens à peccato deſiſtere, ideo admittendum, per no. in dicto §. mulier. Probus.

(*4) Vide quæ pro hoc dixi in ſcala beneficiali, parte j. in ar. particeps criminis, vbi concludimus participem criminis ſcalam beneficialem non aſcendere. P.

(*5) Pro hoc habes tex. ſingularem in l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empto. P.

Digitized by Google

(* 6) Materiam ludi vide plenè examinatam per Paridem de puteo in tracta. de ludo. Probus.

neq; etiam mercãtias[a], ſeu negociationes [b]

Mercatores vix poſſunt eſſe ſine peccato.

a ¶ Mercantias) Valde difficile eſt in mercantiis non interuenire peccatum, de pœ. diſtinct. v. qualitas, lxxxviij. diſtinct. eiiciens, c. quoniam, & ca. qui eſt, in quibus docetur quomodo ſe debeant habere mercatores in negociationibus: & multa in quibus peccant, not. Hoſtien. in ſum. titu. de pœni. & remiſ. §. cui confitendum, ver. cui mercator. & an teneantur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem lucri per mendacium acquiſiti, not. in §. quibus, ver. quid de negociatoribus. Sed quis dicatur mercator? qui lucri cauſa rem vendit vel emit, dicto capit. eiiciens, & licet ſit inſcriptus in matricula mercatorum, niſi actu negociationem gerat, non dicitur mercator, fa. l. j. ff. de tribu, quæ vult quòd ex vno ſolo actu negociationis non dicitur quis mercator, quod no. Bar. in l. ex eodem ff. de teſtam. mili. Bar. in l. legatis, ff. de leg. iij. vbi latè tractat quis dicatur mercator. Panorm. in cap. fina. de vi. & ho. cler. docto. in cap. ſecundum, ne cler. vel mo. Bal. in tracta. de mercatoribus, in rubric. C. de conſtitu. pe. vbi tractat de mercatoribus, & an libris eorum credatur. Panorm. in capit. bonæ, de poſtula. prælat. latè per eundem in ca. ij. de fin. inſtrum. & latius per Firmia. in tract. de gabel. parte iiij. q. iiij. & ſeq. P.

¶ Mercantias) Verbum eſt comprehendens emptiones, venditiones & comptas, quod vltimum eſt generalius quam verbum emptiones, quia emptio fit ſolo precio, & compta omnibus aliis modis, ſecundum Bar. poſt gloſ. in l. ſi quid earum, de lega. iij. & eundem Bar. & doct. in l. prima §. pe. ff. de contrah. emptio. & in l. fi. §. in computatione, C. de iure deliber. P.

Perſonæ tres ſummopere ſūt fugiendæ.

b ¶ Negociationes) Quæ ſunt clericis interdictæ, præſertim inhoneſtæ, de vi. & ho. cleri. clerici, immo etiam honeſtas negociationes non poſſunt (*) exercere quando non indigent, lxxxviij. diſt. negociatorem, vbi no. tex. tres perſonas fugiendas tanquam peſtes, negociatorem clericum, ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſum, lxxxvj. diſt. peruenit, vbi dicitur quòd cauſa lucri non debent conducere poſſeſſiones aliorum, xiiij. quæſt. iiij. clerici, l. diſt. conſideret, ne cle. vel mo. cap. j. de vi. & ho. cle. cap. fin. vbi clericus qui tertiò monitus à ſecularibus negociationibus non abſtinet, interim perdit quo ad bona priuilegium clericale, etiam puniuntur clerici perſonaliter & publicè carnificum & tabernariorum officium exercentes, clem. j. de vi. & ho. cleri. ſi autem clerici indigent, bene poſſunt vti honeſtis negociationibus, ſiue potius artificio quærere victum, xcj. diſt. clericus victum, de conſe. diſt. v. nunquam, de celebra. miſſa. cap. j. de cen. cum apoſtolus, ſimiliter iudices & officiarij prohibentur negociari ſiue mercari. l. non licet, l. qui ex officio, ff. de contrahen. emptio. C. de contract. iu. l. j. & milites, & nobiles, vt videtur tex. in l. nobiliores, C. de commer. & mer. Sed nunquid contractus factus in eccleſia teneat? ſic, etiam ſuper re prophana, licet contrahens peccet, gloſ. & docto. in cap. decet, de immu. eccle. lib. vj. Bar. & Bal. in l. ij. C. de ſa. ſanct. eccle.

Iudices mercari nō debent.

(*) Pro hac gloſ. vide quæ diximus in ſcala beneficiali, parte j. in ar. clericus negotiis ſe immiſcens. P.

Digitized by Google

a ¶ Nundinarum) Quæ debent ceſſare diebus feſtiuis, C. de fer. l. dies feſtos, capit. j. eod. titu. quod male ſeruatur, & ad eas pro emendo non debent clerici accedere, xcj. diſtinct. clericus quilibet. Et no. quòd nundinæ differunt à mercatis, hic enim ponuntur mercantiæ, & nundinæ pro diuerſis, (*) vnde mercata non ſunt tuta pro debitis & gabellis, ſicut nundinæ, l. j. & ibi Baldus, de nundi. *Nundinæ & mercata differũt.*

nundinarum [a] in Eccleſia, quæ domus orationis [b] eſſe debet, & etiam in cœmiterio [c] exerceri † [d] amplius permittant [e].

Tranſgreſſoréſque † [f] per cenſuram [g] Eccleſiaſticam, aliáque iuris remedia punire non negligant. Omnes autem conſuetudines [h], ſtatuta aut priuilegia quæ his

(*) Sic ſuccedit iuris theorica, quòd diuerſitas terminorum denotat diuerſitatem rerum, quam iuribus firmo in tracta. penſio. parte j. quæſt. j. nume. 36. P.

b ¶ Orationis) Matthæi 21. Marci 11. j. q. iij. ſaluator, c. fi. c. & ex multis, xvj. qu. vij. & hæc diximus, de immuni. eccle. cum eccleſia.

c ¶ Cœmiterio) Sicut enim eccleſiarum, ita & cœmiteriorum ſeruanda eſt honeſtas, clem. j. in fi. de celebr. miſſa. quæ ſunt priuilegiata (*) ſicut eccleſia, xvij. q. iiij. quiſquis inuentus, de immuni. eccle. eccleſia. de conſecra. eccleſ. vel al. cap. j. lib. vj. Ange. in tracta. de cri. in ver. quod fama. ver. quarto quarto, & in ver. in ſcalis. Old. conſil. 55. & appella. eccleſiæ venit cœmiterium eidem contiguum, ca. ſi ciuitas, de ſenten. excommu. in vj. ideo habens gratiam in certa eccleſia, poteſt acceptare beneficium in cœmiterio, ambitu, vel capellis contiguis, de Rota, deciſio. 200. *Argumentum de cœmiterio ad Eccleſiam.*

(*) Vide quæ in ſimili de ciuitate & ſuburbiis, dixi in tracta. penſio. parte j. quæſt. xxiiij. in prin.

† d ¶ Exerceri) Nam illa eſt, quòd exercitia omnium operum diuinis officiis non congruentium in eccleſia ſunt prohibita, c. oratorium, xiij. d. ideo magiſtris non licet ſcholas in eccleſiis tenere, & ſeculares verberare, etiam cauſa diſciplinæ, qua in eccleſia non licet niſi orare, dicunt Archid. & Præpo. in c. fi. xlij. diſt. P. *In Eccleſiis non licet ſcolas tenere.*

e ¶ Permittant) Concor. cap. decet, de immu. eccle. in vj. nam dominus negociatores eiecit de templo, & menſas nummulariorum euertit. Ioan. 2. Mar. 11. j. quæ. iij. ex multis, lxxxviij. diſt. eiiciens, ideo dicit frater Ludol. in de vita Chriſti, ca. xxvj. quòd non decet candelas vel aliquas merces domino offerendas in eccleſia vendi. idem Pet. Iaco. titu. de ſta. curiæ Ro. *Candelæ in Eccleſia vẽdi non debent.*

† f Tranſgreſſoréſque) Inter quos ſi ſint nobiles, aut aliter maiores, ab illis debet incipi, quia ſic faciendo, inferiores facilius poſtea retrahentur, ca. comeſſationes, in fin. xliiij. diſt. Probus.

g ¶ Cenſuram) Quæ comprehendit excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, de verb. ſigni. quærenti.

h ¶ Cõſuetudines) Cõc. cle. j. in fi. de iur. pa. cle. vt hi qui, de æta. & qua. cum ſi. (*)

Digitized by Google

(*) Sic contra hoc decretum aliæ non poſſunt induci conſuetudines, per doctrinam iuris, quòd quando conſuetudo eſt irrationabilis & per legem damnata, tunc contra legem damnantem alia non poteſt induci conſuetudo, cum illa diceretur non conſuetudo, ſed corruptela.c.cum venerabilis, de conſuetud. ſecus ſi non eſſet irrationabilis, quia tunc tanquam talis non reuocatur, quod proſequitur Pet. de Peruſio in tract. de cano. portio. ca. v. in §. quoniam, nume. 24. & Cacialup. in tracta. de vnione.art.vij. nume. 11. Idem Petr. in d. tracta.de vnione.capit.v.num. 22. Probus.

Conſuetudo damnata.

* ¶ De concubinariis.

a QVicumque) Vſque ad §. & nihilominus. Primo, punit publicos concubinarios in perceptione fructuum beneficiorum. Secundo, vbi connectentur huiuſmodi fructus prouidet. Tertio, punit publicos cõcubinarios poſt monitionem priuatione beneficiorum. Secunda ibi, quos ſuus. Tertia, necnon. hoc decretum in deciſa incipit, ea quæ laudabili per nos ordinatione ſtatuta ſunt, decet vt noſtrarum literarum teſtimonio pandantur, de illiſque vbilibet concedantur legitima documenta, dudum ſiquidem inter alia ſtatuta & decreta noſtra quoddam in ſeſſione publica noſtra in maiori Eccleſia Baſilienſi.xj. Kalend. Februarij, anno domi. M.ccccxxxv. celebrata ſolenniter publicatum edidimus tenoris in hæc verba. quicumque, &c. & erat datum iſtud decretum vij. Kalend. Iunij, anno à natiuitate domi. M.ccccxxxvj. & ſic ante diſſolutionem concilij. Baſilien. editum fuit & confirmatum.

b ¶ Clericus Beneficiatus, ad quem pœna beneficia concernens, de qua infra, adoptatur, omnes tamen clerici à fornicariis abſtinere debent. de vi. & hone. clerico. c. vt clericorum, immo etiam laici, vt infra. §. iubet, & in illis habet locum decretum quo ad alias pœnas.

c ¶ Religionis) Religioſi cum monialibus habitare non debent. ca. in nullo. ca.

non concordãt decretis (niſi forte maiores adiicerent pœnas) irrita eſſe hæc ſancta ſynodus decreuit. Datum in ſeſſione publica Baſileæ in maiori Eccleſia ſolenniter celebrata, die Iouis, ix. menſis Iunij, anno M.ccccxxxv.

Item acceptat decretum, De concubinariis.

Clericus publicus concubinarius, cuiuſcunque ſit conditionis, ſtatus, religionis aut dignitatis, etiam pontificalis, à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum, ſpacio trium menſium ipſo facto eſt ſuſpenſus, qui per ſuperiorem in Eccleſiarum vtilitatem conuertantur euidentem.

QVicunque[a] clericus[b], cuiuſcumque conditionis, ſtatus, religionis[c],

monaſteria,cap. diffinimus,xviij. quæſt.ij. ſicut vir & mulier in eodem carcere poni non debent,C.de cuſto.re l.quoniam, nec clerici monaſteria monialium frequentare. de vi.& hone. clericorum, monaſteria. nec moniales extra monaſterium vagari. clemen. attendentes, de ſta. mona. ſed intra monaſteria ſub clauſura morari debent (* 1) capit. mulieres,de iudi.in vj. cap.j. de ſta. relig. eod. lib. Nec debent religioſi ſibi commatres facere, (* 2) leuando dum ſint in obedientia abbatis, xvj. quæ. j. placuit. de conſecra.diſtinct.iiij. non liceat,& cap.ſequen.no. Henr.in cap. ex literis, de cog. ſpi. ſed hodie multi monachi laxatis habenis pudoris habent commatres, & ſub tali palliatione multa mala committunt, iuxta illud quod vulgo vſurpatur. Dulcia commatris ſub nomine furta tenemus. Nec debent etiam oſculari fœminas,cap.peruenit.xviij. quæſt.ij. *Religioſi compatres eſſe non debent.*

dignitatis, etiã ſi pontificalis[a]

(* 1) Aliàs eſt difficilis fœminæ cuſtodia, vt non coeat. nam dicit vulgatum verbum, aut virum aut murum oportet mulierem habere. Meritò Accurſius in l. oratione, ff. de ritu nup. dicit quòd oportet mulieris accelerare nuptias, ne quid turpe committat. quod intuens legiſlator ſtatuit diuerſa tempora in nuptiis contrahendis, videlicet per maſculos in xiiij.anno, & per fœminas in xij. l. minorem, ff. de ritu nupt. ante quos communiter non dicuntur ad coitum potentes, quod requiritur, quia dicimus quòd in nuptiis contrahendis neceſſe eſt quòd mulier ſit viripotens, cum nupta videri non poſſit quæ virum pati non poteſt. l. pe. ff. quando dies lega. cedit. Morentur igitur ipſæ moniales ſub clauſura, & illis (vt his temporibus viſum eſt) in titulum vel commendam plura non dentur monaſteria, quia ea de cauſa eiſdem temporibus plura ſucceſſerunt in earum monialium monaſteriis ſcandala, etiã & quibuſdam fratribus minoribus opprobria. Mirandum igitur quæ cauſa poſſit eſſe quòd Apoſtolica ſedes in eam commendam moniali plura det monaſteria, cum iura (vt hic probat gloſ.) dictauerint moniales debere ſub perpetua morari clauſura. ideo non decet eas ad alia ſe transferre loca, & ex conſequenti vni moniali non debent plura monaſteria dari. P. *Moniales ſub clauſura maneãt.*

(* 2) Leuando, bene tamen baptizando. gloſ. in cap. peruenit.xviij. quæſt.ij. quæ ſubdit rationem, quia in leuando non contrahitur familiaritas, quę ſæpe dat occaſionem generandi pueros, non hoc in caſu contemptum. P.

a ¶ Pontificalis) Id eſt Epiſcopatus, Epiſcopo enim nullam licet omnino ſecum habere mulierem, (* 1) & ſi habere probatur, de Epiſcopatu eiiciatur. in authen. de ſanc. Epi.§. Epiſcopum vero, colla.ix. C. de Epiſco.& cleri. authen. Epiſcopo. ſicut nec monacho.xviij. quæſt.ij. peruenit. etiam matrem vel ſororem, vt communiter volunt doct.in cap.j.de coha.cle.& mu. Legitur enim quòd beatus Aug. neque cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt, lxxxj. diſtin.cap.legitur, cum ibi not. contrarium tamen dicit Panor. in dicto cap.j. quòd poteſt Epiſcopus habere ſecum matrem, aut ſororem, aut aliam conſanguineam non ſuſpectam, per capit. interdixit.xxxij. diſt. nam in canonibus nullibi probatur contrarium, immo videtur permiſſum, di. cap. interdixit, nec eſt ſtandum legi ciuili, ex quo canon innuit oppoſitum, (* 2) primum eſt honeſtius, maximè propter alios clericos cum Epiſcopo morantes. Alij autem clerici poſſunt ſecum ha- *Epiſcopo nullas mulieres licet habere.*

Digitized by Google

bere matrem, aut aliam conſanguineam non ſuſpectam, vt quia ſunt ſenes vel infirmi.lxxxj.di.cap. volumus,& ca.cum omnibus, cum in illis naturale fœdus nihil permittat ſæui criminis ſuſpicari.l. eum qui. C. de Epiſc. & cle.ca. à nobis, de coha.cle. & mu. & tales poſſunt eſſe in eadem domo, ſed non in eadem camera.lxxvij. diſtin. Epiſcopus,not. Archid. in d. cap. volumus. Dicit etiam Panor. in d. cap.j. de coha. cle.& mu.quòd conſanguineas etiam iuuenes aliàs non ſuſpectas poteſt clericus bonæ famæ in domo tenere: ſed extraneas iuuenes nullo modo, quantumcunque ſit bonæ famæ: quia talis commixtio eſt periculoſa, non ſic cum conſanguinea, dum tamen non habeat pediſſequam iuuenem, & clericus habitet ſolus in camera ſua. ſentit gloſ. in d. cap. volumus, quod non placet Henr. in d. cap. j. & bene. & iſtud eſt tutius, nam vt dicit text. in dicto ca.j.inſtigante diabolo etiam in illis, ſcilicet matre & ſorore,perpetratum ſcelus reperitur: & licet clericus ſit bonæ famæ, tamen oritur ſuſpicio propter ſuos famulos, & alios extraneos ibidem frequentèr conuerſantes, eſt etiam honeſtius, & ex contrario poſſet ſcandalum generari.

vel alterius [a] præeminentiæ exiſtat, qui poſt huius conſtitutionis notitiam, quam habere præſumatur per duos [b] menſes poſt publica-

Epiſcopus eſt religioſus. (*1) Quia Epiſcopus cenſetur religioſus. Hoſt. in cap. j. col.j. ne ſede vac. text. in cap.ex multa.de voto.Petr. de Biaxio in direc.elect. parte ij. quæſt.vj. P.

(*2) Pro hoc vide quæ diximus in tracta. deuolutio. præludio vij. in verſi. tum præterea. Probus.

Conſtitutio principis quando ligat. a ¶ Alterius) Archiepiſcopatus, aut ſuperioris dignitatis.

b ¶ Duos menſes) Præſumitur ſcientia conſtitutionis principis poſt lapſum duorum menſium à tempore publicationis in authen.vt fa.no.conſtitu. in prin.colla.v. de ſen.excom. nouerit. ne cle.vel mona. ca. fi. de conceſ. præben. ca.j. in vj. gloſ. in cap.cum ſingula.de præben.cod.li. Io. And. ſuper data.vj. nec eſt neceſſe quòd ſingulorum auribus inculcetur.xvj. diſt. quod dicitis, de poſtu. præla.ca.j.immo ſi ante lapſum duorum menſium conſtitutio veniat ad notitiam aliquorum illi, immediatè ligantur. not.in ca.ij. de reb.Eccle. non alie.lib.vj. Hoſtien.in ſum.tit.de conſtitu.§.quando. Pau. in pro.cle. Panor. in ca. cognoſcentes, de conſtit. nam fruſtra expectatur euentus cuius nullus eſt effectus. (*1) l. ad probationem, C. de proba. de of. deleg.cum contingat. ex quo igitur quis eſt certus de conſtitutione, fruſtra expectat lapſum duorum menſium, ad hoc regula, cum qui certus, de regul. iur. in vj.ff.de act. empt.l.j. Licet Henr.& Ioan.de lig.dicant contrarium in dicto capitul. cognoſcentes, & mouentur, quia beneficium iuris nemini eſt auferendum, ff. de re iud. l. iiij §. ſi quis condemnatus, de regu. iur.indultum, per iura vero prædicta *Iuris beneficiũ nemini eſt auferendum.* dantur duo menſes ad ligandum, igitur primum videtur verius: quia prædicta iura fundantur ſuper præſumptione notitiæ. & patet hic cum non ſit veriſimile publicatum tanto tempore duorum menſium ignorare.lxxxij.diſtinct.propoſuiſti.qui ma. accu.poſ.cum in tua.vbi ergo certum eſt de notitia, debet conſtitutio ligare: cum in certis non certus locus ſit coniecturis,ff.de ver.obliga.continuus. Similiter vbi eſſet

probabilis ignorantia, conſtitutio etiam poſt tempus debitum non ligaret(*2) puta ſi quis tempore publicationis fuiſſet in tali loco vbi conſtitutio ad eum non peruenerit, nec veriſimiliter peruenire potuerit, tunc non artaretur culpa vel pœna legis, per dictum cap. cum in tua. l. fi. ff. de decre. ab or. fa. cap. ij. de conſtit. in vj. per Bar. in l. j. ff. ſi quis te. li. eſ. iuſ. l. j. ff. de leg. Moder. in dicto c. cognoſcentes. Angel. in dicta authent. Paulus de caſtro conſilio cxlv. *Probabilis ignorantia prodeſt.*

tionem eiuſdem in Eccleſiis[a]

(*1) Iſtud per plura firmo in tractatu penſio. parte j. quæſt. v. nume. 56. Probus.

(*2) Vide Alexandr. in conſi. 165. col. fi. dubitatur. volu. 6. & Bellemere deci. 541. ignorans. Probus.

a ¶ In Eccleſiis) Quid ſi intra ſepta Eccleſiæ vel in clauſtro vel in cœmiterio fiat hæc publicatio, an ſufficiat? arg. quod ſic, (*) quia talia ſunt de continentibus & cohærentibus Eccleſiæ, arg. de procur. l. præſens, de verbo. ſigni. l. ij. de rei vendi. l. quæ religioſis, & polluta Eccleſia cœmiterium contiguum Eccleſię eſt pollutum, de conſec. Eccle. vel al. ca. j. in vj. & fugiens ad porticum Eccleſiæ gaudet immunitate. xij. quæſt. iiij. ſi quis contumax non videtur tamen ſufficere: quia vere non fit in Eccleſia, cum prædicta ſint extra ſeu iuxta Eccleſiam, argu. de ſen. excommu. ſi ciuitatis, in vj. xij. quæſt. j. neceſſaria. & ideo plus exigitur fieri in Eccleſia, quia facilius tranſit in notitiam, cum ibi ſit maior populi concurſus, alia loca ſunt magis ſolitaria, facit quod not. Paulus in cle. cauſam, de elect. Communiter tamen ſeruatur quòd publicatio affigitur ad valuas Eccleſiæ, quod ſufficit, ad hoc cle. dudum, de iudi. l. ſed ſi pupillus, §. proſcribere, ff. de inſtitu. quia ſatis fit in Eccleſia, cum fiat ante Eccleſiam in valuis vel porticu: vt eſt text. in dicta clemen. iunct. gloſ. in ver. in domo. not. Io. Andr. in cap. fina. de eo qui mit. in poſ. Specul. titu. de cita. §. ſequitur. ver. ſed an reo. Panormi. conſil. 100. fa. quod not. Bart. in l. meminiſſe. ff. de offi. procon. quòd inſultus dicitur fieri in domo. Specu. titu. de iniur. §. j. ver. pone in ſtatuto. Panor. in cap. j. de deci. doct. in d. cap. j. de conſec. Eccle. vel al. Ioan. Andr. in ca. inter alia. de immu. Eccle. dicit tamen Bart. in l. j. ff. de cloa. ad hoc quòd dicatur factum in domo, non ſufficit in oſtio factum, niſi fiat intra clauſulam oſtij, ſecus ſi fiat in oſtio in illa parte quæ aperitur ab extra, arg. ff. de flu. l. j. §. in flumine. nam dictio in, denotat intrinſitatem in actu. l. j. ff. de incen. ru. nau. & vide Bald. in l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædil. edi. in l. item apud Labeonem, ff. de iniu. in ca. j. qui. mo. feu. amit. §. ſimiliter. colla. x. in l. quidam hyberus, ff. de ſer. vr. præ. vbi dicit, quòd in materia fauorabili appel. dominus continetur oſtium, & porticus, vt puta quicumque fuerit inuentus de nocte extra domum ſine lumine, ſoluat centum: ſi fuerit inuentus in ſua porticu vel oſtio, dicit quòd non incidit in pœnam, quia porticus continetur appellatione domus, l. prædiis, §. pe. ff. de leg. iij. ſed in materia odioſa, vt in augendo pœnam ad domum, tunc porticus non comprehenditur appel. domus, iſto tamen caſu ſi porticus ſit affixa cum domo, videtur cenſeri pars domus. Angel. in tractatu de crimi. in ver. fecit inſultum.

Immunitatem præbet porticus eccleſiæ.

In, denotat intrinſitatem.

(*) Vide ampliorem gloſ. ſupra in tit. de ſpecta. in Eccle. non facien. in fine, in verbo cœmiterio. Probus.

Digitized by Google

a ¶ Cathedralibus) Concor.cle.cauſam,§.quòd ſi forſan.de elect. cle. quamuis, de fo.compe.extraua.Ioan.22.ſi fratrum, cum ſi. & facit iſte tex. quòd iſti duo menſes incipiunt duntaxat currere poſt publicationem factam in prouincia antequam non ligantur prouinciales,licet publicata fuerit conſtitutio in cõſiſtorio principis, (*1) quod placet Panorm.in cap. cognoſcentes, de conſtitu. quia cum ius ciuile expreſſe dicat de tempore publicationis in prouincia,vt in authen.vt factę no.con.collatio. v. & ius canonicum nõ dicat oppoſitum, quod idem ſit de iure canonico,ad hoc ca. quod dicitis,xvj.diſt. Ioan. tamen mo. in c. in generali,de regu.iur.in vj.Ioan.And. ſuper data eiuſdem lib. in not. Paul. in procem. cle. dicunt ſufficere generalem publicationem in curia, vt dicit enim Io. Mona.Papa non debet habere pedes plumeos, (*2) ſed plumbeos,& eſt quaſi immobilis, ſtabiliſque manens dat cuncta moueri, ideo eius ſtatuta non ſunt ſingulorum auribus inculcanda, capit.j. de poſtu. prælato. idem Henri. in dicto capit. cognoſcentes, dicens non oportere conſtitutionem Papæ in omnibus prouinciis publicari, & dicta authent. loquitur in imperatore qui diſcurrit huc vel illuc per prouincias: non ſic de Papa, primum æquius: pro quo hic text. & cle. dudum, de iudi.

cathedralibus [a] (quam ipſi diœceſani omnino facere teneantur [b] poſtquam eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit) fuerit

Papa pedes plumeos habere nõ debet.

(*1) Vtpote in parlamento Pariſien.in quo fiunt publicationes legum & edictorum regis, & aliorum quæ publicationem exigunt, vt vim obtineant etiam ligaminis & pœnarum incurſionis. Probus.

De leui nõ debet credere.

(*2) Iſtud facit quòd Papa non debet de leui credere, nam qui cito credit, leuis eſt corde, & credulitas damno ſemper ſolet eſſe puellis: & repentina credulitas mater eſt erroris,& nouerca conſilij,ideo imputandum eſt illi qui nimium eſt credulus, gloſ.in l.j. §.j.ff.de eo per quem fac.hinc glo.in cap.ſi quis præpoſtera.l.diſtinct. ait quòd non eſt ſtatim credendum etiam bono viro,licet Bal.in l.iudicia,C.de rei vendica.dicat quòd dictum notabilis viri inducit iuſtam credulitatem, gloſ.in cap. cum contingat,de reſer.vbi idem Bal.col.ij.ait,quod licet boni & diſcreti viri dictum inducat iuſtam credulitatem,non tamen teneris ei credere,per tex.in l. ij. ff. quod fal. tuto.auctore, vide Fely.in c.licet hely. in vj.not.de ſimo. P.

b ¶ Teneantur) Male faciunt prælati qui publicationem huius cõſtitutionis omittunt, cum hoc verbum ſit præcepti, & neceſſitatem importet, (*) in cle. exiui, §. item ordo.de verbo.ſignifica.

(*) Non expectans aliam excitationem,cum lex illam in dies faciat: ideo prælati qui hoc non fecerunt,de negligentia aut decreti contemptu argui potuerunt: prout & nunc poſſunt, qui omnia in eo decreto contenta executioni non mandant, & male, quia de eis & aliis officio eorum incumbentibus reddent rationem in die iudicij: quia in hoc peccauerunt, vt per gloſ. infra, §. necnon, in verbo iubet. Probus.

a ¶ Publicus)

Digitized by Google

a Publicus) Quis eſt ille, habetur infra, §. publici, ex publico crimine clerici, præſertim ſacerdotis (*) tria mala oriuntur. Primò, aliorum maxime laicorum corda ſcandalizantur. Secundò, vituperatur officium eccleſiarum. Tertiò, præſtatur aliis licentia & materia peccandi, ij. quæſt. v. ſi mala, de adul. ſignificaſti. de voto, magnæ.

(*) Iſtud per plura firmo in tractatu diſpenſatio. membro 2. in prin. P.

publicus [a] concubinarius, à perceptione fructuum [b] omniũ beneficiorũ ſuorũ, triũ [c]

b ¶ Fructuum) (*1) Talis ſuſpenſus à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum poteſt eligere (*2) & elegi, & acquirere beneficium, not: Guil. in cle. ij. de gi. ætta. & qua. Henr. & docto. in cap. cum dilectus, de conſue. quia hæc non eſt vera ſuſpenſio, ſed quædam bonorum ſubtractio in pœnam, de tempo. ord. ex tenore, ſed ſuſpenſus à beneficio tantum, non poſſet durante ſuſpenſione acquirere beneficium: (*3) vt dicto cap. cum dilectus, vbi docto. cap. per inquiſitionem, cum ibi no. de elect. Ioan. Andr. & docto. in cap. cupientes, §. cæterum, eodem titu. in vj. niſi ſuſpenſiò reſtringeretur ad certam eccleſiam: quia tunc poſſet acquirere beneficium in alia eccleſia, niſi aliud impediret, ar. cap. ſi compromiſſarius, §. reſtringitur, de elect. in vj. poſſet tamen ſuſpenſus à beneficio eligere, probatur in cap. cum vint. iuncto cap. cum in cunctis, de elect. vbi canonicus eligens ſcienter indignum, eſt ſuſpenſus triennio à ſuis beneficiis, & tamen interim poteſt eligere, ſed in caſu iſto huiuſmodi ſuſpenſus non poſſet eligi, alia ratione quæ reformat pactum, cum publicus concubinarius ſit inhabilis (*4) ad beneficia: niſi prius diſpenſatione habita: vt patet infra, §. nihilominus. *Suſpenſus à beneficio poteſt eligere & eligi.*

(*1) Solum dicit fructuum beneficiorum, quòd non ſit ſuſpenſus ab ipſis beneficiis, ideo nec nos dicere debemus, cum inter hæc lata ſit differentia, tum quia beneficia dantur in titulum, non fructus, no. Ioan. And. in cap. pen. de verbo. ſignifica. & in cap. ſi tibi conceſſo, de præb. in vj. iſtud proſequitur gloſ. conſti. Othonis, in titu. de concubina. cler. remo. in verbo de beneficiis, Solis enim pœnis iuris debemus eſſe contenti, vt probamus in tract. penſio. parte j. quæſt. xxv. P.

(*2) Iſtud eſt contra communem docto. opinionem, videlicet quòd electio actiua eſt in fructu, vt latè probamus in tractatu penſio. parte j. quæſtio. xxvij. Probus.

(*3) Hunc punctum habes latè per nos examinatum in ſcala benefici. parte j. ar. ſuſpenſus à beneficio & officio. P.

(*4) Ad hanc exceptionem pauci attendunt contra multos impetrantes publicis concubinarios, licet ſit peremptoria, vt probamus in ſcala beneficiali, parte j. art. luxurioſus. Probus.

b ¶ Trium menſium) (*) Concor. 5. de pig. d. cul. cap. j. & de ſpecta. cap. j. alibi eſt ſimilis ſuſpenſio vſque ad ſex menſes & ad annum, in clem. ij. de vi. & hone. cle. alibi eſt ſuſpenſio à perceptione dimidiæ partis diſtributionum, cle. ij. de æta. & qua. alibi à perceptione diſtributionum arbitraria, ſupra de colla. cap. j. §. ſequuntur, alibi per certas horas, ſupra quo temp. quis de eſ. in cho. cap. j. §. j. & de te. cap. temp. miſ. c. j. alibi per totum diem, ſupra de his qui tem. d. off. va. per eccle. cap. j. & de tab. pend.

Digitized by Google

in cho.cap.j.alibi per hebdomadam,vt in d.c.j. de te.&.tem.miſſ.& de aliis variis ſuſpenſionibus no.in clem.cupientes,de pœ.

(*) Quibus durantibus non venit eis ſubueniendum, etiam in victu, nec veſtitu, no.gloſ.in c.quamuis,vij.quæ.j. Iſtud videtur durum, maxime quando non habent vnde viuant, & ſunt iam pœnitentes, quia tunc debet eis diſtribui pro neceſſariis, ne ad turpia conuertantur, & in opprobrium cleri mendicent. Ex quibus infero, quòd lapſis tribus his menſibus non recuperant hos fructus,etiam ſi in tex. nihil diceretur quòd fructus illi conuertantur: aliàs lex impoſita eſſet verbis,& non rebus. Et huius voti fuit gl. infra proxime eccleſiarum, videlicet quòd non reſtituantur lapſis menſibus tribus. P.

menſium ſpatio a † ſit ipſo facto b ſuſpenſus c.

a † ¶ Spatio) Quia ſi ſimpliciter.i. ſine temporis præfinitione eſſet dictum, ſuſpenſio eſſet perpetua, quia verba legis ſine temporis determinatione lata, ad tempus perpetuum intelliguntur,l.ſufficit,ff.de condictio.indebi.& l. iuriſperitos, ff. de excu.tutor.& l.ſeruus,C.de pœnis. P.

b ¶ Ipſo facto) Hic ergo non eſt neceſſaria monitio nec ſententia, aliter infra ver. necnon. (*)

Canon latæ ſententiæ fit verbis præſentis temporis.

(*) Quod fit,quia eſt canon latæ ſententiæ, qui fit quando legiſlator vtitur verbis præſentis temporis,ſecus ſi futuri,quia tunc eſt ferendæ,gl.in c.j.de minor.li. vj. & in regula,in pœnis,eod.lib. P.

Concubinarius an ſit ſuſpenſus ab officio & beneficio.

c ¶ Suſpenſus) Immo videtur quòd ſit ſuſpenſus ſimpliciter à perceptione fructuũ, non tantum per triennium, cap. præter. xxxij. diſtinct. vbi publicus concubinarius ſuſpenſus eſt ab officio,nec partem ab eccleſia ſuſcipit.Hoſtien.& do. An. dicunt in cap.ſicut,de coha.cle. & mul. quòd publicus concubinarius non eſt ſuſpenſus à beneficio per illud capitulum, quod iniungit talem ſuſpendi, idem ſentit Inno. in cap. ex tenore,de tempo. or. vbi dicit eum non debere abſtinere à beneficio, donec ſibi præcipiatur: cum iura loquentia de inhabilitate huiuſmodi publici concubinarij de officio loquantur,non de beneficio,quod non placet Panor.in cap. veſtra, de cohabi.cler.& mulie.vbi dicit quod publicus concubinarius ſiue notorius,præſertim notorietate facti quæ habet operis euidentiam indubitatam, eſt ſuſpenſus à beneficio

Suſpenſus ab officio propter crimen, eſt ſuſpenſus à beneficio.

per dictum cap.præter.iuncta gloſ. & quia ſuſpenſus ab officio propter crimen, eſt ſuſpenſus à beneficio : (*1) vt no.in ca.cupientes,de electio.in vj.quia beneficium eſt ſequela officij, vnde ſi non poteſt dicere officium ex culpa ſua, non debet percipere beneficium,cap.fina.de reſcr. in vj. de appella. paſtoralis, in fi. ſentit Henric. in cap.ſi quiſquam,de cohabita.clerico.& mulierum.Hoſtien.in ſum.eodem titu.§.& qualiter. Inno.in dicto cap. ſicut, vbi dicit quòd fornicator publicus non poteſt intereſſe electionibus.Bal.in marga.in verb.fornicator.Dic quòd iura allegata trahenda ſunt ad iſtud cap.vt publicus concubinarius ſit ipſo iure ſuſpenſus à beneficiis obtentis per trimeſtre,non nego quin poſſit ſuſpendi ſimpliciter, ſi monitus non deſiſtat: vt dicto cap.ſicut,quinimmo poteſt priuari beneficiis,vt ſequitur,ſed ſimpliciter eſt ſuſpenſus à beneficio obtinendo,vt infra.§.ſeq. (*2)

(*1) Sic debet intelligi gloſ.conſtit.Otho.in titu.de concubi.cler. remo. in ver-

Digitized by Google

bo ſuſpenſi, dum inquit, quòd ſuſpenſus dicitur qui eſt priuatus officio & beneficio ad tempus, non in perpetuum, ſubdens quòd depoſitus dicitur, qui priuatus eſt officio & beneficio, licet non ſolenniter: degradatus vero, qui vtroque eſt priuatus ſolenniter, inſigniis ſibi ablatis, cap. epiſcopus preſbyter. xj. quæſt. iij. & cap. degradatio, de pœnis, in vj. Sic ſuſpenſio & priuatio differunt, vt dicitur de deportatione & *Depoſitus & degradatus dicuntur.*

Quos [a] ſuus ſuperior in fabricam [b] † [c], vel aliam euidẽtem Eccleſiarũ [d] vtilitatem [e], ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat.

relegatione: nam deportatio dicitur perpetua, & relegatio temporalis, vt patet, ff. de interdict. & relega. per totum. Et dic quòd ſimpliciter ſuſpenſus ſolum intelligitur ab officio, dicit Præpo. in ca. preſbyter. in prin. ij. q. v. quod intellige ſecũdum hanc gloſ. P.

(*2) Conſtitutione vero dom. Othonis aliàs in Anglia de latere legati (vt patet in titu. de concubinis clericorum remouendis) ſic cauetur, & ſtatuendo præcipitur, vt clerici, & maximè in ſacris ordinibus conſtituti, qui in domibus ſuis vel alienis detinent publicè cõcubinas, eas prorſus remoueant intra menſem, ipſas vel alias de cætero nullatenus detenturi. Et ſi contra hoc præſumpſerint venire, ab officio & beneficio ſint ſuſpenſi: ita quòd vſquequo ſuper hoc dignè ſatisfecerint, de beneficiis eccleſiaſticis nullatenus ſe intromittant, alioquin ipſo iure decernit fore priuatos. Probus.

a ¶ Quos) Fructus.

b ¶ Fabricam) Si. ſuprà de elect. c. licet, §. cenſuit, cum ibi no.

c † ¶ Fabricam) Cui ſi factum eſt legatum, dicitur ad perpetuum cultum diuinum, l. ſi quis ad declinandam, C. de epi. & cler. Quòd ſi eccleſia huius fabricæ deſtruatur, legatum Papæ debetur. Bal. in l. poſt mortem, C. de fideicom. Probus.

d ¶ Eccleſiarum) (*) Concor. ſuprà de pig. di. cul. c. j. de ap. paſtoralis, in fin. de ff. ord. cum vos, & vide no. ſupra de te. cap. tem. miſſ. c. j. in ver. neque, per quæ iura no. quod fructus eccleſiæ percepti medio tempore quo rector eius fuit ſuſpenſus vel excommunicatus, non debent ei reſtitui poſt abſolutionem, ſed applicantur eccleſiæ, per Inno. ca. ex inſinuatione, de ap. Bar. in l. cum allegatis, C. de re. mi. li. xij. idem ſi rector eſt abſens ab eccleſia ſine licentia prælati: nam in abſentia non percipit fructus de iure niſi ſit à iure priuilegiatus, ca. ad audientiam, ca. cum dilectus, de cle. non reſi. Bal. in l. j. C. de his qui, vt indi. vel à Papa: vt ſtuden. Romæ & Pariſiis, quibus debentur fructus beneficiorum, non obſtante conſtitutione eccleſiæ ſuper reſidentia. Oldra. conſi. 117. no. ſuprà qua. ho. ca. c. j. *Excommunicatus non facit fructus beneficij ſuis.*

(*) In quibus ſunt beneficiati, quia illis videtur facta iniuria pluſquam aliis eccleſiis: ideo pœna illis eſt applicanda, per ea quæ diximus in tract. penſio. parte j. quæſ. xxv. verſi. quærere autem, gloſ. 5. in titulo de pignor. cult. diuini, in verbo eccleſię. Probus.

e † ¶ Vtilitatem) Per quam eccleſiæ honorantur, cum per reparationes earum decus & honor Dei in parte oſtẽdantur, quia eccleſiæ domus Dei & orationis dicũtur, hinc Ludo. Bologni. in tract. de indul. q. ij. prin. inquit, quòd cauſa proxima & prin-

Digitized by Google

Cauſa conſequidi indulgentias.

cipalis indulgentias conſequendi fuit honor Eccleſiæ & aliorum piorum locorum, vt magis honoretur Deus in ſanctis ſuis, & ſancti in conſtructione & viſitatione baſilicarum, ſic in commemoratione virtutum & meritorum ſuorum, quod proſequere vt ibi per eum, qui ſubdit, quòd immunitas quam habemus in Eccleſia, dicitur principaliter conceſſa in honorem & reuerentiam illius Eccleſiæ, not. Roma. in conſi. 234. Animaduertendum ad idem, nam ſi clericis Eccleſię Pariſien. indultum concedatur, vt non pſſint excommunicari, licet Eccleſia tanquam inanimata non poſſit excommunicari; tamen ipſum indultum ad honorem ipſius Eccleſiæ dicitur eſſe factum, ca. cum capell. &c. quando. de priuileg. &c. pe. de verb. ſignif. Sic conſideratur honor Eccleſiæ & loci principaliter. Probus.

Quamprimum quis publicus innoteſcit concubinarius, à ſuo ſuperiore intra terminum breuiſſimum concubinam dimittere moneatur: quam ſi non intra illum dimiſerit, aut aliam publice reſumpſerit, ſuis omnino priuetur beneficiis. P.

Necnon[a], & huiuſmodi publicum concubinariũ, vt primum[b] talẽ eſſe innotuerit[c] †, mox[d] ſuus ſuperior monere[e]

a ¶ Necnon) Id eſt etiam.

b ¶ Vtprimum) Id eſt quamprimum, de hoc ver. habetur in l. ij. ff. de admi. re. ad ci. per.

c † ¶ Innotuerit) Non dicit conſtiterit, quia tunc requiritur talis cõcubinarij vocatio. gloſ. in cle. præſenti. in verbo conſtiterit. de cenſibus. Rota deci. 684. in antiq. Probus.

d ¶ Mox) Hæc dictio ſuperfluit propter dictionem vt primum & expone mox. i. ſtatim cum primum potuerit, ff. ad Tertul. l. ij. §. confeſtim, infra de inter. indif. non po. cap. j. aut intra breue tempus, nam vbi ius non determinat: iſtæ dictiones mox, ſtatim, ilico, & ſimiles verificantur in modico tempore, ſecundum quod arbitrabitur bonus iudex, habito reſpectu ad ipſius circunſtantias, arg. in l. j. ff. de iure delib. multipliciter tamen capiuntur huiuſmodi dictiones: vt not. in cap. quia propter. in ver. mox. & ibi doct. de elect. in ca. ſi in qualibet, xx. q. ij. Specu. titul. de diſpu. & alle. §. poſt hæc. ver. item mox. Bart. in l. j. ff. ſi cer. peta. in l. fructus, ff. ſolu. mat. Bal. in l. gallus, §. ille caſus, ff. de libe. & poſth. aut intellige mox. i. ſtatim & ſummarie ſine ordine iudiciario. per no. per Bar. in l. j. ff. iud. ſol. vbi dicit, quòd ſi quid debet ſtatim fieri, intelligitur quòd ſummarie ſine ordine iudiciario proceſſus fiat. arg. C. vnde vi. l. momentaneæ.

Mox, ſtatim, ilico verificātur in tempore modico.

e ¶ Monere) Sed ad abiurandas concubinas cogere clericos non poteſt. de cohabi. cleri. & mu. clericos, licet poſſit cogere adulterum ad abiurandam adulteram, & cohabitandum cum vxore, & adulterum alligare iuramento de adultera amplius non admittenda. ca. cum haberet, de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. & intellige monere ſemel, cum videatur ſufficere vnica monitio. ad hoc cap. Epiſcopus, cum ibi no. xviij. diſtin. cle. j. §. j. in fi. iuncta glo. de hæret. cle. j. de deci. iuncta gl. & ibi doct.

Digitized by Google

cap. ſi canonici. de offi. ordi. in vj. Innocen. in cap. ad petitionem, de accu. Inno. & Panormita. in cap. cum nobis de elect. in ca. cum cauſa. in cap. conſuluit. de offi. delega. Ioan. And. in cap. olim. de iniur. in cap. non minus, in ca. aduerſus, de immu. Eccle. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. ſed hæc loquuntur in monitionibus extraiudicialibus, quæ fiunt à parte parti, vbi ſufficit vna monitio. ſecus vbi monitio eſt iudicialis, vt iſta. not. Bal. in authen. item nulla. C.

teneatur [a] de Epiſc. & cleri. dic ergo monere trina monitione per cap. ſi quiſquam, cap. ſi autem, de coha. cler. & muli. cum regulariter. vbi monitio iudicialis eſt neceſſaria, trina requiritur. xxiiij. quæſt. iij. de illicita. cap. contingit cap. ſacro. de ſenten. excommu. de vaſ. mili. qui con. eſt. ca. j. col. x. cum ſimi. no. in cap. cum ſpeciali. de appel. doct. in cap. ego. de iureiur. in cap. ex literis, de conſtit. aut vna monitione peremptoria pro omnibus, ff. de iudi. nonnunquam, C. quomo. & quan. iu. l. tres denunciationes, de dila. cap. j. d. ca. de illicita cum ibi not. paria enim ſunt indicere tres monitiones, & vnam peremptoriam pro omnibus: præſertim ex cauſa, conſiderata perſonarum & negocij qualitate, & maximè in notoriis, vt in caſu iſto. de appel. cum ſit. cap. conſtitutionem, de ſenten. excom. in vj. cum ibi no. Henr. in cap. ſi quis Epiſcopus, de accu. niſi vbicumque ad perdendum aliquod priuilegium clericale, aut ad incurrendum pœnam ius exigeret trinã monitionem: tunc vna monitio etiam peremptoria non ſufficeret, nec haberet vim trinæ citationis. no. Ioan. Andr. in cle. j. de vi. & hone. cleri. in ca. ex tuæ. de cle. non reſi. in addi. Specu. ſuper rub. de cleri. non reſi. Panor. in ca. fin. de vi. & honeſta. cleri. in dicto cap. contingit: quia in pœnalibus verba debent intelligi ſtrictè, non longè. ff. de nego. geſt. l. iij. §. hæc verba. de iniu. in noſtra. quod limita, niſi illa peremptoria haberet tria temporum interualla, ſecundum formam dictæ. l. nonnunquam, cum ibi not. & dicto capit. conſtitutionem, iuncto. d. ca. ſacro. tunc videtur ſufficere, notat Car. & Imo. in d. cle. fa. quod not. gloſ. magna in d. cap. j. de vaſ. mili. qui con. eſt. no. Præpo. in cap. præterea. j. de ſpon. Ex prædictis patet, quòd contra clericos cõcubinarios occultos, non publicos, non videtur ſufficere vna monitio peremptoria antequam ad priuationem procedatur: cum iura ſpecificè requirant trinam monitionem: vt d. cap. ſi quiſquam, &c. ſi autem, vide tamen quid infra dicam, §. quòd ſi. niſi illa peremptoria haberet trium temporum interualla, vt dictum eſt. Item limita prædicta, quòd ſi ipſe ſuperior concubinarium publicum in ſua præſentia monuiſſet, tunc ſufficit vna monitio, quia monitio facta per iudicem habet vim trinæ monitionis, text. ſecundum communem intellectum in l. ij. & ibi doct. C. quomo. & quan. gloſ. & doct. in d. cap. conſuluit. Sed nunquid ſufficit monitio generalis, vt omnes clerici publici concubinarij dimittant concubinas, ad infligendum pœnam priuationis beneficiorum, de qua infra ſe. non. vt patet in princip. ca. vbi præcipitur publicari iſta conſtitutio, & tamen vltra publicationem requiritur monitio, ſed debet eſſe monitio ſpecifica, ita quòd comprehendat nominatim huiuſmodi concubinarios, pro hoc tex. ibi, vt primum talem eſſe &c. ad hoc quod legitur & no. in c. ſtatutum, de ſen. excom. li. vj. & in d. cle. in ver. nominatim, fa. d. c. fin. de vi. & honeſta. cleri. in ver. ſi tales, & quod ibi no. Panor. Henr. in d. ca. ſacro.

Monitio iudicialis debet eſſe trina.

Cõcubinarij non poſſunt ſiue monitione priuari.

a ¶ Teneatur) Vindictã debet præcedere monitio. xij. q. ij. indigne. ij. q. vij. accuſatio.

Digitized by Google

c.ſicro.de ſen.excom.& not. quòd omiſſa monitione non poſſet Epiſcopus procedere ad priuationem beneficiorum contra publicum cõcubinarium,ad hoc not. per gl.& do.in c.veſtra.de coha.cle.& mu.in c.ad noſtram,de iureiu. Sed ob.ca.ex parte adæ.de teſti.vbi ſine aliqua monitione clericus publicus concubinarius priuatur beneficio.xxviij.diſt.decernimus, vbi dicitur quòd in ſacris cõſtitutus cõtrahens nuptias,vel tenens concubinam,careat officio & beneficio & no. Inno. in ca.j. de exceſ. præ.in c.ad hæc.de ap.quòd ſuſpenſio propter crimen, ad pœnam criminis ferri poteſt ſine monitione.pro.in c. tam literis, de teſti. ſecus ſi feratur ab homine pro contumacia,tunc debet præcedere monitio. c. reprehenſibilis, & ibi do. de appel. & dicit gl. in d.c.indigne, quòd vbi agitur ad depoſitionẽ, nõ eſt neceſſaria monitio precedens, c. qualiter.ij. de accuſ. Ad quid enim admoneretur tunc, cum ſufficit ad depoſitionẽ, quòd homo ſemel deliquerit?xxv.diſt. primũ. Et dicit Goffredus in ſum. de coha.cler.& mulie. quòd omne delictũ & crimen mortale de rigore expoſcit depoſitionem,l.di.ſi Epiſcopus.lxxxj. di.ſi diaconus. Non autem de æquitate & miſericordia iuris, niſi habeat aliquam aliam qualitatem aggrauantem: vt quia delictum (*)eſt publicum & ſcandaloſum. xxx.quæſt.j.non debet,aut ſi delictum eſt diu continuatum,c.j.de cler.peregrinan.lxxxj.diſt.præſbyter. vt no.domi.Ant. in c.at ſi clerici.de iud.per quæ iura dicit ibidem,quòd ſi fornicatio eſt notoria & ſcandaloſa,vel diu continuata,eſt digna depoſitione.de exceſſib.prælato. quàm ſit. Olim iura circa delictum fornicationis & concubinatus vario modo diſponebant: quandoque apponendo pœnam acerbam,quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, & quandoque mediam amplectendo: vt de coha. cle.& mulie. per totum, & in iuribus alleg.ita quòd aſperè procedebatur aliquando contra clericum concubinariũ, etiam vſque ad depoſitionem,c.erubeſcant.xxxij.diſt.c.à multis,de ęta.& quali.Sed hodie defectus noſtri temporis in quo nõ ſolum merita,ſed etiam corpora (*2) hominum defecerunt, non patitur cenſuram antiquorum canonum manere: vt hic & xxxiiij.diſtin. fraternitatis, ideo monitio debet præcedere priuationem (*3) beneficiorum,multo fortius depoſitionem,ad quam iudex poterit procedere ſi ſibi videãtur conſideratis circunſtantiis, continuatione delicti, & ſcandalo inde ſurgente. ad hoc vide Panor.in c.ſicut.de coha.clerico.& mulie.in dicto c.at ſi clerici.§.j.vbi tractat quæ ſunt crimina ſuſpenſione digna, & quæ depoſitione, & quæ degradatione.

Delictum quodlibet mortale eſt dignũ depoſitione.

Corpus nũc hominum deficit, & meritum.

Delictum cõmittitur

(*1) Quod committitur aut propoſito,aut impetu,aut caſu.l.reſpiciendum,§.delinquunt,ff.de pœnis.Et in quo differat à peccato, ponit gl.in c.ſi peccatum, de pœniten.diſt.j. Probus.

(*2) Quæ habent animam ſenſitiuam,qua cæteris animantibus adæquantur: habent & rationem ac intellectum, quibus cæteris anteponuntur. P.

Monitio trina in cõcubinario.

(*3) Præpo.in capitul.preſbyter. el. ij: col. fi. ij. quæſtione v. ait quòd ſi quis eſt diffamatus de concubina, antequam fiat ſuſpenſio, requiruntur tres monitiones, quia eſt diffamatus de delicto, & ab eius poteſtate dependet illam tollere infamiã, repellendo concubinam, ſecus ſi non dependet, vt quia diffamatus, quia fecit homicidium: tunc ſuſpenditur ſine alia monitione, vſque ad purgationem. Probus.

Digitized by Google

a † ¶ Vt intra) Attende quòd dilatio data per hoc verbum infra certum diem, ad aliquid faciendum, poteſt illud fieri in qualibet die incluſa infra tempus dilationis, glo. in cle.ij. in verbo infra. de appella. idem de dictione intra. l. intra. ff. de appella. recip. l.j. §. ſi quis ſuſpectũ & l. biduũ, ff. quando ap. Oldr. in con. 49. conſueuit dubitari. P. *Infra exponitur pront & intra*

b ¶ Breuiſſimum) (*) Superioris arbitrio moderandum, ar. capitul. cum ſit Romana. de ap. de of. dele. de cauſis, cl. j. de vi. & honeſta. cleric.

vt infra [a] † breuiſſimum [b] terminum [c] † cõcubinam † [d] dimittat [e] †. Quod ſi non dimiſerit, vel dimiſſam, aut aliam publice [f] reſumpſerit, iubet [g] hæc ſancta ſynodus, vt ipſum omnibus [h]

(*) Computandum à die monitionis vel inceptæ detentionis publicæ, & hæc eſt verior, quia ſatis dicitur monere.

c † ¶ Terminum) Qui regulariter per ſuas extremitates terminatur. l. 4. ff. de conditio. & demon. quod facit ad expulſionẽ colonorum & aliorum ſimilium quorũ iura tempore ſunt finita, quod tene mendi, ait Bal. in ti. de conten. inter dom. & fid. in fine in vſib. feudor. P. *Terminus per ſuas extremitates terminatur.*

d † ¶ Concubinã) Quæ cognoſcitur aut diſcernitur ab vxore (ſi crediderimus Hoſt. in c. illud. col. fi. de præſum.) quia vxor comedit cum viro in eadem paropſide, eam honeſtè induit, ad Eccleſiam mittit, in lecto ſuo illam recipit, & ad menſam ſuã. Sed quando tenet vir aliquam mulierem in domo ſua vt ancillam, nec recipit eam, ſed illam mittit ad aquam, & induit eam vilibus veſtibus, & habet lectum ſeparatum, declinat tamen ad eam quando placet, tunc concubina dicitur, ſeu præſumitur. Et dicitur concubina. i. ſimul cubans, ait Præpo. in cap. manifeſta. col. iij. ij. quæ. j. P. *Vxor quomodo differat à concubina.*

e † ¶ Dimittat) Sed an in huiuſmodi dimiſſione clericus teneatur cõcubinam abiurare? Hanc quæſtionem tangit gl. conſtit. Othonis, in ti. de cõcub. cler. remo. in verbo, ſint ſuſpenſi, dicens: aut timetur quod clericus non ſeruet ſuum iuramentũ, quia vterque iuuenis eſt, & alter alterius amore ſuccenſus, tunc non cogitur. c. iij. de coha. cler. & mulie. vbi Hoſtien. aut præſumitur quòd iuramentum ſeruabit, tũc cogetur. ca. ex literarum, vbi glo. j. qui clerici vel vouen. ideo iudex non debet recipere purgationem infamati offerentis ſe ad purgandum, quem videt paratum ad periurium. P. *Abiurare concubinã quis teneatur.*

f ¶ Publicè) Si igitur occultè, ceſſat pœna iſta, non culpa, & contra talem, ſicut contra occultum concubinarium erit procedendum: vt no. infrà §. quod ſi. in fi. ad hoc cle. j. de vi. & hone. cler. cum no. in ver. publicè. *Concubinarius occultus.*

g ¶ Iubet) Vim præcepti habet, & neceſſitatem importat. xj. q. iij. qui iubente. no. in cle. præſenti. de cen. ideo male faciunt prælati, & peccant, qui contra huiuſmodi concubinarios nõ procedũt, quod enim præcipitur, imperatur, & cætera. xiiij. q. j. quod præcipitur, & cum lex loquitur per verba præceptiua aut æquipollentia, contrauenientem obligat ad peccatũ, c. ij. de maioritate & obedientia. cle. exiui. de ver. ſig. per Archid. in ca. vtinã, lxxvj. di. do. An. & Panor. in c. nam concupiſcentiam, de conſtit. Panor. in ca. clerici. de vi. & honeſta. cler. iſta autem conſtitutio loquitur per verba præceptiua, puta per ver. teneantur. & iubet. *Verba præceptiua.*

h ¶ Omnibus) Siue ſint in diœceſi illius ſuperioris in qua deliquit, ſiue extra. nam

Digitized by Google

Epiſcopus delicti deponit clericum alibi beneficiatū.

Epiſcopus poteſt deponere clericum alibi beneficiatum qui in ſua diœceſi deliquit, ſed executio realis vt poſſeſſionis ſubtractio, fit per Epiſcopum beneficij, c. poſtulaſti, de foro competenti, ſecundum verum intellectum, nec ex hoc dicitur Epiſcopus delicti ponere falcem in meſſem alienam, cum titulus reſideat penes perſonam clerici, & inhæreat oſſibus ſuis, ſicut de aliis iuribus incorporalibus, no. in l. iij. ff. pro ſocio. vnde ex quo ratione delicti perſona eſt ſibi ſubiecta, poteſt ius inhærens perſonæ abdicare ab illa perſona, & ſic dicit ius in rem ſibi ſubiectam, cum res poſtea remaneat pro derelictu in loco vbi eſt, & executio facti fit per iudicem beneficij, & idem in publicatione bonorum quæ fit de iure communi ratione delicti, ſentit Ioan. Andr. in ca. cum ſecundum, de hæret. in vj. in no. & ibi domi. Bar. & Moder. in l. cunctos populos, C. de ſum. tri. pro hoc l. magis puto, §. illud, ff. de re, eod. vbi patet quòd decretum (* 1) interpoſitum ſuper alienatione, extenditur ad rem extra iuriſdictionem ſuam. Ad idem, c. Romana, §. contrahentes, de foro compet. l. vj. vbi iudex ratione contractus decernit miſſonam fiendam in bona alibi ſita, ad hoc, l. à diuo pio, §. ſententiam, ff. de re iud. l. j. §. & vrbe, ff. de offi. præfect. vr. quia bona ſequuntur perſonam, l. j. C. de impo. luc. deſcr. lib. x. fa. l. fi. C. vbi in rem act. l. fin. C. de præſcr. lon. temp. ff. de mu. & ho. l. reſcripto. §. fina. quod no. doct. in l. ſi prædium, C. de præ. mi. ſi. de non ali. no. Oldra. conſil. 17. ſed contra facit quod no. Inno. & Hoſt. in cap. paſtoralis, de ap. quod ſuſpenſus ab homine à beneficio, eſt tantum ſuſpenſus ab illis beneficiis quæ in territorio ipſius obtinet, ar. l. ex ea, ff. de poſtu. cap. ij. de conſtitu. in vj. dic quòd ſimpliciter facta ſuſpenſio ab homine, non porrigitur in dubio extra territorium, per iura ſecundò alle. quia huiuſmodi ſuſpenſio plus reſpicit exercitium perſonæ vel bona, quàm diminutionem ſtatus: aliud eſt in primo caſu cum fertur ſententia priuationis in perſonam propter delictum: (* 1) ſi tamen iudex intendat inhabilitare huiuſmodi ſuſpenſum pro ſuis demeritis ad omnia beneficia extra territorium ſuum, ſententia etiam ſuſpenſionis porriget effectum ſuum extra territorium iudicis, per d. c. poſtulaſti. no. Hen. in cap. cum dilectus, de conſue. do. Anto. in dicto cap. paſtoralis, & de hoc quando ſententia porrigat ſuum effectum extra territorium iudicis, vide per Bar. & Bal. in repe. d. l. cunctos populos. Bart. in quæſt. quæ incipit: Lucanæ ciuitatis. Panor. in dicto cap. poſtulaſti.

Decretum iudicis poteſt extendi ad rem quæ non eſt in ſua iuriſdictione.

ſuis beneficiis omnino [a]

Decretum ad quid requiritur.

(* 1) Quod non requiritur niſi ad confirmationem illius quod de ſe non valet, l. fi. de præd. curial. lib. x. C. Equidem requiritur in tranſactione. Bald. in l. j. C. ſi aduer. tranſactio. & in c. contingit, & in c. de cætero, de tranſactio, & in l. preſes, C. eod. tit. quod fit, quia eadem ſolennitas quæ requiritur in alienatione, requiritur & in tranſactione & in compromiſſo in arbitratorem, ſecūdum Bal. poſt gl. in d. l. j. quod proſequitur Catialupus in tract. de tranſactio. q. vij. P.

(* 2) Hanc quæſtionem firmo in ſcala benefi. parte tertia, ar. periurus, vide quæ in ſimili dixi in tract. de uol. parte iij. q. xxiij. P.

Omnino qualiter accipitur.

a ¶ Omnino) id eſt, ſine difficultate, aut ſine aliqua diſpenſatione, hæc enim dictio omnino omnem diſpenſationem excludit, (*) pro quo gloſ. in cle. vt hi qui, in ver. nullo modo, de æta. & quali. vnde ſi lex vel ſtatutum dicat iuramentum omnino

ſeruandum,

ſeruandum, excluditur facultas impetrandi excuſationem. ad hoc cap. quamuis. de pac. lib. vj. & ibi Archidia. Ioan. de Imo. in cap. cum contingat. de iureiuran. aliquando omnino, id eſt ipſo iure: vt infrà. §. quia vero. gloſ. in l. j. §. ſi pecunia. ff. depo. in clem. j. de vita & ho. cle. de iureiu. & ſi Chriſtus. aliquando omnino, id eſt in nihilum, in l. græce. §. illud. & ibi gloſ. ff. de fideiuſ. aliquando omnino id eſt ſine dilatione. ſup. in princ. huius cap. ibi, omnino facere, &c.

priuet [a].

Donec per ſuperiorem cum concubinarijs fuerit diſpenſatum, illi ad honores, beneficia, officia, & dignitates ſunt inhabiles. P.

Et nihilominus [b] hi pu-

(*) Latè firmat Decius in cap. at. ſi clerici. §. de adulterijs. nu. 9. de iudicijs. P.

a ¶ Priuet) (*) Concor. cap. ſi autem. de coha. cleric. & mulierum.

(*) Sic crimen hoc non eſt de his quæ priuant ipſo iure, vt eſt crimen ſimoniæ: licet in eo variæ ſint opiniones per nos citatæ in tracta. penſio. parte v. quæſt. xij. & in ſcala benefi. parte prima, ar. ſimoniacus. in qua ſcala habes latè crimina quæ ipſo iure priuant, & quæ non. Et dic, priuet perpetuo, ex quo decretum concilij loquitur ſine temporis præfinitione, & pro crimine not. gloſ. & doc. in cap. ex literis, de conſtitu. & cap. fi. de offic. lega. gloſ. in c. cupientes. §. cæterum, in ver. perpetuo, de elect. in vj. in hoc tamen puncto nonnulli ſic diſtinguunt, aut pœna imponitur pro crimine cum cauſæ cognitione & diffinitione: tunc perpetuò priuatur, & ſtatim poſſunt eius beneficia conferri: prout not. in capitul. inquiſitionis. de accu. aut interloquendo non expreſſa cauſa, quòd tunc vſque ad abſolutionem cenſetur ſuſpenſus. not. gloſ. in l. j. C. de poſtu. & Specu. in titu. de lega. §. ſupereſt videre. ver. Sed nunquid. Si autem cauſa expreſſa, quia contumacia vel offenſa, tunc vſquequo de illis ſatisfiat, ita quòd pœna tantum temporalis erit, ſcilicet quandiu contumacia durat: vt in dicto capit. ex literis not. gloſ. in extraua. execrabilis. §. porro. in verbo, inhabiles. P. *Priuatus ſimpliciter dicitur perpetuo priuatus.*

(**) Poſtremo attende, quòd hic tex. vtitur hoc verbo priuet, ideo expectat ſententiam iuxta naturam futuri temporis. gloſ. in l. in criminali. C. de iuriſdi. omnium iudi. in l. iubemus. §. ſanè. ij. C. de ſacroſanc. eccle. & l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. quod verum ſecundum doct. in l. fi. C. de iure emphy. quando verba legis diriguntur ad iudicem, vel ad actum iudicialiter expediendum, vt in caſu præſenti: ſed non ſi ad actum & factum extra iudicium. P. *Futuri natura ſententiam expectat.*

b ¶ Et nihilominus) Vſque ad §. quòd ſi. Primo, punit concubinarios publicos inhabilitatione ad ordines & beneficia, reſeruata ſuperioribus diſpenſatione. Secundo, prorſus inhabiles reddit, ſi poſt diſpenſationem concubinam reaſſumpſerint. Secunda, ibi: qui ſi. & poteſt iſte §. tantum referri ad proxima, vt ſit ſenſus, quòd clericus publicus concubinarius monitione præmiſſa priuandus eſt beneficijs: & nihilominus ſi monitus concubinam non dimiſerit, aut aliam reaſſumpſerit, erit inhabilis ad beneficia: & ſecundum hunc intellectum non eſſet inhabilis ante monitionem. Vel poteſt referri ad omnia præcedentia: vt ſit ſenſus, quòd publicus concubinarius eſt ſuſpenſus à fructibus beneficiorum per tres menſes, & quòd

Digitized by Google

priuandus eſt monitione præmiſſa ſuis beneficijs, & nihilominus eſt inhabilis ad beneficia. ſæpe enim clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia. capitul. officij. in fi. ver. ſaluis. de teſta. de con. lepro. capitul. j. in fi. de reſc. cauſam quæ. & capitul. olim. de ap. ſecundo requiris. & iſte intellectus eſt verior, vt infra patebit.

Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia.

† a ¶ Concubinarij) Qui de iure non poſſunt promoueri, bene tamen diſpenſatiue, ait poſt textum Præpo. in capit. ecce. 32. diſtinct. P.

† b ¶ Suos) Licet hæc dictio, prout & meum & tuum, ſæpe denotent dominium, non tamen hic, ſuos, ipſum denotat, ſed ſolum quandam ſuperioritatem ratione iuriſdictionis. nota. poſt text. Præpo. in capitul. ſuper cauſa. in princ. ij. quæſt. v. Probus.

blici concubinarij, † [a] vſquequo cum eis per ſuos † [b] ſuperiores [c] poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtámque vitæ

c ¶ Superiores) Siue ſint epiſcopi, ſiue maiores, ſiue inferiores epiſcopis. arg. cap. relatum. de cleri. non reſiden. cap. licet canon. cum ibi not. in verb. ordinarius. de elect. lib. vj. præſertim ſi illi inferiores poſſunt inſtituere & deſtituere. Vel intelligas de epiſcopis: quod credo verius propter verb. diœceſani. in principio poſitum, & quia hoc verbum refertur ad ſuperiores, de quibus ſupra locutum eſt, qui poſſunt priuare concubinarios beneficijs, quod competit ſolis epiſcopis, vt tangam in §. ſequenti. & per capitul. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudi. vbi loquitur de epiſcopo, non de inferioribus: puta abbate, archidiacono, decano, capitulo, aut alijs qui nunquam diſpenſant (* 1) contra canones, etiam vbi diſpenſatio à iure conceditur, niſi ſpecifice eis concedatur: vt not. Innoc. in capit. ij. de eo. qui fur. or. re. hinc eſt quòd iura ſemper loquuntur de epiſcopis, & quando volunt hoc concedere inferioribus, ſemper exprimunt: vt in dicto capit. ij. in capitul. cum illorum. de ſenten. excommunica. cap. ex inſinuatione. de ſimo. de præbend. cum non ignores. not. Archid. in cap. cum ex eo. de elect. in. vj. Innoc. in cap. fina. in fine, de poſtula. præla. Specu. tit. de lega. §. ſunt quoque. in fi. & §. videndum. verb. quid ſi collatio. Quia diſpenſatio eſt de maioribus negocijs. (* 2) j. quæſtio. vij. didici. & talia grauia epiſcopis tanquam ſponſis & vniuerſalibus ordinarijs reſeruantur. xviij. diſtinct. capitul. j. de offic. archi. ad hæc. ſicut dicimus in excommunicatione à canone (* *) lata, vt regulariter nullus valeat præter epiſcopum ab illa ſoluere: (* 3) vt le. & not. in clementi. j. de priuile. ad hoc. xvj. quæſtio. j. interdicimus. clemen. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu. reli. vbi non poſſunt abbates eccleſias vnire, licet ad eos ſpectet collatio. Idem in permutatione: vt not. in clementi. j. de rerum permutatione. & prædicta intellige niſi inferior haberet ex priuilegio vel conſuetudine iuriſdictionem quaſi epiſcopalem (* 4) ſecundum Frederi. conſil. 14. quia tunc poſſet omnia quæ ſpectant ad iuriſdictionem epiſcopalem. ad hoc capitul. abbates, in fine, de priuile. lib. vj. clemen. attendentes, poſt princip. de ſtatu mona. quod not. Innocen. in capitul. ij. de tranſact. Ioan. Andr. in clementi. j. de rebus eccleſ. non alienan. vbi talis interponit auctoritatem rei eccleſiaſticæ alienandæ. Sed an capitulum ſede vacante poſſit hoc caſu cum publicis concubinarijs diſpenſare? ar-

Concubinarij poſſunt beneficijs priuari.

Excommunicatio canonis à quo poteſt ſolui.

Diſpenſatio an competat capitulo ſede vacante.

Digitized by Google

guitur quòd non, quia ius diſpenſandi competit epiſcopo de iure ſpeciali, in quo non habet communitatem cum capitulo: iuxta nota. in capitul. verum, de foro competenti. & hoc volunt Ioan. Andr. & Archidiaco. in dicto capitul. cum ex eo. Guilielmus in ſacra. titu. de diſpenſa. verb. ſed quid erit. vbi dicunt quòd capitulum ſe. va. non poteſt diſpenſare in caſibus permiſſis epiſcopo. Dic contra. (*5) nota. Ioannes Andreæ in dicto capitul. cum ex eod. in not. pro. per. d. capitul. ex inſinuatione. vbi eſt caſus expreſſus ſecundum vnum intellectum, quòd in caſu illius capitul. ſedes epiſcopalis vacabat, & præpoſitus & capitulum diſpenſauerunt cum illo ſimoniaco. facit d. capitul. cum non ignores. capitul. eccleſia. xvj. quæſt. j. cum ibi nota. & in capitul. contumaces. l. diſt. nam capitulum ſuccedit in iuriſdictione epiſcopali, ſiue contentioſa & neceſſaria, ſiue voluntaria & gratioſa, niſi vbi à iure cauetur contrarium: cum iura quæ clamant quòd capitulum ſuccedit in iuriſdictione, non diſtinguant inter contentioſam & voluntariam. (***) ſentit Innocen. in capitul. ad abolendam. de hæreti. not. Frede. latè conſil. 29. & 39. Panormita. in capit. cum olim. de maio. & obedien. in d. §. de adulterijs. & in maioribus cauſis iuriſdictio ad capitulum deuoluitur, vt not. in clem. de rerum permuta. Ioan. Andr. in not. in capitul. j. de maio. & obe. vbi moder. ad hoc. d. capitul. ad abolendam. clemen. j. de hære.

Capitulum ſuccedit in iuriſdictione epiſcopali.

(*1) Iſtud firmo in 4. præludio tracta. deuolu. P.

(*2) Et Bald. dicit in capit. quod tranſlationem, de offic. deleg. poſt gloſ. ibi, quod magnæ diſpenſationes ſunt meri imperij. ratio ponitur per nos in tracta. diſpen. memb. 11. nume. 74. P.

(**) Qua non ligatur papa. nam regula eſt, quòd quilibet catholicus eſt ligabilis ſententia canonis præter papam, quia ſi ea ligaretur, ſeipſum ligaret, cum ſit canon animatus in terris. capitul. ipſi ſunt ix. quæſtio. iij. tum etiam, quia ſi papa manens papa excommunicari poſſet, tunc totum corpus interiret, cum ille ſit caput corporis myſtici, quo languente cætera membra languent. ſic eſſet dare corpus ſine capite, quod eſſet monſtroſum. per hoc tamen non negamus quòd papa non poſſet excommunicari excommunicatione quæ ſeparat à Deo tantum, vt propter peccatum mortale, quia tunc longius ſeparatur à Deo, quàm alius. capitul. aliorum. ix. quæſtio. iij. & capitul. principium. de pœnit. di. ij. Etiam non ligatur excommunicatione lata ab homine, per regulam quòd inferior non ligat ſuperiorem nec parem, iuribus vulgatis, etiam ſolo naturali, qua inferior virtus non mouet ſuperiorem, ſed econtra. Præterea actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſitio. ſed idem, vel ſuperior non eſt patiens ſuſceptibilis diſpoſitionis auctoriſabilis ſui ipſius, vel ſuperioris, cum de natura conſtitutionis ſit ligare ſubditos. l. prima. C. de ſumma tri. Item quis ſeipſum non poteſt abſoluere. capitul. quod autem. de pœnit. & remiſ. ergo nec ligare. valida enim eſt conſequentia, cum fauorabilior ſit abſolutio quàm condemnatio. capit. ex literis. de probatio. cum ſimilibus. Probus officialis vicarius generalis Re. Domi. Epiſcopi Ambianen.

Papa conſtitutione canonis non poteſt ligari.

Natura conſtitutionis eſt ſubditos ligare.

(*3) Placet Car. in clemen. j. §. quia verò. de ſtatu mo. P.

(*4) Pone in capitulo eccleſiæ Pariſien. quod habet illam ex priuilegio Cle. vij.

AAAaa ij

Digitized by Google

non vltimi Cle. vij. ſed primi, qui fuit tempore ſchiſmatis, qui tenebat ſedem in ciuitate Auenionen. in qua eſt ſepultus, videlicet in eccleſia Cæleſtinorum prope maius altare etiam ex conſuetudine: ideo vidi eos clericum ſuum ſubditum verbaliter deponere, & perpetuis carceribus mancipare. P.

(*5) Hanc quæſtionem habes per nos latiſſimè firmatam in tractatu deuolutio. parte iij. quæſtio. xviij. vbi hanc partem tenemus. Probus.

emendationem [a], fuerit diſpenſatum [b] † [b], ad ſuſceptio-

Capitulum dat indulgentias.

(***) Ideo dat indulgentias. probat Ludoui. Bolog. in tracta. de indulg. num. 40. ſubdens quòd mortuo epiſcopo naturaliter vel ciuiliter, capitulum in omni iuriſdictione temporalium & ſpiritualium ſuccedit. cap. pe. & capit. fi. de ſup. negli. præla. in vj. Parnor. in cap. cum olim. de maior. & obedi. dixi in trac. deuol. parte iij. quæſt. xv. Dico dat indulgentias quas dare poſſet epiſcopus, videlicet annum in eccleſiarum dedicatione, & xl. dies in alijs caſibus, non vltra. not. doct. poſt. tex. in capit. ex eo. de pœnit. & remiſ. Oldra. in conſi. 73. Quæritur ſi prælatus. Etiam tantundem dat Cardinalis, non vltra, niſi hoc ex priuilegio apoſtolico habeat, prout fatentur præfati doct. in d. c. cum ex eo. Et an dies & annus huiuſmodi ſint vtiles vel continui, ponit idem Ludo. vbi ſuprà. nu. 50. ſubdens nu. ſeq. quòd non ſunt vtiles nec continui, & quod nullum habent penitus temporis tractum, ſed ſtatim intelliguntur cucurriſſe, cum iſti dies reſpiciant præteritum ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quam dies diuerſimode intelligitur. l. ſi vno. in princi. ff. loca. tum quia vbi agitur de fauore, dies inceptus pro completo habetur: not. in l. qua ætate. ff. de teſta. & in l. j. cum gloſ. ff. ſi quis cautio. & in l. iij. §. minorem. vbi & gloſ. & Bartol. Probus.

Dies indulgentiarum an ſint vtiles aut continui.

a ¶ Emendationem) Hæc duo requiruntur (*) antequam epiſcopus cum huiuſmodi concubinarijs diſpenſet, ſcilicet quòd concubinas dimiſerint, & quòd pœnitentiam de fornicatione egerint. venia enim non datur, niſi pœnitenti. C. de hære. l. Manichæos. xxiiij. quæſtio. ij. legatur c. peccati. de re. iur. in vj. & reparationis beneficium non debet niſi poſt pœnitentiam concedi. quomodo enim poterit medicina pœnitentiæ procedere, ſi ipſe medicus intercepta, id eſt remota pœnitentia indulgeret periculis? hoc non eſt curare, ſed occidere. capit. abſit. c. & purgabis & v. cap. ſeq. l. diſt.

(*) Ideo vno deficiente quod ſit, non valet, ex defectu poteſtatis quæ dicitur à concilio ſuperioribus ipſis data ſub conditione, aut modo, quo deficiente nihil validum ſit. Probus.

† b ¶ Diſpenſatum) Dic quòd aliquo modo dicitur fieri, quod diſpenſatiue fit. no. poſt gloſ. Præpo. in cap. ſi qui epiſcopi. j. quæſt. j. qui pro hoc allegat. gloſ. in cap. hi qui. verbo. nullo modo. de æta. & qualita. P.

b ¶ Diſpenſatum) Nota quòd epiſcopi (*1) poſſunt diſpenſare cum publico concubinario, & cum adultero, & alijs minoribus criminibus irretito. xxxiiij. diſtinctio. fraternitatis. de iudi. at ſi clerici. §. de adulterijs. de tempo. ordi. cap. fina. & cum ſacerdote ſimul plures concubinas habente. de biga. quia. & cum presbytero de facto matrimonium contrahente cum virgine, quo ad executionem ſui officij de cleri.

Concubinarius publicus per quos poteſt diſpēſari.

Digitized by Google

coniug. cap. ſanè. qui cle. vel vo. cap. j. not. in clemen. j. de conſang. & affini. dum tamen non contrahat bis. xxviij. diſtinct. preſbyterum. vel etiam cum corrupta. de biga. capit. penul. & fi. ſi tamen conſtitutus in ſacris de facto contrahat matrimonium, de rigore vacant (* 2) ipſo iure beneficia ſua. not. Ioan. Andr. Henri. & Panormita. in cap. j. de cleri. coniuga. ne ſint melioris conditionis qui illicitè contraxerunt, quàm qui licitè. cap. nuper. de biga. capit. cum qui. de præbend. in vj. & vera ratio perditionis beneficij eſt tacita renunciatio, ſeu habere pro derelicto: quod cauſatur ex contractu matrimonij, cum egerit actum omnino contrarium clericatui. vnde quantum in ſe eſt, habuit beneficium pro derelicto. ar. cap. ex tranſmiſſa. de renuncia. patet à ſi. quòd ſi quis adipiſcatur ſecundum curatum, de facto perdit primum. per. d. cap. cum c. quanto. de tranſla. præla. vbi epiſcopus transferens ſe proprio motu ad aliam cathedram, caret habita & ambita. ſic in propoſito in odium ipſius qui voluit contrahere matrimonium carnale, cum non poſſit. debet tamen carere beneficio, ac ſi matrimonium contraxiſſet: quod credo verum, & probatur in dicto cap. decernimus. xxviij. diſtinct. in c. eos xxxij. diſt. licet gloſ. fin. in dicto ca: j. de cleri. coniuga. & Ioan. Andr. in c. Ioannes. eod. tit. dicant, quòd veniat priuandus per ſententiam. Poteſt etiam epiſcopus diſpenſare cum illo qui matrimonio conſtante ſacrum ordinem iure non permittente ſuſcepit, dum tamen ingrediatur aliquam religionem approbatam. qui etiam ſi matrimonium non foret conſummatum vxore inſtante eſt ad illud conſummandum cogendus, vt in extrauagan. Ioan. xxij. antiquæ. quam alle. Ioan. Andr. in c. j. de vo. lib. vj. in not. & poteſt epiſcopus diſpenſare cum inceſtuoſo. capit. ſi quis ſacro. cap. ſi qua virgo. xxvij. quæſtio. j. not. docto. in dicto §. de adulterijs. Sed dubium eſt, nunquid poſſit diſpenſare cum adultero & inceſtuoſo ſimul, vt cum illo qui cognouit conſanguineam maritatam. Vincent. Ioan. Andr. Henri. & domi. Anto. in dicto §. de adulterijs. dicunt quòd (**) non, per. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adulte. vbi aliter diſponitur circa adulterinm tantum, aliter circa adulterium iunctum cum inceſtu ſimul, & quia diſpenſatio eſt ſtricti (* 3) iuris. de fil. preſbyte. capit. j. & ij. in vj. cap. non poteſt. de præbend. eod. lib. c. per venerabilem. qui filij ſunt legiti. Bartol. ſentit in dicta. l. ſed ipſemet ſentit contra. in l. ij. ff. de verbo. obligat. vbi dicit quòd habentes poteſtatem diſpenſandi cum adultero, & cum inceſtuoſo, poſſunt diſpenſare cum adultero & inceſtuoſo ſimul, per. l. ſi ita. ff. de libe. & poſth. vbi ap. ſimplicium veniunt mixta etiam in exhæredatione, quæ eſt odioſa. (* 4) idem Innocen. in dicta l. ij. Panormit. in dicto §. de adulterijs. quia diſpenſatio prædicta reſpectu concedentis eſt fauorabilis: cum priuilegia principum ſint latiſſimè (* 5) interpretanda. cap. cum dilecti. de dona. cum ibi not. pro quibus facit capitul. fina. de ſimo. vbi in quodammodo odioſis in ſimplicibus continetur caſus mixtus. & hoc verum ſecundum Angel. in dicta l. ij. præſertim cum hæc mixta ſunt ſeparabilia. tunc idem iudicamus de vnoquoque mixto. ſicut de ſimplicibus. §. ſi verò mixtæ. in authen. de non elig. ſecundo nu. col. j. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donati. inter virum & vxorem. l. clemens. §. j. ff. de hæred. inſtitu. in authen. idem de Neſtorianis. C. de hære. Ioan. Andr. primum ſequitur in addi. Specu. ſuper rubri. qui fil. ſunt legiti. quia iſta eſt tertia ſpecies non incluſa ſub aliqua poteſtate expreſſa: & eſt caſus taci-

Beneficium vacat per matrimonium.

Adulter & inceſtuoſus ſimul per quem diſpenſari poteſt.

Poteſtas diſpenſandi eſt fauorabilis.

Digitized by Google

tus, qui habetur pro omiſſo. capit. ſuſceptum. de reſc. in vj. & vide not. ibidem per Ioan. Andr. in not. & Domi. vnde dicit Ioan. And. quòd facultas diſpenſandi cum natis ex adulterio, item cum natis ex inceſtu, uon extenditur ad natos ex adulterio & inceſtu ſimul: quia caſus legitimandi ſimpliciter conceſſus, non comprehendit caſus mixtos. facit authen. itaque. C. communia de ſucceſſio. & de adoptio. l. penul. §. ſi verò pater. & ſub ſimplici non venit compoſitum, præſertim in materia odioſa legibus, vt not. Baldus in capit. naturales. ſi de feud. fu. con. per Baldus omnino in capit. j. qui feud. dare poſ. col. x. Præpo. in dicto capit. per venerabilem. §. quod autem. xv. colum. & ſeq. Et not. hic expreſſum ſecundum verum intellectum referendo ad omnia præcedentia, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum publico concubinario, non ſolum ante priuationem, ſed etiam poſt ſententiam priuatoriam beneficiorum. facit quod not. Spec. titu. de lega. §. nunc oſtendendum, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum verbaliter depoſito, per dictum §. de adulterijs. vbi doct. qui. §. ſequitur poſt mentionem factam de depoſitione. idem Ioannes Andr. in capitul. quanuis. de reſcript. in vj. & ibi moder. gloſ. & docto. in capitul. clerici. de cleri. excommunica. mi. ſed obſtat quòd per ſententiam latam ſuper fornicatione condemnatus efficitur infamis, & ſic de alijs criminibus publicis. l. j. & ij. ff. de his qui notan. infamia. vj. quæſtio. j. infames. & epiſcopus ſecundum communem opinionem traditam in capitul. cum te. de re. iudica. non reſtituit famæ. argumen. in l. j. §. de qua. ff. de poſtulan. quia hoc reſeruatur principi: vt ibi. dic quòd licet infamia ſit irrogata, nihilominus poteſt epiſcopus in fornicatione, adulterio, & minoribus diſpenſare: quia tunc reſtitutio famæ venit per quandam conſequentiam, in eo quòd reſtituit contra ſententiam ſuam, in caſu ſibi conceſſo. pro hoc facit textus illius §. de qua. vbi patet quòd inferior reſtituendo in integrum aduerſus ſententiam ſuam, in caſu quo poteſt, per conſequentiam reſtituit ad famam, ſi talis erat ſententia, quæ infamabat: licet principaliter & directè non potuiſſet reſtituere famæ. ſimiliter licet epiſcopus non poſſit reſtituere quem famæ, tamen indirectè & per quandam conſequentiam poteſt. not. Panormita. in dicto §. de adulterijs. & in dicto. capit. cum te. vbi docto.

Legitimatio ſimplex non comprehendit caſus mixtos.

Epiſcopus famæ reſtituit.

(*1) Hunc punctum latius firmo in ſcala bene. parte prima. arti. clericus ſacris initiatus. Probus.

(*2) De qua vacatione, etiam de iure facta, prout & multis alijs vacandi modis vide in tracta. noſtro deuolutio. parte iiij. quæſtio. xxxiij. P.

(**) Hanc partem teneo, latius firmando in tracta. diſpenſatio. memb. 2. num. 46. Probus.

(*3) Niſi ſit fundata ſuper vtilitate publica, & motu proprio, vt probo in tractatu diſpen. membr. 6. parte prima, nume. 64. & quando ſit ſtricti iuris, ponitur ibi memb. 4. parte iij. nume. 6. & parte prima. nume. 87. P.

(*) Ideo dicitur quòd in exhæredatione nulla eſt habenda benignitas. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthu. P.

(*5) Non tamen hoc procedit in materia noſtra, cum diſpenſare cum deſignatis in gloſ. ſit quid odioſum. Nam ſecundum iuris regulam ſpurij & inceſtuoſi non legitimantur: ergo quando legitimantur requiritur iuris diſpenſatio, quæ eſt odio-

Digitized by Google

ſa & reſtringenda, & illa ex conſequenti in vno caſu conceſſa, ad alium non debet extendi. cap. ij. de filijs preſby. in vj. P.

a ¶ Quorumcunque) Eccleſiaſticorum & mundanorum. ad hoc capit. excommunicamus. §. credentes. de hære. C. eo. titu. authen. credentes. de pœnit. fœlicis. §. nulli, lib. vj. & publici concubinarij ſunt infames. vj. quæſt. j. infames. quare portæ dignitatis eis patere non debent. C. de iufami. l. j. capit. infamibus. de regul. iur. in vj. ad hoc. l. qui cum vno. §. adulterij. ff. de re milita. de adul. l. miles.

nem quorumcunque [a] honorum [b], dignitatum, beneficiorum [c], officiorúm ve [d] ſint inhabiles [e] † [e],

b ¶ Honorum propter hæc verba honorum & dignitatum, dico quòd epiſcopus per ſuam diſpenſationem poteſt habilitare ad epiſcopatum huiuſmodi concubinarios, & alios notorios criminoſos, in caſibus in quibus poteſt diſpenſare, licet contra. not. Ioan. Andr. & Hen. in cap. at ſi clerici. de iudi. dicentes, quòd per epiſcopi diſpenſationem non erunt habilitati ad epiſcopatum. ad hoc de elect. capitu. innotuit. & ſic notorij fornicatores, & alij quantumcunque egerint pœnitentiam, non poſſent ſine licentia papæ in epiſcopos promoueri, quod eſt ſatis graue ſecundum do. Anto. & Panorm. in dicto capitul. at ſi clerici. §. de adulterijs. qui dicunt, quòd ſi fuit diſpenſatum quo ad ſolam diſpoſitionis pœnam non imponendam, non poterunt promoueri. ſi verò ſimpliciter quo ad promotiones futuras, poterunt etiam ad epiſcopatum promoueri, ex quo ſublata eſt macula, peracta pœnitentia. cap. ferrum. l. diſtinct. quod not. in capitu. fidelior. ea diſtin.

Fornicatores notorij non poſſunt in epiſcopos promoueri.

c ¶ Beneficiorum) quorumcunque etiam modicorum: tum quia vniuerſaliter loquitur, & quia appellatione beneficij maius & minus continetur. de verborum ſignifi. tua.

d ¶ Officiorum) & ita nec ad acolythatus officium, aut alterius minoris ordinis eſt talis promouibilis, nec ad aliud officium regiminis eccleſiaſtici: puta officialatus, œconomatus, aut alterius. ar. j. quæſtio. j. ſi quis. & quæſtio. iij. ſaluator. de ſimo. conſulit. cum ibi not.

Fornicator notorius non poteſt eſſe officialis.

† e ¶ Inhabiles) Merito dicitur quòd à talibus ſacram euchariſtiam non licet ſuſcipere, prout nec ab hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, & ſimoniacis, probat Præpo. in capit. ſuperueniente j. quæſtio. j. his enim concubinarijs dicitur, væ tibi ſacerdos qui eodem ore oſcularis filiam veneris, quo paulo ante ſumpſiſti filium virginis. Probus.

e ¶ Inhabiles) Concord. capitul. quæſitum. de tempo. ordi. vbi habetur, quòd notorius (*1) fornicator, etiam poſt pœnitentiam peractam ſine diſpenſatione ſuperioris non poteſt in ordine ſuſcepto miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere. ſecus eſt de occulto, niſi irregularitatem incurriſſet. capitulo ex tenore, eodem titu. capitul. ij. de apoſta. idem in alijs criminoſis notorijs grauibus: quia omne delictum graue & notorium inducit irregularitatem. Ad cuius aliqualem notitiam aduerte, quòd quædam ſunt criminia enormia, quæ inducunt irregularitatem ſtrictam, in qua poteſt ſolus Papa diſpenſare: vel latam, in qua poſſunt ſoli epiſcopi:

Contra concubinarios.

Crimina ſunt in multiplici differentia.

Digitized by Google

vel quæ inducunt ſuſpenſionem ipſo iure quo ad ſe, & quo ad alios, vel quæ impediunt ordinis executionem poſt peractam pœnitentiam, quæ enumerantur per glo. & docto. in capit. niſi cum pridem. §. propter conſcientiam. de renunc. & in iſtis aut crimen eſt notorium, & duplici de cauſa inducit irregularitatem, ex natura delicti, & ex accidenti notorietatis. & hæc impediunt ſiue acta pœnitentia, ſiue non, in ſuſceptis & ſuſcipiendis ordinibus: vt homicidium, ſimonia, & ſimilia. dicto c. quæſitum. de accuſa. inquiſitionis. Aut ſunt occulta prout occultum diſtinguitur contra notorium, ſunt tamen probabilia, & tunc idem, ſiue ſit acta pœnitentia, ſiue non, ex natura delicti, vt dictis iuribus, & poſſunt tales crimino ſi, præciſe prohiberi. Aut ſunt omnino occulta, & tunc tales quo ad ſe etiam acta pœnitentia ſunt ſuſpenſi, & ſunt prohibendi in foro conſcientiæ conſulendo. ſed non præciſe in foro contentioſo, cum eccleſia non iudicet de occultis. capit. ſicut. de ſimon. & ſunt ſuæ conſcientiæ relinquendi: vt dicto capitul. quæſitum. ſecundum vnum intellectum. Quædam ſunt delicta enormia, non cauſantia irregularitatem & ſuſpenſionem, vt illa quæ depoſitione vel degradatione digna ſunt, non tamen cauſantia ſuſpenſionem: & ſi ſint manifeſta, impediunt in ſuſceptis & ſuſcipiendis ordinibus, occulta in ſuſcipiendis tantum. dicto capit. ex tenore. Quædam ſunt delicta mediocria, ſcilicet omnia mortalia, de quibus Hoſtienſ. in ſum. titul. de pœnitentia. & remiſſio. §. de quibus peccatis. verb. quæ autem ſunt peccata mortalia. & xxv. diſtinctio. §. nunc autem. quæ ſui natura non cauſant irregularitatem: inter quæ eſt periurium, adulterium, & falſum teſtimonium, dicto capitul. quæſitum. & alia ſi ſint notoria, propter notorietatem cauſant irregularitatem ex accidenti, nec tales crimino ſi poſſunt promoueri acta vel non acta pœnitentia, vt ibidem: niſi cum eis diſpenſetur per epiſcopum, qui poteſt in minoribus diſpenſare acta pœnitentia, ſi non appareat prohibitum. de iudi. captul. at ſi clerici. §. de adulteris. & hic. ſed in (* 2) maioribus diſpenſat ſolus papa, niſi vbi apparet epiſcopis permiſſum: de quo tamen dic vt not. Innocen. in cap. dilectus. de tempo. ordi. & docto. in dicto §. de adulterijs. Specula titul. de diſpenſationibus. §. nunc de epiſcoporum. ſi autem talia delicta ſint occulta, & probabilia, poſſunt promoueri peracta pœnitentia. vt dicto capit. quæſitum. non peracta autem non debent ſalua conſcientia miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere, vt ibidem. prohiberi tamen non debent, præſertim in ſuſcipiendis, niſi oblata probatione: ita quòd crimen tranſeat in notorium. ar. eorum quæ not. Hoſtien. in capit. quæris de ætate & qualitate. in cap. veſtra. de cohabita. clerico. & mulie. Quædam ſunt delicta grauia & notoria facti euidentia, non tamen ita clara quin habeant aliquam excuſationem, ex quibus magnum ſcandalum oriri non conſueuit, vt in tenente plures eccleſias curam animarum habentes ſine diſpenſatione. capitul. dudum. ij. de elect. & dicit Innoc. in dicto cap. ex tenore. ſatis poſſe dici, quòd poſt pœnitentiam licitè celebrabit. ar. dicti capit. dudum. vbi requiritur quòd tantum tempore electionis habuerit plures curas, ad hoc quòd electio non valeat. quod limita vt habetur in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis. per quam limitatur etiam capitu. de multa de præbend. vt ibi not. docto. idem ſi fecit tumultum. v. quæſt. iiij. in loco. ſuprà de his qui tempore diuini officij vagantur per eccleſiam c. j. vel ſi fuerit excommunicatus, vel contumax. hæc enim multotiens excuſationem

Epiſcopus in quibus criminibus diſpenſat.

excuſationem habent. Quædam ſunt delicta leuia, ſiue minuta, vt venialia, de quibus in dicto §. nunc, & per Hoſtien. in d. §. de quibus peccatis, ver. quæ autem dicantur peccata (* 3) venialia, & talia ſiue occulta, ſiue notoria, nec promotum deiiciunt, nec impediunt promouendum, ar. à contra. ſenſu in dicto cap. quæſitum ibi, quòd ſi propoſita crimina, quod refertur ad crimina grauia, enormia, vel mediocria, de quibus ante locutum fuerat, dum tamen hi qui in ea incidunt, ſint corrigibiles, aliàs propter contumaciam ex contemptu fierent mortalia, vt dicto §. nunc de iud. cum non ab homine, & tunc huiuſmodi notoria crimina, maximè ſi ex illorum notorietate ſequitur ſcandalum, etiam impedirent promouendum, (* 4) vt patet de publico aleatore, de ex, præ. inter dilectos, ad hoc, ca. ſi conſtiterit, de accu. & de hoc latè no. per gl. & doct. in d. c. quæſitũ c. ex tenore. Spec. tit. de leg. §. qualiter, ver. hoc quoque. Hoſtien. in ſum. titu. de tempo. ord. §. & cui, circa prin. Henr. in cap. conſultationi, eodem titu. docto. in cap. ſi celebra. de cle. ex. mi. vbi communiter dicunt quòd notorius concubinatius ſi celebrat, efficitur irregularis: licet propter notorietatem eſſet irregularis, quia ipſe ſuſpenſus eſt à canone quo ad ſe & alios, ad hoc, c. j. & ibi docto. de ſenten. excommu. in vi. ca. j. de re iudica. eodem lib. vbi Hoſtien. & dic latè per Henr. in dicto cap. ſi celebra. & differentia eſt inter iſtam irregularitatem ſuperuenientem ex celebratione, & primam quæ prouenit ex notorietate: quia hanc primam poteſt tollere epiſcopus per diſpenſationem, vt hic: aliam non, per iura alleg.

Venialia ex contemptu fiunt mortalia.

(* 1) An autem talis celebrans incurrat irregularitatem, ponit Sozi. in c. ad audientiam, q. vij. prin. col. 3. verſi. & ex his, de homi. dicens Inno. ibi tenere quòd non, & in c. ſicut, de cohabi. cler. & mulier. & in ca. tanta. de exceſſib. prælato. Sed Hoſtien. & Ioan. And. contra per no. in cap. æterni, de re iud. in vj. poſtea ſubdit quòd tota difficultas conſiſtit in videndo an notorius fornicator ſit ſuſpenſus à canone in pœna, an vero illa ſuſpenſio ſit indirecta, vt quia alij ab eo prohibentur audire diuina, vt facilius reſipiſcat. Probus.

Notorius fornicator celebrans an incurrat irregularitatem.

(* 2) Princeps enim ſibi multa reſeruat ſpecialiter propter grauitatem, & rerum altitudinem, quod eſt facere inſtar domini domus ſiue diſpenſatoris, qui totalem œconomicam diſpenſationem cuilibet miniſtro non committit, imò ſingula ſingulis limitat, retentis ſibi ſingularibus ad œconomicam ſingulariter tendentibus. Probus.

Modus principis ponitur.

(* 3) Quæ & quando ſint ſpecifice confitenda, ponit Præpo. in ca. vnum, col. pe. d. xxv. ſubdens tres gradus ipſorum peccatorum venialium eſſe deſignatos per lignum, fœnum & ſtipulam, per lignum maiora quæ ſunt nimis inueterata, vel in conſuetudinem iam inducta, quæ ex ipſa frequentatione & contemptu mortalia reputantur, & iſta ſunt confitenda. Per fœnum minora, & hæc ſunt confitenda, ſaltem in genere. Per ſtipulam minima, quæ in ſola cogitatione conſiſtunt, & ad conſenſum non perueniunt: & hæc neceſſario non ſunt confitenda: quæ latius ibi expedit idem Præpo. Probus.

Tres gradus peccatorum venialium.

(* 2) Hunc punctum expedio in ſcala beneficiali, parte prima, ar. luſor clericus. Probus.

Digitized by Google

Si aliàs publici concubinarij poſt diſpẽſationem ad publicum concubinarium redierint, ſine diſpenſationis ſpe, ad honores, dignitates, beneficia, & officia prorſus ſunt inhabiles. P.

Qui ſi poſt diſpenſationem recidiuo [a]† [b] vomitu [c] ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe [d] alicuius diſpẽſationis [e] ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant † [f].

Puniri mandantur ſuperiores publicos concubinarios punire negligentes. P.

Quòd ſi hi [g] ad quos talium [h] correctio pertinet [i], eos, (vt prædictum eſt)

Redenotat iterationem eiuſdem actus.

† a ¶ Recidiuo) Sic præſupponit actum præcedentem fornicarium, cum dictio re, denotet iterationem eiuſdem actus, dicit poſt tex. Præpo. in cap. oportet, quæſt. ij. Probus.

b ¶ Recidiuo) Si. ver. in cap. ex parte ij. de verbo. ſignifica. in ca. j. de renun. in vj. & no. quod cum recidiuante ſiue relapſo acrius proceditur, de apoſta. c. quidam, de hæreti. ad abolendam, §. illos, c. ſuper eod. ca. accuſatus, eod. titu. in vj. de pœniten. diſt. iiij. ſi refugientes, & §. auctoritates, & in pluribus aliis locis illius diſt. in quibus tractatur an peccata ſemel dimiſſa, iterum redeant in recidiuante, de quo per Hoſtien. in ſum. titu. de pœni. & remiſ. §. & vtrum peccata, & quæ valent contra recidiuationem, vide Hoſtien. eod. tit. §. quæ valent. & an recidiuatio ſit eadem infirmitas cum prima, no. in l. nanis, ff. ad l. Rhod. de Iac. in l. Martius, ff. loca.

Peccata ſemel dimiſſa, an redeãt in recidiuante.

c ¶ Vomitu) Si. in cap. tranſmiſſæ, de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, (*) & rectè hos ſententia primi paſtoris percutit, qui ait: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro, & pœnitẽs ad peccatum. Prouer. 26. c. de pœn. diſt. iij. ſunt quidam, & c. irriſor.

(*) Simile etiã in c. j. de pœ. d. 1. & in c. ſi qui verò de pœ. d. v. & in c. de his, xxxiiij. q. ij. P.

d ¶ Spe) Si. de pœn. cap. fœlicis, lib. vj. in cle. j. §. ij. eod. titu. & in ca. veritatis, in fine de dolo & contu.

e ¶ Diſpenſationis) Sic nota, quòd epiſcopus non poteſt bis diſpenſare cum publico concubinario.

† f ¶ Exiſtant) Quia cui pia non prodeſt correctio, debita nõ parcat abſciſio. Quæ correctio duplex eſt, vt per Sozi. in repeti. c. ad audientiam, in prin. de homi. dix. in §. ſeq. in verbo neglexerint in ij. addi. P.

g ¶ Quod ſi hi) Vſque ad §. publici, prouidet contra negligentes punire publicos concubinarios. Secundo, contra maiores concubinarios, quorum deſtitutio ad Roma. pon. ſpectat. Tertio, contra regulares. Quarto, contra occultos concubinarios. Secunda ibi, & ſi hi. Tertia, eadem. Quarta, pœnis.

h ¶ Talium) Publicorum concubinariorum.

i ¶ Pertinet) De iure communi, conſuetudine aut priuilegio, hoc enim verbum la-

Digitized by Google

tiſſimè patet ff. de verbo. ſigni. l. verbum illud pertinere, de iure autem communi ad ſolum epiſcopum pertinet talium criminoſorum correctio, ad hoc cle. j. de offi. ord. c. ad hæc, de offi. archidia. vbi dicunt Inno. Hoſtien. & Ioan. Andr. quòd inferiores prælati epiſcopo tantum habent leuem iuriſdictionem & non grauem, & dicunt in c. quanto, de offi. ord. quòd non poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus quæ ad ſolum ſpectant epiſcopum, xviij. quæſt. ij. monaſteria, de offi. ord. ca. j. ideo dicunt communiter iura clericos puniendos per epiſcopum, xj. quæſt. j. per to. ca. j. & ij. ca. poſtulaſti, de fo. com. xxv. diſtinctio. perlectis, cum ſi, nec poſſent propter non reſidentiam aut aliam cauſam priuare clericos titulis ſuis, no. Ioan. And. in ca. fi. de offi. archipreſby. per illud ca. & de hære. cum ex iniuncto. in fine, niſi ad ipſos ex ſpeciali iure ſpectet deſtitutio. ad hoc no. per Ioan. Andr. in cap. relatum, in ca. qualiter, de cleri. non reſidenti. in capitu. licet canon. de electio. in vj. & in no. domi. Anco. in capitu. cum contingat, de foro competen. iſtos prælatos inferiores habere iuriſdictionem modicam in illos qui eos elegerunt, cum poteſtate excommunicandi, per ca. cum in eccleſiis, de maioritate & obedientia, de offi. ordinar. cum ab eccleſiarum, non propriè cognitionalem, ſed correctionalem, putat etiam quòd ſubiectos ſeruientes in eccleſia poſſunt pro eorum culpis & negligentiis, non contentioſè, ſed correctionaliter priuare ad tempus emolumentis eccleſiæ, vt diſtributionibus & aliis, quod patet ſuprà, quo tem. d. offi. ſit celebra. ca. j. & de ſpec. in eccleſi. non fa. ca. j. totaliter autem remouendo ab eccleſia non poſſunt, quod placet Panorm. ibidem, ar. ca. ex literis, de conſtitu. & quod no. in ca. cum acceſſiſſent, eodem titu. nec priuare clericos ſuis beneficiis propter culpas poterunt, nam clerici ſunt principaliter ſubiecti epiſcopo, & ab eo cognoſcunt ordines & beneficia, x. quæſt. j. tegenda, xvj. quæſt. vij. omnes baſilicæ. Inferioribus autem prælatis ſunt ſubiecti reſpectu nudi exercitij iuriſdictionis, & hoc eſt clarum, cum ad eos non competit inſtitutio, ſi autem eis competat, tunc aut de iure communi, ſecundum illam opinionem quæ habet collationem beneficiorum fundatorum in eccleſiis collegiatis ſpectare (*) ad prælatum & ſuum collegium, de quo no. in c. cum eccleſia, de elect. in c. poſtulaſti, de po. præla. de Ro. deciſi. 170. tunc putat quòd etiam deſtitutio pertinebit ad eos: quia cui competit inſtitutio, de iure communi & deſtitutio: vt dicto c. cum ex iniuncto, cum ibi no. cum imminet deſtitutio facienda propter non reſidentiam, vel malam adminiſtrationem, ſecus ſi propter crimen aliud: quia de crimine clerici non cognoſcit aliquis citra epiſcopum, vt dictum eſt, facit c. viſis, xvj. q. ij. quod no. in ca. in Lateranen. de priuileg. Aut competit de iure ſpeciali, tunc aut beneficium ſpectat ad eos pleno iure, & poterunt etiam deſtituere, ſic intellige ar. à contrario ſenſu ca. j. de capel. mo. in vj. dicto ca. in Lateranen. de priuileg. cum & plantare, ad hoc no. in clemen. j. de exceſ. præla. in ver. ad menſam, in clementi j. de rebus eccleſiæ non alien. aut eccleſia ſpectat ad tales: quia eis conceſſa eſt in proprios vſus, vt ſolet concedi religioſis propter ipſorum paupertatem: vt in capitu. paſtoralis, de priuileg. capitu. conſultationibus, de dona. tunc plene diſtinguendum eſt, vt plene no. Innocen. in dicto capitu. in Lateranen. plenius per docto. in capitu. de monachis, de præ. aut ſpectat ad eos inſtitutio alio iure: & tunc aut ex conſuetudine vel præſcri-

Correctio criminoſorum ad epiſcopum pertinet.

Clerici an ſint prælatis ſuperioribus ſubiecti.

Deſtitutio ad quem pertineat.

ptione:& non competit deſtitutio,vt not.communiter doƈto.in diƈto cap. cum ex iniunƈto.(*2)aliàs eſſet plus præſcriptum quàm poſſeſſum, cõtra regulam,ſine poſſeſſione.de regu.iur.in vj.ideo præſcribens poteſtatem conferendi beneficium,non videtur præſcribere poteſtatem remouendi,ſiue deſtituẽdi: quia præſcriptio in vno non extenditur ad reliquum, (*3) etiam ſi detur inter ea quædam communio: ſicut eſt inter inſtitutionem & deſtitutionem,ſed remanet in alio ius commune.ar.de ele. Cumana.c.cum contingat.de deci.cum ibi not.per doƈto. vbi præſcribens decimas in aliquo loco,non videtur præſcripſiſſe noualia.not.Inno.in ca.tua.eod.titu. quod licet quis probauerit quod per totam parochiam decimam collegit, excepto vno, (*) prædio, de quo non probauerit, non adiudicabit ſibi decimam in illo prædio. præſcriptio enim eſt odioſa.C.de anna.except.l.fina.de præſcript. vigilanti.ideo eſt reſtringenda,non largè interpretanda,præſertim in præiudicium alterius: vt non intelligatur præſcriptum niſi illud quod præſcriptum probatur. Bal. in l.non dubium, C.de leg.in marga.in ver. præſcriptio. quod not.latè Innoc.in cap. dileƈtus,de cap. mo.& ibi doƈt.Innocen.& doƈt.in cap.dileƈto.de offi.Archid. Henr.in cap.ſopite. de cen. concor. Pau. in clement.j. de renunc. aut ſpeƈtat inſtitutio ad eos ex priuilegio, & tunc aut fuit conceſſa inſtitutio cum diƈtione reſtriƈtiua vel taxatiua, vt cum diƈtione tantum,vel ſi.& non tranſit deſtitutio,quia conſtat de mente concedentis. ad hoc not.xvj.q.ij.in ſum.nec eſt à verbis recedendum,l.j.§. in re ergo dubia. ff. de exerci. præſertim ex quo conſtat de mente. l. non aliter. ff. de lega. iij. de verborum ſignifica.præterea.& ca.fi. aut priuilegium conceſſit inſtitutionem ſimpliciter, tunc aut priuilegium non eſt conceſſum ab eo in cuius præiudicium venit, vt quia à Papa conceditur alicui prælato inferiori poteſtas conferendi certa beneficia, & tunc non comprehenditur poteſtas deſtituendi, quia hoc priuilegium tanquam tendens in præiudicium ordinariorum,debet ſtriƈtè intelligi.de vſu pal.ex tuarum,de off. ordi. licet.xj.quæ.j.cap.peruenit. not.Innoc.in cap.cum dileƈti.de dona. aut priuilegium eſt ab eo conceſſum cuius iuri detrahitur, & tunc intelligitur etiam conceſſa deſtitutio,& per conſequens poteſtas recipiendi reſignationem,ita intellige quod no.Pau. in diƈta clemen.j.de renunc. ad hoc.d.cap.cum ex iniunƈto.cap.paſtoralis,cum glo. de dona.& videtur pro & contra in d.ca.j.de capel. mo. vbi tunc deſtitutio denegatur inferiori,quando inſtitutio eſt faƈta per Epiſcopum, & pro hoc, quia inſtitutio & deſtitutio ſunt (*4) quodammodo connexa,ideo conceſſa principaliter inſtitutione videtur etiam conceſſa deſtitutio.arg.cap.tranſlato.de conſti.de deci.ex parte. vbi priuilegium conceſſum ſuper decimis nõ ſoluendis,extenditur ad noualia,quod non eſt in præſcriptione.fa. quia hoc caſu priuilegium recipit latiſſimam interpretationem contra concedentem,cap.cum dileƈtus,de conſue.ff.de conſtit.prin. l. fi. ca. olim.de ver.ſig.& inſtitutio & deſtitutio ſunt quodammodo correlatiua: conſtitutio autem faƈta in vno ex correlatiuis, extẽditur ad reliquum:(*5)præſertim vbi eſt eadem ratio.cap.ſi concubinæ,de ſenten.excom.paritate rationis,cap.inter cæteras, de reſcript.l.fi.& ibi Bar.ff.de accepti.l.fin.C.de indi.vidu.glo. in l.j. C. ne fideiuſſo. do.den. glo.& doƈt.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur. doƈt. in cap. ſi poſtquam de eleƈtio. in vj. Panomita.in capit.j. de loca. Imol.in clement.j. de eleƈt. & intellige prædiƈta quando inferior tenderet ad priuationem beneficij propter non reſidentiam vel

Præſcriptio in vno modo non extenditur ad alium.

Decimas præſcribens nõ præſcribit noualia.

Priuilegiũ de non ſoluendis decimis, extenditur ad noualia.

Digitized by Google

malam adminiſtrationem, ſecus ſi propter aliud crimen, vt dictum eſt: & de hoc latius per Panor. in q. quæ incipit: duo clerici charactere inſigniti. & hæc diſtinctio habet locum præſertim quo ad clericos ſeculares: nam quo ad monachos poteſt abbas etiam criminaliter in eos iuriſdictionem exercere. cap. moniales de purga. can. vbi moniales de libidine in ſuo capitulo puniuntur. capitul. ſicut. de homi. vbi prior & fratres Cartuſienſes cognoſcunt de homicidio per eorum fratrem commiſſo cle. religioſis, §. quibus, & §. qui. de priuileg. ad hoc cap. quanto. de of. ord. cap. ea quæ de ſtatu reli. cum ſim. niſi eſſent talia crimina quæ requirerent depoſitionem ab ordine, tunc coram abbate non ageretur ad illum finem, ſed coram Epiſcopo, cum inferior degradare non poſſit, ſiue ſit actualis ſiue verbalis degradatio: vt not. doct. in cap. tranſmiſſam, de elect. in capit. degradatio. de pœn. ſic poteſt intelligi. xvij. quæſt. ij. monaſteria. latè per Ioan. de Lig. in cle. ne in agro. de ſtatu mo. Panor. in cap. cum contingat. de fo. compe. *Abbas puniit monachos.*

punire [a] neglexerint [b]

(* 1) De quibus & aliis ad quos de iure communi prout & iure ſpeciali pertineat, habes latè per nos in primo præludio tractatus de uo. P.

(* 2) Decius in cap. referente, de præbend. P.

(* 3) Quod firmo in tractatu penſio. prælu. ij. etiam quo ad concernit priuilegia, de quibus infrà proxi. Probus.

(*) Firmat Roma. in con. 368. nu. 8. & ſeq. præſens conſultatio. P.

(* 4) Hunc punctū deſtitutionis diſcuſſum habes in ſcala noſtra beneficiali, parte j. art. deponendus. Probus.

(* 5) Iſtud pluribus doct. auctoritatibus firmo in tracta. penſio parte ij. quæſt. j. Probus.

a † ¶ Punire) Scilicet quum primum ſciuerint ipſi ſuperiores, per theoricam iuris, quòd quando tempus eſt taxatum à lege vel ſtatuto, ſi intra illud tempus non fiat, reputatur negligens is ad quem illud facere pertinet, ſi autem non eſt determinatū, tunc debet facere quam primum, gloſ. & Bal. in l. j. C. de his quibus vt indig. idem Bal. in l. in cognitione. ff. ad Sylla. facit l. ij. §. confeſtim. ff. ad Tertul. Et dic punire ſecundum quod dictat hoc decretum, prout & alia iura, non pro libito voluntatis, aut arbitrio, iuxta aliam iuris theoricam, quòd ſi ſtatutum vel lex imponit certam pœnam limitatam, iudex non habet arbitrium limitandi. Bal. in l. j. cap. ne ex delic. def. Archid. in cap. propter Eccleſias, xviij. q. v. Nam pœna ſtatuta debet imponi, non durior, aliàs imponens eſt infamis, l. ſeruos, ad finem, C. ad leg. Iu. de via publica. l. iij. C. ne ſic. bap. reiter. dico niſi ex cauſa temperetur, prout & econtra quod ex cauſa leges tranſgrediuntur in pœnis imponendis. Innocen. in cap. j. & ibi alij doc. de conſtit. no. glo. 2. titu. ſeq. P. *Non faciēs intra tempus à iure taxatū, dicitur negligens.* *Lex pœnā limitans.*

b ¶ Neglexerint) Ex officio prælatoris competit corrigere ſubditos, xxiij. quæſt. iiij. ſicut, & capitu. quid faciet, de accuſa. qualiter & quando. l. congruit. ff. de officio præſi. & peccant (* 1) ſi omittunt corrigere vbi poſſunt ſine ſcandalo. vnde illa auctoritas, Si peccauerit in te frater tuus, vade, &c. maximè quo ad prælatos eſt præceptum, notat Ioannes & Archidiaconus in capitul. ſi peccauerit, ij. quæſt. j. doctores in capitu. nouit. de iudi. propter hoc quòd verba Euangelica ſunt *Correctio fraterna an ſit de præcepto.*

Digitized by Google

imperatiui modi: vt, vade & corripe. & verba imperatiua obligant, ſicut præceptiua, ex quo materia ſubiecta non ſuadet oppoſitum, clement. exiui. verb. nos itaque. de verborum ſignifica. & verba præceptiua neceſſitatem important. xiiij. quæſt. j. quod præcipitur, & prælati ex neglectu correctionis videntur ſubditos in ſuis criminibus fouere. xxiij. quæſtio. iij. qui præeſt. lxxxiij. diſtinctione error. de ſententia excommunica. quantæ & Epiſcopus qui crimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm

eorũ a ſuperiores, tã in ipſos

Epiſcopus, cap. nemo. lxxxiij. diſtinct. ij. quæſt. vij. qui nec. Et iudex qui crimen repertum non vindicat, vt conſcius criminis punitur. (* 2) C. de commerciis & mercatoribus, l. ij. & ibi Baldus. Bartolus & Baldus in l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis, vbi dicit Baldus, quòd negligentia iudicis eſt lata culpa, vel dolus præſumptus. Bal. in l. ſi quando, C. de teſti. (*3)

(* 1) Hunc paſſum latius firmo in tractatu deuolutionis, parte j. quæſtione xvj. Probus.

(* 2) Facit, nam officiales ita debent ſyndicari de neglectis, ſicut de commiſſis, quia quando aliquid incumbit ratione officij, paria ſunt facere non facienda, & non facere facienda. text. eſt in tutore & curatore in l. j. in prin. ff. de tutel. & ra. diſtrah. Sunt enim infinitæ leges punientes officiales de negligentia. l. ſi quos iudices, C. de officio præfect. præto. l. mancipia. C. de ſeruis fug. l. iudices, C. de anno. & tribus & l. j. C. de ſuſcept. & arca. lib. x. ideo ſicut tutor & curator tenentur de negligentia in adminiſtratione tutelæ & curæ l. hæc enim §. fi. ff. de ſuſpec. tutor. ita officiales, iudices, & prælati in adminiſtratione reipublicæ, quod probatur, quia inter eos & rempublicam & Eccleſiam contractus fit gratia vtriuſque celebratus. Quod autem ex parte Eccleſiæ & Reipublicæ eligentium fiat, quia per eas dantur bona ſalaria, honores & prærogatiuæ, vt iuſtitiam Reipublicæ miniſtrent omnibus ſubditis, ſic gratia eligentium. Ex parte vero electorum, quia per eos talia recipiuntur. Et in tali contractu venit dolus etiam & lata ac leuis culpa. l. ſit vt certo. §. videndum, ff. commoda. ideo ſequitur quòd tales ſuperiores de quibus in textu. de dolo, lata leui culpa ſeu negligentia in non puniendo concubinarios tenentur, quòd ſi pœnam debitam in hoc ſeculo non ſuſcipiant, in aliud ſibi reſeruant, quia nullum malum remanet impunitum: ideo attendant prælati & eorum officiales qui hanc prouinciam ſuſceperunt. P.

Iudicis negligentia punitur.

Cõtractus inter ſuperiores & Rempublicã eſſe dicitur.

(* 3) Ex quibus liquet quòd duplex eſt correctio, quarum prima eſt actus charitatis, quæ ſpecialiter tendit ad fratris emendationem delinquentis, per ſimplicem admonitionem, quæ pertinet ad quemlibet charitatem habentem, ſiue ſit ſubditus, ſiue prælatus, cap. tam ſacerdos. xxiiij. quæſtio. iij. Secunda eſt actus iuſtitiæ, per quam intenditur bonum commune, quod non ſolum procuratur per admonitionem fratris, ſed etiam interdum per punitionem, vt alij à peccato timentes deſiſtant: & talis ad ſolos prælatos pertinet, qui non ſolum habent admonere, ſed etiam puniendo corrigere: ita videtur concludere Nicol. de Lira Matthæi 18. ca. & latius. S. Thom. in 2. 2. ar. iij. P.

correctio eſt duplex.

a ¶ Eorum) Negligentium punire concubinarios publicos.

a ¶ Neglectu) No. quòd negligentia eſt crimen. (*) vnde prælatus aliquando veniret deponendus: vt no. ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, in ver. neglecta. l. j. & ibi Bart. C. de officio præfecti vrbis. Bal. in l. mancipia. C. de ſer. fugiti. Ange. in l. vacantia. C. ne bo. va.

(*) ¶ Merito dicitur eruditionis nouerca, & econtra diligentia mater omnium actuum in ſuo opere. P.

de neglectu[a] quàm in illos[b]

b ¶ Illos) Publicos concubinarios, & no. caſum in quo Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei, ſcilicet propter eius negligentiam in corrigendis publicis concubinariis, ad hoc cle. quia contingit. de reli. do. quod no. gloſ. in ca. paſtoralis, §. j. de off. or. quæ dicit quòd vbicumque Epiſcopus eſt negligens in eo quod facere debet, ſuccedit Archiepiſcopus, ix. q. iij. cum ſimus, de ap. qua fronte, de ſenten. excommu. per tuas, gloſ. in ſum. ix. quæſt. iij. ad hoc. cap. nullus, de iure patr. & ibi Ioan. Cal. Ioan. Andr. & Dom. in cap. j. de ſupplen. neglig. prę-la. in vj. & dicit ibi Pau. quòd vſus illam gloſ. approbat. & Fran. Vercellen. quòd ſi Epiſcopus tertio requiſitus non procedit, vel prima vice denegat expreſſe, poterit Archiepiſcopus procedere. fa. c. ab eo. de ap. in vj. ca. potuit. de loca. ca. duo ſimul. de off. ord. Conſulit tamen quòd Archiepiſcopus ſubditum remittat ad ſuffraganeum, ſtatuens ſibi terminum competentem(*1) quo ſubdito iuſtitiam reddat, quo elapſo ſi ipſe non fecerit, diffiniet. de offi. ord. quanto. in fi. ca. ad reprimendam, c. irrefragabili. §. exceſſus. Sed contra. ſentit Io. And. & Panor. in d. c. nullus, & Archidia. in dict. c. j. de ſupplen. neg. præla. lib. vj. Panor. in d. ca. paſtoralis, quia opi. prædicta nullibi probatur, nec inuenitur iure cauta: ideo taliũ negligentias ſupplere non poteſt in cognoſcendo, niſi in caſibus expreſſis: vt hic, & in aliis criminibus notoriis totius prouinciæ, quæ punit Archiepiſcopus, cap. j. §. notoria. de cen. in vj. nec ob. d. c. cum ſimus, quia ibi ponitur caſus ſpecialis, ſ. cũ Epiſcopus eſt negligens in cõſtituendo generalem œconomum in Eccleſia ſua. nõ ergo idem ſequitur in omni alio caſu negligentiæ, maximè cum habeamus regulam in contrarium, quòd Archiepiſcopus non cognoſcit de ſubditis ſuffraganeorũ, niſi in caſibus expreſſis, vt le. & no. ix. q. iij. nullus, c. conqueſtus, de offi. or. duo. in fi. & d. c. paſtoralis, item, d. c. cum ſimus, diſponit idem in illo caſu quo ad negligentiã Archiepiſcopi, vt Epiſcopus ſuppleat: & tamen falſum eſſet dicere quòd Epiſcopus deberet ſupplere ſemper negligentiã Archiepiſcopi: iſtæ enim deuolutiones de vno ad aliũ non ſunt fiendæ niſi in iure reperiantur (*2) vt no. Inno. & do. in c. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. (*3) Vnde fa. d. ca. j. de ſup. negligen. præla. vbi Epiſcopo excõmunicato vel ſuſpenſo propter delictũ ſuũ, Archiepiſcop. nõ ſuccedit in iuriſdictione. idẽ Panor. in repe. ca. ſi quis cõtra clericũ. de fo. cõ. vbi plenè examinat hũc articulũ, aliud eſt in Epiſcopo reſpectu inferiorũ: nam ſi Archidiaconus aut alius inferior habens iuriſdictionem de iure aut præſcriptione ſit in illam exercendo negligens, poterit Epiſcopus illã iuriſdictionem exercere, nec eſt neceſſe recurrere ad alium ſuperiorem, ſuprà de anna. §. item quòd ratione. & ad conuincendum illum de negligentia, debet Epiſcopus ei ſtatuere terminum ad actum iuſtitialem faciendum, quo elapſo poterit Epiſcopus ſupplere: vt

Epiſcopi negligentiã ſupplet Archiepiſcopus.

Notoria crimina prouinciæ punit Archiepiſcopus.

Epiſcopi excommunicati iuriſdictio nõ deuoluitur ad Archiepiſcopum.

Digitized by Google

dicto §.exceſſus,niſi vbi crimina ſubditorum illorum inferioꝝ eſſent notoria,tunc non eſſet neceſſaria monitio, ipſo enim facto probatur illorum negligentia,ex quo crimina aliquorum ſunt notoria,& ſunt impunita,ad hoc,d.§.notoria, xl.iiij.diſtin. multis,xviij.diſt.peruenit,de iud.cæterum,cum ſimi.

(*1) Iſtud per plura ſimilia habes verificatum per nos in tract. de uolatio.parte j. quæſt.xij. Probus.

(*2) Iſtum punctum latè firmo in v. prælud.tracta. deuolu. P.

(*3) Etiam ſuperior prælatus non poteſt infeudare feuda quæ pertinent ad collationē prælati minoris ſibi ſubiecti, quia iuri illius nō poteſt derogare. Probat Bal. in tit.qui feu.da.poſ.col.ij.in vſib. feudo. Probus.

a † ¶ Pro concubinatu) Comprehenditur epiſcopus alterius epiſcopatus concubinā habens in non ſuo epiſcopatu,prout & archiepiſcopus non ſuperior epiſcopi in cuius diœceſi concubina habetur, ſecus ſi eſſet ſuus archiepiſcopus vel Metropolitanus, quia ille delinquens in territorio ſui ſuffraganei per eum ſuffraganeum nō punitur,ſed per primatem, vel patriarchā, aut ſedem apoſtolicam,pone in archiepiſcopo Remenſi qui non habet primatem, dicit Præpo.in c.j.col.prima, iij.q.vj.ſubdens rationem,quia ille eſt intra terminos ſuæ iuriſdictionis,ſicut epiſcopus,no.in capitu. paſtoralis, in princ.de offic. ordina. Probus.

pro concubinatu [a] † modis [b] omnibus digna punitione animaduertant [c].

Pœna qua ſuperiores publicos concubinarios punire negligentes debent puniri, ponitur, prout & per quos fieri debeant proceſſus ipſorum concubinariorum. Probus.

In conciliis etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes , vel de hoc crimine dif-

b ¶ Modis) Siue ex officio per inquiſitionem, ſiue per accuſationem aut denunciationem,de accuſa.per totum,capit.j.de offic.ordina.cap.irrefragabili,§.j. eodem titul.

Animaduertere quid eſt.

c ¶ Animaduertant) Id eſt grauiter puniant,ſi.ver.in c. tua,de coha.cle.& mu.c. cum quidam,in fi.de excep.in vj.c.vt inquiſitio,de hære.eod.lib.proprie tamen animaduerſio conſiſtit circa degradationem (*) & curiæ ſeculari traditionem,de verb.ſig. nouimus,no.Hoſtien.in cap.in quibuſdam,de pœ.Henr.in ca.in quærenti,de verb. ſig.ideo dico quòd publici concubinarij ſi poſt monitionem & priuationem beneficiorum concubinam reaſſumpſerint, contumacia creſcente poterunt degradari, in authen.de ſanctiſſi.epiſ.§.preſbyteris,col.ix.c.clericos,de coh.cleri.& mu. vbi poſſunt perpetuo excommunicari.i.deponi.no.Hoſt.in ſum.eodem titu.§.& qualiter. Henr.in c.ſi quiſquam,eod.titu.ad hoc,c.cum non ab homine,de iud.quod no.ſup. §.j.in ver.teneatur.

Concubinarij quandoque poſſunt degradari.

(*) Verum in iudicio eccleſiaſtico, in ſeculari autem conſiſtit in pœna mortis, probat

probat Fely.in c.pe.de Iudæis,ſubdens dom.in ca.ij.de excep.lib.vj. dicere quòd attenditur materia ſubiecta,gloſ.fi.in ca.ad apoſtolicam,de reug.& in cap.ad aures, de exceſſ.præla. P.

famatos [a], etiam per ſuſpenſionem à collatione [b] bene-

a ¶ Diffamatos) Qui etiam ſi nullus appareat accuſator, compellendi ſunt ad purgationem,præſertim ſi ex infamia oriatur ſcandalum, quam ſi non præſtiterint, puniuntur tanquam conuicti,de coha.cle.& mu.tua nos,in fi.ij.qu.v.ſi mala, de purg. c.nos inter,& ca.inter,cum ibi no. vbi autem notorium eſt crimen, vel poteſt probari per teſtes, punitio eſt facienda, non purgatio iniungenda, quæ duntaxat iniungitur cum factum eſt dubium, deficientibus teſtibus,c.cum dilectis,de purg.ca.Qualiter autem probetur infamia? dic quod teſtes debent deponere illum eſſe infamatum de graui crimine apud bonos & honeſtos viros, debéntque dicere aliquas præſumptiones vel coniecturas, ex quibus dicta infamia originem traxit, aliàs ſi probatur infamia ſimpliciter ex voçe populi, non probata aliqua præſumptione, non eſſet infamia: ſed vana vox populi, de qua non eſt curandum,l.decurionum,C.de pœ.no.Bar.in l.de minore,§.tormenta,ff.de quæſt.vbi latè tractat materiam famæ,latius Saly.in l.ea quidem,C.de accu.Inno.& doct.in c.cum oporteat,de ap.Spec.de inquiſi.§ nunc tractemus,quod teſtes deponentes ſuper infamia debent reddere cauſam ſufficientem ſui teſtimonij, non enim ſufficit dicere quòd populus habeat illum ſuſpectum,no.Panor.in cap.veniens,j.de teſtim.vbi dicit quod in criminalibus infamia non facit gradum probationis, quod ſentit gloſ.in dicto capitu.veniens.quæ dicit quòd fama cum vno teſte,in criminali non facit plenam probationem ad condemnandum,quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores,C.de prob.l.ſciant cuncti,ij.q.viij.ſciant, v. q.vj.epiphanium,pro,in ca. tam literis, de teſt. vbi non facit ſemiplenam probationem,etiam ſi agit ciuiliter,nam ibi fama & aliqui teſtes ſingulares & depoſitio de auditu non ſuffecerunt ad effectum caſſandi electionem electi, infamia tamen quandoque coadiuuat probationes iam factas,ſeu alia adminicula,ca.præterea,de teſtim. quandoque dat materiam inquirendi, de accu. qualiter, ij. quandoque ſuſpendendi ab officio & beneficio,prout le.& no.in dicto cap.inter,de pur.can.per Ioan.Andr. in ca.j.de accu.in vj.quando autem in ciuilibus fama probet,no. Bar. Salycc. & Panor.vbi ſupra.Henr.in ca.cum cauſam,de pro.Angel.in tract.de cri.in ver.fama.

Infamia qualiter probetur.

b ¶ Collatione) Scilicet quo ad ſuperiores contra infamatos per ſuſpenſionem ab officio,ij.qu.v.preſbyter.de adul.ſignificaſti,quando iudex indicit purgationem ad effectum indicendi pœnitentiam, vel vt ſileat infamia, ſi autem procedit contra infamatum vt priuet eum beneficiis ſuis ſi ſe non purgauerit: tunc aut crimen eſt graue, ita quòd iudex ex officio ſuo imponeret pœnam priuationis, tunc illa imponitur, ca.cum dilectis, de pur.c.aut non eſt ita graue: & tunc fiat ſuſpenſio: vt in iuribus ſupra alleg. Vel dic melius quòd vbi nullus præceſſit modus agendi, ſed iudex ex officio procedit ad purgationem indicendam alicui propter infamiam, quòd ſicut minor pœna ponitur quando proceditur per inquiſitionem quàm per accuſationem,ca.qualiter,ij.de accu.& pœna eſt arbitraria: ita & mitior debet imponi quan-

Infames qualiter ſunt puniendi.

do proceditur contra deficientem in purgatione, vt ſit præſumptiue conuictus, ſic debet intelligi dicta iura. Si autem præceſſiſſet aliquis modus agendi, puta accuſationis, denunciationis, tunc punitur deficiens in purgatione vt conuictus ſecundum modum agendi qui præceſſit, c. accedens, de accu. & ibi Panorm. in d. c. cum dilectis, per gl. & doct. in c. inter, de pur. can.

ficiorum, vel alia [a] condigna [b] † pœna [c] † ſeueriter [d] † procedatur [e]. Et ſi hi quorum deſtitutio [f] ad ſummum pontificem ſpectat [g], per cōcilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter concubinatum publicum reperiātur

(*) Vide pro hoc Archid. in c. conſanguineos, in fine, xxxv. quæſtio. quinta. Probus.

a ¶ Alia) Secundum canones, ſupra de anna. ca. j. ver. cæteri autem, aut arbitraria, ar. l. j. ff. de iure deli. de off. deleg. de cauſis.

b † ¶ Condigna) Non pecuniaria, quia hanc pœnam prohibet concilium, vt infra hoc tit. §. quia vero, facit quod no. Prę. in ca. fi. 94. diſt. quod epiſcopi in foro iudiciali non recipiāt pecuniam pro culpis, niſi in caſu à canone permiſſo. gloſ. in c. in antiquis, xij. q. ij. P.

c † ¶ Pœna) Per cuius impoſitionem ſtultus fit ſapiens dum recognoſcit culpam ſuam vt de cætero talia non committat, ait Præpo. in c. qui ea. 38. diſt. gloſ. in ca. j. 84. diſt. Probus.

Procedentes contra concubinarios quales debeant eſſe.

d † ¶ Seueriter) Attende quòd tales ſuperiores contra huiuſmodi concubinarios procedentes debent eſſe viri graues. i. doctrina præſtantes, vitæ innocentis & inculpatæ, ac nullius criminis labe notati, vt officium ſuum irreprehenſibiliter exequantur, aliàs ſi tales non eſſent, illis diceretur: Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum, vide quæ dixi in ſcala in articulo, monialis corrupta. P.

e ¶ Procedatur) Si. de præ. graue, de accu. ſicut olim, ſupra de col. cap. j. §. ſtatuit. ver. ſi autem.

f ¶ Deſtitutio) Id eſt depoſitio ab officio vel beneficio.

Epiſcopi per ſolum Papam poſſūt deponi.

g ¶ Spectat) Puta exemptorum, c. j. de verb. ſig. lib. vj. c. ſi abbatem, de elect. eodem lib. niſi delinquerent in loco non exempto, ca. j. de priuileg. eodem lib. & epiſcoporum quorum depoſitio eſt Papæ reſeruata, ca. accuſatus, ca. quamuis, & quaſi per to. iij. quæſt. vj. adeo quòd hæc poteſtas eſt legato de latere interdicta, c. quòd tranſlationem, cum ibi no. de offi. leg. cap. j. de tranſla. præ. quamuis aliter ſentiant nonnulli. Specu. titu. ij. §. nunc oſtendendum, ver. xvij. ſi vero non agatur contra epiſcopos ad depoſitionem, ſed ad aliam pœnam arbitrariam vel determinatam, citra tamen depoſitionem, tunc concilium prouinciale erit iudex, cap. ſcitote, vj. quæſt. iij. cap. j. de iud. vbi doct. quinimmo etiam ſolus metropolitanus, capit. quia cognouimus, x. quæſt. iij. de ſen. excom. ſacro. ar. cap. j. §. officiales, de off. ord. in vj. capit. ij. de accu. vbi expone primates. i. concilium prouinciale, vel archiepiſcopus, & ibi Panor. no. Ioan. Andr. in cap. vt litigantes, de offi. ordina. in vj. in no. & ſi epiſcopus delinquit in territorio inferioris prælati, poterit ab eo iud. & pun. ar. l. iij. ff. de offi. præto. Panor. in c. cum inferior. de maior. & obe. doct. in c. ij. de conſt. in vj.

Digitized by Google

a ¶ Digni) Supra, §.j.
b ¶ Statim) .i. quanto citius poterit, & vide no. ſupra §.j. in ver. mox.
c ¶ Inquiſitionis) Audiri ergo poterit cauſa epiſcopi à concilio prouinciali, vel archiepiſcopo aſſiſtentibus ſibi duodecim epiſcopis ad depoſitionem vſque ad diffinitiuam excluſiue, non poterit tamen deponi niſi à Papa, concord. c. accuſatus, cum ibi no. in q. vj. c. j. cum ibi no. v. q. iiij. cap. nullam, ij. quæ. iiij. Spec. tit. de accu. §. iiij. doct. in c. non poteſt. de re iud. Ioan. And. in c. graue, de præ.
d ¶ Suos) Monachos & religioſos, de ſtatu mo. c. in ſingulis, & ca. ea quæ, de accuſ. qualiter, ij. in fi. de ſim. per tuas, cũ ſi.
e † ¶ Pœnis) Circa quarum animaduerſionem, & delictorum correctionem, Papa & concilium habent poteſtatem mutandi, ſtatuendi, & diſpẽſandi, etiam contra conſtitutiones apoſtolorum exceptis his quæ ſpectant ad articulos fidei & generalem ſtatum eccleſiæ, ait Præpo. in c. j. col. j. xlvij. diſt. Probus.
f ¶ Aliis) Quæ habetur de coha. cleri. & mu. per to. per Hoſt. in ſum. eod. tit. §. & qualiter, varie tamen loquuntur iura in modo procedendi, aliqua volunt triplicem monitionem requiri, alia volunt immediate ſuſpendi, alia deponi. Sed dicit Hoſt. in c. ij. de coha. cler. & mu. quòd erit in arbitrio iudicis, quam pœnam debeat imponere, nam quandocunque iura varias pœnas imponunt, optio datur iudici, no. xxj. q. ij. in ſum. xxxiiij. diſt. fraternitatis. Panor. in c. ſicut, de coha. cler. & mu. impoſita tamen vna pœna non poterit ad aliã tranſire: niſi contumacia creſcente, l. prętor edixit, ff. de iniur. cũ ibi no. fa. quod no. Bar. in l. j. ff. vi. bo. rap. cũ pœnæ iniungũtur diſiunctiuè, aut niſi cõſtet plures pœnas ſimul pro eodẽ delicto (*) eſſe inflictas, per ea ad quę inf. remittã. Dicit tamẽ Panor. in c. ar. ſi cler. §. j. de iud. quòd in hoc delicto fornicationis ſemper iudex declinet ad mitiorẽ partẽ: quia pauci (vt dicit Greg.) ſine vitio incõtinentiæ reperiuntur, l. d. quia tua, & quia ætas noſtri tẽporis, & c. d. c. fraternitatis, & melius eſt à Deo redargui de miſericordia quàm de ſeueritate, xxvj. qu. vlti. alligãt, nec puto quòd cõtra concubinarios quoſcunq; poſſit procedi ad priuationem beneficiorum niſi monitione præmiſſa, per hunc tex. §. j. cum ibi no. *Iudex arbitratur quando pœnæ ſunt variæ.*

priuatione digni [a], ſtatim [b] cum proceſſu inquiſitionis [c] ipſi ſummo pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcunque generalibus capitulis & prouincialibus quo ad ſuos [d] ſeruentur.

Per impoſitionem pœnæ decreti concilij, viribus non vacuantur pœnæ iuris communis. P.

Pœnis [e] aliis [f] contra prædictos & alios non publicos concubinarios ſtatutis, in

(*) Præpo. in cap. fraternitatis, col. 2. diſtinctio. 34. quærit in propoſito, quando diuerſæ pœnæ imponuntur à iure vel ſtatuto pro eodem delicto, quæ illarum ſit imponenda, poſtea ſubdit quòd quando ius imponit vnam pœnam tantum, & poſtea per aliud ius vel ſtatutum relinquitur moderantia arbitrio iudicantis, tunc *Diuerſæ pœnæ pro eodem delicto.*

Digitized by Google

Moderatio ſignificat diminutionem. iudex non poterit arbitrari vt imponat maiorem pœnam, ſed minorem, gloſ. in ca. inquiſitionis, in verbo alioquin de accu. ratio, quia ex quo dicit quòd relinquitur moderanda arbitrio iudicis, non poterit maiorem arbitrari, cum verbum moderationis ſignificet diminutionem, ca. fi. de verbo. ſignifica. ergo de mente iuris vel ſtatuti eſt quòd minorem imponat. P.

ſuo robore permanſuris [a].

Publici concubinarij qui dicantur. P.

Publici [b] autẽ intelligendi ſunt non ſolum hi quorum

Pœna vna, an tollatur per alterã. a ¶ Permanſuris) Not. quòd vbi duplex pœna per diuerſa iura imponitur, tunc neutra per alteram tollitur, quod verum quando vna eſt præparatoria, altera autẽ vt terminus pœnę: quia in ordinatis ad inuicem vnum includit reliquum, in authẽ. clericus, C. de Epiſcopis, & cleri. idem quando vna imponitur ipſo iure, altera per hominem, tunc concurrunt, C. de ſacroſan. Eccle. l. nemo. idem quando vtraque pœna imponitur copulatiue, & vtraque poteſt imponi. l. placet, C. de ſa. ſan. ec. xvj. q. j. placet, de hære. excommunicamus, de cri. falſi. ad falſariorum, C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchrum, vbi. legiſ. etiã ſi pœnæ huiuſmodi criminales ſunt imponendæ per diuerſos iudices diuerſi fori, vna per iudicem Eccleſiaſticum, altera per iudicem ſecularem, puta in ſacrilegio, aut alio delicto mixto. & tunc condemnatus in vna poteſt accuſari in alio foro pro altera. cap. ij. de male. cap. fœlicis, §. per hoc quoque, de pœn. in vj. vbi Papa imponit multas pœnas capientibus cardinalem, & tamen dicit ibidem quòd non intendit adimere poteſtatem iudici ſeculari quo minus poſſit procedere, & imponere pœnam legalem, per quem text. dicit ibidem Ioan. Andr. in not. & Domi. quod punitus criminaliter per iudicem Eccleſiaſticum, poteſt puniri etiam criminaliter per iudicem ciuilem, ex quo crimen eſt mixti fori. & de hoc quæſtio accidit de facto temporibus Ioan. Andr. & Baldi vt ipſe refert. in l. j. C. de ſacroſan. Eccle. de quodam qui commiſerat inceſtum & adulterium cum conſanguinea nupta, quem Epiſcopus condemnauerat ad perpetuos carceres, & iudex ſecularis volebat eum punire. de quo ibidem per eum, & vide Ange. in tract. de crimi. in verſi. & ibi caput. late Henr. & alij in cap. de his, de accuſat. Specula. titul. de accuſatio. §. j. Panor. in cap. tuæ. de procura. in ca. cum ſit generale. de foro competen. (*)

Crimino ſus quandoque in vtroque foro punitur.

(*) Præmiſſis iunge quæ dicit Præpo. in ca. Epiſcopus, vij. q. j. quod quando per vnam conſtitutionem imponitur vna pœna, & per ſequentem alia, ſi vtraque poteſt imponi, illa eſt imponenda: niſi appareat quòd ſecunda ſit impoſita diſpenſatiue, vel quòd imponens intendat tacite vel expreſſe à pœna recedere. P.

¶ Publici) Vſq; ad §. quia vero. dicit ꝙ quatuor modis dicũtur publici concubinarij.

b ¶ Publici) Publicum eſt nomen generale ad notorium, famam, & manifeſtum, quandoque tamen verificatur duntaxat in notorio: vt hic, in cap. tua. de coha. cler. & mu. quandoq; differunt publicum & notorium, c. de illo. de eo qui cognouit cõſangui. vxo. ſuæ. de diuor. porrò, iſta tamen verba recipiunt interpretationem ſecundum materiam ſubiectam. (*) arg. not. in cap. rogo. xj. quæſt. iij. cle. exiui. de verbo. ſignifica. & communem vſum loquẽdi. argu. l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fun.

Digitized by Google

inſtr. cap.quamuis, de verbo. ſig. no. Panor. in ca. cum olim. eod. titu. Ioan. fa. in proœ.inſtit.in ver.proteſtantur, in materia notorij.

(*) Ideo ly publici multipliciter exponitur, vt in propoſito per gloſ. conſtit. Othonis, tit.de concubin. cleri.remo.in verbo publice.vbi inter alia dicit,quòd publica concubina dicitur apparere,quando multitudini ſe patere non expauet,ſic dicitur meretrix publica.c.vidua.xxxiiij.diſti. Sic etiam dicitur publicus aleator, & excommunicatus, cap. cum inter. de exceſ. prælator.cap.i.exceptionem,de except. Si ergo intra domum detinet quis concubinam, non dicitur publicus concubinarius, nec ex conſequenti in pœnam huius decreti incidit, cum domus rem ſecretam non publicam denotet.not.in l.is qui.in domum, ff. de iniur. ideo non ſufficit quòd ſciatur ab aliquibus tantum, nec quòd ſemel, vel bis publica illa videatur. P. *Publica cōcubina dicitur.*

cōcubinatus per ſententiā [a],

a ¶ Sententiam) Sententia facit rem publicam, & notoriam,ca.veſtra.c.fi. de coha. cler.& mu.ca.cum olim.de ver.ſignifi.c.cum inter.de re iud.c. quæſitum, de tempo. ord.l.emptorem,ff.de act.emp. Bal. in l. cum fratrem, C. ad Syll. nam res iudicata pro veritate accipitur,ff.de reg.iur.l.res iudicata.ff.de ſtatu homi. l. ingenuum, d.ca. cum inter gloſ.in ca.exceptionem de except. quæ dicit, quòd ſi iudex tulit ſententiam excommunicationis in loco vbi publicè iudicare conſueuit præſentibus officiariis ſuis & partibus, vel altera parte per contumaciam abſente, ſatis dicitur publicus excommunicatus,facit l. in donationibus,C. de dona. & quod ibi not. C. de teſta.l. omnium,ſed dicit Ioan.And.in cle.eos de ſepul.in ver. publicè.quòd ad caſum illius cap.reſpectu aliorum non dicitur quis publice excommunicatus ex eo quòd ſentētia fuit lata præſentibus officialibus & partibus : quia iura exigunt publicitatem reſpectu aliorum,& quo ad hoc vt præſumatur ſcientia: & ita ex qualitate fori, multitudine vel paucitate officialium aſſiſtentium, dicetur ſententia publica, vel occulta. Panor.dicit in dicto cap.exceptionem, quòd ſi agitur de pœna incurrenda reſpectu communicantium publice excommunicato, habet locum illud dictum Ioan. And. quia verba debent ſtrictè capi, ne quis puniatur, & maxime ſine culpa.nam de facili non habetur notitia de eo quod iudex egit in banco ſuo coram paucis, reſpectu tamen ipſius excommunicati vel concubinarij, vt procedatur contra eum tanquam contra publicum excommunicatum vel concubinarium, ſententia eſt ſatis publica, ſi ipſe interfuit, vel fuit ad hoc citatus: quia id quod fit in iudicio, dicitur notorium, vt in iuribus primo alleg.dicit etiam quo ad incurrendam pœnam illius cle. reſpectu ſcientium ſententiam eſſe latam in iudicio, iſtum dici publicè excommunicatum, fa. quod not. Compo. in cap. cum dilectus, de conſue. vbi dicit illum eſſe notorium excommunicatum,qui à ſuo iudice in publica prædicatione, vel in concione, vel in eccleſia publice, præcipuè in feſtiuitatibus excommunicatur : vt d. cap. quæſitum, de do.& contu. ca. venerabili. vel qui pronunciatus eſt ſententialiter excommunicatus,vel tanquam excommunicatus vitandus, vel hoc in iudicio eſt confeſſus : ſeu quem conſtat per rei euidentiam in canonem latæ ſententiæ incidiſſe.d.c.quęſitum, & dicit ſic Inno.determinaſſe.& de facto eum dicit publicè excommunicatum, qui in præſentia ſui cap.de cuius eſt gremio,à ſuo prælato excommunicatur : & illū qui

Sententia facit rē notoriam.

Publicus excommunicatus quis dicatur.

Excommunicatus publice quis dicatur.

Digitized by Google

poſt excommunicationem anctoritate iudicis competentis excommunicatus publicè nunciatur verbis vel ſcriptis, in locis prædictis, ca. ſi aduerſarius, de eo qui mit. in poſ. ff. de inſtit. l. ſed & ſi. §. proſcribere. Sed hodie non tenemur vitare excommunicatum, etiam notorium, niſi fuerit denunciatus & publicatus, aut notorius per facti euidentiam, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari. infrà de ex. non vi. cap. j.

Excommunicatum an indiſtincte vitare teneamur.

aut confeſſionem [a] in iure [b] factam, ſeu per rei

a ¶ Confeſſionem) Concor. iura proxi. alle. l. ictus fuſtium, ff. de infa. Bal. in l. properandum, C. de iud. Nec puto ſufficere quantum ad diſpoſitionẽ huius c. ad reputandum illum publicum concubinarium, probationem in iure factam: cum probatum teſtibus non dicatur notorium, cap. de illo. de eo qui cogno. conſan. vxo. cap. veſtra. cap. fi. de coha. cleri. & mul. licet aliàs ex clara & indubitata probatione oriatur notorium, cap. cum olim. de ver. ſig. de confeſ. cap. j. v. q. vj. Epiphanium, C. de proba. l. ſciant. de re iudi. l. geſta. nam quicquid fit in iudicio, dicitur notorium: vt not. in c. exceptionem, de excep. Inn. in c. ex inſinuatione. de ap. de teſti. per tuas. Innoc. in c. ij. de fideiuſ. ca. conſtitutus, de fil. preſby. Bal. in authen. ad hæc, C. de vſu. ad hoc. l. qui ſententiam, C. de pœ. Pau. conſi. 39. Panor. in ca. ſignificauerunt, de teſti. quod limitat de Ro. vt refert Panorm. in d. ca. cum olim. quando eſt in cauſa concluſum: ita quod amplius non poteſt aliquid obiici contra probationem: aliàs cum probatio poſſit reprobari, non poteſt dici notoria. text. tamen in d. c. cum olim, ſimpliciter dicit probationem efficere rem manifeſtam ſiue notoriam, & ibi Panor. ſaluando illum textum dicit quòd probatio in iudicio facta non reddit rem illam ſuper qua eſt inducta probatio, notoriam, niſi poſtquam eſt in cauſa concluſum: ita quod nihil poteſt obiici ad obfuſcandum notorietatem, notorium enim poteſt quandoque obfuſcari ex excuſatione aliqua: vt no. in c. j. de off. dele. li. vj. pro hoc text. in d. c. cum olim. ibi, nulla tergiuerſatione celari. & tex. iſte. Vel aliter poteſt dici, quòd illud c. cum olim, loquitur indiſtinctè, & quòd eo ipſo quòd probatio eſt facta, reddit rem notoriã præſumptione iuris: quia non præſumitur reuocatio probationis, ſed iſta notorietas eſt commutabilis vſque ad concluſionem in cauſa. ſic intelligit dictum Rot. & patet quòd per confeſſionem res efficitur notoria: vt hic. cũ ſi. & tamen confeſſio poteſt reuocari vel excuſari vſque ad ſententiam, ca. cum dilecti. de accu. in fi. C. de confeſ. l. error. c. fi. eo. ti. ad idem tex. cum gl. in d. c. j. de off. dele. li. vj. quod no. Spe. tit. de noto. cri. §. iam de notorio. vbi dicit quod per confeſſionem in iure factam efficitur notorium, dummodo confitens in confeſſione perſeueret, aliter non ff. de quæſ. l. j. §. quæſtioni. Et huiuſmodi notoriũ quod oritur ex ſententia, probatione clara, aut confeſſione iudiciali, dicitur notorium iuris: vel quia in iure. i. ex his quę in iudicio fiunt, oritur: vel quia iuris artificio inducitur.

Notorium an fiat per probationẽ in iudicio factam.

Confeſſio poteſt reuocari.

b ¶ In iure) Id eſt in iudicio, à contrario ergo confeſſio extra ius de crimine non facit notorium, licet præiudicet confitenti, ſaltem quantum ad præſumptionem, not. in l. j. §. Iulianus, ff. de lib. agnoſ. in l. ſi duo patroni. in princip. ff. de iureiur. & ad indicium ad ſupponendum confitentem torturæ, vt cogatur in ea perſeuerare. gloſ. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adult. de Rom. deci. 283. Inno. in ca. per inquiſitionem, de elect. & ibi Panor. Bal. in l. j. C. de fal. cau. ad. & in marga. in ver. confeſſio. aut ad

Confeſſio extraiudicialis, non facit notorium.

Digitized by Google

imponendam pœnam extraordinariam: vt glorianti de crimine. ca. quàm ſit. de exceſ. præla. & ibi Inno. in ca. interpoſita. de ap. Panor. in ca. olim. de reſcript. Extraiudicialis etiam confeſſio generat infamiam, ſaltem facti. not. in ca. at ſi clerici. de iudi. vbi Domi. Ant. & Panormi. ideo poterit confitenti pœnitentia iniungi. ca. quiſquis. xxiiij. quæſt. j. immo etiam valet, & præiudicat confitenti ad probandum delictum, etiam ad priuationem, d. cap. per inquiſi- nem, ſicut in ciuilibus, l. Publia. ff. depo. ca. per tuas, de pro. præſertim ſi fiunt circunſtantionata facta: ſcilicet ex cauſa, argu. l. generaliter, C. de non nu. pecu. ff. de proba. l. cum de indebito. de fi. inſtru. ſi cautio. & præſente parte. ar. l. certum, §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. no. Innocen. & Panor. in d. ca. per inquiſitionem, Henri. in ca. fi. de confeſſ. vbi docto. Panor. in d. ca. at ſi clerici. §. j. in ca. ij. de ord. cog. & voluntaria non coacta, nec calore iracundiæ facta: vt legitur & not. in cap. ex literis, de diuor. nec reuocata in tempore. Bal. in l. j. C. de confeſſ. quia non poteſt tunc torqueri. & requiritur quòd huiuſmodi confeſſio non ſit nuda adminiculis, ſed debet eſſe veriſimilis, aliàs non poſſet torqueri, ad hoc not. in l. non tantum, ff. de appella. & ibi Barto. Bald. in d. ca. at ſi clerici in l. clarum, C. de auct. præ. fa. text. in l. proinde. ff. ad l. Aquil. in l. j. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. Præpo. in d. c. ex literis, vbi nolatè quos effectus pariat confeſſio extraiudicialis: & in caſibus prædictis confeſſio extraiudicialis inducit notorium quando eſt debitè circunſtantionata not. Bartol. in l. ictus fuſtium, ff. de infa. (*)

euidentiã [a], **(quæ nulla poſ-**

(*) Et attende quod non differt an confeſſio ſit facta in iudicio vel extra, in ciuilibus: bene tamen in criminalibus, no. Innocen. in ca. plerique. de immunita. Eccle. firmat Fely. in con. xix. nu. 6.

a ¶ Euidentiam) (*) Id eſt notorietatem, ca. euidentia. de accu. Euidens quandoq; ponitur pro notorio, quandoque pro manifeſto. de elect. ſi forte. & cap. ab eo. lib. vj. hic ponitur pro notorio. & eſt notorium facti, quod ſtricta & propria ſignificatione tantum venit appel. notorij no. Ioan. And. & Cal. in c. veſtra. de coha. cler. & mu. bo. text. in ca. dudum, j. de elect. & ibi Panor. Et eſt triplex. quoddam eſt notorium facti permanentis: quod ita publicè fit, quod in aliquo tergiuerſari non poteſt: & habet facti continuationem: puta ſi quis tenet publicè & continuè concubinam in domo, menſa, & lecto: & liberi vagiunt circa ignem, de quo in ca. cum dilectis, de pur. can. xxviij. diſt. priuſquam, vel aliquis publicè & continuè detinetur in carcere, vel aliquis eſt iudex notoriè in prouincia. ff. de off. præſi. l. Barbarius, C. qui & aduer. quos, l. j. Aliud eſt notorium facti tranſeuntis quod ſemel factum fuit, & reiterationem non habuit: vt ſi in conſpectu populi palam & publicè clericus duxit mulierem in domum ſuam, & eam publicè aliquot diebus tenuit: aut ſi in conſpectu populi aliquis fuit occiſus, & de tali notorio loquitur capi. bonæ. §. licet autem, de electio. dicit tamen Bartolus in l. ciues, C. de appel. in authent. qui ſemel. C. quo. & quando iudex in l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præſi. quòd factum momentaneum vel tranſiens, non poteſt cadere in notorium, ſed in contrarium eſt caſus in c. venerabilem, de ele. in c. cum in diœceſi. de vſur. in c. ex tenore. in ca. fi. de tempo. ord. in ca. quanto. de tranſla. præla. in ca. illud. de præſump. doct. in d. ca. ve-

Notorium facti eſt triplex.

Digitized by Google

ſtra, vbi latè tractant materiam notorij. Aliud eſt notorium facti interpolati, quod publicè fit,& ſæpius iteratur,ſed non continuè: vt in eo qui non continuè,ſed interpolatim tenet concubinam in domo ſua, vel in eo qui eſt ſóper paratus publicè dare ſub vſura,nam non ſemper mutuat,ſed interpolatim, de quo notorio loquitur, cap. cum tu.de vſu.licet Ioan.Andr.dicat in d.ca. cum in diœceſi, notorium actus continui vſurarium, qui menſam vel bancum ſuum tenet publicè,paratus omnibus mutuare, quia habet actum continuum reſpectu aptitudinis.

Vſurarius notorius quis dicatur.

ſit tergiuerſatione [a] celari [b] notorius eſt. Sed [c] qui mulierẽ de in continentia ſuſpectam [d] & diffamatam [e] te-

(*) Quid ſi quis inueniatur coire cum muliere,an tanquam publicus concubinarius debeat per eum qui illum ſic inuenit, euitari? dic quòd non, niſi aliter conuincatur,ſecundum Inno.& Hoſt.in c.veſtra de coha.cler.& mulier. P.

a ¶ Tergiuerſatione) id eſt excuſatione probabili,ca.tua,de coha.cle.& mulie.& ca. fi.eod.tit.ca.ad apoſtolicæ,de re iud.in vj.infrà tit.j.c.j.

b ¶ Celari) Quia eſt ita euidens,quòd omnes de prouincia,villa vel caſtro ſciunt,vel ſcire poſſunt,ff.de iur.& fa.igno.l.regula,§.ſed facti, & cuius teſtis eſt populus, & diſſimulationi ſiue negationi non eſt locus,lxj.d.in ſacerdotibus,in fi.xxxv.quæ.iii. quod ſcripſi, & intelligitur populus eſſe teſtis, cum ſit crimen notum omnibus qui ſunt in loco,ſiue maiori parti,ij.quæſtio.j.de manifeſta,de purg.cano.cap.cum dilectus,de Ro.deci.330.Archi.in ca.j.de cenſi.lib.vj. vel decem hominibus de loco: vt no.in d.cap.de manifeſta.Cy.in l.ea quidem,C.de accu.in materia notorij, quam ibi latè tractat Saly.Bal.in l.de quibus,ff.de legi.nam tot faciunt parochiam, (*) x. q. iij.vnio.& teſtimonium vnius parochiæ facit crimen notorium eſſe, d. ca. cum dilectis, vnde in loco vbi non eſſent decem perſonæ, non poteſt oriri notorium: quia debet eſſe notum plurimis,& multitudini,de coha.cle.& mu.ca.penul. & fi. & vicinia debet ſcire,C.de nuptiis,ſi vicinus,& d.ca.cum dilectis,ff.vi.bono.rap.l.prætor. ad fi.de verb.ſig.l.palam,de inſtit.l.ſed & ſi,§.proſcribere. Ioan.Fab. in proœm.inſti.in ver.proteſtantur,ſed Specu.tit.de noto.cri.§. iam de notorio, dicit relinquendum eſſe arbitrio iudicis quot faciant notorium, quia hoc non inuenitur iure expreſſum,ar.de ver.obli.l.continuus,§.cum itaque,de offi.dele.de cauſis, idem Cald. &Panor.in d.c.veſtra, & iudex arbitrabitur ex variis circunſtantiis,ex qualitate loci, actus & temporis,factum eſſe notorium,vel non,& vide Panor.conſi.100.

Notorium debet eſſe notũ multitudini.

(*) Alia requiſita ad parochiam,vide per Gomes in regula de idiomate,quæſt.xj. Probus.

c ¶ Sed) Supple ille etiam eſt publicus concubinarius,&c.

d ¶ Suſpectam) Quia extranea & iuuenis. (*)

(*) De ſuſpicione vide Præpo.in ca.habuiſſe,33.diſtinct. vbi ponit quòd triplex eſt ſuſpicio. Probus.

clericus cũ muliere nõ debet ſe balneare.

e ¶ Tenet) Quod non licet: vt no. ſuprà, §.j. quinimmo non debet clericus ſolus cum ſola fœmina loqui.lxxxj.diſt.cler.de coha.cler.& mu.c.ij.nec cum muliere balneare, (*) c.non oportet,lxxxj.diſt. vbi no.quòd ſi mulier inuenta fuerit in balneo cum

cum viro extraneo, priuatur dote. idem de viro ſi inuentus fuerit in balneo cum extranea muliere, quòd priuatur donatione propter nuptias. C. de repu. l. fin. nota. Ioan. Andr. in c. plerumque. de donat. inter virum & vxo. nec debent in ſacris conſtituti intereſſe conuiuijs nuptialibus. xxxiiij. diſtinctio. preſbyteri. nec diſputare de formis mulierum. xxxij. diſtinſtio. hoſpitalium, & clericus inuentus cum muliere poteſt ſine metu excommunicationis detineri per viginti horas, vt teſtes vocentur per quos poſſit probari. argu. ff. de adulte. l. capite quinto. quod verum per maritum, vel fratrem, vel filium. alij autem excommunicationem incurrunt. de ſenten. excommu. c. ſi vero alicuius. §. fina. not. Hoſtien. in ſum. de cohabi cleri. & mulie. §. & qualiter. Henri. in capitul. ſi quiſquam. eod. titu. præſertim cum timetur de fuga, ne remaneat impunitus. argu. ff. de his quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. ſi debitorem. licet glo. in c. cum ab homine, de iudi. videatur requirere licentiam prælatorum. de quo dic vt ibi per Panor. *Clericus cum muliere inuentus poteſt detineri per viginti horas.*

net †[a] & per ſuum ſuperiorem admonitus, ipſam[b] cum

(*) Hinc verſus. Solus ſi vere perſtet vir cum muliere, Carnis fragilitas mouet ipſos tunc eremitas. Pone tibi frenum, fugias muliebre venenum. Nam ſanie plenum vas eſt, quod credis amœnum. Ni fugias tactus, vix euitabitur actus. Hoc igitur vita, ne moriaris ita: ſcilicet peccando, & ſic æternæ morti te obligando: quia ſtipendia peccati mors eſt ad Roma. ca. 6. Item diuus Hierony. deceptionem mulierum timens, ait, Non ſum fortior Sanſone, ſapientior Salomone, ſanctior Dauid: qui tamen per mulieres decepti fuerunt. Sanſon per Dalidam, Salomon per alienigenas Moabitas, Dauid per Betſabeen. hinc verſus. Adam, Sanſonem, ſic Dauid, ſic Salomonem Femina decepit, quis modo tutus erit? Fuge igitur mulierum conſortium, tum etiam propter earum inſaturabilitatem in huiuſmodi vitio carnali: quia Prouer. c. penul. legitur, quòd os vuluæ eſt inſatiabile. tum propter conſumptionem proprij corporis, tum propter pecuniæ conſumptionem: quia genus mulierum eſt auariſſimum. l. ſi ego. ff. ad Velleia. hinc Salomon Prouer. ca. 2. Qui nutrit ſcortum; perdit ſubſtantiam ſuam. tum propter euitationem infamiæ, qua luxurioſus maculatur, vt probo in ſcala benefi. par. j. art. luxurioſus. tum propter vitationem pœnæ æternæ, tum propter frequentem & abominabilem vilitatem ſanguinis menſtruoſi: cuius contactu fruges non germinant, areſcunt arbuſta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fructus, nigreſcunt æra: & ſi canes inde edant, in rabiem efferuntur, & ex ea corruptione leproſi & elephantiaci, ſeu alias deformes naſcuntur. Merito libido deſcribitur quòd eſt res turpis & humilis, ex turpium membrorum operatione proſiliens, exitu fœda: cuius effectum neceſſario pudor ſequitur, vel pœnitentia. Probus. *Fuge mulieres,*

† a ¶ Tenet) quia tunc præſumitur quòd cum ea rem habeat, quia ſicut ignis ſtipulæ appoſitus de neceſſitate comburit, ita qui tenet concubinam quaſi neceſſitate aut humanitatis fragilitate cogitur cum illa coire, & hoc dicitur notorium præſumptionis, & violenta præſumptio. P.

b Cum effectu) Non enim videtur mulier dimiſſa, quæ reuerſura eſt. ff. de diuor. l. diuortium de pœni. diſ. j. diuortium. & verba ſunt intelligenda cum effectu. de cle,

Digitized by Google

non re. relatum. cum ſi.

a ¶ Dimittit) Propter quod reputatur publicus concubinarius. & iſtud eſt notorium præſumptionis. ex ſuſpicione enim mulieris ſuſpectæ habitantis cum clerico in domo ſua, & ex ſpreta monitione, habendus eſt iſte clericus tanquam publicus concubinarius. ad hoc ca. ſi quiſquam. de coha. cle. & mu. licet enim quis aliquam ſic teneat, non eſt tamen notorium quòd eam cognoſcat, quia illud factum non fit in conſpectu hominum, ſed ius ſic eſſe vehementer præſumit: ideo notorium reputat: nec certum eſſe poteſt, niſi per huiuſmodi præſumptiones: & talis pręſumptio pro notorio habetur. de præſum. literas. de coha. cle. & mu. clericos. & cap. tua. iunc. gloſ. in ver. non ex euidentia. gloſ. in cap. Michaël. de fi. preſ. quæ ponit qualiter probetur quem eſſe filium ſacerdotis. de quo docto. in c. tranſmiſſæ. qui fi. ſunt leg.

effectu non dimittit[a].

A publicis concubinarijs, quæſtus pecuniarij ſub pacto, compoſitione, aut ſpe, & ſub certis pœnis non recipiantur, & recepti reſtituantur, qui ad pios vſus conuertantur. P.

Quia vero[b] in quibuſdam regionibus nonnulli[c] iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios[d] † quæſtus[e] à concubinarijs

b ¶ Quia vero) Vſque ad §. iubet. Primo interdicit quæſtus pecuniarios pro concubinatu percipere. Secundo, punit tranſgreſſores. Tertio, prouidet circa concubinas expellendas. Quarto, circa ſpurios expellendos à cohabitatione patrum. Secunda, ibi alioquin. tertia, ipſas. quarta, qui etiam.

c ¶ Nonnulli) id eſt aliqui.

† d ¶ Pecuniarios) Vide pro hoc gloſ. concord. iſto titu. & eod. §. in verſi. quia vero. (*) Cui adde quæ traduntur in con. prouin. Coloniæ in titu. de iuriſdictio. eccle. cap. viij. vbi hos quæſtus prohibet: & ſi interdum exigantur, ad pios vſus conuertantur, ne magis auaritiæ quàm correctionis cauſa exacti videantur: quod proſequitur Præpo. in cap. quoniam xviij. di. col. iij. vbi ponit an epiſcopus poſſit imponere pœnam pecuniariam, quam appellamus mulctam: de qua per eundem Præpo. in cap. certum. xj. quæſt. iij. & Archid. in cap. vindicta. xxiij. quæſt. iiij. & Præpo. in cap. quis. dixit in princ. x. diſtinct. & Aufrer. in tracta. de po. eccle. ſuper laicis. num. 2. & Roma. ſingula. 445. Et dic pecuniam prohiberi recipi, quia ad reformandum mores illa non debet recipi. l. vnica. §. taceat. C. de rei vxor. actio. P.

e ¶ Quæſtus) Turpes quæſtus debent euitari. l. quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. etiam. C. e. titu. l. mariti. §. qui quæſtum. ff. de adul. Et quid veniat appel. quæſtus, habetur in l. coiri ſocietatem. cum. vj. l. ſeq. in l. duo ſocietatem. §. duo colliberti. ff. pro ſocio, per quas patet, quòd quæſtus propriè dicitur, quod ex opera, ſolertia, vel induſtria alicuius quæritur: & eius appel. non continetur hæreditas vel legatum. per quas leges dicit Ioan. Fab. in pro. inſti. in verb. Alamanicus. (quod ſentit ibidem de Platea) quòd donatio facta alteri coniugum à parente cui aliàs ſucceſſurus erat in re donata, non cenſetur conquæſtus. ideo alius coniunx partem non

Conquæſtus dicitur.

habebit iuxta conſuetudinem Franciæ, quæ vult conquæſtus factos conſtante matrimonio eſſe communes viro & vxori. ad hoc. l. caſtrenſe. ff. de caſtren. pecu. l. j. C. de impo. lu. deſcript. lib. x.

a ¶ Patiendo) Ideo magis (*) peccant quàm concubinarij, cum ex eo auctoritatem & defenſionem delictis præſtent. xxiiij. quæſt. iij. quæ aliorum xj. quæſt. iij. qui conſentit. not. in cap. j. de offic. dele.

percipere non erubeſcunt, patiendo[a] eos in tali fœditate[b] ſordeſcere: ſub pœna maledictionis[c] æternæ præcipit ne deinceps ſub pacto, compoſitione †[d], aut ſpe alicuius quæſtus, talia quouis modo tolerent[e], aut diſſimulent. Alioquin vltra præmiſſam[f] negligentiæ pœnam, duplum[g] eius quod propterea acceperint, reſtituere ad pios[h] vſus omnino[i] teneantur[k] & compellantur.

(*) Tales enim etiam epiſcopi ab officio ſuſpenduntur. not. Præpo. in capitul. eos. colum. j. diſtinct. 32. P.

b ¶ Fœditate) i. ſorde & immunditia. l. fœdiſſimam. C. de adul.

c ¶ Maledictionis) (*) Si. in cle. j. de priui. §. quibus. clemen. cupientes. de pœni. Et quomodo intelligantur huiuſmodi verba apponi ſolita in fine conſtitutionum, ſi quis contrauenire præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerit incurſurum: notat Geſ. in extra. execrabilis. in fi. & de verbis indignationis noſtræ, vide text. cum gloſ. in auten. de mand. princ. §. ſi tibi. col. iij. Baldus in capitul. j. quæ fu. pri. cau. amit. be. col. x. vbi dicit quòd importat vt priuetur beneficijs.

(*) De his verbis comminatorijs latè diximus in tract. penſio. parte iij. quæſtio. vj. Probus.

† d ¶ Compoſitione) An tranſigere liceat ſuper crimine adulterij, aut concordiam facere, ponit Mellus de ſancto Gemi. in tracta. de bannitis. 3. parte 2. tempo. quæſt. 30. & ſeq. Probus.

e ¶ Tolerent) Concord. lxxxiij. diſtin. capit. j. de ſimo. nemo. de vi. & hone. cle. vt clericorum. §. prælati.

f ¶ Præmiſſam) Suprà. §. quòd ſi hi.

g ¶ Duplum) Si. inſtit. de obli. quæ ex delic. naſcun. §. pœna. de conſi. exigit. lib. vj. cum ſimi.

h ¶ Pios) Si. in l. ij. C. de epiſ. aud. in extrauag. Bonifa. viij. excommunicamus. extrauag. Ioan. xxij. contra Alchi. ſpondent. in extraua. Innocen. vj. ad honorem. §. ordinamus.

i ¶ Omnino) Non eſt opus alia declaratione: nam de natura dictionis omnino eſt vt importet præciſam executionem. no. in cle. j. in ver. omnino. de vi. & hone. cle. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſ. Barto. in l. j. ff. iudi. ſolui. Bald. in l. ſuper rebus. C. de contra. emp. & vide not. ſuprà. §. j.

k ¶ Teneãtur) Et vltra ſunt deponendi. xxxij. diſt. eos. de vi. & ho. cle. vt clericorum.

Digitized by Google

a ¶ Concubinas) Concubina propriè eſt mulier ſoluta quam ſolutus tenet in domo indubitato affectu. inſtitu. de nuptijs. §. fina. de hære. quæ ab inteſta. defe. circa princi. Bald. in l. eam quam. C. de fidei com. requirit quòd præcedat proteſtatio quòd eam intendit retinere pro concubina, aliàs committeretur ſtuprum cum virgine vel vidua, ſi non conſtet de conſenſu concubinarij ad concubinatum, & debet teneri in domo: (*) vt dicto §. fina. ad hoc. l. in concubinatu. & quod ibi not. Bart. ff. de concubinis. xxxij. quæſ. iiij. liberi. aliàs filij non eſſent naturales. facit gloſ. in capit. innotuit. de elec. & Oldra. conſi. 195. notat Panor. in c. tanta. qui filij ſunt legi glo. & Panor. in ca. niſi cum pridem. §. perſonæ. de renuncia. Ioan. Andr. in addi. Specu. titul. qui filij ſunt legi. dicit, quòd licet omnes nati ex ſoluto & ſoluta, ex communi vſu loquendi dicantur naturales, propriè tamē naturales ſunt nati ex concubina retenta in domo. idem gloſ. in c. per venerabilem. qui filij ſunt legi. in ver. naturales. & ibi doc. Specu. tit. de ſucceſ. ab inte. ver. qualiter autem. vbi dicit tria requiri ad hoc quòd ſit naturalis. Primo, quòd ſit natus ex ſoluto & ſoluta: ita quod inter eos potuiſſet eſſe matrimoniū. in authen. de in. & ne. nup. §. dubitatum. colla. ij. Secundo, quòd ex concubina retenta in domo. in authen. quibus mo. natu. effic. ſui. §. ſi quis autem. & §. ſeq. colla. vij. Tertio, quòd ſit vnica concubina. Panor. & moder. in dicto cap. per venerabilem. ſed hic concubina largè accipitur pro quacunque muliere quam clericus tenet in domo ſua luxurioſo affectu.

Concubina quæ propriè dicatur.

Filij naturales qui propriè dicantur.

Prælati, concubinas aut mulieres ſuſpectas à ſubditis, etiam per auxilium & brachij ſecularis inuocationem penitus curent. P.

Ipſas autem concubinas [a] aut mulieres ſuſpectas [b] prælati omnibus modis curent † [c] à ſuis ſubditis [d], per auxilium [e] † [e] & brachij ſecularis

(*) Siue propria, ſiue conducta, aut gratis ſiue hoſpitio accepta. l. lex Cornelia. ff. de iniu. ſiue etiam ſit ipſius concubinæ, dummodo ſimul habitent. gloſ. in l. pe. ff. eo. Et hæc habitatio talis eſſe debet, vt ſimul viuant, & ſic commenſales. l. maſurius. ff. de verbo. ſigni. aliàs non dicuntur cohabitare. l. ſi quis ita legauerit. ff. de conditio. & demon. P.

b ¶ Suſpectas) Puta iuuenes extraneas.

† c ¶ Curent) Quod poteſt comprobari per multos. tex. poſitos 83. diſtinct. P.

d ¶ Subditis) Clericis: nam de laicis loquitur infrà. §. fina.

e ¶ Auxilium) xxiij. quæſt. v. principes. xcv. diſtinctio. cum ad verum. cap. j. cap. quoniam. de offic. ordi. xxxij. diſtinctio. eos. ſic etiam iudex ſecularis poteſt inuocare brachium eccleſiaſticum, nota. Innocen. in capitul. licet, de foro compe. not. docto. in dicto capitul. j.

† e ¶ Auxilium) Quòd ſi illud renuerit, per iudicem eccleſiaſticum poterit compelli, dico medio excommunicationis. not. gloſ. Innocen. Anto. & Panormita. in capit. j. de offic. ordi. facit capitul. ij. de excep. lib. vj. vide quæ de hac inuocatione tradit Gondiſſal. in trac. de hæretic. quæſtio. xix. P.

Iudex laicus per eccleſiaſticum compellitur.

Digitized by Google

a ¶ Penitus) Omnino, & ſine reditu, quacunque excuſatione vel appellatione non obſtante. hoc enim verb. penitus præciſum eſt nullam limitationem vel modificationem recipiens. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fi. de vſufru. l. ambiguitatem. ca. ſuper eo. de hæreti. in vj. Archid. in cap. ordinarij in verb. penitus. de of. ordina. in cap. j. de cleri. ægro. eo. lib. ad hoc C. de gladi. l. j. lib. xj. in rub. & ni. *Penitus exponitur.*

inuocationem, ſi opus fuerit, penitus[a] arcere[b].

b ¶ Arcere) Arg. quòd concubina clerici ſequitur eius forum. doct. in l. cum quædam. ff. de iuriſ. om. iudi. aliud in concubina laici. l. de iure. in fine. ff. ad munici. Specul. titul. de compe. iu. ade. §. j. verſi. xliiij. quod verum quantum ad hoc quòd concubina clerici vel alia mulier cum eo delinquens, poteſt per iudicem eccleſiaſticum puniri. (* 1) capitul. ſi quiſquam. de coha. cleri. & mulie. capit. ſi concubinæ. de ſenten. excommu. præſertim ſi delinquat cum in ſacris conſtituto, tunc committit adulterium & ſacrilegium. xxvij. quæſtio. j. qui Chriſto. & capitul. virginibus. not. Hoſtien. in ſum. de cohab. cleri. & mulie. §. quam pœnam. Henri. & Panormit. in dicto capit. ſi quiſquam. Panormit. in capit. vt clericorum. de vita & hone. cleri. vbi dicit, quòd presbyter cognoſcens mulierem ſolutam, non committit ſimplicem fornicationem. nam quaſi contraxit matrimonium ſpirituale cum eccleſia per ſuſceptionem ſacri ordinis. vnde dicitur committere adulterium ſpirituale. ſentit. Pau. in clemen. j. de offic. ordi. ideo dicit gloſ. not. in capit. per venerabilem. qui filij ſunt legiti. in verb. adulterinis, quod filij presbyterorum dicuntur adulterini: quia cum presbyteri fornicantur, adulterant, quaſi mariti eccleſiarum. lvj. diſtinctio. Cenomanenſem. idem Panormita. ibidem. & in capitul. at ſi clerici. §. j. de iudi. gloſ. in l. ij. C. de epiſcopis. & cleric. dicit quòd committunt inceſtum. & ibi Baldus per Archidia. in capit. eos. xxxij. diſtinct. Panormit. in cap. innotuit. de electio. Matth. & Imol. in clemen. ad noſtrum. de hæreti. dicunt contra quòd committunt ſimplicem fornicationem, & tanquam de ſimplici fornicatione debent puniri. not. lxxxj. diſtinct. Maximianus. lxxxj. diſtinctio. presbyter. ij. quæſt. vij. lator. videtur textus in cap. quia circa. de bigamis. ibi, tanquam ſimplici fornicatione. Primum credo verius. vnde dicunt Hoſtien. & Henri. in dicto cap. quia circa. quòd textus melius dixiſſet triplici fornicatione: quia in laico & in minoribus conſtituto poteſt dici ſimplex: in ſubdiacono & diacono duplex reſpectu ſimplicis: in presbytero triplex reſpectu duplicis: quod poteſt elici ex maioritate gradus. arg. xl. diſtinctio. homo Chriſtianus. & ex auſteritate pœnæ quæ ei iniungitur dicto capit. presbyter. Vnde dicit Abbas in dicto capit. qui circa. cum quo tranſit Panormitanus, quòd conſtitutus in ſacris, plus peccaret fornicando, quàm coniugatus adulterando. Ex prædictis ſequitur quòd huiuſmodi filij presbyterorum patri & matri ſuccedere non poſſunt: quia tales ſpurij & nati ex damnato coitu repelluntur ab hæreditate parentum. authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. tam patris quàm matris. in authen. qui. modis natu. effic. ſui. ad fi. colla. vij. & ibi gloſ. not. in §. nouiſſime. inſtit. ad orfi. Cy. in l. ſi qua illuſtris. C. eo. tit. Panormita. in dicto capitul. innotuit. gloſ. & doc. in cap. tanta. qui fil. ſunt legi. Panor. in cap. cum haberet. de eo qui dux. in ma. idem de natis ex alijs clericis in ſacris ordinibus conſtitutis. ad hoc not. in dicta l. ij. C. de epiſcopo. &

Concubinæ quæ forum ſequuntur.

Presbyter cognoſcens mulierem ſolutam committit adulterium

Digitized by Google

cleri. etiam ſi ſint nati ex concubina huiuſmodi clerici: vt not. Bartol. in l. ſi gener. ff. de his qui. vt indi. quia concubinatus eſt ſpecifice damnatus in ipſis clericis. de coha. cle. & mu. per totum. & hic nec talibus liberis ſuccedunt pater & mater, ſicut nec ſuccedunt patri & matri: vt vult Azo in ſum. C. de legi. hære. nota. Bartolus in dicta l. ſi gener. car. in dicto capitul. cum haberet. Panormita. in dicto capit. tanta. Præpo. in dicto capitul. per venerabilem. licet naturales ſuccedant parentibus ſecundum formam authen. licet. C. de na. li. & vulgo quæſiti ſuccedant matribus: vt dicta l. ſi qua. not. in d. §. nouiſſime. Sed quid de natis ex clericis non conſtitutis in ſacris, beneficiatis tamen, vtrum ſint naturales vel ſpurij? Panormit. in dicto capitul. per venerabilem. remittit ad not. per Ioan. Andr. in capitul. ſine culpa. de reg. iu. in vj. in merc. & ad Bartol. in l. in concubinatu. ff. de concu. in qua lege ſentit Bartol. quòd non ſunt naturales, ſed ſpurij: & quòd per ſequens matrimonium non legitimentur. idem Richar. malumbra. Bart. in l. & ſi contra. C. de nup. pro quo vltra ea quæ Ioan. Andr. in d. mercu. alle. facit primo quòd illi ſunt filij naturales, & legitimantur (* 2) per ſequens matrimonium, qui naſcuntur ex aliqua quam quis poteſt ſibi concubinali ſchemate copulare: vt eſt caſus ſingu. in d. auth. qui. mo. na. ef. ſui. §. ſi quis igitur dotalia. in prin. ſed clericus in minoribus præſertim beneficiatus, non poteſt ſibi copulare aliquam in concubinam, vt hic cum concord. ergo filij ex eo nati non ſunt naturales: & per conſequens non legitimabiles. (* 3) Nam illi ſunt proprie naturales qui naſcuntur ex concubina quam quis in domo vnicam retinet: vt dictum eſt ſupra. patet in authen. qui. mo. na. ef. ſui. §. ſi quis autem defunctus. colla. vij. no. inſti. de adop. in princ. ſed cum clericus non poſſit habere concubinam, vt antecedens: ergo nec filios naturales, (* 4) vt conſequens ar. ſumpto ab antecedenti deſtructo. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura. c. ex parte. de ſponſa. c. prudentiam. de offi. deleg. Si igitur non naturales, ergo ſpurij, & ſic non legitimabiles. d. c. tanta. Item licet habeat quis mulierem loco vxoris cum quo aliquo actu de iure interueniente nuptiæ eſſe poſſunt, non ſufficit vt poſtea ſubſequente matrimonio filij ex ea nati legitimentur, niſi habeatur loco concubinæ. patet in l. Paulus. aliàs eum qui. ff. de ſtatu homi. nam nupta aliqua ſine patris conſenſu, non eſt matrimonium de iure ciuili, & filij ante ante non legitimantur ſecuto matrimonio. & licet mulier iſta potuiſſet eſſe concubina, tamen cum non fuit habita loco concubinæ, filij non legitimantur, ita nota. ibi Odo. & Bald. vnde patet quòd de iure ciuili coitus concubinarius eſt maioris efficaciæ quàm coitus matrimonij putatiui, & non ſufficit habere vnicam in domo, niſi eam ſibi quis conſtituat loco concubinæ, ſed clericus beneficiatus non poteſt habere concubinam, igitur. & facit l. prima C. de na. lib. in ratione ſui. nam ibi cohabitatio quarundam perſonarum prohibita reddit filios non naturales. ita in propoſito clerici præſertim beneficiati debent vacare diuinis officijs, & ſancti eſſe. xxxj. diſtinct. tenere. nec debent infici venenis concubinarum: vt dixit textus, in dicta l. j. lxxxj. diſtinct. quidam. filij ergo ex eis nati, non erunt naturales. hoc pro. in §. reliqui. in authent. qui. mo. na. ef. ſui. colla. vij. vbi dicit textus. reliqui modi ſunt qui dantur his qui erant naturales. ſed iſti non ſunt tales. igitur per matrimonium ſequens non legitimantur. Item pro. rubri. tit. qui dicunt qui. mo. na. ef. le. colla. vj. &

Beneficiatus in ſacris non conſtitutus ad quæ tenetur.

Naturales filij, qui proprie dicantur.

Digitized by Google

quib. mo. na. ef. ſui. colla. vij. nec extenduntur ad alios non naturales: quinimmo clementia imperatoris ipſi efficiuntur indigni. in authenti. qui. mo. na. ef. leg. §. fina. Ioan. tamen Andr. in dicta mercu. tenet oppoſitum. & pro eo facit in authenti. de monachis. §. ſi quis autem monachicam colla. j. vbi pro. quòd de iure ciuili ſaltem in minoribus conſtitutus poteſt concubinam habere, cum ibi notet conſtitutos in ſacris. & per dictum capitul. tanta. vbi patet quòd geniti ex quocunque coitu extra vſum legitimæ vxoris, dummodo tempore coitus potuit eſſe matrimonium, per ſubſequens matrimonium legitimantur. (*5) ad hoc. l. cum quis. l. nuper. C. de na. l. vbi text. videtur dicere quòd ſufficit quòd tempore concubitus potuit eſſe matrimonium, nec requiritur quòd mulier fuerit habita in concubinæ ſchemate. & §. fina. inſtitu. de nup. vbi loquens de legitimatione per curiæ oblationem, loquitur tantum in caſu an potuerit eſſe matrimonium concubitus tempore. facit inſtit. de hære. quæ ab inteſta. de. in princip. dum dicit, habuerit contubernium. Sufficit ergo ad legitimationem quòd tempore concubitus potuiſſet eſſe matrimonium. conſtat autem quòd clericus in minoribus etiam beneficiatus poteſt contrahere matrimonium de cleri. coniu. per to. Igitur aduerte, aut filij nati ſunt ex clerico in minoribus beneficiato, & muliere ſoluta, quam tenebat vnicam in domo indubitato affectu tanquam concubinam, tunc huiuſmodi filios iudicabo (*6) naturales, ſicut alios quo ad omnes effectus tam quo ad legitimationem per ſubſequens matrimonium parentum, quàm quo ad ſucceſſionem, iuxta dictam authen. licet. Et quamuis concubinatus ſit hodie reprobatus tam in clericis quàm in laicis: vt infra. §. ſi. eum ibi nota. non ſunt tamen correcta iura ciuilia loquentia de naturalium legitimatione & ſucceſſione, vt not. Hoſtien. in capitul. lator. qui fi. ſunt le. Panormitanus in d. capitul. tanta. & procedunt illa iura de iure canonico. ſentit gloſ. ibidem in dicto capitul. lator. in capitul. niſi cum pridem. de renun. & legi ciuili ſtandum eſt in hæreditatibus & alijs ex quo ius canonicum non diſponit expreſſe contrarium. capitul. prima de noui oper. nun. dicto capitul. per venerabilem. Aut filij ſunt nati ex huiuſmodi clericis, & ex alia muliere ſoluta furtiuo acceſſu, non concubina, quam non retinebat. ſ. vnicam in domo tanquam concubinam: tunc iudicabo eos naturales quantum ad effectum legitimationis, videlicet quòd poterunt legitimari per ſequens matrimonium parentum, inſpecta mente illius capitulo tanta. nam litera eiuſdem non fundat ſe ſuper concubinatu, ſed indiſtincte propter potentiam matrimonij legitimat antea natos. ideo dicit Ioan. Andre. in dicta mercu. per illud capitul. quod nati ex ſoluto & ſoluta inter quos poterat eſſe matrimonium tempore concubitus, indiſtincte efficiuntur legitimi, quanquam inter eos non eſſet concubinatus. gloſ. & doc. in dicto capit. innotuit. docto. in dicto capitul. tanta. Contræ. procedunt de iure ciuili, ſed æquitati canonicæ fauore matrimonij magis ſtandum eſt, & ex contra. opi. ſequeretur quòd magis faueretur peccato diuturno & continuo quàm momentaneo: ſed ius ciuile tempore ſuo habuit bonam conſiderationem: quia cum concubinatus non eſſet per illud damnatus, ideo ex illo genitos voluit legitimare. ſed cum ius canonicum magis reprobet concubinatum quàm fornicationem ſimplicem, iuxta nota. in capitul. ex parte adæ. de teſti. & hic, fortius debent legitimari nati ſine

Matrimonium ſubſequens an legitimat ex quocunque coitu genitos.

Concubinatus eſt grauior ſimplici fornicatione.

Digitized by Google

concubinatu quàm in concubinatu. ſed quantum ad alios effectus, puta quo ad ſucceſſiones parentum iuxta d. authen. licet, non ſunt naturales: ex quo non ſunt nati ex concubina: quia lex vocat tantummodo naturales natos ex concubina ad hæreditatem parentum ſecundum formam illius authen. non ſpurios: vt dictum eſt. nec eſt in hoc correcta à iure canonico, immo ſecundum illud procedit, vt ſuprà. & not. docto. in dicto cap. cum haberet. ſtabo ergo hoc caſu legi per ius canonicum non derogatæ. Idem dico de natis ex monacho non exiſtente in ſacris intra tempora profeſſionis conſtituto. ſic intellige Anto. Roſelli. de are. in trac. legiti. ſecundo fo. & ſe. vbi latè per eum. latius Præpo. in dicto cap. tanta.

Prælati, procreatos ex concubinatu, apud patres ſuos habitare non permittant. P.

(*1) Vide quæ in puncto tradidit gloſ. concord. hoc titul. & eodem §. in verbo ipſas. Probus.

Legitimatio retrotrahitur.

(*2) Quæ legitimatio retrotrahitur. l. cum quis ibi, neque enim verſimile. C. de natu liber. Nec obſtat cap. tanta. §. ſi quis autem. qui filij ſint legiti. dum ibi dicitur. quòd habentur legitimi poſt contractum matrimonium, ergo non ante: quia reſpondeo quòd quanuis ille incipiat naturalis eſſe legitimus, tamen incipit vt ex retro. dico retro, quod ad vtilitalem legitimati, non parentum, qui prius potuerunt contrahere matrimonium, & implere conditionem. l. qui balneum. §. j. l. potior. in prin. ff. qui pot. in pigno. habean. Equidem non eſt quo ad eos æquitas, ſicut dicitur eſſe in legitimato qui hoc non potuit facere ſicut parentes potuerunt: quibus, non legitimato, eſt imputandum. P.

(*3) Facit in ſimili quod tradidit Bald. in cap. quia propter. num. 16. de ele. quòd ſicut Deus eſt pater noſter, ita paradſius eſt naturalis patria noſtra, quia patriam patris, filius ſequitur de neceſſitate, ad quam cum ſorde nemo perducitur, ideo lauet nos Deus qui ſolus poteſt, quia putredo paradiſum non ingreditur. quod vltimum eſt ad gloſ. propoſitum. Et quid dicatur paradiſus, ponit Archidia. in capitu. omnibus. xxiiij. quæſtio. j. in princ. P.

Naturales dicuntur ſanguine coniuncti.

(*4) Qui naturales coniuncti ſanguine dicuntur. l. hac parte. ff. vnde cogna. ſic in iudicio comparere poſſunt pro parte tanquam pro perſona coniuncta, quod verum quo ad naturales qui naſcuntur vt hac in gloſ. non quo ad ſpurios id eſt presbyterorum filios, qui nec patrem nec matrem habuiſſe creduntur, quia nati ex coitu accuſabili, argu. eorum quæ not. in gloſ. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orphi. P.

(*5) Etiam ſi matrimonium fuerit contractum in mortis articulo, dummodo tunc contrahentes conſenſu non caruerint, ſeu alter eorum. l. ſi. C. de nup. gloſ. in c. quod ad ſedem. de frigi. & maleſic. Etiam legitimantur, eſto quòd concubinarius inter procreationem filiorum ex concubina, & matrimonium cum ea, aliam duxerit vxorem, quia ſi illa mortua cum concubina contrahat, per illud contractum matrimonium fit legitimatio. no. Ioan. Andr. in mercurial. in regula ſine culpa, quod proſequitur Ludouicà Sardis in tract. de natu. liber. ac ſucceſ. eod. vbi cum Ioan. Andr. conuenit. Probus.

(*6) Ita concludit Ioan. Andr. in regula ſine culpa. in mercur. quod placet Bart. in l.

Digitized by Google

in l. in concubinatu, in fine, ff. de concubi. quod verum ſubdit ſi non erat beneficiatus ille clericus in minoribus conſtitutus, ſecus ſi erat, quia tunc ſi concubinam ducat in vxorem, nati durante concubinatu, per ſequens matrimonium legitimi non efficiuntur, eo quòd tunc rebus ſic ſtantibus concubina eius non poterat eſſe vxor, quod requiritur. Magis tamen placet indiſtinctè dicere vt per gloſ. hic. Probus.

Qui [a] etiam ex tali concubinatu procreatos filios † [b], apud patres [c] ſuos cohabitare [d]

a ¶ Qui) Prælati.

† b ¶ Filios) Qui ſunt de incontinentia patrum ſuper terram ambulans argumentum, dicit glo. in c. propoſuiſti, lxxxij. diſt. Ex quorum filiorum procreatione etiam immortalitas introducitur, & renouata manent, aliàs non eſſet immortalitas, cum nulla mortalium ſpecies in indiuiduo poſſit conſeruari, quia vnuſquiſque moritur, l. non moriturum, ff. de cõtrahen. & commit. ſtipula. Hinc dicimus quòd pater naturam ſuam conſeruat in filio, gl. in l. liberorum, ff. de verbo. ſigni. Probus.

Filiorum procreatio quid operetur.

c ¶ Partes) Apud matres ſeparatas à patribus cohabitare poterunt, & debebunt eos alere de æquitate canonica, & etiam patres: vt infra dicam, licet ipſi clerici non debeant nec poſſint aliquid dare (* 1) concubinæ aut meretrici, ar. l. ij. C. de dona. inter vir. & vxor. & ibi Bart. qui loquitur in milite armatæ militiæ, idem in clerico (*) qui eſt miles cœleſtis militiæ, ad hoc, l. miles, iunctio. gloſ. ff. de re iud. l. miles, §. mulier, ff. de teſta. mi. Priuilegia enim conceſſa militibus ſeculi, attribuuntur militibus Dei in caſibus in quibus eſt eadem ratio, per iura alleg. argum. c. generaliter, xvj. q. j. no. Panor. in c. j. de clericis ægrot. facit tex. in c. ij. de pœn. lib. vj no. Io. Andr. in cap. de his, de ſepul. ſicut dicitur in milite legali, puta aduocato & doctore qui non poſſunt donare cõcubinæ, cum æquiparentur militibus armatæ militiæ, l. aduocati, C. de aduo. diuer. iu. no. Hoſtien. in ſumma, de dona. inter virum & vxorem, §. & cui, per c. eo libentius, de eſt. non or. ca. militare, xxiij. quæſt. j. hoc videtur ex æquiparatione ſacerdotum ad ipſos profeſſores iuris, l. j. ff. de iuſt. & iu. dicit tamen Cy. in dicta l. ij. quòd non valet donatio, ſi tamen tradiderint, non repetunt, videtur tamen quòd fiſcus eccleſiæ poſſit illud repetere, nam eccleſia habet fiſcum, gloſ. in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. no. in c. cum ſecundum, de hær. in vj. ar. in l. Lucius, ff. de iu. fiſ. l. ij. C. de condi. ob tur. cau. no. Præpo. in ru. de dona. inter vir. & vxor. Vtrũ autem mulier teneatur reſtituere pecuniam quam recepit pro carnali opere, & cui, vide Henr. in ca. peruenit, de adulteriis, & quod dictum eſt ſupra de milite, intellige de donatione inter viuos: quia miles poſſet legare meretrici, cum ceſſet ratio propter quam eſt inhibitum donare, quia ſic poſſet priuari armis militaribus præ nimio amore: vt d §. mulier.

Concubinæ clerici nihil poſſunt dare.

Eccleſia habet fiſcum.

(* 1) Hunc punctum proſequitur gl. concor. iſto titu. col. iiij. ver. ſeptima pœna. Probus.

(* 2) Quod militet argumen. de vno milite ad alium, id eſt de milite militantis eccleſiæ, & milite armatæ militiæ, ponit latè Nicol. Euerard. ar. xxij. in locis legalibus. Probus.

d ¶ Cohabitare) Ad ſcandalum vitandum, & vt tollantur filij teſtes fornicationis

Digitized by Google

Filij ſacerdotum an ſint ſerui eccleſiæ.

parentum, (*1) & videtur quod huiuſmodi filij ſacerdotum debeant ſeruituti eccleſiæ mancipari, c. cum multæ, xv. quæ. fi. vbi patet quod filij ſacerdotum ſunt ſerui eiuſdem eccleſiæ de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, no. xxvij. qu. j. impudicas, dic quòd huiuſmodi pœna ſeruitutis habet locum cum fœmina de facto fuit ducta in vxorem à clerico in ſacris conſtituto, qui ex hoc excommunicationem incurrit, cle. j. de conſan. & affi. nam quia fuit maior præſumptio, maior imponitur vindicta, vnde tam mulier quàm filij ex tali præſumptione geniti rediguntur in ſeruitutem eccleſiæ, xxxij. diſt. eos, & d. c. cum multæ, ſed dicit ibi gl. quod eccleſia perdidit hoc ius cum non fuit eo vſa, quod non placet Panor. in c. ij. de coha. cle. & mulie. quia cum non ſit memoria apud nos quod conſtitutus in ſacris duxerit vxorem, non poſſumus dicere quod illud ius ſit ſublatum, cum caſus non acciderit pro hoc, quod no. Cy. in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. Io. And. in c. Ioannes, de cle. coniu. in c. fi. de conſue. ſed ſi accidiſſet iſte caſus, & eccleſia non curaſſet illos in ſeruitutem redigere: poſſet procedere dictum illius gl. conſuetudinem tamen non extenderet (*2) de loco ad locum iuxta no. per Inno. in cap. fi. de offi. archi. Filij ergo clericorum ex concubinatu procreati, non debent cohabitare cum patribus ſuis, ſed debent eos patres facere morari longè à ſua conuerſatione, ad hoc c. j. de coha. cle. & mu. de æquitate tamen canonica debebunt eos alere, (*) etiam de fructibus eccleſiæ, ſi alias bona non habeant, cum teneantur prouidere pauperibus, licet peccauerint eos procreando, ad hoc, c. cum haberet, vbi doct. de eo qui dux. in ma. ne filij priuati alimentis pereant, no. Panor. in c. coniugatus, de cleri. coniug. Bal. in l. id quod pauperibus, C. de epiſ. & cl. licet de rigore iuris ciuilis ſpurij non alantur, in authen. ex complexu, C. de inceſ. nup. Nec poteſt pater eis aliquid dare, naturalibus ſic, l. j. C. de natu. l. no. Iaco. de Arc. in l. omnes, §. Lucius, ff. de his quę in frau. cre. patet in authen. quib. mo. na. ef. ſui, ad fi. col. vij. latè per Ia. de Bel. in quæſtione quæ incipit, pater habens filiũ, dicit Bald. in l. fi. §. ſi à ſocero, ff. de his quæ in frau. cre. quòd de æquitate canonica poteſt pater donare & legare ſpurio, vt habeat pro alimentis, per dictum ca. cum haberet, vbi Panor. ad hoc, l. officio, C. de nego. geſt. no. Bar. in l. ſi gener. ff. de his qui, vt in d. & in d. aut, ex complexu. Bal. in l. j. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicit quòd vltra alimenta non valet relictum, ff. de pro. l. qui teſtamentum, qui, mo. na. eff. ſui, ad fin. niſi pater relinqueret ſpurio ſi legitimabitur, ar. l. in tempus, & ibi Bar. ff. de hære. inſti. Bar. in l. gallus, §. & quid ſi tantum de lib. & poſ. Aut ſi ingrediatur monaſterium: quia tunc tenet relictum ſecundum Guil. de cu. quia ſicut per oblationem curiæ legitimantur: ita per oblationem monaſterio, (*) quod eſt notatu dignum, & vult Ludo. de Ro. in authen. ſimiliter, C. ad l. Bal. ſpeciale eſſe in monacho ſpurio, vt ei poſſit legari, ingreſſus enim religionis omnem maculam abſtergit, in auth. de mona. col. j. in prin. & omnem ingratitudinem, xix. q. fi. §. fina. & irregularitatem, c. j. de fil. preſbyter. & vide Bald. in l. cam quam, C. de fideicommiſ. & ibi, an tranſeat ad hæredes ſpurij relictum ei pro alimentis. Cy. l. non omnium, C. de admi. tut. vbi dicit quod etiam ſpuria debet dotari de æquitate canonica, ad hoc, l. vxorem, §. naturalis, ff. de le. ij. & ibi Bar. no. Imo. in l. Lucius, ff. de le. ij. de naturali non eſt tantum dubiũ; quia eſt alimentandus, in auth. licet, C. de natura. l. ad hoc, l. fi. C. de do. pro. quod no. per Bar. in l. ſi quis à liberis, ff. de l. agnoſ. doct. in l. j. ff. ſolu. matri. Bal. in dicta l. cam

Presbyteri filios ſuos alunt.

Filio ſpurio pro alimentis poteſt pater legare.

Matrimonium legitimat illegitimos.

Digitized by Google

quam, etiam poterit pro dote relinquere filiæ ſpuriæ. Bar. in d. l. ſi gener. in l. Mæuius, §. duobus, ff. de le. ij. & in dicta auth. ex cõplexu. quia dos ſuccedit loco alimentorũ, no. Bar. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cõd. & demõ. Bald. in l. j. ius naturale, ff. de iuſt. & iu. Panor. in c. j. de deſpon. impu. & ibi Præpo. immo cauſa dotis fauorabilior eſt cauſa alimentorum, no. Cynus in dicta l. non omni. Panor. in dicto ca. j. in cap. peruenit, de arbi. Vnde ex prædictis ſequitur, quòd etiam de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis poteſt clericus filiæ ſuæ ſpuriæ legare pro dote intuitu eleemoſynæ, ſi non habeat aliunde (***) vnde poſſit ei ſubuenire, ad hoc. c. omnino, xxxj. diſtinct. c. non ſatis, lxxxj. diſtinct. ca. relatum, §. licet, de teſtam. ſubuenire enim tenetur potius propinquis, quàm aliis: dum tamen non faciat eos diuites, no. in cap. in eos, de hære. & ibi Panorm. in cap. j. de coha. cler. & mu. in dicto cap. coniugatus. (* 3) Sed an per ſtatutum municipale poſſit permitti vt ſpurius inſtituatur hæres à patre? ponit Bald. & ibi legiſ. in l. cunctos populos, C. de ſumma trinita. Freder. conſi. 270. & dic quòd non, ex defectu poteſtatis: quia ius legitimandi ſoli principi competit, & eſt ſibi reſeruatum, in authen. quibus modis na. ef. ſui, §. fina. & eſſet contra ius diuinum quo prohibentur filij ſpurij ſuccedere, præſertim cum legitimis, Geneſ. 21. ad Gala. 4. vbi dicitur, Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, xxxij. quæſt. ij. non omnis, & quæſt. iiij. dicat aliquis, xxxv. quæſt. vij. quid eſt, vbi dicit Auguſt. Lege Dei conſtitutum eſt, vt nati ex inceſtuoſo coitu, nec filij reputentur, nec parentibus ſuccedant. Ex defectu etiam honeſtatis non valeret huiuſmodi ſtatutum, cum per illud inducerentur homines ad peccandum, ar. ad hoc c. ex parte, de conſuet. & etiam hoc per Petr. de Anchor. in repe. cap. 1. de conſtitut. in regul. 2. de regul. iur. in 6. dom. Antho. in repe. cap. per venerabilem, qui filij ſunt legiti. latè per Antho. de are. in tracta. legi. l. ij. Cautelas tamen quibus poteſt relinqui ſpurio, vide per Bart. in l. ſi is qui duos, ff. de libe. lega. dicta l. ſi gener. Bald. in dicta l. Gallus, §. quòd ſi is, in l. hac edictali, C. de ſe. nup. Iaco. de Bel. viſu, in dicta quæſtione omnino, per Bertha. in repeti. in ver. pater volens, vbi ponit xix. cautelas, caueat tamen relinquens de conſcientia (* 4) & fraude. Vnde ſi pater fatetur ſe debitorem filij ſpurij, non tamen poteſt ex hoc ſibi aliquid dare, nec confeſſio obligat, dicta l. qui teſtamentum, l. cum quis decedens, §. Titia, & ibi Bart. ff. de le. iij. dicta l. j. C. de natu. li. quod no. Ioan. And. in addi. Specul. titu. de inſtrum. edi. §. nunc autem aliqua, ver. & ſcias, niſi pater iurauerit, dicta l. cum quis, §. codicillis, in authent. quod obtinet, C. de pro. & quicquid patris penes filium ſpurium reperitur, præſumitur per fraudem ad illum perueniſſe. Bal. in dicta l. j. de natu. lib. & circa alimenta & ſucceſſionem naturalium & ſpuriorum, vide plura in Specula. titul. de ſucceſ. ab inteſta. & titul. qui filij ſunt legitimi.

Clerici propinquis ſubuenire tenentur.

Statutum inducens ad peccandum non valet.

Filio ſpurio relinquere nõ eſt valde tutum.

(*1) Quo ad verò concernit beneficia eccleſiaſtica, id eſt an pater poſſit reſignare illa in fauorem filiorum, dico in tractatu diſpenſa. in 7. memb. quibus adde conſtit. Othonis in tit. ne ſuccedat in eccleſia filius patri, vbi ſtatuitur, & ſtatuendo prohibetur, vt eccleſiarum prælati filios huiuſmodi in beneficiis quæ patres eorum quocunque titulo tenuerunt, in totum vel in partem quocunque colore vel fraude inſtituere vel admittere immediate de cætero non præſumant, & illos qui iam illicitè beneficia huiuſmodi ſunt adepti, decernit fore priuatos. Probus.

EEEee ij

Digitized by Google

(*2) Iſtud eſt pluſquam naturale, cum nullum ſit animantis genus, quod non alat fœtus ſuos, etiam leones, & viperæ, ideo multo magis homines debent hoc facere, naturalis enim ſtimulus parentes ad educationem liberorum ſuorum hortatur. l.j.§.taceat. C. de rei vxo.actio.. Probus.

(*3) Iſtud per plura firmo in ij. præludio tractatus penſionum, vbi idem dico de præſcriptione & priuilegio. P.

(*4) Id eſt per monaſterij ſeu religionis ingreſſum, qui tamen tantæ non dicitur efficaciæ, quòd ſi vidua profeſſionem regularem emittat, quòd propter hoc priuilegia quæ ratione mariti habebat, non perdat, ac ſi ad ſecundas volaret nuptias, ita ſentit glo. in c. ſcripſit. xxvij. q. ij. quam pro hoc allegat Alexan. in apoſtil. ad Bar. in l. filij. §. vidua. ff. ad muncipa. quod fit, quia tunc nomine mariti non viuit, ſed tanquam monialis. Ex quo infero, quòd illa amplius non dicitur de domo aut familia defuncti mariti, inſtar viduæ nuptę, ait idem Alex. in con. xx. volu. ij. quod verum niſi à principe impetrauerit priuilegium vt gaudet prærogatiuis viduitatis, l. fi. vbi Bar. ff. de ſenator. gloſ. in l. mulieres, de dig. lib. xij. ca. Probus.

non permittant [a].

Secularibus quibuſcumque, etiam regibus, ne quocumque quæſito colore prælatis contra cõcubinarios procedentibus impedimentum inferant, iniungitur. Probus.

Iubet [b] † [c] inſuper hæc ſan-

(*5) Quando quis dicatur non habere aliunde vt ſe alat, ponit Bal. in ſimili de vidua in con. xxx. ſicut dixi. vol. ij. quod proſequitur Sozi. in l. diuortio. in prin. in fi. col. ff. ſolu. matrimonio. Præterea dic quòd regula eſt, quòd qui aliunde habet vt ſe poſſit alere, alios ad illum alendum non poteſt cogere. l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſ. Poſtremò inquit Præpo. in ca. ius naturale, col. ij. diſt. j. quòd ſi quis tenetur aliquem alere, ſufficit quòd eum faciat recipi in aliquo hoſpitali, vel domo Dei, aut quòd procuret ei vnam præbendam vnde alatur. l. prima. §. ſed ſi vnus, ff. de lati. liber. tol. quod verum ſecundum Bal. ibi, ſi ille qui debet alimentari, ſine dedecore poteſt ibi morari, vel propter nobilitatẽ hoſpitalis, vt quia eſt perſona viliſſima. P.

Teneri aliquẽ alere.

(*6) Hunc punctum per multa comprobo in tractatu diſpenſationum, membr. 10, ver. ſecundam facio. Probus.

(*7) Quam obligant iura etiam ciuilia, vt probo in tract. penſio. parte iij. q. 6. P.

a ¶ Permittant) Hoc eſt fundatum in iure diuino Gene. 21. ad Galat. 4. & in iuribus ſuprà alle. vbi dicitur. Eiice ancillam, & filium eius, eiiciant ergo concubinarij, concubinam, & liberos. xlvij. diſtinct. quantumlibet.

b ¶ Iubet) Primo incitat prælatos, vt omnes ſubditos ad dimiſſionem concubinarũ moneant. Secundò prohibet impedimentum fieri prælatis cõtra concubinarios inſurgentibus. Tertiò monet laicos à concubinatu abſtinere. Secunda ibi, iniungit. Tertia, & cum.

c † ¶ Iubet) Ideo faciendum, quia iuſſus neceſſitatem importat. no. Archid. in c. pe. & vlti. xiiij. q. j. vbi ponit differentiam inter iuſſum & mandatum. P.

Digitized by Google

a ¶ Etiam) Implicat. q. di. non ſolum publicetur hæc conſtitutio in Eccleſiis cathedralibus, vt in princi. ſed etiam, &c.

b ¶ Prædictis) §. quòd ſi hi.

c ¶ Quilibet) Superior, ſiue Epiſcopus, ſiue inferior, quicunque ſit, cum diſtributiuè loquatur, debet enim vigilare ſuper gregem, cap. irrefragabili. de offi. ordi. & monere ſubditos ad dimiſſionem concubinarum, ſed priuatio beneficiorũ in cõtumaces habet de iure fieri per diœceſanos, vt no. ſuprà. §. quòd ſi hi.

cta ſynodus, vt etiam [a] in prædictis [b] ſynodis & capitulis hæc conſtitutio publicetur, vt quilibet [c] ſuos ſubditos, ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat [d] † diligenter.

Iniungit [e] præterea omnibus ſecularibus viris, etiam ſi regali [f] præfulgeant digni-

d † ¶ Moneat) Aliàs ſi negligens in hoc fuerit, & ad ipſos concubinarios puniendum, poteſt ſuſpendi, probat gloſ. conſti. Othonis, in tit. de concubi. cler. remo. in verbo incorrectam, & in ver. dignè. quæ dicit quod prælatus tales non caſtigans dicitur non curare, ſed occidere, & potius eſt canis impudicus, quã Epiſcopus, quod probat, ſubdens quòd ſana poteſtas in hac parte ad ſuperiorem deuoluitur, & particeps criminis efficitur, ac peccare mortaliter, no. Io. And. in c. ij. ne præla. vices ſuas ad quæ attendant prælati hodierni, qui (ſaltem maior pars) nõ attendunt, ſed potius tales tolerant, aut ſuis viribus fouent tanquam commenſales, & nonnunquam corriuales, ſic ſanguis aliquando exquiretur à manibus eorum, tunc videbunt quid proſit negligentia, ac diſſimulatio, burſaliſque cupiditas, ideo eos pœnitebit, locus tamen non erit pœnitentiæ, non enim poterunt dicere ſe mortaliter non peccaſſe, aut hæreticos non fuiſſe: quia ſi crediderint Baſilien. concilium Eccleſiam militantẽ repręſentans, ſic contra eos diſponere non potuiſſe, verè in crimen hęreſis inciderunt, ſi vero crediderunt, & contrarium fecerunt, mortaliter peccauerunt, dicit Ioan. Mona. in c. generali. nume. 8. de elect. in vj. & poſt eum Henri. Boic. in ca. dudum, ij. nu. 2. eodem titu. ad quod attendant clerici & prælati barbati huius noſtræ tempeſtatis: quia alterum prædictorum habent fateri, cum iuribus ſubſint, & illis derogare non poſſint, illáque per ſua fantaſmata non obſeruare, minúſque quadam communi ſe excuſare obſeruantia (etiam curialium Romæ) quam dicunt morem, aut conſuetudinem inueteratam, nos autem iuris corruptelam, & ſi dicere fas eſſet, fatuitatem, ac ſacrorum canonum contemptum, prout & poteſtatis clauium. Si ergo à prædictis pœnis immunes eſſe velint, aut à delatione huiuſmodi oblongæ barbæ deſinant, aut conſtitutiones delationem illius prohibentes, abrogare per concilium Tridentinũ procurent, aliàs non erunt in tuto, ſi bene ſenſerim ipſe ego. P.

e ¶ Iniungit) Ergo obligat ex præcepto ad hoc, no. in cle. ij. in ver. iniungimus, de reli. do.

f ¶ Regali) Concor. c. fundamenta. §. vt ergo. de elect. in vj. xviij. diſt. quoniam in extraua. Ioan. xxij. ſi fratrum, §. quia ergo. cum ſi.

Digitized by Google

tate, ne vllum qualecunque inferant impedimentũ quocumq; quæſito colore [a] prælatis, qui ratione officij ſui aduerſus ſubditos ſuos pro huiuſmodi cõcubinatu procedunt.

Omne fornicationis crimen lege diuina eſt prohibitum, & ſub pœna peccati mortalis euitandum, ideo laici tam vxorati, quàm ſoluti, à concubinatu abſtinere monentur, aliàs per ſuperiores puniantur.

Et cum omne fornicationis [b] crimen [c] † lege diuina [d] prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis [e] neceſſariò euitandum,

a ¶ Colore) Cap. auaritiæ. de elect. in vj. ſuprà de elect. cap. j. §. facta. ver. & vt omnia. de annatis, cap. j. cum ſi.

b ¶ Fornicationis) Hoc nomen generale eſt ad omne genus illiciti coitus, & comprehendit ſub ſe fornicationem ſimplicem, adulterium, ſtuprum, inceſtum, & raptũ, xxxvj. quæ. j. §. cum ergo.

c † ¶ Crimen) Id eſt peccatum, quod committitur completè per quatuor, quorum primum eſt cogitaſſe fornicationẽ. 2. cogitationibus aquieuiſſe. 3. mente decretum opere compleuiſſe. 4. poſt peccatum pœnitentiam non egiſſe, & in ſuo ſibi complacere delicto. c. ſemper tribus, de pœn. diſt. prima. P.

d ¶ Diuina) Eſt præceptum decalogi Exo. 20. Non mœchaberis, xxxij. q. vj. nõ mœchaberis. Deutero. 23. ibi, non erit meretrix. ad hoc vide no. in clemen. ad noſtrũ, in ver. non eſt. de hæreti. & ibi moder. Hen. in cap. quia circa. de biga.

e ¶ Mortalis) (*1) xxij. q. j. prædicandum, xxv. diſt. §. alias, ad Gal. 5. præmiſſa fornicatione, & quibuſdam aliis vitiis, ſubdit, quia qui talia agunt, regnum Dei non cõſequuntur. Ab hoc autem nihil excludit, niſi peccatum mortale. & Tob. 4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & prẹter vxorem tuam (*2) nunquã patiaris crimen ſcire, ſed crimen importat mortale. lxxxj. diſtin. cap. j. ad hoc de pœ. & re. Deus qui. 1. ad Corint. 6. Fugite fornicationem, & contrarium dicere, hæreticum eſt, cle. ad noſtrum, §. vij. de hære. de iure autem ciuili veteri non erat reprobatus concubinatus, ff. de concub. per totum, C. eo. tit. l. j. à contrario ſenſu. not. in l. in liberæ, ff. de ritu nupt. Bart. in l. in concubinatu. ff. de concubi. & ſecundum illud ſicut non poterat quis habere plures vxores eodem tempore. l. j. ff. de his qui not. infa. & l. quid ergo, ita nec plures concubinas, dicit text. in l. item in legato. §. parui. ff. de lega. iij. quod inter vxorem & concubinam ſola dignitate eſt differentia, hoc eſt inſpecto iure naturali quo non erat perſonarum dignitas, in authenti. de mona. §. hic autem, col. j. viij. diſtinct. quo iure in authent. qui. mo. na. effi. le. §. liceat. col. vj. non eſt differentia, ſed iure ciuili inſpecto quo eſt perſonarum electio, eſt differentia. Vide Ioan. Andr. in regula ſine culpa. de regul. iur. lib. vj. in mercu. mere-

tricium tamen improbat ius ciuile. §. ſi autem effuſa. in authen. de trien. & ſemiſ. col. iij. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi vero effuſa. l. vulgo. ff. de ſta. ho. no. inſtit. de nup. §. penul. licet non ſit punibile per legem ciuilem, quia vilitas vitæ non patitur meretrices laqueis legũ innodari. l. qui adulterium, C. de adult. ideo dicunt gl. & doct. in l. j. C. de rap. virg. quòd raptus non cadit in meretrice. glo. & Barto. in l. ſi vxor. §. j. ff. de adulte. in l. verum, de fur. Pau. de Caſt. conſi. 203. quod verum ſi remaneat in ſua vtilitate. poſtquam enim ſe palam proſtituit, non videtur poſſe repellere venientes, ar. ff. fur. ad. nau. cau. ſtabu. l. j. in fi. ff. quod no. in l. j. ff. nau. cau. ſta. in princi. vbi autem vellet recedere ab illa peſſima vita, & pœniteret, videtur quòd eam rapiens teneretur pœna raptus, ar. in authent. de leno. §. mulieres itaque. col. iij. c. inter opera. de ſponſ. ſic poteſt intelligi inſtitu. de publ. iudiciis, §. ſi autem, ibi, vel alte. ad hoc. l. imperialis, C. de nupt. no. Ia. de are. & Saly. in d. l. j. C. de rap. virg. Quæ autem dicatur meretrix, habetur xxxij. q. iij. meretrices, gloſ. & Panor. in d. ca. inter cætera. Sed non ſolum lege diuina concubinatus & meretricium ſunt damnata, vt dictũ eſt, ſed etiã ſecundum canones, d. c. meretrices, xxxij. q. iiij. nemo. & hic cũ ſi. Eccleſia tamen ſub diſſimulatione pertranſit meretriciũ cauſa maioris mali vitandi.

Raptus in meretrice non cadit.

Meretriciũ eſt damnatum.

(*3) Nam ſæpenumero propter maius malum vitandum toleratur minus, c. duo. ca. nerui. xiij. diſtin. & dicit Hoſt. in ca. lator. qui fi. ſunt legi. quod etiam leges nouæ damnauerunt fornicationem & lenocinium, in d. auth. de leno. ad hoc de fi. na. ex ma. ad mor. con. ca. j. col. x. in auth. ſce. mu. non ſo. colla. v. in auth. vt non lux. ho. col. vj. per quem text. dicit Bal. quòd etiam dato quòd cõcubinatus à iure ciuili eſſet permiſſus, tamen concubina non dicitur honeſta materfamilias: vt not. in l. ſtuprum, ff. de ritu nupt. & dicit imperator, caſtitatis ſumus amatores in authen. quib. mod. na. effi. le. §. illud. col. vj. & vbi de peccato agitur, leges imitantur canones, in authẽt. quo. opor. Epiſco. in princi. col. j. in authent. vt cle. apud pro Epi. ad fi. col. vj. cap. clerici. de iudi.

(*1) Sanctus Tho. in iiij. ſenten. diſt. xxxiij. art. iij. dicit quòd habere concubinam eſt contra legem naturæ, & peccatum mortale: quod proſequitur Panor. in ca. vt clericorum, de vi. & ho. cleri. Quod licet ſit contra legem naturæ, eſt tamen à natura ſtimulatum, adeo quod lex miratur ſi humana natura à coitu ſe compeſcat, cum illa dicat, quid enim feruore amoris vehementius? §. optimum, in auth. de non eligen. ij. nub. colla. j. & in authent. quibus mo. natu. efficiantur legiti. §. nihilominus, col. vj. Probus.

(*2) Iſtud facit ad reſponſum quæſtionis dum petitur, quare potius punitur fornicatio à iure, quàm ſuperbia, & alia peccata mortalia, cum natura ad hoc compellere dicatur: vt ſuprà in proxi. addi. dixi? dic id fieri, quia vno modo coire eſt conceſſum, vt hic dicit gl. ideo omnibus cæteris modis videtur prohibitum, l. cum ita. §. j. in fi. ff. de conditio. & demonſtratio. argu. cap. nonne. de præſumpt. l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. vel ſit vt ſit differentia inter homines & animalia bruta, quæ indifferenter coeunt. vel, & tertio, vt mereantur per propriorum corporum martyrizationẽ, vel quarto, quia licet alia plura vitia ſint maioris culpæ, tamẽ fornicatio eſt maioris infamiæ, arg. l. verum, ij. ff. de furtis, vel & quinto, quia nõ reperitur caſus in quo coitus licit⁹ ſit extra legẽ cõiugij. dicit hæc gl. tex. in c. meretrices, in fi. xxxij. q. iiij. P.

Digitized by Google

(*3) Iſtud latè firmat Luc. de Penna in l. ſancimus, col. j. de conſulibus & non ſpargen.li.xij.C.quod abſurdum permittitur,vt abſurdius euitetur,l.ita vulneratus, §.quod ſi quis,in prin.ff.ad legem Aquiliam.

Fornicationem fugiant laici ſub pœna peccati mortalis.

a ¶ Monet) Id eſt iubet & præcipit, attento quòd de fornicatione loquitur, quam etiam laici vitare debent ſub pœna peccati mortalis: vt hic,cum concor. (*) verba autem ſunt accommoda materiæ ſubiectæ,ad hoc tex.cum gloſ.xj.q.iij.rogo. in cle.exiui,de ver.ſig.no.Panorm.in c. nam concupiſcentiam,de conſt.c.j.in c.cler.de vi.& hone.cler.ad hoc,ij.quæſt.j.notum, xxviij.q.j.ſic enim,ff.de lega.iij.l. fideicõmiſſa,§.hæc verba. Oldr.conſi.80.

(*) Non eſt igitur dubium etiam quòd laicis iure põtificio non ſit prohibita fornicatio, ca.dicat, & c.nemo,& c.meretrices,& c.in eo.xxxij.quę.iiij.ſic multo magis clericis.Profectò hæc peſtis propter nimiam contagionem indiget ferro ignito,c.ecce.xxiiij.q.iij. ferro enim abſcindenda ſunt vulnera quæ fomentorum non ſentiunt medicinam,ca.quàm plurimos, lxxxij. diſt. equidem ſcabioſa ouis à caulis eſt repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant,corrumpantur,putreſcant,& intereant,c.reſecandæ,xxiiij.quæſt.iij. Probus.

monet[a] omnes laicos [b]† tam vxoratos quàm ſolutos,vt ſimiliter à concubinatu abſtineant. Nimis[c] enim reprehẽſibilis[d] eſt, qui vxorem[e] habet, & ad aliam mulierem

b † Laicos) Quare hic ſpecialiter concilium diſponat contra laicos,vrgent quæ tradit Præpo.in c.ſi quis viduam,34.diſt. Probus.

c ¶ Nimis) Id eſt multum: vt, nimis honorati ſunt amici tui Deus, &c. l. inteſtato, C.de ſuis & legiti.hære.vel capitur hic comparatiue,id eſt pluſquam ſolutus,ad hoc, xxxij.q.vij.quemadmodum,& c.ſeq.

d ¶ Reprehenſibilis) Maritus reprehenſibilior eſt ad aliam accedens,quàm vxor accedens ad alium,cum & virtute vincere,& exemplo regere debeat vxorem, ca. indignantur,c.non mœchaberis,xxxij. q.vj.cum ibi no.Et vſque adeo exoſa eſt fornicatio inter coniugatos,quòd ſicut pro ſæuitia mariti poteſt vxor ab eo recedere,nec eſt reſtituenda niſi præſtet cautionem,c.ex tranſmiſſa, ca.literas,de reſti.ſpo.ita ſi vir tenet concubinam in domo,poteſt vxor ab eo recedere, nec erit reſtituenda, niſi præſtet cautionem de expellenda concubina & non tenenda,no. Bal.in cap.j. vt lit.non conteſt. not. in ſi. in l. non aliter, ff. de vſu & habita. Præpo. in capitu. ex parte de ſponſa.

Vxoris appellatio an comprehẽdat ſpõſam de præſenti non cognitam.

e ¶ Vxorem) Appellatione cuius venit ſponſa de præſenti, etiam ante carnalem copulam,nam ſolus conſenſus facit matrimonium,xxvij.q.ij.ſufficiat,ideo ſi allegatur alicui,C.ſi contraxerit matrimonium, habebit legatum, ſi contraxerit per vèrba de præſenti,licet matrimonium non conſummauerit,l.cui fuerit,ff.de conditio. & demon.no.Moder. in ru. de ſpon. per quod dicunt quod ſtatutum loquens de vxore, habet locum in ſponſa de præſenti non cognita.ſentit glo.in c.ſi vero,j.in ver.vxore,de ſenten.excom. Panor.in ca.ij.loco,de præſump. Bal. in l.non ſine,C.de bonis quæ lib.niſi exprimatur de carnaliter cognita. Bald.in l.Deo nobis,de epiſ.& cle.de quo

Digitized by Google

quo doct. in expoſitione ſuper arborem affi. vnde ſtatutum quòd mortua vxore ſine liberis maritus lucretur dotem, intelligitur etiam de non cognita Barto. in l. nihil, ff. re. amo. fa. l. cum hic ſtatus, §. mulier & maritus, ff. de do. inter virum & vxorem, quod no. gloſ. xxij. quæſtio. ij. cum initiatur, cap. quapropter, & ſe, ex quibus patet quòd Maria fuit vera vxor Ioſeph, & tamen non cognita, hoc placet Matthæo de Mat. in dicto cap. ſi vero, per Panorm. in cap. ex publico, de con. coniu. ſed Ia. de Sochis, in d. ru. dicit contra, quia dictum ſtatutum duplici ratione venit reſtringendú, tum quia contra ius commune, tum quia pœnale, cap. ſtatutum, de elect. in vj. capit. odia. de reg. iur. eodem lib. vnde quamuis dicatur quòd ſponſa de præſenti ſit vera vxor, hoc intelligitur largo modo & in materia fauorabili, ſecus in materia ſtricta. fa. d. cap. ex publico, in fi. vbi appellatione viri & vxoris intelligitur de his qui matrimonium conſummauerunt, bene fa. inſt. de nup. §. & ſi vxor. in fine, vbi ſponſa patris mei non cognita (*2) non dicitur mihi nouerca: & ſponſa filij mei non cognita non dicitur mihi nurus, quod fa. ad ſtatutum quo cauetur quòd vxor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu mariti, & ad illud quòd filia maritata non ſuccedat in bonis patris, & ad conſuetudinem quòd mobilia & conquæſtus ſunt communia inter virum & vxorem, ſi eſt ſponſa de præſenti non cognita, an habeat in ea locum, deciſio colligitur ex prædictis. Sed an ſtatutum loquẽs de vxore habeat locum in ſponſa de futuro, no. doct. in d. ca. ſi vero, moder. in d. rub. de ſpon. plene in expoſitione ſuper arbo. af. Cy. & doct. in dicta l. non ſine.

Patris ſpõſa non eſt nouerca.

Cõquæſtus & mobilia ſunt inter coniuges communia.

(*1) Sed an aliqua poſſit dici vxor Petri poſt mortem ipſius? dic quod non. probat Nellus in tract. de bannitis 2. parte 3. temp. dum ait, ſtatuto cauetur quòd vxores bannitorum perpetuò ſint bannitæ, ſi Petrus bannitus præmortuus eſt vxori, tunc amplius illa non eſt bannita, quia expirauit bannum, quia verbum perpetuò intelligitur quandiu manſerit vxor, dicit Iacob. de Aretio in l. Titia Seio. §. vſuras, de lega. 2. argum. illius tex. tum quia amodo non eſt vxor. l. quintus, de do. inter vir. & vxor. & l. qui tibi, ff. de auro & arg. in ſimili accipitur perpetuò in l. de bonis, §. j. ff. de carbo. edict. & l. ij. §. fi. de ca. d. Et in alio quis perpetuò ſit excommunicatus. i. quandiu non purgauerit contumaciam, cap. reperiuntur, j. quæſtio. j. Præpo. poſt Archiepiſ. in cap. in nomine domini, col. vj. diſt. xxiij. Tum vlterius in propoſito, quia pœna eſt impoſita ſub nomine appellatiuo, videlicet vxores, ergo finito nomine finitur pœna, ſicut finito nomine agnationis, tutelæ finiuntur, quæ deferuntur vt agnato, l. tutelas, ff. de cap. dim. Probus.

Vxor an dicatur poſt viri mortẽ.

Perpetuò dicitur.

(*2) Refert enim an vxor fuerit carnaliter cognita quo ad multa, primo quo ad ſepulturam, quia ſi fuerit, tunc debet in ſepulchro mariti ſepeliri, cum per copulam effecti ſint vna & eadem caro, ideo inquit tex. in §. ebron. xiij. quæſtio. ij. quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum, ideo ſi non eſt cognita, ibi non ſepelitur. Sed quid ſi fuit ducta & cognita, & poſtea à viro tanquam adultera repudiata mediante iudicis ſententia? Dic quòd non ſepelitur, quia deſiit eſſe de domicilio mariti, niſi poſtea eam reconciliauerit, quod poteſt, capitu. de illa, de diuor. quod proſequitur Petrus de Peruſio in tracta. de Cano. paro. capitu. 9. nume. 20. & ſeq. Probus.

Vxor carnaliter cognita.

Vxor adultera repudiata.

a ¶ Accedit) Quod non licet, etiam ſi ex coniuge prolem ſuſcipere non poſſit. Non enim eſt licitum pro neceſſitate prolis concubinam habere, vel econtra mulieri habere amaſium, cap. nemo, xxxij. quæſtio. iiij. cum multis ca. eodem cap. & quæſt. no. Gaſ. & Car. in ru. de ſpon. du. quia propter bonum non eſt faciendum malum, cap. ſicris, quod me, cau. cum ſi. licet olim tempore neceſſitatis hominum ad multiplicationem prolis fuerit licitum, cap. recurrat, cap. dixit Sara: xxxij. quæſt. iiij. (*)

accedit [a]. Qui vero ſolutus eſt, ſi continere [b] nolit, iuxta

(*) Merito dicitur quòd talis accedens eſt infamis, nam inquit Iacob. de Aret. & doct. in l. j. in fine, ff. de his qui no. infa. ſicut ibi dicitur quòd contrahens binas nuptias ſiue ſponſalia eodem tempore, eſt infamis, idem erit ſi eodem tempore habeat vxorem & concubinam, quòd licet illud lege non reperiatur cautum, tamen idem eſt dicendum ex mente d. legis, ne plus habeat luxuria caſtitate. Probus.

b ¶ Continere) Continentia ſuaderi poteſt, imperari non poteſt, xxxij. q. j. integritas, niſi aliqui feciſſent ſibi præiudicium vouendo, vel ſacrum ordinem ſuſcipiendo, xxvij. quæ. j. vt lex continentiæ, & continentia in ſacro ordine non eſt voti, taciti vel expreſſi, no. doct. in c. cum, de cle. con. Car. in rubri. qui cle. vel vo. Ioan. Andr. in c. j. de vo. lib. vj. in no. ideo ordo ſacer eſſentialiter non impedit nec dirimit matrimonium, ad hoc quod no. Ioan. Andr. in regula, ſemel Deo, de reg. iur. in vj. in no. ſed hoc eſt ex conſtitutione eccleſiæ, xxxij. diſt. & xxviij. diſt. per totum, & tempore primitiuæ eccleſiæ licebat presbyteris, & ſic conſtitutis in ſacris vxorem ducere, c. quoniam, c. aliter, xxxj. diſt. dummodo die celebrationis abſtinerent à coniugibus, poſtea in Occidentali Eccleſia venit prohibitio, vt conſtituti in ſacris deberent continere, d. c. aliter, c. Nicæna. ca. diſt. & dicit Car. vbi ſuprà quod hoc præceptum dat materiam illaqueandi plures animas propter fragilitatem noſtram, ideo credit quod ſicut eccleſia indixit hoc præceptum continentię, quod quandoque reuocabit, & erit conueniens dicto apoſtoli reuocatio, qui dicit, 1. ad Cor. 7. De virginibus præceptũ non habeo, conſilium autem do. & dicit Panorm. in d. ca. cum olim, quod pro bono & ſalute animarum eſſet ſalubre ſtatutum, vt volentes continere & magis mereri, relinquerentur voluntati eorum: non valentes autem continere, poſſent contrahere: nam experientia docente contrarius prorſus effectus ſequitur ex illa lege continentiæ, cum hodie non viuant ſpiritualiter, nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu, cum eorum grauiſſimo peccato, vbi cum propria vxore eſſet caſtitas, d. ca. Nicæna, vnde deberet eccleſia facere, vt dicit, ſicut bonus medicus, vt ſi medicina experientia docẽte potius officit quàm proficit, eam tollat, & quòd eccleſia poſſit tale ſtatutum facere, no. etiam Hoſt. in cap. rurſus, qui cle. vel vo. & Præpo. ſuper illa rub. ſed dicit Cardi. & bene, in cap. fina. de fri. & male. quòd ſi daretur clericis in ſacris conſtitutis contrahendi matrimonium licentia, eueniret magnum ſcandalum, ideo conſulit illud euitandum: & de hoc aliàs fuit habitus ſermo in concilio Baſilien. ſed non miſit concilium illud permittere, & merito: (*) tantum enim placet Deo integritas corporis, quòd ex virgine naſci voluit, xxvij. quæſt. ij. §. cum ergo, & ca. inuenta, & cauſas quare fuit indicta caſtitas clericis, vide per Ioan. Andr. in cap. quod à te, de cleri.

Presbyteris quandoque licuit vxores ducere.

Digitized by Google

coniuga. & de priuilegiis virginitatis, doct. in c. cauſam, de procura.

(*) Hanc partem teneas tanquam ſaniorem, vt per multa probat dom. Robertus Arboricen. epiſcopus in ſuo tracta. de tuendo ſacro cœlibatu, & Bernardi. Patau. in lib. de coniugio & conti. ſacerdo. Probus.

a ¶ Apoſtoli) Pau. per antonomaſiam, gloſ. in cap. iij. de pœ. & re. in cap. forus, de verbo. ſignifica.

apoſtoli [a] conſilium [b] vxorem ducat. pro huiuſmodi autem diuini obſeruantia præcepti, hi ad quos pertinet [c], tam ſalutaribus monitis, quàm aliis canonicis

b ¶ Conſilium) 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem, ſcilicet vitandam, vnuſquiſque ſuam vxorem, & vnaquæque virum ſuum habeat, xxxij. quæſt. ij. §. his ita, §. j. xxix. quæſt. ij. & ait dominus Matth. 19. Qui poteſt capere, capiat, id eſt, qui poteſt continere, contineat, qui ſe non continet, nubat, xxvij. q. j. nuptiarum. (*)

(*) Non dicit fornicetur, vel adulteretur, ideo ſi mulier intra annum luctus hoc faciat, infamis dicitur, ac ſi matrimo. contrahat intra illum annum. Et licet pœna in hoc caſu finali ſit per ius canonicum ſublata, non tamen in caſu primo, notat Præpo. in ca. fi. col. pen. de ſecundis nup. Etiam eſt infamis ille qui cum tali muliere fornicatur. Bal. in l. j. ff. de his qui no. infam. & poſt eum Ioan. de Garro. in tract. de ſecundo nub. quæſt. xxix. Probus. *Vidua adultera.*

c ¶ Pertinet) Puta iudices eccleſiaſtici, nam concubinatus eſt crimen eccleſiaſticum, & de hoc tantum cognoſcit eccleſia: vt vult Gof. in ſumma. titu. competen. & Hoſtien. eodem titu. §. quibus ex cauſis, ver. ſed opponitur, quia ſecundum legem non eſt crimen, ff. de concu. l. in concubinatu. Freder. concil. clxij. quia habuit prohibitionem originalem ab eccleſia xxxij. quæſt. iiij. nemo, & maximè dicit hoc procedere quando mulier hoc delictum fornicationis commiſit cum clerico. nam ratione huius delicti efficitur de foro eccleſiaſtico, & à ſolo eccleſiaſtico puniri poteſt, facit xxxij. diſtinct. eos, quod no. ſupra §. proxi. in ver. arcere. Panormita. in capitu. cum ſit generale, de fo. competen. licet Hoſtien. in capitu. lator. qui fil. ſunt legitim. & domin. Antho. in dicto capit. cum ſit generale, ſentiant concubinatum eſſe mixtum crimen, & hodie eſſe prohibitum per ius ciuile, vt no. ſuprà in ver. mortalis, ſed dicit Panormitanus vbi ſupra legem ciuilem prohibere concubinatum indirectè: non autem directè. Non enim apparet quòd per iura in dicto verb. mortalis, allega. voluerit lex corrigere multas alias leges loquentes de concubinatu, ff. de concubi. per to. ff. de leg. iij. l. qui concubinam, cum ſi, & iura ſunt iuribus concordanda, cap. cum expediat, de elect. lib. vj. puto cum Hoſtien. iudicem ſecularem poſſe & debere punire laicos de concubinatu, nam leges ciuiles ſuper concubinatu promulgatæ, nullius ſunt momenti: tum quia ſunt expreſſæ contra ius diuinum Exodi 22. Deuteronom. 33. & hic, vnde legiſlator potius conuincitur errare, quàm legem ſtatuere, xxv. queſtio. prima, ſunt quidam, tum quia ſunt contra ſubſtantialia legis. Lex enim debet eſſe iuſta & ſancta, iiij. diſtinct. erit autem lex, & talis dicitur diuinitus promulgata, viij. diſt. quo iure. Item ſtatuerũt in materia peccati, quòd *Concubinatus facit mulierem de foro eccleſiaſtico.*

Digitized by Google

ad eas non pertinet.ca.nouit.de iudi.ca.per venerabilem,qui fi. ſunt legi. igitur tales leges ſunt nullæ,ff.de iuriſ.o.iu.l.fi.& pro non ſcriptis habentur, fa. quod not.in ca. poſſeſſor.de regu.iur.in vj.cum ergo lex dicat quòd iura ciuilia non dedignantur ſacros canones imitari.in authent.vt cleric.apud pro. Epiſco.col.vj.& caſtitatem diligant.no.in pro.grę.in ver. pudicos, & iura canonica ſtrictè prohibeant concubinatum & omnem fornicationem etiam in laicis,& concubinas eiici mandent:ergo ius ciuile idem debet velle:& maxime quia vbi concludit peccatum notorium,iudex ſecularis compellitur ſeruare ius canoni.cap.licet,de iureiurand.lib.vj.ca. decernimus, de ſenten.excom.eo.lib.& delictum ſecundum canones, debet eſſe delictum ſecundum ll.ad hoc enim imperator recepit gladium, vt puniret delicta, & adiuuaret Eccleſiam,xxiij. quæſt.v. principes, cap. text.cap. adminiſtratores.

Cõcubinatus eſt per ius canonicum prohibitum.

Quid de adulterio an ſit crimen mixtum? Ioan.Andr.dicit in cap.fina.de fo.compe.lib.vj.in no. quòd Eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere inter laicos de adulterio,niſi quando agitur ad ſeparationem tori. quem non ſequuntur moder. Vnde pro adulterio quinque pœnæ inueniuntur à iure ſtatutæ. Prima, ſeparatio tori, & quo ad iſtam imponendam eſt ſolum fori Eccleſiaſtici.c.tuæ.de procura.cap.j.de offi.ordi.cap. at ſi clerici. §. de adulteriis,de iudi.ſic poteſt intelligi gloſ.in cap.conqueſtus,in c.cum ſit.de fo.compe.quæ enumerat adulterium inter crimina Eccleſiaſtica. & Specul. titu. de compe. iudi.ad.§.j.ver.in criminibus,cap.ex parte.de ſpon.& ibi Præpo.Secunda, detruſionis in monaſterium : vt ibi lachrymis lauet peccatum, quod pudor eſt fateri. & pro iſta poteſt adiri etiam iudex laicus,in authenti.ſed hodie. C.de adulter.& Eccleſiaſticus,cap.gaudemus,de conuer.coniu. Tertia,quòd adulteri ſcinduntur in pannis ante & retro.& pro iſta poteſt adiri etiam iudex Eccleſiaſticus,xxxij. quæſt.j. de benedicto.Quarta,excommunicatio,quæ maior eſt pœna quàm ſit in Eccleſia. & ad iſtã debet adiri Eccleſiaſticus,ca.intelleximus, cap.ij. de adulte. qui text. loquitur in virgine,cum qua de iure canonico poteſt fieri adulterium,xxxij. quæſt.iiij. nemo.in §. cum ergo.xxxvj.quæſt.j.not. Lud. in ſing. Quinta pœna eſt ſanguinis, & ſic mortis naturalis in maſculo.l.quamuis,ij. C.de adulte.& ibi latè per Salyce. In fœmina autem eſt pœna de qua in dict.authent.ſed hodie. quia clauditur in monaſterio, & alia patitur de quibus ibi.quod eſt verum quando eſt ſimplex adulterium.

Adulteriũ quinq; pœnis puniri poteſt.

Si autem eſſet adulterium cum inceſtu vel nephario coitu, tunc etiam fœminæ eſt pœna capitis. i. ſic punitur fœmina vt maſculus, l. ſi adulterium, in prin. ff. de adulte. & ibi Bar. nec hodie hoc corrigitur per.d.auth.poſitam in d.l.quamuis,vt Bar.in d.l.ſi adulterium. Ang.in tract.de crimin.in ver. chemay. in materia adulterij, & quantum ad pœnam ſanguinis adulterium eſt tantum fori ſecularis, nec poteſt iudex Eccleſiaſticus adiri. cap. ſententiam, ne clerici vel mo.per Panormita. in d. cap. cum ſit. vbi dicit quod iudex Eccleſiaſticus non poteſt punire laicos de adulterio, niſi vbi ageretur ad pœnam ſanguinis tantum. Baldus in authent. clericus, C. de Epiſco. & cl.

Adulteriũ eſt quandoque ſimplex, quandoq; mixtum.

Sed ferunt arreſtum Parlamenti interueniſſe, quòd non poſſit procedi contra adulterium, niſi maritus vel vxor conquerantur, ad obuiandum odiis quæ poſſent inde prouenire inter coniugatos : ex quo fouentur adulteria , & remanent impunita , vt vides.

Adulter nõ accuſatur, niſi maritus cõqueratur.

Digitized by Google

a ¶ Remediis) Nam plectendo & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. xxiij. quæſt. v. prodeſt.
† b ¶ Laborent) Lex concor. cum iſta in omnibus concordat. P.
¶ De excommunicatis non vitandis.
c AD vitandum) Primo ponitur cauſa conſtitutionis. Secundo conſtitutio de excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis non vitandis, duobus caſibus exceptis. Tertio, proteſtatio de non releuãdo propterea huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos. Secunda ibi, ſtatuit, tertia, per hoc. Hanc conſtitutionem alleg. Ant. in tertia parte ſummæ. tit. xxv. ca. iij. vbi dicit quòd fuit confirmata à cõcilio Baſilien. ante ſui diſſolutionem, data enim fuit Anno Domini M. ccccxxxv. Reperitur hoc decretum in xx. ſeſſione ipſius concilij Baſilien.
d ¶ Scandala) (*) De præſcript. nihil. infra titu. primo, cap. j. ſup. de elect. cap. licet, §. j. cum ibi not.
(*) Vide quæ de ſcandalo diximus in ſcala bene. parte j. in ar. ſcandalum. P.
e ¶ Pericula) Ideo cautè agendum vt remoueantur. ca. vbi periculum, cum concor. de elect. lib. vj. & propter metum periculi & ſcandali licitum eſt magiſtratibus iura tranſgredi, & à iuris ordine recedere. l. ſi quis filio. §. hi autem omnes, ff. de iniuſt. rup. & irri. teſ. & ibi not. Bal. Innocent. in cap. j. de conſtit. ad hoc. l. ſi hominem, ff. man. Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de fur. Ange. in tracta. de cri. in ver. & veſtem. in materia furti. *Quando liceat tranſgredi iura.*

remediis[a] omni ſtudio laborent[b] †.

Item acceptat decretum quod incipit,

De excommunicatis non vitandis.

Conſcientiis timoratis ſubuenitur.

AD vitandum[c] ſcandala[d], & multa pericula[e], ſubueniendúmq;[f] conſcientiis[g]

f ¶ Subueniendum) Non debet lex eſſe captioſa. iiij. diſtinct. erit autem lex. nec debet iniicere alicui laqueum. xxvij. quæſtio. j. de viduis, C. de indic. vidu. l. ij. de præſumpt. literas.
g ¶ Conſcientiis) Dicit Carturi. in faſc. temp. circa finem, quòd conſcientia pura (*) ſecundum Dei timorem olim in prælatis vigens Eccleſiam Chriſti laudabiliter vita & exemplo rexit & protexit, de hinc ſucceſſu temporis cum iam Eccleſia in temporalibus abundare cœpiſſet, oblita quodammodo con. de conſcientia, & ſcientia, quæ inflare ſolet. ca. niſi cum pridem, §. pro defectu. de renuncia. multos in Eccleſia præſidere fecit, qui ſacram ſcripturam diuerſis verſutiis palliantes: iuſtitias domini rectas quæ cor lætificare conſueuerunt, propter delicitas carnis falſificare non timebant, multas hæreſes & ſectas ſeminabant, & plura beneficia pinguia per Papam diſpenſando cumulabant, veruntamen aliqui licet pauci con. cum ſcientia retinentes, conſcientia pura, & ſcientia illuminati, multos ad iuſtitiam erudierunt: qui iam quaſi ſplendor firmamenti in æterna fœlicitate rutilare creduntur. Sed heu nephandis his *Conſcientia commẽdatur.*

Digitized by Google

Christi ſponſa per entia ſine ſcientia gubernatur.

temporibus iam con. ſcientiis de conſcientia abraſis, ſolum entia ſponſam Chriſti gubernare videmus perſonas, ſcilicet conſcientia ſcientiáque carentes, & velut entia inſenſibilia nec Deum nec ſanctos eius verentes, beneficia ſuper beneficia, Epiſcopatus ſuper Epiſcopatus, abbatias ſuper abbatias ſibi accumulare. regularia beneficia, quæ bonis religioſis vitæ ſanctitate munitis dicata ſunt, ſeculares clericos ſub commandæ velamento ſibi vſurpare, videmúſque viliſſimos quoſq; laicos Epiſcopatus, abbatias, parochias, & monaſteria: & quod nephas eſt dicere, oblationes altarium amodiare. hinc patrimonium Chriſti ſolis eius miniſtris deputatum, & pauperibus diſtribuendum, in vſus deuenit tyrannorum atque meretricum, xvj. quæſt. j. decimæ, & quod non accipit Chriſtus, tollit fiſcus, xvj. quæ. vij. maiores. Eccleſiæ & monaſteria ſacra in loca deſerta rediguntur, ſuprà in proœ. §. quibus ad plenum, verbo, & plerumque, hinc guerræ mortiferæ: deſtructiones ciuitatum & regnorum, mores innocentium lamentabiles proueniunt, xvj. quæſt. j. reuertimini. lvj. diſtinct. ſi gens, in authent. vt non luxu. ho. col. vj. xxiij. quæſt. iiij. ſi quos, vij. quæſt. j. ſciſcitaris, quæ omnia ex pompa Epiſcoporum, & inſatiabili auaritia prælatorum deteſtanda proceſſiſſe cognouimus, xxiij. quęſt. iij. transferunt, l. diſtinct. & purgabis, vbi dicit gloſ. quòd omnia mala à ſacerdotibus orta ſunt.

Attendant hic prælati.

timoratis [a].

Quando quis excommunicatum, interdictum, vel ſuſpenſum vitare teneatur. P.

Statuit [b] quòd nemo deinceps à communicatione ali-

(*) Et hæc dicitur vera conſcientia: nam veram conſcientiam appellamus, quæ ex fonte legis ſumitur, & hæc eſt conſcientia hominis, quæ dicitur abuſiua, quando pro ſe non habet leges, vt probo in tracta. diſpen. memb. 12. parte prima, numero. 76. Probus.

Cōſcientia eſt duplex.

a ¶ Timoratis) Quædam ſunt conſcientiæ tenues & nimis ſcrupuloſæ, & tales reprehenduntur, C. de fide inſtru. l. fi. de ſimo. & ſi quæſtiones, ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. & in Pſal. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Aliæ ſunt quæ ſunt informatæ iudicio rationis (* 1) & ex puritate procedunt, tales ſunt laudandæ, cum ibi bonum eſt timere culpam (* 2) vbi culpa non eſt, v. diſt. ad eius, de obſer. ieiu. conſilium & bona conſcientia eſt in hac vita ſummum bonum: vt dicit Ioan. Andr. in cap. fi. de temp. ord. ad hoc. xj. quæſt. iij. inter verba. Et ſi quis habeat conſcientiam erroneam, debet illam deponere ad conſilium periti. c. inquiſitioni. de ſenten. excom. vbi doct. & in cap. per tuas, ij. de ſimo.

cōſcientia dicitur.

(* 2) Et tales continentur in diffinitione conſcientiæ, quę dicitur idem quod bonus vir, vel cognitio cordis ſui ipſius, quam nemo ſcit niſi Deus. Quod maxime procedit in foro animæ. Rom. in con. 357. nume. 5. in terminis. P.

b ¶ Statuit) Non dicit declarat. ponit ergo ius nouum: cum ver. ſtatuit, ſit noui iuris promulgatorium, not. Io. Andr. in ca. j. de cler. non reſi. lib. vj. in ver. ſtatuimus in no. in cle. fi. de reſcri. in ver. ſtatuimus, ſicut & ver. volumus, in cl. ij. de offi. ord. no.

Digitized by Google

in cle.j. de offi.vica.in ver.volumus,in cle.j.rerum permu.ad hoc.cap.ex ratione,de ap. & ibi Panor.

a ¶ Sacramentorum) Siue neceſſitatis,vt baptiſmus, confirmatio, pœnitentia, vltima vnctio & corpus Chriſti, (*) ſiue voluntatis: vt ordo,& matrimonium, de quibus le.& no.in §.ſed notandum,j.quæſt.j.in c.veniens,de tranſact. Hoſt. in ſum. de ſacra.ite. §.quot ſunt. Hen.in ca.paſtoralis, eo. ti. in c. quod in te. de pœ.& remiſ.

Sacramenta ſunt duplicia.

cuius in ſacramentorum [a] † [b] adminiſtratione vel receptione, aut aliis quibuſcumque diuinis [c] vel extra [d] prætextu cuiuſcúmque ſententiæ aut cenſuræ [e] Eccleſia-

(*) Quod non debet denegari ad mortem damnatis ſi illud petant, & conſuetudo in contrarium dicitur abuſus, cle.j. de pœ. & re. vbi gl. in verbo pœnitentiæ dicit quod ſacramentum pœnitentię prout nec euchariſtiæ debet denegari.quod ibi placet Car. & Imolæ de quo in cap. ſane. de celebr. miſſa. Iſtud tamen non ſeruatur in Gallia, ait Aufre. in tract.de po.Eccle. ſuper laicos vero cxxviij. ponens exemplũ in domo in Ludouico de Lucemburgo conneſtabulario,qui anno 1475.fuit in Grauia ob crimen læſæ maieſtatis decapitatus,ſed ſolum in præſentia eius fuit dicta miſſa, & panis benedictus oblatus, quem religioſe manducauit. P.

Sacramenta nõ debẽt denegari damnatis ad mortẽ.

† b ¶ Sacramentorum) Supple Eccleſiaſticorum, quæ dicuntur medicinæ Dei, quia ſanant vulnera peccatorum,ait Præpo.poſt text.& glo.in cap.his ergo.in prin.xxiij. diſtinct. quem text. idem Præpo.allegat quòd non eſt licitum ponere guttam chriſmatis vt quis ſanetur à morbo. Probus.

Sacramenta Eccleſiaſtica dicuntur Dei medicinæ.

c ¶ Diuinis) Puta miſſa, & horis canonicis.

d ¶ Extra) In cibo, potu,negociatione, & aliis actibus extraiudicialibus aut iudicialibus.

e ¶ Cenſuræ) Quæ continet excommunicationem , ſuſpenſionem, & interdictum, de verb.ſig.quærenti.& no.quòd licet olim teneremur vitare excommunicatum ab homine vel à iure non notorium etiam ante denunciationem, niſi mihi ſoli pateret: quia tunc duntaxat in occulto & priuato tenebar eum vitare, vt le.& not. in ca.cum non ab homine.de ſen.excom.no.in cle.grauis,in ver.publicè,eo.titul.& ex ſola fama,prout legitur & not. in c.cum deſideres, eo. tit. quia excommunicatio trahit ſecum executionem,de ap. paſtoralis ,hodie tamen non tenemur vitare excommunicatum non denunciatum : niſi foret notorius ex euidentia facti. ex quo ſequitur limitatio.ca.ſi. de procu. per quod habetur quòd actus geſtus ab vniuerſitate in quo fuerunt aliqui excommunicati,non valet ſi vniuerſitas ſcienter illos admiſit ad agendum actum ſimul cum eis , vnde dicunt ibi doctores electionem factam à capitulo vno excommunicato præſente, & ſcienter admiſſo ad eligendum, non valere, cum poſſet expelli commode & ſecure,ad hoc cap.maſſana,de elect.no.Compoſ.in cap. cum dilectus, de conſue. Manda.ca.xx.doct.in ca.illa de elect. & iſta limitantur quãdo excommunicatus denunciatus vel notorius facti notorietate ſcienter admittitur. Si autem non fuiſſet denunciatus vel taliter notorius,eius admiſſio non vitiaret electionem , per hunc tex. Item dico quòd impune recipitur ordo ab Epiſcopo

Cenſura tria cõprehendit.

Electio facta à excommunicato ſcienter admiſſo , non valet.

Digitized by Google

excommunicatio non denunciato, vel taliter notorio: nec recipiens indigebit aliqua diſpenſatione, olim ſecus, c.fi.de or.ab epiſ.qui re.epi. Ratio iſtorum & ſequentium eſt, quia cum excommunicatum non denunciatum, qui non eſt taliter notorius, non teneamur euitare: quod cum eis factum erit, pœnam non meretur, C. ad L. Iul. de adul. l. Gracchus, qui enim legis auctoritate peccat: non peccat, xxiij. qu. iiij. qui peccat.

ſticæ ſeu ſuſpenſionis [a], aut

Cõcubinariorum ſacramenta an ſint vitanda.

a ¶ Suſpenſionis) Per hunc text. dicit An. vbi ſuprà titu.xxvij.c.iij. quòd hodie non tenentur fideles vitare ſacramenta concubinariorum, aut diuina eorum: niſi fuerint per prælatos denunciati publicè euitentur, olim ſecus (* 1) nam prohibitum erat audire miſſam fornicatorij, ſiue per ſententiam, ſiue per confeſſionem in iure factam, aut ab eo recipere ſacramenta: quia talis ſuſpenſus eſt quo ad ſe & quo ad alios, c.nullos, c.præter, xxxij.diſt.c.veſtra, c.fi. de coha.cler.& mu.gloſ.in c.cum non liceat, de præſcr. in ca. decernimus, de ſent. excom.in vj.tex.in c.quia circa, de bigamis, gloſ.in c.de homine, de celebra.miſſa. vide no.ſuprà titu.j.ca.j.§.& nihilominus, & peccabant ea recipientes: cum venirent contra præceptum eccleſiæ, non quòd ſacramenta non ſint vera in ſe: ſed ex contemptu & inobedientia, j.q.j.dictum, c.vt euidenter, c.cum ſcriptura. Vnde dicit canon, quòd benedictiones talium clericorum vertuntur in maledictionem, lxxxj.diſ. ſi qui, & poſſunt laici parochiani etiam viles accuſare ſuum presbyterum de concubinatu ad priuationem beneficij: quia eorum intereſt vt recipiant ſacramenta à bono ſacerdote, cap.dudum, ij.de elect.gloſ.& docto.in cap.ex parte adæ.de teſt.doct. in cap. quod Dei timorem, de ſta. mona. dubitabant tamen quidam in notorio notorietate facti: vt quia habet concubinam publicè in domo, nec fuit in iudicio condemnatus, nec in iudicio confeſſus, nec per prælatum denunciatus, an eſſet à tali abſtinendum in miſſa & aliis diuinis, nam Hug.& Archid. in dicto cap. nullus, dicto cap.ſi qui. Ioan.de lig.& Car.Flo.in dicto cap.veſtra, dicunt monitionem neceſſariam: quia ceſſante monitione non videtur quòd quis poſſit habere indubitatam ſcientiam de concubinatu, cum poſſit clericus habere excuſationem, fa.d.cap.ſi qui, vbi dicitur quòd ſi maluerint perſeuerare in peccato, omnes abſtineant & cætera, per illud ver.maluerint, videtur quòd ſit opus monitionem præmittere: vt ſic appareat de contemptu & voluntate ſua, pro hac parte facit iſte tex. qui vult ſuſpẽſum & interdictum non eſſe neceſſario euitandum in perceptione ſacramentorum: niſi fuerit denunciatus, & ver.aut ſi, & cætera, qui ſequitur, ad excommunicatos tantum loquitur, alij dicebant ſine aliqua monitione debere abſtinere à talibus fornicariis notoriis notorietate facti, vt Hoſt.Ioan.Andr.& do.An.in d.ca.veſtra, vbi dicit Panor.quòd vtraque opi.poteſt eſſe vera, & quòd audientes nunquam incurrunt peccatum ante monitionem, propter varietates opinio.ad hoc no.in ca.j. de poſtu.præ. in l.regula, ff.de iu.& fa.ig. Poſtea tamẽ dicit quòd ſi fornicatio eſt ita notoria, quod nullam habet dubitationem: ſicut videmus in pluribus clericis qui tenent ita publicè concubinas ſicut vxores, & publicè nutriunt filios, ita quòd neſcirent diffiteri, tunc omnino eſt abſtinendum ab eis ſine alia monitione, & hoc probat tex.d.ca. veſtra, ibi: nec habet operis euidentiam, & melius in c. tua, in c.fi. de coha.cleri. & mu.

Presbyter à parochianis accuſari poteſt de concubinatu.

vbi

Digitized by Google

nulla ſit mentio de monitione. pro hoc gloſ. in d. cap. tua. in verb. non ex euidentia. & in verb. cælari. patet in di. capit. nullus. d. cap. præter. quæ requirunt ſolam facti euidentiam, non autem quòd expectent monitionem à ſuperiore, & patet clare in hoc textu in verb. aut ſi eum. intelligendo etiam de ſuſpenſis, vbi requiritur duntaxat quòd talis notorietas nullo modo poſſit excuſari. ex quo patet quòd ſi fornicatio non habet illam operis euidentiam, ſed poteſt probabiliter tergiuerſari, puta quia concubina eſt cum matre clerici, & dicit ipſam eſſe pediſſequam matris, vel quidſimile, tunc procedet prima opi. quòd expectetur monitio & contemptus. & hæc eſt mens huius text. pro hoc ſupra titu. j. cap. j. §. publici. j. ver. ſed qui mulierem. dic ergo notorium fornicatorem neceſſario euitandum in miſſa & alijs ſacramentis, in duobus caſibus hic contentis. primo ſi fuerit denunciatus, vel ſuſpenſus per ſuperiorem: vt euitetur. vnde non ſufficit quòd fuerit notorius per ſententiam aut confeſſionem in iure factam, ſicut volebant olim iura prælleg. quæ in hoc corriguntur, niſi ſententia ſuſpenſionis fuerit publicata. ſecundo ſi fuerit ita notorius ex operis euidentia, quòd nulla excuſatione cælari poſſit, (*2) vt dictum eſt, patet infrà ver. ſi autem qui licet loquatur in excommunicatis, idem tamen intelligo de ſuſpenſis & interdictis, paritate rationis: vt ibi dicam. Patet etiam ex hoc tex. poſſe impune recipi ordinem ab epiſcopo ſimoniaco non denunciato, nec taliter notorio, licet ſit ſuſpenſus à iure. j. quæſtio. j. repetiuntur. de ſimo. tanta. quod olim non licuit, & recipiendo ab eo ordinem non recipiebat executionem, vt legitur & no. in cap. per tuas de ſimo. & idem dic de alijs ſuſpenſis quòd impune ab eis recipiuntur ſacramenta: niſi eſſent denunciati, aut notorij facti notorietate: ſic intellige capit. j. ſchiſma. & quod ibi not. Innoc. & Hoſt. & in cap. fraternitatis. de hære. per Panor. in dicto capitulo veſtra.

Fornicator notorius eſt quando que vitandus.

prohibitione [a] ab homine † [b] vel à iure generaliter [c] promulgatæ teneatur [d] ab-

(*1) Pœnas concubinariorum habes ſaltem multas per gloſ. Concord. tit. de concub. in princ. Probus.

(*2) Vide quæ in puncto diximus in ſcala beneficiali, parte j. art. luxurioſus, vbi concludimus concubinarium aut luxurioſum aſcendere prohibitum. P.

a ¶ Prohibitionis) Puta à communione fratrum. xviij. diſ. ſi quis, & capit. ſi. aut à perceptione ſacramentorum. xj. quæſtio. iij. ſicut apoſtoli. de cle. ex. mi. capit. fin. & ſimilibus. de quibus gloſ. in clem. cupientes. de pœ.

† b ¶ Ab homine) A quo non profertur ipſi excommunicatio niſi propter ſolam contumaciam, ſic non pro ſolo crimine niſi fuerit contumax in ſe corrigendo, dicit Præpo. in capitul. nemo, col. j. 2. quæſtio. j. ſubdens quòd pro delicto poteſt fieri ſuſpenſio. Probus.

Excommunicatio fertur propter contumaciam.

c ¶ Generaliter) Idem ſi ſpecialiter, niſi ſententia fuerit publicata: vt infrà ſequitur.

d ¶ Teneatur) Niſi in duobus caſibus qui ſequuntur. poteſt tamen ſi vult, huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos vitare: præſertim in ſecreto; vt ſaltem rubore verecundiæ ſuperfuſi, de exceſſibus ſatisfacere cōpellantur. de ſententia excommunica. capit. cum non ab homine. xxxij. diſtinctio. officium. Et an par-

GGGgg

Digitized by Google

Excommunicato participans, an peccet mortaliter.

ticipans excommunicato ſemper (*) peccet mortaliter, no. Archidiaco. in cap. rogo. xj. quæſt. iij. in cap. ſtatuimus, de ſententia excommunica. in vj. docto. in cap. ſacris. quod metus cau.

(*) Hunc punctum late examinat Nicol. plom. in tracta. de excommu. §. iij. Probus.

ſtinere vel aliquem vitare, † a vel interdictum b eccleſiaſticum obſeruare, niſi c ſententia, prohibitio, ſu-

† a ¶ Vitare) Quid ſi quis ſciens aliquem eſſe excommunicatum, tamen non obſtante huiuſmodi decreto illum vitet, an talis dicatur excommunicato inferre iniuriam? Roma. in con. 387. dicit quòd non, quia vitando, ius commune vitare mandans exequitur, & iuris executio iniuriam non continet. l. iniuriarum actio. §. is qui inter. ff. de iniur. cap. Vulterana. de elec. quod placet, quia concilium hic non vtitur verbo præceptiuo, ſed verbo non teneatur. ergo ſi vitare velit, iure poterit facere. Probus.

Iuris executio iniuriam non habet.

b ¶ Interdictum) Vide text. generalior eſt rubri. quæ duntaxat loquitur de excommunicatis, & hic reprobatur: quod notat Archidia. in cap. is qui, de ſenten. excom. in vj. qui dicit interdictum ab homine vel iure latum de neceſſitate ſeruandum, licet denunciatio eius non fuerit facta. ſatis eſt enim locum interdicto ſuppoſitum eſſe: licet non ſit publicatum. facit capit. cum non ab homine. de ſent. excom. idem nota. Ioan. Andre. & Pau. in cle. grauis, in princ. eo. tit. per illum text. qui apertè vult ſatis eſſe locum fore interdictum: licet hoc non ſic publicatum, quia nil addit (*) de publicatione, & quia qui ſcit, certiorari non debuit. regula, cum qui, de regu. iur. in vj. idem Henr. in capitu. tanta. de exceſ. præla. & approbatur quod dicit Ioan. Andr. in d. cle. quòd forſan expediret per conſtitutionem prouideri clericos non teneri ad obſeruationem interdictorum latorum à iure, niſi prius fiat illorum declaratio. ad quod dicendum illum mouebat capitul. quanquam, de cenſi. lib. vj. cle. præſenti eo. titul. ad hoc §. euidenter. xj. quæſt. iij. facit capit. cum ſecundum, de hære. in vj. ſuprà de paci. poſſeſ. cap. j. §. ordinarij.

Interdicto nihil addit publicatio.

(*) Vide quæ in ſimili diximus in tracta. penſio. parte 4. quæſt. iij. de declaratione facta contra delinquentem, quia illa nihil addit ad pœnam. P.

c ¶ Niſi) Prima exceptio, & vide quòd rubrica reſtringitur per text. non enim videretur valere conſtitutio quòd omnibus excommunicatis communicare liceret indifferenter, cum eſſet contra præceptum diuinum Matth. 18. Si non audierit eccleſiam, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus (*) de quo de iudi. noui. & 2. Ioan. 1. excommunicato nec aue dicendum eſt. xxiiij. quæſt. j. omnis. xj. quæſtio. iij. excommunicatos. nec cum eo debemus cibum ſumere. ij. quæſtio. j. multi. xj. quæſtio. iij. ad menſam. quia hoc redundaret in decolorationem vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, & generaret ſcandalum in mentibus aliorum. ad hoc. j. quæſt. vij. & ſi illa. xxv. quæſt. ij. ſi ea deſtrueren. quod not. Inno. in cap. quando. de conſuetu. in cap. inquiſitioni. de ſent. excom. Panorm. in capit. cum ad monaſterium. de ſta. mona. & diſrumperetur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. ad hoc capitu. cum inter. de conſuetu. quod not. per doct. in cap. nulli, de ſententia excommunica.

Digitized by Google

(*) Iſtud facit contra conſuetudinem Galliæ, quæ in foro ſeculari quoſcunque excommunicatos, etiam agentes, prout & teſtes admittit, quod nunquam laudaui propter inconuenientia quæ ex ea ſuccedunt, poſita per nos in tracta. penſio. præludio vij. Probus. *Conſuetudo quòd cum excommunicatis communicetur, non valet.*

a ¶ Cenſura) Refert ſingula ſingulis, hoc eſt cenſuras ad perſonas, vel loca quibus conueniunt.

ſpenſio, vel cenſura[a] huiuſmodi fuerit in vel contra perſonam[b], collegium, vniuerſitatem[c], eccleſiam, aut locum certum, aut certam, à iudice publicata[d] & ſententia.

b ¶ Perſonam) In qua etiam cadit interdictum ſiue ſingulariter interdicatur certa & nominata perſona à diuinis vel ab ingreſſu eccleſiæ, capit. is qui. de ſenten. excom. in vj. ſiue interdicatur in genere: ſicut ſi interdicimus clerum & populum, collegium vel vniuerſitatem: etiam ſingulares eorum perſonæ ſunt interdictæ. c. ſi ſententia. de ſent. excom. eo. lib. *Interdictū qualiter fertur in perſonas.*

c ¶ Vniuerſitatem) Contra quam prohibetur ferri ſententia excommunicationis, ne contingat inſontes puniri. cap. Romana. §. fi. de ſent. excom. in vj.

d ¶ Pubicata) In ciuitate, loco, aut parochia excommunicati in publica miſſa populoſa, vel ſermonibus, vel in alio actu frequentato per populum, aut per affixionem ſententiæ in locis publicis: ita quòd facile tranſeat in notitiam populi. ad hoc cle. quanuis. §. ſi vero. de foro compe. cle. cauſam. de elect. cum ibi not. in ver. ſolenniter. nec ſufficeret publicatio facta in conſiſtorio iudicis coram paucis. ad hoc glo. not. in cle. j. de ſepult. in ver. publicе. vbi text. diſponit ſuper publice excommunicato. & gloſ. dicit ibi quòd publicitas cauſatur ex qualitate loci, & multitudine aſtantium, nec de facili habetur notitia de eo quod iudex egit in banco ſuo coram duobus vel tribus teſtibus. ad hoc vide Panormit. conſil. 100. vbi dicit quod publicatio accipitur proprie & principaliter duobus modis. Primo illud dicitur publicari, quod in notorium deducitur. Secundo, quando per publicationem tranſit in famam publicam loci: vt in capitul. tua. de cohab. cleri. & mulie. vnde publicum aſſeritur illud quod eſt notorium per euidentiam vel famam: vt ibi. pro primo facit gloſ. ij. quæſtio. j. de manifeſta. quæ dicit quod publicum eſt quod omnibus patet. alleg. inſti. de ſuſpec. tur. §. conſequens. non tamen intellige vt omnibus de ciuitate debeat eſſe manifeſtum, ſed ſatis eſt quòd tranſeat in notitiam viciniæ ſeu maioris partis in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur: vt eſt bonus text. in capitul. cum dilectis. de purga. cano. nota. per doct. in capitul. veſtra. de cohab. cleri. & mulie. in capitul. manifeſta. ij. quæſtio. j. oportet ergo vt aliquid dicatur publicari, quòd ita publicè & palam fiat, vt tranſeat illico vel ſucceſſiuè in notitiam populi viciniæ, vel maioris partis. ad prædicta. vide nota. ſuprà titu. j. capitul. j. §. publici. (*) *Publicitas vnde cauſatur.* *Publicatio dupliciter ſumitur.*

(*) Gloſ. hæc facit ad regulam cancel. de publican. reſigna. cuius materiam expedio in tracta. penſio. parte iij. quæſtio. vj. Et quo ad materiam gloſ. vide quæ not. doctor. poſt. text. & gloſ. in capitul. antepenult. de exempt. P.

Digitized by Google

Digitized by Google

Verba narratiua Papæ olim faciebant fidem.

narratiua Papæ in literis apoſtolicis de ſuo proprio facta faciebant plenariam fidem, ſi ſuper illis gratia vel intentio Papæ fundabatur, puta ſi dicebat ſe aliqua beneficia reſeruaſſe, aut reſignationem alicuius recepiſſe, aut aliquem excommunicaſſe vel ſuſpendiſſe,& ſi. & intelligebat Ioan. Andr. quòd contra illam narrationem non admittebatur probatio, propter verbum plenariam ibidem poſitum, probatio ſcilicet quę perimeret narrationem vel ipſam falſam redderet, probatio vero per quam ſtante narratione releuaretur probans, bene admitteretur, puta Papa narrat renunciationem beneficij factam in manibus ſuis,& per eum acceptatam, confert illud vel conferri mandat: bene probare poteram quòd illud beneficium tempore ceſſionis ſpectabat ad me, non ad cedentem, aut ſi quæ narrationem Papæ non perimerent, facit de accu. cum dilecti,& d. cle. intelligebat dom. Ant. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſt. quo ad præiudicium ſubditorum Papæ: quia in præiudicium aliorum non ſubditorum non ſtaretur verbis narratiuis Papæ, fa. no. per Dom. Ant. & Panormitanum in capitulo primo de cau. poſſ. & propr. vbi dicunt quòd non præſumitur cauſa pro principe in his quæ gerit cum non ſuis ſubditis originariis, per cle. paſtoralis, de re iud. vbi caſus, & vide Panormita. conſi. cclxxx. aliàs eſt in aliis libris nouiter impreſſis, cclxxxiij.

aliis literis quibuſcunque [a]

Papa quo ad non ſubditos.

Cardinalium literis an ſit credendum.

a ¶ Quibuſcunque) Siue literis Cardinaliũ, quibus nõ creditur in præiudiciũ partis, c. cum à nobis, de teſti. gl. no. in c. ſicut, de ſent. excõ. quæ dicit quod creditur Cardinali aſſerẽti aliquid, vbi nulli⁹ eſt præiudiciũ. ergo in præiudiciũ alterius nõ creditur, niſi aliter probaret, quod vult ibi Panorm. & in c. quod ſuper his, de fide inſtrum. in c. conſtitutis, de ap. in dicto ca. cum à nobis. Sed ob. ca. nobiliſſimus, xcvij. diſt. de lo. & condu. cap. j. Dic aut Cardinalis dicit ſe eſſe legatum Papæ, & tunc quidam voluerunt dicere legato Cardinali & alij noto & non ſuſpecto, ſine literarum oſtenſione eſſe credendum, argum. dicto cap. nobiliſſimus, ij. quæſt. v. quæ de cauſa, C. de ſum. tri. l. ij. §. liquet, in prin. & prope finem. Alij dicunt quòd ei creditur ſe dicenti legatum in his quæ facit ex officio & iure legationis, maxime Cardinalibus qui non conſueuerunt exire curiam ſine legatione: ſed ſi dicerent aliquid ſibi conceſſum ſpecialiter vltra debita legationis officio generali, non crederetur niſi fidem per literas facerent, per l. j. C. de man. prin. l. probatorias, de diuer. offi. lib. xij. vult Ioan. Andr. in cap. ad audientiam, de ſententia excommunica. in dicto cap. conſtitutis, in capitu. ad apoſtolicæ, de re iudica. in vj. in cap. de offi. legati, eodem lib. Barto. in l. j. C. de ſuperindic. Panorm. in dicto cap. quod ſuper his, ſic intelligunt Specu. titu. de lega. §. ſupereſt, ver. quid ſi delegati, videlicet vt legati viuæ vocis oraculo credatur, & in titu. de teſt. §. j. ver. quid ſi aduocatur, vult Archidiaco. in dicto capitu. nobiliſſimus. Innoc. in cap. cum dilecti, de accu. dicit plus Ioan. Andr. in capitu. ſuper his, eodem titul. de ſtylo curiæ fore, vt legato credatur etiam extra ſuam legationem, ſolo verbo, pro quo eſt ratio tex. & gloſ. in l. j. C. de offi. præfa. præto. ibi, credidit enim princeps eos qui ob ſingularem eorum induſtriam ad huius officij magnitudinẽ electi ſunt, non aliter fore iudicaturos, quàm ipſe princeps iudicaturus eſſet, & dicit Ioannes Andræas in capitu. cum inter, de offi. dele. ſufficere aliquem haberi vel habi-

Digitized by Google

tum eſſe pro legato, licet aliter de eius mandato non appareat, de priuileg. cum olim. Alij dicunt non eſſe credendum dicenti ſe legatum, niſi literas legationis oſtendat, vbi de legatione dubitaretur, ad hoc, dicto capitu. nobiliſſimus, cum ibi no. vbi nunquam ſe. apoſtol. moris fuit abſque ſignatis apicibus vndecunque legationem ſuſcipere, ad idem, lxiij. diſtinct. lectis], dict. l. j. de man. princip. C. de iure fiſci, l. prohibitum, lib. x. de offi. delega. cum in iure, no. Henri. in dicto capitu. cum olim, prob. in extrauag. Boni. viij. iniunctr, præſertim in præiudicium alterius, vt dictum eſt, niſi Cardinalis legatus publicè & pluries exercuit actus ſpeciales, tunc præſumitur quòd habuit mandatum, & valeret actus ratione communis erroris & præſumptæ veritatis. Baldus in l. exemplo, C. de proba. per eundem in l. ſi qua per calumniam, de epiſc. & cleric. Aut Cardinalis dicit aliqua fore acta coram eo. & dicit Innocent. in dicto capitu. cum dilecti, quòd creditur Cardinalibus de omnibus actis coram eis, ad hoc dicto capitu. conſtitutis, vbi dicit Hoſtien. ex conſuetudine generali credi aſſertioni legati de latere, ſed de iure communi ſecus eſt, vt pronunciauit Clement. iiij. refert Specula. in dict. verſicu. quid ſi aduocatus, ad hoc de teſtim. capitu. licet, ibi, etiam ſi præſidiali, & ei quod de conſuetudine dicit Hoſtien. non putat Panormita. ſtandum in præiudicium alterius per dictum capitu. cum à nobis, in fine. & patet hic. Sine literis epiſcoporum aut aliorum ordinariorum, quia hic vertitur magnum præiudicium. Et hic apertè corrigitur dictum de Rota. deciſ. xxij. vbi quærunt vtrum credatur literis epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatis; ſine tabellione & teſtibus ſuper reſignatione ex cauſa permutationis in manibus ſuis facta, & per ipſum admiſſa & collatione ſubſecuta, & concludunt quòd in dicto caſu literæ epiſcopi faciunt plenam fidem, dummodo prædicta omnia in ſua litera contenta coram eo, & per eum vno & eodem tempore facta & completa exiſtant, quia omnia præmiſſa ſpectant ad officium ſuum, & inter ſubditos ſuos extra iudicium expediuntur per eum, de renunciatio. admonet. de rerum permutatio. quæſitum, faciunt quæ alleg. in capitul. poſt poſſeſſionem, de probatio. pro opinio. dicentium indifferenter credendum literis epiſcoporum authentico ſigillo ſigillatis, hæc tamen concluſio non placebat Panormita. in dicto capitulo poſt ceſſionem, vbi poſt varias opiniones concludit literis epiſcoporum, ſeu alterius ordinarij authentico ſigillo ſigillatis non credi plene inter extraneos in præiudicium alterius, niſi habeant teſtium ſubſcriptionem, quod voluit Innocent. in capitulo primo de fide inſtrumentorum. Henricus in dicto capitulo poſt ceſſionem, vbi dicit quòd ceſſante conſuetudine in his quæ habet epiſcopus facere ratione ſui officij, maxime fauorabilibus, & nulli præiudicialibus ad officium ſuum ſpectantibus, creditur literis epiſcopi, vt in excommunicatione, quæ non eſt mortalis, ſed medicinalis, ſecunda quæſtio. j. multi, de ſententia excommunicationis, cum medicinalis, lib. vj. ſic intellige dictum capitulum poſt ceſſionem, capit. j. de treuga & pace. xj. quæſtio. iij. curiæ & capitu. debent, not. Archidiaco. iij. quæſtio. ix. teſtes, in capitulo, vt circa, de electionibus, libro vj. & hoc verum quando litera eſt promulgatoria ſententiæ excommunicationis, ſi vero ſit pure teſtimonialis, ei non ſta-

Legatum ſe dicenti, an ſit credendum.

Literis epiſcopi ſigillatis an ſit credendũ.

Excommunicatio eſt medicinalis.

Digitized by Google

retur per hunc textum, vt quando Epiſcopus ad petitionem partis ſcribit iudici quòd excommunicauit talem, ad quod facit quod no. in dicto capitulo teſtes. Ioan. And. in dicto capitu. poſt ceſſionem. Bald. in dicta l. ſi qua per calumniam, vbi dicit quòd literis confectis ſuper clericatu bene creditur: non autem literis enunciatiuis & teſtimonialibus. Sed iſtud non placet indiſtincte Panormitano dicto cap. poſt ceſſionem, dicenti quòd ſi tractetur de modico præiudicio, bene creditur literis Epiſcopi ſine ſubſcriptione: aliàs ſecus licet contineant excommunicationem, ponderat enim rationem quare non creditur ſine ſubſcriptione: de qua infrà, quæ militat etiam in excommunicatione ſi producitur in facto arduo. Quid enim ſi ordinarius volens caſſare electionem factam de inimico ſuo, facit produci literas promulgatorias excommunicationis falſo confectas, dicemus ne fidem eis eſſe adhibendam ſi negetur: maximè ſi concludatur irregularitas illius, vt quia dicitur celebraſſe poſt datam illarũ? Certe nulla æquitas hoc patitur, & multum reſiſtit mens, ca. quoniam de proba. & iſtius tex. & d. cap. poſt ceſſionem, cap. curæ. ca. j. de treu. & pa. & ſi. loquuntur in actu modici præiudicij, in quo Epiſcopus habet diſponere: & qui à voluntate ſua dependet. Oldra. conſil. 185. vt literæ commendatitiæ. lxxij. diſt. per to. collationes beneficiorum, & ſimi. fa. quod no. Ioan. And. in c. ſicut nobis, de ſent. excom. quòd creditur literis pœnitentiarij, quod no. Ber. in c. peruenit. de fideiuſ. Habet tamen ſtylus palatij Apoſtolici, quòd nõ creditur literis Epiſcopi cõtra Apoſtolicũ impetrantẽ, in quibus Epiſcopus diceret ſe prius contuliſſe quàm Papa vel executor: & hoc contingit propter fraudẽ quæ timetur, quia ſæpe immo frequenter accidit quòd Epiſcopi contra Apoſtolicos impetrantes anticipant datas, no. de Ro. vbi ſuprà refert Panor. in d. c. poſt ceſſionem, de Rota deci. 351. In aliis autem actibus, maximè vbi vertitur alterius præiudicium, non creditur ſine teſtium ſubſcriptione, & præſertim vbi pars de hoc contenderet, facit apertè. ca. ij. de fi. inſtru. ſi rectè intelligatur dum text. ibi tacitè loquitur de literis ſigillatis habentibus ſubſcriptionem ſeu inſcriptionem teſtium: licet teſtes ſint mortui, & mens, d. ca. quoniam, licet enim loquatur in iudicialibus, idem videtur in extraiudicialibus in quibus poſſet quandoque imminere maius periculum, quàm in iudicialibus, ergo idem dicendum, ad hoc quod no. Ioan. And. in ca. diſpendia. de reſcript. in vj. in no. & quia in iudicio quaſi contrahitur, ff. de pecu. l. iij. (*) Si ergo in quaſi contractibus non creditur literis Epiſcopi ſeu cuiuſlibet iudicis, in d. ca. quoniam, multo minus in veris contractibus in quibus minus exuberat officium iudicis, no. tamen quod licet literæ prælatorum ſine ſubſcriptione non faciant plenam fidem in præiudicium alterius: faciunt tamen ſemiplenam not. Inno. in c. in præſentia. de renunc. facit. c. cũ in Eccleſiis, de maiori. & obedi. & ibi Pan.

Epiſcopi literis non creditur cõtra impetrantẽ Apoſtolicum.

In iudicio quaſi contrahitur.

aliquem dignitati, beneficio, aut iuri [a] cuicumque [b]

(*) Vbi Bar. & Spe. in ti. de actore. verſi. quid ſi curator. l. & ti. de feud. §. ij. verſi. primo autem. Sic non verè ſed fictè in iudicio contrahitur, ar. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. igitur ſtatutum loquens de contractu non habet locum in adiudicatione quæ fit in iudicio, ideo non ſoluitur gabella de contractu exigi ſolita. P.

a ¶ Iuri) Temporali, vel ſpirituali in re vel ad rem.

b ¶ Cuicunque) Renunciatio purè & ſimpliciter facta non extenditur ad ius quod

Digitized by Google

poteſt in futurum (*) competere, niſi hoc caueatur in renunciatione. ca.cum inter. de renunc.Bar.in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de ver. oblig. gloſ. in ca. ex multiplici. de deci.& ibi Panor.Bar.in l.quod Seruius,ff.de cond.ob cau.Bal.in l.pactum, C.de colla.nec etiam ius futurum repudiare poteſt. ff. de leg.ij. l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub conditione. ff. de acq. hære.l. qui ſuperſtitis, quia non poteſt quis abdicare à ſe quod non habet.nam priuatio præſupponit habitum, ca. ad diſſoluendum, de deſpon. impub.niſi per actum, C.de pac.l.j.vbi gloſ. & doct. aut ſi renunciato iuris futuri fiat in præſentia iudicis,valet. Bar.& doct.in l.j.ff.de cura.bo. dan. & ſi fiat parte præſente. Panor.in d. ca.ex multiplici. Sed an valeat donatio omnium bonorum præſentium & futurorum? Bar. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. tenet quod non valet facta à priuato ſine aliqua reſeruatione, nec confirmatur iuramento: quia ſi valeret,per eam tolleretur libera teſtamenti factio actiua donatori, ſaltem in effectu,quia ſi donator poſtea teſtaretur, veriſimili præſumptione hæres hæreditatem non adibit ſine commodo.ar.inſti.ad l.Fal.in princi.iunct.l.quod de bonis,ff. eo. tit. igitur talis donatio non valet, quia contra bonos mores, vt d.l. ſtipulatio, & per conſequens nec iuramento confirmatur,c.non eſt obligatorium, de regu. iur.in vj.idem Cy.Bald.& Bart.in l.fin. C.de pact.Bar.in l.cum duobus, §.idem reſpondit, ff.pro ſo. Pau. conſi. 54. ſi traditio bonorum ſequitur. Bald. in authent. ſed cum teſtator. C.ad l. Falcid.niſi fieret cauſa mortis:quia tunc tacitè videtur facta reſeruatio vſusfructus. Pau.conſi.99.& in aliis libris. cx. & aliqui iſtam opinio.tenentes dicũt, quòd nedum veriſimili præſumptione, immo iuris neceſſitate tolleret talis donatio liberam teſtamẽti factionem actiuam, ſi in donatione ſit appoſita clauſula, poſſidet precarij nomine: vel ſimilem fictam traditionem importans: quia cum donator per illam clauſulam omnibus bonis præſentibus & futuris actu & habitu totaliter denudetur, impoſſibile eſt ipſum habere hæredem ſine bonis: quia dicit lex, quòd non efficitur per legem, vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit, hæredem habeat, in l. lex Cornelia. ver. quia non efficitur, ff. de vulga. & pupil. ſubſtitut. & dicit lex quòd non teſtantur non domini rerum,in authent.ingreſſi.ibi,quaſi nec domini rerum,C.de ſacroſanct.Eccle.idem Panor.in cap.ij.de conceſ. præb. ſed contra. tenet Goſ.de ſalui.in l. bona. §. hæreditas, ff. de bo. poſſ. & quidam doct. in q. quæ incipit, vtrum donatio omnium bonorum,quod ſentit.gloſ.in l.fin.C. quæ res pig. ob. poſ.quæ dicit,quod licet quando quis obligat omnia bona ſua generaliter, etiam videatur obligare futura, vt dicta l.fi.tamen ſi quis donat omnia bona ſua ſimpliciter, non videtur propter nimium damnum donare futura, innuẽs gloſ.quòd ſi de mente donatoris conſtaret quòd vellet etiam donare bona futura,quòd valeret donatio in futuris. Item omnes contractus iuriſgentium indifferenter ſunt permiſſi, niſi lege aliqua ſpecialiter ſint caſſati.arg.ff.de pact.l. iuriſgentium, §. ait prætor.l. ex hoc iure.ff.de inſtit.& iure.ſed nulla lege vel eius deciſiua ratione,talis donatio reperitur prohibita,vt ex dicendis infrà patebit: igitur. Item materia donationum eſt permiſſoria: & quod expreſſe prohibitum nõ eſt, per eam videtur eſſe permiſſum: vt monſtrat imperator quando ab ipſo petitur an mulier poſſit omnia bona ſua in dotem dare.& reſpondet,nulla lege prohibitum eſt.C.de iu.do.l. nulla. facit. l. affectionis, & l. quid. §. mutus. ff. de dona. Sed cum nulla lege prohibitus ſit aliquis bona ſua

Renunciatio iuris futuri an valeat.

Donatio omniũ bonorum, an valeat.

Hæres non habetur ſine bonis.

Digitized by Google

futura donare, vt dictum eſt, dicendum eſt donationem valere. & quo ad præſentia conueniunt omnes per legem ſancimus, l. ſi quis argentum, §. fin. C. de dona. & ſi. licet Bald. in dicta l. fina. C. de pact. quo ad vtraque bona dicat donationem non valere, tanquam in fraudem legis factam, ſed quo ad futura dicunt prædicti docto. etiam donationem valere. nam nihil tam conueniens eſt naturali æquitati, &c. inſti. de rerum diuiſio. §. per traditionem, & latitudo contrahentium voluntatis propter nimiam ſubtilitatem impediri non debet, C. vt acti. ab hære. & con. hære. l. j. in fi. de cō. & com. ſtip. l. veteris, in fi. & ſicut de præſentibus, ita & de futuris rebus ſuis quiſque diſponere poteſt. C. de dona. l. ſpem. ff. de pact. l. pactum, in fi. dict. l. fi. C. quæ res pig. oblig. poſ. l. iij. ff. pro ſo. l. humanitatis, C. de na. lib. C. qui bo. cede. poſ. l. penult. & ibi not. Item iura ſimpliciter permittunt omnia bona ſeu omnes facultates poſſe donari. ff. de his quæ in frau. credi. l. omnes, § Lucius, in l. ij. l. ſi filius, l. ſi totas, & quaſi per omnes, l. tit. C. de inoffi. dona. vbi per donationem omne patrimonium reperitur exhauſtum poſt mortem donantis, & valet: intantum quòd ſi filij velint habere legitimam, oportet quòd intentent inofficio. dona. querelam, ergo cum ſpecialiter nullus textus reſtringat poteſtatem donandi ad bona præſentia tantum, vt ipſa tantum donari liceat, & non futura, ſequitur quòd ſub generali iuris permiſſione omnia bona poſſe donari, poteſtas donandi futura etiam cum bonis præſentibus de iure comprehendatur, ex quo ſpecialiter non prohibetur, ar. l. præcipimus, C. de appel. Item libera facultas diſponendi de rebus ſuis cuilibet eſt conceſſa, ſiue per teſtamentum, ſiue per pollicitationem, vel votum: vt patet in omnibus titulis, ff. C. & inſti. de teſta. de dona. & pollicita. & ff. à ti. ſi cert. peta. vſque ad fi. lib. & iſtis quis priuari non debet niſi propter delicti pœnam, ff. de pœ. l. moris, §. ſunt autem, qui igitur non delinquunt, remanent in iſta voluntate diſponendi de rebus ſuis pro libito ſuæ voluntatis, C. manda. l. in re. mandata. l. libertas, ff. de ſtat. ho. & dicit Bald. in dicta l. fi. C. de pact. quòd ipſe credit quòd mulier poteſt in dotem dare omnia bona ſua præſentia & futura, quia poterit de dote teſtari. ſed cū mulier poſſit de iure facere pactum marito ſi ſuperuixerit, de lucrando totam dotem, C. de pact. con. l. ex morte. in authent. de æqua. dona. colla. viij. dicendum eſt ſecundum eum, quòd poterit præſentia & futura donare. & hoc pro. in l. hæreditas, C. de pact. con. vbi ſuper bonis fiebat pactum, quod volebant valere vt teſtamentum, & iſtud fieri non poteſt, ſed titulo pro dote habere potuit vir ſi hoc agebant vir & vxor. vt ibi dicitur à contrario ſenſu. facit. l. mulier. ff. de iure do. vbi maritus habet omnia bona vxoris poſt eius mortem, & creditores volebant conuenire maritum, vt hæredem: & ibi dicitur quòd non poſſunt, licet habeat omnia bona vxoris titulo dotis, ſic patet quòd de præſentibus & futuris fuit pactum factum marito per vxorem: quia ſi de bonis ſuis ſimpliciter fuiſſet factum pactum, non venirent futura, iuxta not. per glo. & doct. in dicto cap. fi. C. quæ res pig. oblig. po. l. fi. § ij. ff. de leg. ij. Baldus in d. l. fi. C. de pact. Item poſſum omnia bona mea vendere. l. j. C. de inof. do. cum ibi not. Bartolus in d. l. fi. in dicta l. ſtipulatio. licet in mare precium proiiciatur. l. ſi libertus, ff. de oper. lib. nec habet filius reuocatoriam, Cy. in l. j. C. quæ in frau. pa. ergo etiam poſſum omnia donare: & admittit Eccleſia talem donationem, argum. l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccle. & tamen ſi eſſet contra bonos mores, Eccleſia

Donari poſſunt omnia bona.

Dos in omnibus bonis poteſt aſſignari.

Bona ſua omnia quis poteſt vendere.

Digitized by Google

non admitteret, quia non vult aliquid turpe. cap. fi. de pact. pro. in l. ſi vnquam, C. de reuocan. do. in cap. ſi. xvij. quæſt. fina. vbi de rigore iuris valuit talis donatio: & lex & Eccleſia admittunt, ſed propter nouam creationem filiorum ex quadam æquitate reuocatur. Nec ob. quòd per talem donationem aufertur libera facultas teſtandi, ſaltem indirectè: quia cum nulla bona ſit habiturus hæres, recuſabit adire hæreditatem, quia dicta ratio de iure non procedit. legiſlator enim non fuit adeò ſolicitus vt quis habeat hæredem, quòd claudat liberum arbitrium diſponendi de rebus propriis, patet. lex Falcidia eſt inducta ad hoc, vt quis habeat hæredem, ſed teſtator poteſt inhibere falcidiam, in authentic. de hæred. & falcid. §. ſi vero expreſſim. colla. j. in authentic. ſed cum teſtator. & ibi Barto. & Baldus, C. ad legem Falcidiam, ergo patet quòd quis poteſt abdicare à ſe per quæ prohibiturus eſt habere hęredem, & tenet Bartolus in l. Marcellus, ff. ad Trebellia. quod teſtator poteſt prohibere trebellianicam quartam, quæ expreſſe & finaliter propter hoc ſolum eſt introducta, vt quis habeat hæredem. inſtit. de fideicommiſſ. hæredi. §. ſed quia. Barto. in dicta authent. ſed cum teſtator. vbi docto. & ſic ſecundum Bar. poteſt quis abdicare illa per quæ poteſt habere hæredem qua ratione manifeſtè concluditur quod poteſt quis facere huiuſmodi donationem, non obſtante dicta ratione. Item ſi dicta ratio procederet, videlicet quod prohiberetur dicta ratione, quia quis non haberet hæredem: ſequitur quod non valeret arrogatio, per quam non ſolum bona acquiſita, ſed acquirenda transferebantur, & non ſolum nō poterat arrogatus habere hæredem, ſed nec teſtari: & tamen de iure premittebatur, non habita conſideratione ad hoc habere hæredem vel non. inſtit. de arro. in princi. de ca. diminu. §. minima. quibus mod. teſt. infir. §. alio. & ſi dicatur quod ille titulus de acquir. per arrog. eſt in aliquo immutatus, ideo non eſt arguendum ex eo. l. j. C. de la. liber. tamen adhuc eſt attendendum, quod legiſlator non conſiderauit illam rationem, haberet quis hæredē vel non, ideo pari modo arguendum eſt. per no. ff. de coniun. cum eman. li. l. j. in fi. j. gloſ. Et eodem modo arguendum eſt de ingreſſu monaſterij, per quem quis omnibus bonis præſentibus & futuris teſtamenti factione & hærede priuatur d. authen. ingreſſi, & tamen valet ingreſſus, nō habita conſideratione ad dictam rationem nō habendi hæredē. Item pro rebus exiguis nō debet legiſlator homines maximis aſtrictionibus prægrauare. in auth. de inſtru. fi. & cau. §. & hæc diximus, col. vj. ſed ſi pro eo quod habeat quis hæredem, interdicatur ſibi commercium donationis, criminoſi loco habebitur per impoſitionem talis pœnæ. d. l. moris. itaque nimis grauaretur ſi perderet gaudium quod donator habet de ſtabilitate per ipſum factæ donationis, & ſic haberet damnum ex ſua libertate, quod eſſe non debet. ff. de ædil. edi. l. ad res, quare non videtur quod legiſlator adeo curauerit quod quis hæredem habeat, vt in aliquo velit ſuæ liberalitati derogare pro tam modica re, ſicut eſt habere hæredem: cum multum ſit commune quem ſine hærede decedere. C. ad Trebel. l. pe. de hære. decu. l. pe. ſi impe. li. ſo. l. j. li. x. & ſic quod in eius fauorem eſſet introductum, in eius læſionem retorqueretur, quod eſſe non debet. l. quod fauore. C. de legi. Item etiam ille qui donat futura, multimode poterit habere bona quæ nullo acquiri poſſunt niſi hæredi: vt ſi legetur ſibi & hæredibus ſuis, C. de lega. l. in annalibus, ff. de vſufru. accre. l. ſi Titio. quemadmodum vſusfru. amit. l. repeti. & in

Falcidia poteſt prohiberi per teſtatorē.

Monaſterij ingreſſus priuat omnibus bonis.

Digitized by Google

caſibus in quibus,ll.prouident hæredibus, & non aliis: vt eſt videre in lege poſt, C. de aduo.di.iu.in l.lege pragmatica,C.de domeſt.& pro.lib.xij. cum ſi. Item ſi quis paciſcatur alicui vel hæredi ſuo futuro: ille ſi erit hæres, ſolus habebit, ff. de pac. l. auus,in fi.in auth.de non alie.aut per,re.ec.§.emphy.col.ij.quod eſſe non poteſt viuente ſtipulatore,quia viuentis non eſt hæreditas,l.j.ff.de hære.vel ac.ven.Item ponamus quòd aliquis donat tali donatori: ita quòd donatarius in rebus donatis nullum habet participium: quo caſu donatarius non habet cauſam conquerendi, quia donator poterat vel alteri donare, vel nullo modo donare, & ſic res donatæ remanent in libera diſpoſitione illius donatarij,qui antea donauerat futura, in auth. vt li. ma.& a.in prin.colla.viij.C.de bo.quæ lib.aut,excipitur. Item in tali donatione generali non veniunt omnia bona: ſed excipiuntur feudalia,quæ nō poſſunt ſine conſenſu domini alienari,de ſuc. feu. cap. j. nec ea comprehenderentur ſi quæ habebat forte donator quæ iuraſſet antea non alienare in vita,de iureiur.veniens,& per gloſ. in cap.licet,eodem titu.in vj. Barto. in l.ſi quis pro eo.ff.de fide inſ. Pau. conſil.liiij. Item poſſibile eſt ex poſt facto talem donationem in totum reuocari, ſcilicet per nouam ſuſceptionem liberorum: vt d.l.ſi vnquam, vel per ingratitudinem per donatarium commiſſam,l.j.& fi.C.de dona. cap.fi. eodem titu. Item adhuc in illa generali donatione non veniunt ea quæ donator veriſimiliter in ſpecie non eſſet donaturus,ff.de pig.l.obligatione,quæ res pig.ob.poſſ.l.j. de reg. iu. in generali, & ibi videtur innuere. Ioan. Mo. Nec veniunt ea quibus indiget donator pro corporali vita: ſed deducendum eſt ne egeat,ar. ff. de re iud. l. inter eos, & id in quo poſſit teſtari & pro anima diſponere,ſi enim pro vita corporali prouidetur: quanta pro animarum ſalute eſt cura adhibenda? in auth. vt cum de ap. cogno. §. ſi quis ex prædictis,col.viij.ex quibus patet quòd per dictam donationem non priuabitur donator omnibus bonis ſuis, nec per conſequens actus teſtamenti factione, ſed habebit in quibus poterit teſtari. Nec ob.d.auth.ingreſſi, quia ille qui non eſt dominus rerum propter mutationem ſtatus perſonæ capitis diminutionem importantis, vt monachus,teſtari non poteſt,vt ibi,ſed in caſu noſtro donator non eſt capite minutus,ſed adhuc libertatem & ciuitatem retinet: quapropter nulla eſt actiua teſtamenti factione priuatus, & per hoc patet reſponſio ad l.lex Cornelia, ff. de vul. & pup. ſub quæ loquitur in filiofa.captiuo. Nec etiam ob. dicta l. ſtipulatio. quia ibi loquitur de pacto ſeu ſtipulatione de futura (*1) ſucceſſione: per quam quis aſtringit ſe metu pœnæ ad aliquem inſtituendum hæredem, quod eſt contra bonos mores ex parte ſtipulatoris ſeu paciſcentis,ideo ſtipulatio eius odio annullatur, vt ibi. In iſto verò donatore eſt ſecus: quia donatarius omnium bonorum non eſt ſucceſſor hæreditarius. Et præd. faciunt quòd poſſit quis conſtituere procuratorem ad acceptandum (*2) & permutandum etiam beneficia in poſterum conferendi,ad hoc, l.iij. ff.de procu.cap.non iniuſte.in prin.eo.titu. quod no.per Cy.in l.j. C etiam per procu.in integ.re.pe.poſ.no.de Ro.deciſio 4.

Donatio generalis feudalia non comprehendit.

Quæ non veniunt in generali donatione.

Procurator conſtituitur ad acceptādū & permutandum beneficia cōferenda.

(*1) Pro deductis in hac gloſ.attende ad ea quæ diximus in tract.penſio.parte 4. q. j. vbi latè ponimus quando diſpoſitiones extendantur ad futura. P.

(*2) Hunc punctum firmo in tract.penſio.parte j.q.5.nu.14. P.

a ¶ Renunciaſſe)

Digitized by Google

renunciaſſe [a], aut priuatum eſſe, ſeu aliquid aliud egiſſe [b], per quod ius proprium auferatur, narratum ſit: huiuſmodi literæ in his non præiudicent [c], etiam ſi ſuper ipſis gratia vel

a ¶ Renunciaſſe) Valet renunciatio tacita beneficij facta in manibus non ſui ſuperioris. cap. de multa. de præ. cap. beneficium. de reg. iur. in vj. Idem de renuntiatione iuris ad rem. c. ij. de tranſla. præ. cum ibi not. cap. ſi electio. de elect. in vj. de Ro. deci. 290. & 328. ſecus in renunciatione iuris iure, quæ non tenet niſi fiat in manibus ſuperioris. nec aliter renuncians perdit dominium & proprietatem beneficij, donec ſuperior renunciationem ratam habuerit. cap. ſi. de renun. capi. quod in dubijs. & ibi. not. Innocen. & doc. eo. titul. Ioan. Andr. in cap. ex ore. de his quæ fi. à ma. part. ca. in regula, is qui tacet de reg. iu. in mer. Pau. in cle. j. de renun. ad hoc. l. legatus. ff. de offi. præ. l. fi. C. de defen. ciui. vbi etiam officium publicum ſeculare non poteſt quis à ſe abdicare ex priuata renunciatione. Bartol. in l. j. C. de pe. bo. ſub. lib. x. Panor. in cap. quod Dei timorem. de ſta. mo. in cap. ij. de reſti. ſpol. Superior autem dicitur qui poteſt inuitum deſtituere. cap. cum ex iniuncto. de hære. not. Innoc. in d. c. fin. Ioan. Andr. in d. cle. Archi. in cap. deliberatione. de offic. leg. in vj. Bal. in margi. in ver. admittere. niſi beneficium eſſet litigioſum, tunc poſſet ei renunciari abſque conſenſu ſuperioris, quando eſt probabile dubium an habeat ius. capi. ij. de in integ. re. not. Panor. in d. cap. quod in dubijs. ſecus ſi clarum eſſet illum habere ius, licet litem pateretur. ita intellige de Ro. deciſi. 319. ſi tamen renunciatio ſpontaneè facta eſt in manibus ſuperioris: licet non admiſſa, nocet renuncianti repetenti beneficium. not. de Ro. deciſi. 355.

Beneficij renunciatio an poſſit fieri in manibus non ſuperioris.

Officium publicum ſeculare non licet alicui per ſe dimittere.

Beneficium litigioſum ſine licentia ſuperioris poteſt dimitti.

b ¶ Egiſſe) Puta mandat ordinario aut alteri quòd priuet Titium beneficio, & alteri conferat, quia Titius commiſit homicidium, aut aliter eſt incapax. & no. quòd per literas prælatorum non probatur crimen. ſed ob. cap. cum in eccleſijs. de maio. & obe. cum ibi not. dic quòd vbi ageretur de modico præiudicio, (*) bene crederetur ſolis literis prælatorum, aliàs ſecus. & an per inſtrumentum poſſit probari crimen alicuius, not. Ioan. Andr. in regula ſemel. de regu. iur. in vj. in mer. per gloſſ. & doc. in d. cap. cum in eccleſijs.

(*) Vide quæ in propoſito diximus in tract. diſpenſatio. memb. 4. parte j. quæſtio. 8. & 9. Probus.

c ¶ Non præiudicent) Arg. quòd huiuſmodi literæ in his caſibus non faciunt etiam ſemiplenam probationem. & fa. tex. qui ſequitur, niſi aliter appareat per teſtes. &c. qui loquitur in plurali numero. nec ſufficeret per hoc vnus teſtis cum literis. ſic limita quod not. ſuprà, & hæc eſt æqua prouiſio. grauis enim erat cle. literis. per quam poterat papa per ſolas ſuas literas nocere cuicunque ſcribendo, vt vellet. ſed ſpecialitas ibi erat propter auctoritatem papæ, pro quo eſt ſemper præſumendum. nam olim etiam ſoli eius verbo ſi in eo perſeuerabat, credebatur etiam de his quæ vidit ante papatum. cap. cum à nobis. de teſti. not. Ioan. Andr. in cap. j. de renun. lib. vj. in ver. ſtatuit. & in cap. ad apoſtolicæ. de re iudi. eo. lib. Bald. in l. iuſſit. C. de teſti.

Papa ſolum verbũ olim faciebat plenam probationem.

Digitized by Google

nemo enim illi contradicere poterat ſecundum Hoſtien. in d. cap. cum à nobis. alle. xix. diſ. in memoriam. ix. quæſtio. iij. cuncta per mundum. & capitu. per principalem. de off. dele. ex parte. Poterat tamen ei dici ſecundum eum, ſalua maieſtatis reuerentia, aliquid eſt de quo non recordamini, quia plerunque vos fallit obliuio. (* 1) xxiij. diſtinct. præterea. quod credebat verum Panormit. in his in quibus papa habet liberam poteſtatem, vt in beneficialibus (* 2) & ſpiritualibus. ſed dubitabat in alijs cauſis prophanis & inter laicos. per hunc autem text. non puto hodie fore credendum ſoli verbo papæ in caſibus hic contentis, & ſi. in graue præiudicium alterius, quia nec literis eius creditur: quod eſt conforme diuino exemplo Ioan. 8. capi. & §. j. ij. quæſt. iiij. vbi Chriſtus noluit quod ſibi crederetur, ſed voluit ſe conformare legi diuinæ, dicenti, In ore duorum, &c. inquit, ſi duorum (* 3) teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meum & patris mei non accipitis. ij. quæſtio. j. Deus omnipotens. vbi dicitur quòd Deus noluit punire peccata Sodomorum, licet ſciret tanquam Deus, niſi prius eos conuinceret tanquam iudex. & in lege diuina nullus eſt caſus exceptus, nec alibi reperitur contrarium quòd vni ſoli credatur in graue præiudicium alterius.

intentio narrantis fundetur [a], niſi per teſtes [b] aut alia legitima conſtiterit

(* 1) Iſtud late firmo in tract. penſio. præludio. 7. P.

(* 2) Quod probo in tracta. penſio. parte j. quæſt. 34. P.

(* 3) Qui numerus hodie habetur in probatione huiuſmodi quia papa teſtificatur reſignationem in manibus ſuis factam fuiſſe. prout notarius Cameræ aut Cancellariæ apoſtolicæ, dum deſcriptionem conſenſus in dorſo bullarum reſignationis ponit ille de qua infrà in verbo documenta, in qua deſcriptione non apponuntur teſtes, ſic depoſitio vtriuſque eſt neceſſaria, vt huic legi ſatisfiat, ibi, niſi per teſtes. Probus.

a ¶ Fundetur) Vt quia papa vel alius ordinarius confert beneficium quod narrat vacare per reſignationem, aut per priuationem quam fecit de Titio, aut mandat eum priuari beneficio, quia dicit ſe prius eum excommunicaſſe. olim autem credebatur literis apoſtolicis in d. caſibus. & in cle. literis, de proba. ſed verba narratiua ſuper quibus non fundatur intentio papæ, non faciebant plenam fidem capitul. ſi papa. de priuileg.

b ¶ Teſtes) Id eſt depoſitionem teſtium, etiam non inſcriptorum in literis. ad hoc capit. cum Ioannes. cum ibi not. de fide inſtru. vel intellige niſi huiuſmodi literæ habeant ſubſcriptionem teſtium. Sed an requiratur quòd debeat fieri inſcriptio manu propria ipſorum teſtium, an ſufficiat quòd ordinarius inſcripſerit nomina teſtium in literis ſuis? Ioan. Andr. dicit in cap. poſt ceſſionem. de pro. quòd literæ epiſcopi non probant niſi habeant ſubſcriptionem. & videtur velle quòd ſubſcriptio debeat fieri manu ipſorum teſtium ſubſcribentium, quia aliàs per ſubſcriptionem non eſſet plenè prouiſum fraudibus cum apponens furtiuum (*) ſigillum ſubſcriberet, ſeu inſcriberet teſtes nunc mortuos, tempore datæ ipſius ſcripturæ viuos, & ſic non poſſet reprobari. ad hoc quod not. in capitul. ex tenore. de teſt. licet do. Anto. videatur velle in d. capitul. poſt ceſſionem. quòd ſufficiat inſcriptio

Teſtes an debeant ſe ſubſcribere.

Digitized by Google

teſtium facta per ſcribentem literas: ſicut fit in inſtrumento. per. cap. ij. de fide inſtru. capit. j. de procu. ſed Panor. ſequitur opi. Ioan. Andr. in d. capitu. poſt ceſſionem. per d. capit. j. in fin. de procu. cum faciat ibi mentionem de ſubſcriptione. & verbum ſubſcriptio comprehendit proprie & ſecundum communem vſum loquendi, ſubſcriptionem in fine factam manu teſtium. vnde dicitur ſubſcriptio quaſi ſubtus ſcriptio. Item cum in literis priuatis requiratur ſubſcriptio ipſorum teſtium. l. ſcripturas. C. qui po. in pig. ha. not. doct. in d. c. ij. de fide inſtru. ergo in iſtis, cum magis attrahantur ad naturam priuatarum quàm publicarum: cum iudex non ſit perſona publica in ſcribendo. & facit capit. quoniam de proba. vbi tex. in defectu notarij requirit inſcriptionem ſeu ſubſcriptionem duorum virorum idoneorum. igitur eadem ratione idem dicendum eſt in extraiudicialibus: vt non credatur literis epiſcopi ſeu ordinarij in præiudicium alterius, ſi non habeant ad minus ſubſcriptionem duorum. & mouetur Panor. alia ratione, quia voci epiſcopi non creditur in præiudicium alterius. vj. quæſt. ij. ſi tantum. xj. quæſtio. iij. ſi epiſcopus d. capit. quoniam ego nec literis ſuis cum is qui inducitur ad falſum dicendum, non minus induci poteſt ad ſcribendum, & ſigillum ſuum apponendum, & inſcribendum teſtes qui nunc mortui ſunt, tempore datæ literarum viuos. omnia enim iſta pendent à voluntate ſua, & pauperi innocenti deficiet probatio negatiuæ: & ſic erit in facultate ordinarij quodammodo negandi ſiue ſpoliãdi ſubditos ſuos, faciendo literas modo prædicto, quod eſt contra omnem æquitatem. & ſi iura deficerent, non deficit ratio, & aperte mens d. cap. quoniam d. capit. ſi tantum. vbi autem huiuſmodi literæ haberent ſubſcriptionem duorum teſtium, facerent fidem in caſibus huius textus, & ſimilibus, ſiue ſint promulgatoriæ, ſiue diſpoſitiuæ, ſiue teſtimoniales, atteſtantes tamen factum de præſenti ſecundum datam literarum. probatur in d. cap. ij. de fi. inſtr. vbi tales literæ ſigillatæ & ſubſcriptæ habent vim publici inſtrumenti. & in d. cum à nobis. verb. neque ad hæc, deci. Rotæ. 302. vbi dicunt, quod etiam in præiudicium apoſtolici expectantis tales literæ à teſtibus ſubſcriptæ faciunt fidem. per prædi. patet non ſufficere quod huiuſmodi literæ ſint ſubſcriptæ à ſecretario vel notario epiſcopi. *Epiſcopi literis non creditur in præiudicium alterius.*

[a] documenta † [b].

(*) De ea teſtium ſubſcriptione habes per Domi. de Rota in not. deci. 348. & deci. 22. & in antiq. deci. 70. j. Et de alijs ſubſcriptionibus per nos in tracta. penſio. præludio vij. P.

a ¶ Documenta) Puta per inſtrumenta authentica, vel confeſſionem partis, aut ratificationem ſubſequentem tacitam vel expreſſam. (*)

(*) Sic deſcriptio conſenſus, de qua infra proxima gloſ. non videtur de ſubſtantia bullarum reſignationis, vel ceſſionis aut penſionis, reſeruationis, ſed de quadam formalitate probationis adhibita propter hoc decretum per officiales curiæ Romanæ: vt probamus in tracta. penſio. parte j. quæſtio. vij. num. 9. nam ſi eſſet de ſubſtantia, nihil loco illius operaretur reſignantis confeſſio, aut ratificatio ſubſequens, tacita, vel expreſſa. Ex quibus habes quòd in beneficialibus aliquando confeſſio operatur, tamen illa non eſt regula, ſed exceptio, vt probamus in tracta. penſio. dicta parte j. quæſt. 18. nume. 26. & ſequen. P.

† a ¶ Documenta) Cum hac lege, non in verbis, bene tamen in ſubſtantia conue-

nit concord. lex hoc titu. Et ſi quæras qualia debent eſſe huiuſmodi documenta, vt credatur Papæ narranti in prouiſione beneficij per reſignationem vacantis, reſignantem in manibus ſuis reſignaſſe, dic (ſi bene ſentiam) ſufficere pro plena probatione deſcriptionem conſenſus illius, aut procuratoris ipſius ad hoc ſpecialiter conſtituti, in dorſo bullarum eſſe appoſitam, qua pro ea probatione plena contentantur Gallici iudices, vt ſemper vidimus experientia facti, delphinales tamen ſola narratione papæ, vel legati, id eſt ſine ea deſcriptione contentantur, prout in legatione Auenionen. in qua hæc etiam vidimus, quòd conſenſus deſcriptio non ponitur, & merito, quia illa non eſt de ſubſtantia prouiſionis, vt probamus in tracta. penſio. parte j. quæſtio. vij. nu. 9. Sic licet lex iſta illis delphinalibus, prout & lex concord. ſit etiam directa, tamen non fuit in ea parte recepta, prout nec in tota Gallia, quo ad ordinarios collatores concernit. nam illis creditur ſine ea deſcriptione conſenſus, licet eorum literæ non ſint in maiori ſolennitate, ſed minori factæ, quia ſignis eorum ſecretariorum, & ſigillis dignitatum aliquando cum deſcriptione teſtium, aliquando non, ſolum ſunt munitæ. in bullis autem papæ ſunt longe maiores deſcriptiones appoſitæ, & cum ampliori maturitate cauſæque cognitione, & per officiales fide digniores, & in talibus expertos & peritiores, vt patet intuenti. Ea tamen lex noſtra ipſis ordinarijs eſt directa, vt patet ibi, quibuſcunque, quod non ſic legitur in dicta lege concorda. quæ ſolum loquitur de literis apoſtolicis. Equidem ſufficit reſignantis confeſſio, quia ad eum pertinet præiudicium, ne ſit reſignatio facta, vel non facta. P.

Datum [a] in ſeſſione publica huius [b] ſanctæ ſynodi in eccleſia [c]

Lex an debeat ſcribi de neceſſitate.

a ¶ Datum) Ar. quòd lex ſiue conſtitutio debet redigi in ſcriptis cum data. ad hoc infrà. §. ſeq. ver. volentes. vbi mandantur iſtæ conſtitutiones regiſtrari. Sed an ſcriptura ſit de ſubſtantia legis? variæ fuerunt opiniones inter legiſtas in l. j. C. de leg. vide Ioan. Andr. in regula, nemo poteſt. de regul. iuris in vj. in mercu. de Rota, deciſio. 250. Specul. titu. de lega. §. finitur. ver. quid ſi legatus. Bartolus in l. ij. ff. de vulga. & pupil. ſub Bald. in lib. feud. in l. humanum. C. de legi. Henri. in capitul. à nobis. de ſententia excommu. Panor. in cap. j. de conſti. in cap. j. de poſtula. præla. in capitul. paſtoralis. de fide inſtrumen. vbi placet ſibi opinio quòd regulariter ſcriptura non ſit de eſſentia conſtitutionis, & ſic quòd poſſit probari per teſtes. facit capit. j. de renuncia. lib. vj. vbi ſucceſſor redegit in ſcriptis conſtitutionem prædeceſſoris, ne traderetur obliuioni. inſtitu. de iu. na. §. ex non ſcripto. verb. ſed quod principi. vbi ſola voluntas principis cum effectu facit legem. ad hoc capitul. ſi Romanorum. xix. diſtinctio. vbi conſtitutio ligat etiam ſi non ſit redacta in volumine iuris. vtile tamen eſt redigere legem in ſcriptis: vt conſeruetur illius memoria. arg. cap. ſignificauit. capit. Albericus de teſtib.

Conſtitutio de neceſſitate non requirit ſcripturam.

b ¶ Huius) Baſilien.

Locus eſt in inſtrumento ponendus

c ¶ Eccleſia) Argu. quòd tabellio in inſtrumento debet apponere locum (*) initi contractus. patet in capit. quoniam de pro. ibi, loca. & cap. ij. quæſtio. viij. libellorum. C. de con. & com. ſtipula. l. optimam. & ibi Cy. & Baldus inſtit. de inuti. ſtipula. §. item verborum. in capit. abbate. §. ex eis de re iudi. li. vj. vbi Ioan. Andr.

Digitized by Google

& doct. intantum quòd non valeret conſuetudo quòd inſtrumentum fieret ſine loco. de Rota, deciſione 330. quia hæc litera loquitur ſpecifice de eccleſia: facit quòd non ſufficiat ponere ciuitatem vel caſtrum pro loco in inſtrumento: ſed oportet quòd ſpecialis locus exprimatur. ad hoc data. vj. ibi, apud ſanctum Petrum. quod vult Ioan. Andr. in dicto capitul. abbate. in not. ad hoc authen. qui. mo. na. effici- leg. §. quantum vero. col- la. vj. vbi etiam domus ſcribitur. de hoc in Specul. tit. de inſtrumen. edi. §. ij. Ioan. Andr. in addi. eod. titu. §. poſtremo. verb. quid ſi locus. Bartolus in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui ope. num. in l. lecta. ff. ſi cer. pe. Ioan. Andr. & moder. in capitul. j. de fi. inſtrumen. Sed dic quòd circa ſolennitatem inſtrumentorum multum attenditur conſuetudo loci vbi fit inſtrumentum. in authen. vt propo. not. impera. §. ſi qua. colla. v. de fi. inſtrumen. cum dilectus. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius §. recte placuit. & ibi Bartolus, Baldus in l. comparationes. C. de fi. inſtrumen. vbi dicit locum non eſſe de ſubſtantia ſi eſt conſuetum inſtrumentum certo fieri. ideò ſi generalis conſuetudo habet quòd ponatur illa generalis loci inſcriptio, ſufficit. ſi vero non ſit talis conſuetudo, tunc requiritur quòd locus ſpecialiter apponatur. not. Lap. in dicto capitul. abbate. niſi in expreſſione generali tacite includeretur locus ſpecialis, tunc ſufficeret. ita procedi, quod dicitur de ſtylo curiæ in data literarum apoſtolicarum, quòd ſufficit generalis locus: quia notorius eſt locus vbi papa manet in ciuitate. ſi tamen ſpecialis locus non exprimatur, non propter hoc vitiaretur inſtrumentum, ſed fieret ſuſpectum, & incumberet producenti illud ſpecialem locum declarare per teſtes. C. de pro. l. iubemus. de fal. l. fina. capit. cum Ioannes. de fide inſtrumen. no. Domi. in dicto capitul. abbate.

Inſtrumēti ſolennitas ſeruetur ſecundum conſuetudinem.

maiori Baſilienſi [a] ſolen-

(*) Vide quæ in propoſito diximus in tracta. penſio. parte iij. quæſtio. viij. & in thema. tracta. diſpen. in verbo datum. P.

a ¶ Baſilienſi) Nota quòd eccleſia cathedralis denominatur à loco ſine expreſſione certi nominis, ſeu alicuius ſancti ſub cuius vocabulo eccleſia eſt conſtructa. not. in capit. quamuis. de præbend. in vj. quòd de ſtylo Romanæ curiæ eſt, quòd quando facit mentionem de eccleſia cathedrali, non exprimatur in literis nomen eccleſiæ. pro quo cap. dudum. j. & ij. capit. bonæ. j. & ij. capitul. Cumana. de elect. ſecus quando fit mentio de eccleſijs inferioribus. aliàs literæ eſſent ſurreptitiæ: quia contra ſtylum curiæ. vnde concludit, quòd ſi mandatur prouideri alicui in eccleſia ſancti Petri Bonon. & non reperitur ibi aliqua eccleſia ſub iſto vocabulo, niſi ſancti Petri: non valet gratia (*) propter expreſſionem illius nominis ſancti Petri, contra ſtylum curiæ. de cri. fal. quàm graui. quod not. doct. in capitul. ad audientiam. de reſcrip. capit. ad noſtram de confir. vti. quòd niſi ſtylus curiæ ſeruetur, ſunt literæ ſuſpectæ de falſo, niſi per literas appareat aliter papam intellexiſſe de cathedrali. Panormit. in cap. ſacroſancta. de electio.

(*) Quicquid ſit de ſtylo curiæ, tamen habes in iure, quòd eccleſia cathedralis exprimitur ſub nomine ſancti. tex. eſt formalis in capit. cum cauſam, de præbend. vbi eccleſia cathedralis Aurelianen. exprimitur ſub nomine ſanctæ crucis, in cuius honorem eſt dedicata. & ſub hoc vocabulo appellata. P.

Digitized by Google

niter celebrata, nono [a] Kalendas aprilis, Anno [b] Do-

Leges regiſtrantur cum die & anno.

a ¶ Nono Kalendas) id eſt nono die ante Kalendas aprilis, qui eſt dies xxiiij. Martij. & de Kalendis, nonis, & idibus, not. ſuper data. vj. ff. de verbo. ſignifica. cum biſſextus. Specul. titul. de inſtrumen. edi. §. ij. Et facit iſte text. quod leges & conſtitutiones debent regiſtrari cum die & anno, valerent tamen ſine die & conſule. l. j. C. de not. C. com. verb. & ſi quæ. not. in l. ſi qua. C. de diuer. reſcript. ſed inſtrumenta publica non valerent ſine die & conſule. not. in authenti. vt præpo. not. impe. colla. v. not. in capit. inter dilectos. de fide inſtrumen. ad hoc. cap. quoniam. de pro. capit. abbate. §. ex his. de re iudi. lib. vj. & ibi Ioan. Andr. in not. ſcripturæ priuatæ. ſic. l. cum tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pigno. & ibi Bartol. & Baldus & in prima conſtitut. ffόrum. per illum §. idem quæſijt. gloſ. xxv. quæſtio. ij. §. reſcripta. ver. ſi qua. Baldus in dicta l. j. §. quibus. C. de not. C. compo. Specul. titul. de procu. §. ratione. verb. ſed quid ſi in mandato. & titu. de inſtrumen. edi. §. nunc dicendum. vbi Ioan. Andr. in addi. ſentit Hoſtien. in dicto cap. inter dilectos. Panor. in capit. ij. de fide inſtrumen. dicit quòd aut agitur de ſolo præiudicio ſcribentis: & non exigitur dies nec conſul, aut locus, aut ſimilia quæ ſunt de ſolennitate publici inſtrumenti. d. §. idem quæſijt. Vult Ioan. Andr. in dicto capit. inter dilectos. in dicto ca. abbate. ad hoc. ff. de pigno. actio. l. Titius. depoſi. l. publia. §. ſi. xxvij. quæſtio. j. omnes fœminæ. ff. de procura. l. cum de indebito. de fide inſtrumen. ſi cautio. nec ſubſcriptio. Bartol. in l. ſcripturas. C. qui po. in pigno. habe. l. cum antiquitas. & ibi Baldus de teſtamen. d. §. idem quæſijt. & ibi Bartolus nec ſigillatio. Bartolus vbi ſupra. in l. ad teſtium. ff. de teſta. ita intellige Baldum in rubrica. C. de fide inſtrumen. vbi dicit ſimpliciter non requiri diem in ſcriptura priuata, aut agitur de præiudicio alterius, ſaltem ſecundario: & tunc aut dies venit neceſſario probanda, & requiritur: puta dico me priorem in hypotheca: tu dicis te priorem, & producis ſcripturam priuatam. vbi non apparet de die obligationis, certe ego ſum præferendus: quia probatio tua tanquam incerta mihi non præiudicat. argu. capitul. in præſentia. de proba. quod voluit Bartolus in dicto §. idem quæſijt. idem putat vbi ex non appoſitione diei auferretur alteri parti defenſionis copia: vt in quæſtione quam facit Hoſtien. & Specul. locis præallegatis. puta producit inſtrumentum procuratorium manu priuata confectum ſine die, non debet valere in præiudicium aduerſarij: cum non poſſit probare an tempore conſtitutionis procurator eſſet excommunicatus, vel an ſit reuocatus per conſtitutionem alterius procuratoris. & his caſibus intellige Bald. in d. l. ſcripturas.

Annus domini quando incipit.

b ¶ Anno) Supple currente. & eſt conſuetudo notatoriorum, qui ſcribunt anno à natiuitate Domini M. cccclxxxvij. qui nunc currit, cum tamen annus non ſit completus. Vnde dicit Cardinalis Florentinus in capitul. iuuenis. de ſponſalibus. quod melius videntur dicere Florentini, qui ab anno incarnationis completo incipiunt. modum tamen præmiſſum ſaluat conſuetudo, quæ detrahit de proprio ſignificato. ff. de fundo inſtrumen. cum de lanionis. §. aſinam. ſed olim ſolebat dici currente anno natiuitatis, & tunc erat propria locutio, ſed propter breuitatem quidam omittunt, & dicunt ſimpliciter anno à natiuitate ſine verbo currente. &

Digitized by Google

vide Baldum in l. imperialis, de pa. Conſtan.

a ¶ Domini) Supple à natiuitate. Nam anni Domini à natiuitate computantur. ſuprà de collatio. capit. j. in data. de paci. poſſeſ. capitul. j. in fine. de ſpecta. in eccle. non facien. capitul. j. in fi. Sed Florentini computant ab incarnatione, vt in capit. In nomine Domini. xxiij. diſtinct. ita computabant annos Eugenij quarti, & in hoc ſtandum eſt conſuetudini, not. Specul. titu. de inſtru. editio. §. ij. prima tamen computatio à natiuitate rectior eſt. De Ro. deciſio. 53. Panormit. in capit. inter dilectos. de fide inſtrumen. Gallici tamen vulgariter computant annos à reſurrectione Domini. de Ro. deciſio. 111. Iſta autem computatio diuerſificatur ſecundum diuerſitatem gentium. gloſ. in clemen. j. in verb. ex tempore, de ſum. trin. gloſ. in rubrica. C. de indictionibus. Bartolus in l. libellorum. §. ſi accuſator. ff. de accuſationibus. *Anni computantur à reſurrectione in Francia.*

mini[a] M. cccxxvj.

Congregatio Gallicana decreta præinſerta ſimpliciter dicit acceptanda, & quòd executionem ſortiantur, ac effectui realiter mancipentur declaratio, prout & alia ſuprà modificata, cum eorum modificationibus, dummodo illa per concilium admittantur. P.

DEmum[b] concluſit prælibata congregatio[c], vt decreta ipſa de quibus[d] viſum eſt, quòd debeant ſimpliciter[e] acceptari, exnunc ſimpliciter acceptentur[f], & executionem ſortiantur,

DEmum) Vſque ad finem. Primo ponitur concluſio eccleſiæ Gallicanæ Bituris facta ſuper acceptatione decretorum Baſilieſium. Secundo, eiuſdem ſupplicatio ad regem ſuper protectione dictorum decretorum. Tertio, regis approbatio mandantis huiuſmodi decreta in regno publicari. Quarto, iniungit omnibus ſuis officiarijs & ſubditis quòd illa omnino ſeruent & tueantur. ſecunda ibi, ea propter. tertia, nos igitur. quarta, quocirca.

b ¶ Demum) i. finaliter.

c ¶ Congregatio) Eccleſiæ Gallicanæ Bituris facta.

d ¶ De quibus) Suprà de aucto. gene. conci. c. j. & ij. de elect. c. & quia con. fri. ap. capit. j. de paci. poſſeſ. cap. j. quomodo diui. offic. ſit cele. cum alijs capit. ſequen.

e ¶ Simpliciter) Id eſt ſine aliqua modificatione vel diſtinctione. (*) l. coiri. ff. pro ſoc. Bald. in l. manifeſtiſſimi. C. de fur. vbi per eum quomodo intelligatur ſimpliciter, & in l. ea quæ. de condi. indebi. in l. eam quam. C. de fidei com. Bartolus in l. ff. de vulg. & pup. ſub. *Simpliciter qualiter accipitur.*

(*) Hinc habemus quòd ſimplicitas dicitur quaſi puritas, id eſt abſque adiectione diei, conditionis, vel modi, ſeu proteſtationis. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſemper. ff. ex quib. cau. maio. cle. j. de procura. & l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. Probus.

e ¶ Acceptauerunt) Non hæſitatione poteſtatis & auctoritatis, condentis & pro-

Digitized by Google

mulgantis, ſcilicet ipſius concilij Baſilienſis, ſed quatenus commoditatibus temporibus & moribus regionum & perſonarum regni congruere viſum eſt, ſuprà in prooœm. in fine.

y ¶ Exnunc) (*) Id eſt à die datæ præſentium abſque alia publicatione, vt infrà ver. olentes. hoc enim ver. nunc, præſens tempus ſignificat. ff. de noua. l. quotiens. de neg. ge. l. qui ſine. in fi. ſed Domini de parlamento nuper aduiſarunt quòd turnus nominationum decætero incipiet à paſcha proximo.

(* Vide quæ de ea dictione & dictione extunc diximus in trac. penſio. 7. præludio poſt princ. P.

b ¶ Illa) Vt ſuprà de elect. capitul. j. & ij. de col. capit. j. de cau. capitul. j. de nume. & qua. car. capit. j. de anna. cap. j.

c ¶ Admittentur) Non fuerunt tamen prædictæ modificationes admiſſæ per concilium Baſilien. quia diſſolutum fuit antequam ei relatæ fuiſſent. Et ideo per hunc textum voluerunt quidam dicere nominationes non debere ſortiri effectum, cum ſint modificationes additæ per eccleſiam Gallicanam. ſuprà de colla. §. item placuit. & §. ſeq. modificationes auautem non fuerunt acceptatæ niſi ſub modo quòd referrentur ad concilium Baſilien. & per illud admitterentur, vt hic, & ſuprà de col. capitul. j. ver. adijciens. Et vide quod ibi not. & in dicto §. item placuit. in ver. capellanijs.

d ¶ Vice regia) i. loco regis. l. ij. C. de adop. nam qui per alium facit, per ſeipſum, & cætera. capit. qui facit. de re. iur. lib. vj. & omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur. l. j. ver. omnia enim. C. de ver. iur. enu. capitul. ſi apoſtolicæ, de præben. in vj. & cum oratores vicem regiam & eccleſię Gallicanę gerant debent honorati in loco, in ſeſſione, & alijs: (*) ſicut rex & eccleſia quorum perſonas repræſentant, ad hoc. cap. præcipimus. xciij. diſ. ca. ſane. ij. & quod ibi not. Panor. de offic. delega. Hoſt. in principio

Oratores regij vt rex ſunt honorandi.

atque exnunc [a] effectui realiter mancipentur. Et ſimiliter illa [b] decreta circa quæ fuerunt factæ prænotatæ modificationes, de quibus ſuperius dictum eſt, exnunc cum ipſis ſcilicet modificationibus acceptentur, prout etiam acceptantur, ſub ſpe ſcilicet quòd ipſæ modificationes per ſacrum concilium admittentur [c]. Pro quo regij oratores inſtabunt vice regia [d] eccleſiæ regni & delphinatus.

Congregationi Gallicanæ viſum fuit inſiſtendum apud regem, vt decreta præinſerta iuxta ſuos modos acceptet & approbet, illáque obſeruari mandet & faciat, ac tranſgreſſores illorum puniat, vt cæteris in exemplum cedat, & ſuper hoc conficere pragmaticam. P.

Et poſtremò viſum fuit prædictæ congregationi inſum,

ſum.xxj.diſt.in nouo,ij.q.v.habet,xcvij.d.nobiliſſimus,gloſ.de ſen.excommu.cum voluntate,ad hoc quod no.Bar.in l.filius,in l.vicarius,ff.de lega.

(*) Iſtud latè firmo in tract.penſio. præludio 7. ver. poſtremò dic cancellarium ſignare. Probus.

ſtandum [a] fore omnino [b] apud [c] † [d] regem, vt ipſe exnunc decreta eadem iuxta modos [e] prænotatos acceptet & approbet [f], mandando diſtrictè exnunc curiæ [g] parlamenti [h], & aliis iuſtitiariis regni & Delphinatus; ac aliorum dominorum regni, quatenus de puncto in punctum præmiſſa inuiolabiliter & in perpetuum obſeruent, & obſeruari faciant, tranſgreſſores & contrà facientes taliter puniendo, quòd cæteris in poſterum cedat in exemplum [i]. Et ſuper hoc conficere Pragmaticam [k]

a ¶ Inſtandum) Id eſt proſequendum cum magna inſtantia: nam inſtare eſt aliquid ſæpius & diligenter petere, ca.d.priſca.de renun.quidam, cap. ab eodem, de appel. cum ſi.

b ¶ Omnino) Id eſt cum perſeuerantia & vſque ad effectum, & de hoc ver.no.ſup. de concu.c.j.§.j.& §.publici.

c ¶ Apud) Per d ſcribitur, quandoque capitur pro in c.ſtatutum, in princ.de præb. in vj.no.Archidiac.in cap.ſi.de conſuetu. eo.lib.

† d ¶ Apud Regem) qui dicitur lex animata in ſuo regno, & plus poteſt in eo quàm lex communis vel conſuetudo, ait Bal.in auth.hoc amplius, C. de fideicom.

e ¶ Modos) Id eſt modificationes.

f ¶ Approbet) Quantum regiæ dignitatis intereſt, ſuprà in procem.§.itaque, ver. eadémque.

g ¶ Curiæ) De qua ſuprà de cau. §. item fuit concluſum.

h ¶ Parlamenti) In quo tanquam in conſiſtorio publico cauſæ pauperum primò debent terminari, ait Præpo. poſt gloſ. in c.primis, 2. q.j.ſubdens ita ſeruari in cōſiſtoriis publicis, Deus ſcit an id verum ſit in parlamentis. Et attende ad vnum quod idem Præpo.tradit in ca.ij.§.ſi contra patrem,3.q.7. quòd ſi per Papam commiſſa eſt cauſa alicui Cardinali vel auditori rotæ qui ferat ſententiam à qua appelletur: ſi appellatio illa deuoluatur ad conſiſtorium vel rotam,ille Cardinalis vel auditor vnà cum aliis de ea appellationis cauſa cognoſcet,& eam terminabit,nec vt ſuſpectus recuſabitur, propter collegarum integritatem quæ purgat huiuſmodi ſuſpicionem ſingularis perſonæ, & excellentiam aliarum perſonarum quæ iudicant, ita venit dicendum in ipſa curia parlamenti paritate rationis. Probus.

Cauſæ primò terminandæ in Parlamentis.

Index cognoſcit de appellatione ab eo interpoſita.

i ¶ Exemplum) Sic pœna vnius debet eſſe metus multorum,ff. de pœnis, l. capitalium,§.famoſos,l.aut facta,§.ſi.ff.de iniur.l.eum qui,ff.de po.l. bona fides, C. ad l. Iul.repe.l.j.c.j.de male cum ſi.

k ¶ Pragmaticam) Pragmatica ſanctio dicitur propriè illud quod princeps de conci-

Digitized by Google

Sanctio pragmatica qui dicitur.

lio procerum ſentit & ſtatuit pro rebus communibus & vniuerſitatis, C. de diuerſi. reſcr.l.fi.in fi.l.fi.C.de do.& pro,lib.xij.C.& l.ij.C.de nouo,C.com.§. & ſi. quæ de iuſti.co.con.l.j.§.ſi quæ,vbi gl.no.in §.reſcripta.xxv.quæſt.ij.in l.iubemus nullam, C.de ſacroſanct.eccl.in auth.qua in prouincia,vbi de cri.agi.oportet,in l.non aliter, C.de pala.ſa.lar.l.xij.in c.fundamenta,de elect.lib.vj. & ſcribentes Pragmaticas ſanctiones lex vocat pragmaticos,ff.de pœn. l.moris,§.ſolet, dict.l. fi. aliquando capitur pro annotatione quæ fit de rebus priuatis,l.iubemus, C. de ap.ſiue pro atteſtatione facta per principem pro permutatione facta cum re eccleſiæ, in cap.j. de rerum permu.vbi glo.Et beatus Ludo. fecit vnam pragmaticam pro iuris communis in electionibus & collationibus beneficiorum defenſione,ſimiliter hæc pragmatica eſt decretorum Baſilien. immo iuris communis conſeruatio.infrà ver.nos igitur,ibi, & ſanctorum patrum, ſuprà in procem. §. quibus ad plenum, ver. qualiter. (*)

(*) Pro hoc vide ordinationem eiuſdem beati Ludoui. poſitam per glo. concroda.in titu.de elec. de Roga.in verbo ſimoniacis, quam latè firmo in defenſorio electionum. Probus.

a ¶ Sanctionem) Contra quam inuehit Papa Pius in oratione reſponſiua quam habuit in conuentu Mantuano ad orationem legatorum Gallicorum, quæ incipit Reſponſuri.& Arch. Turo.in tracta.con. pragma. ſed quid aliud impugnare nituntur, niſi ius commune, (*) iura antiqua ſanctorum patrum,tam ſalubria, tam vtilia,quæ quandiu obſeruata fuere eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis felici vbertate produxit, &c. & ex eius cōtemptu & infractione eccleſiaſticus ordo confunditur, miniſtri indigni promouentur, animarum cura negligitur,pauperes innumeris diſcriminibus ſubiiciuntur, multáq; alia inconuenientia haud toleranda ſequuntur, enumerata, ſuprà in procem. & de colla.c.j.in prin.de cau.c.j.in prin. & per cantorem Pariſien. in remonſtran. pragm. & vide quid dixi in pro.§.ij.in ver. Martini.

(*) Maximè quoad concernit decretum de elect.vt latè probamus in defenſorio elect. Probus.

b ¶ Memorati) Suprà in pro.§.quibus attente.

ſanctionem [a].

Rex annuens voto congregationis Eccleſiæ Gallicanæ ad acceptationem & comprobationem præinſertorum decretorum & ſuarum modificationum, de conſilio procerum procedit, & illa ac illas rata & ratas habet, conſenſumque ſuum regium præbet, & obſeruari illa vult, & ordinat, ac ſuum plenum & integrum ſortiri effectum abſque aliqua publicatione, nihilominus ea publicari, & inter ordinationes regias mandat regiſtrari. Probus.

Eapropter nobis humiliter ſupplicauerunt memorati [b]

Archiepiſcopi, Epiſcopi, capitula notabilia, decani, Abbates, cæteríque prælati †[a] & viri eccleſiaſtici atque ſcientifici vniuerſitatum ſtudiorum generalium regni, eccleſiam prædictam regni & Delphinatus noſtrorum prędictorum repræſentantes, quatenus eorum deliberationibus & concluſionibus ſic ſecundum Deum, iuſtitiam & ſinceritatem[b] conſcientiarum ſuarum acceptis, tam reſpectu præfatorum decretorum & canonum ipſius ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſilien. quàm alias in his quæ pro vtilitate Reipubl. eccleſiæ regni & Delphinatus noſtrorum fuerunt inter eoſdem deliberata & concluſa, regium noſtrum conſenſum præbere, eáque protegere efficaciter & exequi, ac inuiolabiliter per omnes ſubditos †[c] noſtros obſeruari facere & mandare dignaremur. Nos igitur[d] attendentes, quod ſicut ſacerdotes[e]

† a ¶ Prælati) Qui præſidere debent ſubditis tanquam patres filiis, §. eo autem, in auth. vt iudic. ſine quo, ſuf. col. 3. ideo ait Præpo. in c. diſciplina, col. j. diſt. 45. quòd prælatus pro defenſione populi debet ſe exponere etiam vſq; ad mortem, ſicut fecit Moyſes, & hoc maxime pro clericis qui proprie dicuntur pręlatorum ſubditi, idem Prępo. in c. præſumunt, ij. q. vij. ſubdens etiam laicos eſſe eorũ ſubditos, quãdo iuriſdictionem habẽt temporalem. P. *Prælati præſideant ſubditis.*

b ¶ Sinceritatem) quam habere debemus, Pau. dicẽte, Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ca. inter, ca. non ſunt, xj. q. iij.

† c ¶ Subditos) Quos proprie non dicas eos qui recte & ſine culpa viuunt, cum tales ſint æquales, & ex conſequenti nõ ſubditi iudici ſeu ſuperiori, cum lex non ſit iuſto impoſita, c. licet, de regula, no. Præpo. poſt tex. in ca. de Conſtantinopolitana, in prin. xxij. diſt. Probus. *Subditi qui non dicuntur.*

d ¶ Igitur) Illatiuè ponitur, ff. de dam. infecto, l. ſi finita, quandoque inceptiuè, ff. de iuſtit. & iu. l. ius ciuile, §. fi. ſolu. matr. l. fructus.

e ¶ Sacerdotes) Arg. quòd nõ poſſunt aliqui prædicare, niſi ſint ſacerdotes, ad hoc xvj. q. j. adiicimus, quod voluit Matth. in cle. dudũ, de ſepul. Pau. ibi dicit, quòd interdũ quis prætendit licitũ ſibi eſſe prædicare ratione ordinis: & tũc hoc ſolũ cõpetit ſacerdotibus, interdum ratione prælationis, & tũc etiã cõpetit ſubdiacono qui prælatus eſſe poteſt. de ætat. & qual. præterea, & c. à multis, ſuprà de ele. c. j. §. deinde eligãt, & ſimiliter doctori in theologia approbato per eum ad quem pertinet, de hære. cum ex iniuncto, aliquando ratione priuilegij, vt fratribus prædicatoribus & minoribus: vt d. cle. aliquando ex commiſſione & licentia prælati per doct. in d. cle. in c. excommunicauimus, de hære. *Prædicatio non omnibus eſt permiſſa.*

Veritas ab omnibus quærenda eſt.

a ¶ Veritatem) Quæ ab omnibus inquirenda eſt.xxx. q.vlt.iudicantem,xxviij.diſt. quia ſunt, C. de temp.ap.l. per hanc.l.ſiqua.ad orfi.l.nemo. de ſen.& inter.nam veritas (*) omnia vincit.ff.de pro.l.fi.Inno. in ca.niſi cum pridem, de renun.

(*) Illa enim eſt, quæ in foro animæ plus conſideratur quam fictio. gloſ. in cap. vnico. in verb. approbatis, de voto, in vj. vbi Petrus de Anchar. faciunt not. per gloſ. & doctoin cap.ij. de presby. non bap. & in cap. dudum,ij. de elect. Attende tamen quòd triplex eſt veritas, vt patet per verſus, Eſt verum vitæ, doctrinæ, iuſtitiæque. Primum ſemper habet, duo propter ſcandala linque. B.

debitores ſunt vt veritatem [a] quam audierunt à Chriſto [b], liberè [c] prædicent: ſic princeps debitor eſt vt veritatem quam audiuit à

Veritatem leges perire non ſinunt.

(*) Præterea dic quod veritas eſt res quam leges perire non ſinunt, ſed ſemper habere locum eam arbitratæ ſunt, l. fi. in fi.ff.de probatio.quia ſine ea iuſtitia male adiminiſtratur.Bald.in l. eos.§.ſi quid autem,in princ. C.de appel. hæc eſt qua principes maxime aſtringuntur, quia animalia rationalia eſſe dicuntur, à belluis (quæ ratione carent) differentes, ita vt à lege naturæ nulla auctoritate abſolui poſſint. Bald. in l.ſi aquam,col.6. C. de ſeruitu. Ea tamen apud Principes non videtur quærenda, quia illa priuati dicuntur,cum nullus eis illam dicat. Decius in con.197. in fine in cõ. Equidem veritas eſt quæ fucos non quærit, prout nec verborum prolixitatem, ſed citò & ſine ambagibus animi ſententiam exprimi vult, ait Mantua.in con.128. nu.j. viſo proceſſu. qui in con.191.in princ. in præſenti dubio ſubdit, nec etiam pigmenta,ſed ſimplicitatem,ornaríque negat contenta doceri. cuius gratia nedum à præceptoris ſententia licet recedere, vt legit de Ariſtotele dicente, Amicus Socrates, amicus Plato, ſed magis amica veritas: verum etiam à patris ſententia cui tantum debemus: vt Celſus dicit in l.iij.§.ſi quis quaſi. ff.de condictio.ob cauſam, imo etiam ſui ipſius, ſi Ariſt.credimus,j. Et hic. dicenti pro defenſione veritatis etiam propria impugnari oportet. Poſtremo inquit Baldus in ti.de controuer. inueſti. §.item ſi vaſſallus. col.iiij. quod veritati minime præiudicat non cauſæ cognitio vel ipſa leuis. P.

Principibus non eſt qui veritatem dicat.

b ¶ Chriſto) (*) Qui eſt ipſa veritas, ca.qui contempta.viij. diſt.

(*) Cum quo ſi vis habere partem,ipſius exemplo tibi viuendum eſt: & ſi ſanctorum cupis habere conſortium, malitiæ & nequitiæ cogitatu pectus emunda: quia non niſi ſanctos iuſtos ſimplices & puros cæleſtis aula ſuſcipiet. P.

c ¶ Liberè) Abſque metu aut diſſimulatione. Gre.xliij. diſtinct. ſit rector. ſæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt: & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis cuſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt: quia lupo veniente diffugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. & Chryſoſto. Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis quod audiſtis, &c.xj. q.iij. nolite. ideo debent ſacerdotes liberè tyrannos redarguere, & libera voce huius mundi poteſtatibus contraire. d. cap.ſi rector. cap. generali. de electio. in vj. vj. quæſt.iij. cum apud. Henr. in cap. irrefragabili. de off. or. & ponere animam ſuam

Digitized by Google

pro defenſione Eccleſiæ,& ſubditorum ſuorum, cap.ſuggeſtum, cum duobus cap. ſeq.vij. q.j. ca.niſi cum pridem, de renun. exemplo beati Ambroſij, qui Theodoſium imperatorem excommunicans ab Eccleſia excluſit.xcvj. diſtin. duo ſunt. paratúſque fuit pro altaribus immolari.xxiij. q.viij. conuenior. vbi not. quod prælatus debet mortem ſubire non ſolum vbi fides Eccleſiæ impugnatur, ſed etiam ſi ſibi res Eccleſiæ auferuntur,exemplo beati Tho. Archi. Cantuarien. qui pro defendendis rebus Eccleſię martyrium ſuſcepit.c.ſicut dignum. (*) de homic. quod intellige vt no.Inno.& do.in c.niſi cum pridem, melius enim eſt eis pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione aut diſſimulatione beneficium,xj. q.iij. nemo præteritorum. Et beati ſunt qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.Matth.5.& 1. ad Timo.2.& 3.xxiiij.q.j.à recta xliij.diſt. ſcimus, & hoc vbi Eccleſia fouet iuſtam cauſam, aliàs non tenetur eam tueri.xiiij. q.j.quod debetur.glo.in cap.j.co.ti.& q.in ca.bonæ ij.de poſtu.præla. doct. in cap. nihil.in cap.fi. de præſcri. vbi gloſ. & docto. dicunt prælatum non debere præſcribere contra conſcientiam pro Eccleſia quæ cultrix & auctrix eſt iuſtitiæ,nec patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, capitul. j. de alienatio. feu. col. la. x.

Ambroſius Theodoſiũ excommunicauit.

Prælatus pro eccleſia mortẽ ſubire debet.

ſacerdotibus, approbatam quidem ſcripturis defendat[a] fiducialiter, & efficaciter exequatur[b]. Prēmiſſis & aliis iuſtis & rationabilibus cauſis prēmoniti:habita[c] etiã ſuper his deliberatione digeſtiſſima[d] cũ prædictis principibus

(*) Quòd eſto quòd prædicta ſunt veriſſima, tamen quidam modernus maledicus Molendinæus dictus vocare illum glorioſum martyrem non eſt veritus ſeditioſum,criminéque læſæ maieſtatis per Angliæ Regem fuiſſe damnatum,licet illum fateatur inter ſanctos commemoratum,in quo non ſolum ipſi glorioſo,ſed etiam Papæ & ſedi Apoſtolicæ maximam infert iniuriam. Quid autem talibus expediat niſi id quod dominus vult Matthæi xviij. capit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis his qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Non enim is ſolum ſcandalizat puſillos, ſed & ſummum pontificem ipſius domini vicarium generalem, prout & Eccleſiam vniuerſalem eius ſponſam, & Apoſtolicam ſedem, totiúſque eiuſdem Eccleſiæ matris noſtræ miniſtros, nam qui offendit patrem & matrem, offendit & filios. P.

a ¶ Defendat) xj. quæſt. iij. nolite.

b ¶ Exequatur) Concor. ſuprà in proœ. in princ. cum ibi no.

c ¶ Habita) Si. ſuprà in proœ. §. quibus attentis.

d ¶ Digeſtiſſima) Id eſt decocta. de conſec. diſtinct. v. ne tales, in proœ. clem. ſuprà in proœ.circa fi. quia ſicut ſtomachus (*) digerit coquendo eſcas, ſic princeps negocia.inſtitut.in princip. §.igitur.

(*) Vide quæ diximus in propoſito in tracta. penſio. parte j. quæſtio. xvij. numer. 51.

Digitized by Google

noſtræ regalis proſapiæ[a] †, ac aliis magnatibus[b] †, proceribus, multiſque viris prudentibus[c] † & ſcientificis Eccleſiaſticis & ſecularibus regni & Delphinatus[d] † noſtrorum, nobis in conſilio[e] noſtro magno aſſiſtentibus, eorundem prælatorum & aliorum Eccleſiaſticorum, Eccleſiam regni & Delphinatus noſtrorum repræſentantium, ſupplicationem & requeſtam, iuſtam & rationabilem, & ſanctorum patrum decretis conformem, omníque æquitate ſubnixam, agnoſcentes, prædictas ipſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, cęterorūq; prælatorum[e] † & virorum Eccleſiaſticorū noſtrorū regni & Delphinatus deliberationes & concluſiones gratas & acceptas habuimus & habemus, eiſdémq; conſenſum noſtrum præbuimus & præbemus regium per præſentes. Volentes & ordinantes omnes & ſingulas deliberationes & concluſiones prædeclaratas in noſtris regno & Delphinatu, cæteríſque dominiis perpetuò teneri, atque inuiolabiliter obſer-

Proſapia dicitur. a † ¶ Proſapiæ) Quæ dicitur generatio vel familia alicuius, no. in l. diutius, de agricol. & cenſi. & l. ſi quis ex corpore. de murileg. lib. xj. C. P.

b † ¶ Magnatibus) Simile in c. in ſingulis, de ſtatu mo. & in ca. ex multa. de voto & voti redempt. Probus.

c † ¶ Prudentibus) In quibus ineſt conſilium, quia dicitur quòd prudentia habet illud correſpondens, etiam & partes integrales vt ſunt ratio, intellectus circunſpectio, prudentia, docilitas, cautio, memoria, & ſolertia. P. *Prudentia quid habeat.*

d † ¶ Delphinatus) Prouincia eſt, quæ & aliæ non diuiduntur ſecundum diuiſionē diœceſum, prout nec diœceſes ſecundum diuiſionem iuriſdictionis laicalis, ait Præpo. in c hoc quippe. ij. col. iij. q. vj. P. *Prouincia diuiditur.*

e ¶ Conſilio) Not. quòd viri Eccleſiaſtici licitè poſſunt eſſe de conſilio regis: præſertim vbi agitur de vtilitate reipub. authen. habita. & ibi Bald. C. ne fi. pro pa. facit quod habetur xcvj. diſ. duo ſunt. in ca. non eſt. de vo. quod legitur & no. in c. in Archiepiſcopatu. de rapt. quod no. Panor. in cap. ij. de iudi.

f † ¶ Prælatorum) Qui à præeſſe dicuntur: quod fit multipliciter: officio videlicet, merito, ordine, adminiſtratione, & conſecratione. probat Prępo. in c. quamuis, §. in his, xxj. diſt. ſubdens quòd prælatio conſiſtit in tribus, videlicet in iudicibus, in præceptis & in ſacramentis: quæ omnia ceſſabunt quando Eccleſia militās iungetur cum triumphante. P. *Prælatio in quibus cōſiſtit.*

Digitized by Google

† a ¶ Obſeruari) Ex qua obſeruantia, cultus perſeuerauit diuinus, ſalus aduenit ſubditorum, omniáque in eiſdem regno & Delphinatu proſperè ſucceſſerunt: verbum eſt vniuerſitatis Pariſien. citatum in ſua appellatione ab abrogatione huius pragmaticæ facta per Papam Leonem, x. ad futurum concilium interiecta, & canonicè: vt patet ex deductis per nos in tracta. defen. ele. P.

uari †[a] ſuúmque plenum & integrum à [b] die datæ præſentium penitus ſortiri effectum, abſque alia publicatione [c] ſeu promulgatione. Et nihilominus publicari [d], & inter regias & delphinales ordinationes regiſtrari mandamus.

b ¶ A) Incluſiuè ponitur. & ſuprà de colla. cap. j. §. inſuper. in l. pater. ff. de adulter. C. de aduoc. diuer. iu. l. poſt duos, C. de nu. l. à caligato. & ibi Cy. & doct. xciij. diſ. à ſubdiacono. Aliquando ſumitur excluſiuè. de except. pia. lib. vj. c. ſtatutum, de præben. eo. lib. & ibi do. Archi. in c. j. de elect. eod. li. Io. And. in cle. ſicut l. de ap. & ibi moder. Oldra. (*) conſi. 49.

(*) Iſtud latè firmo in tractatu diſpenſati. membr. iiij. parte iiij. nume. 44. dixi etiam ſuprà tit. de colla. §. inſuper. in verbo, exponitur.

c ¶ Publicatione) Sed ob. in authentica, vt factæ, no. conſti. colla. v. vbi conſtitutio non ligat niſi poſt publicationem, capitu. nouerit. de ſentent. excommun. ſuprà de concubin. cap. primo. in princip. aliàs multi ignorantes artarentur, quod eſſet iniquum, capitulo ſecundo. capit. fina. de conſtitutio. quinimmo ante publicationem non ligaret etiam ſcientes, l. j. §. fina. & ibi Baldus, C. de caduc. tol. Dic quòd vbi conſtitutio principis non apponit tempus poſt cuius lapſum vult ligare, tunc habent locum contra. vt non liget niſi poſt tempus à iure limitatum. Sed vbi apponit tempus poſt cuius lapſum vult ligare, ſtandum eſt tempori determinato. (*) cap. cum ſingula. de præbend. libro. vj. adeò quòd ſi conſtitutio dicat, quòd ex nunc vult ligare abſque alia publicatione, quòd immediatè ligat, vt hic. vide in extraua. ad reprimenda. collatio. xj. Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. quod intellige reſpectu irritationis actus, non autem pœnę: quia abſurdum eſſet ad pœnam ligari ignorantem, dicto capitulo ij. ad hoc gloſ. in clement. ij. de hære. in ver. exnunc. in ca. j. de conceſ. præ. in vj. in verb. referri. no. Pau. in cle. j. de electio. gloſ. in pro. cle. in verb. decætero. & ibi moder. do. in d. c. ij. vel dic quod vbi conſtitutio eſt ſolenniter edita per principem in conſilio populi & procerum (de qua ſolennitate habetur in l. humanum, C. de legi.) ligat immediate, licet non fuerit publicata. no. Pano. in c. j. de poſtu. præ. ar. illius tex. §. quod vero. ibi, ſolenniter editur, aut publicè promulgatur, per illam alternatiuam autem, & contra. poteſt intelligi cum conſtitutio eſt edita ſine dicta ſolennitate. nam tunc expectatur promulgatio, niſi aliud caueatur.

Conſtitutio principis quando liget.

(*) Vide quæ in ſimili latè dixi in tract. deuo. par. j. q. xvij. Et quæ tradit pro in ar. glo. Præpo. in cap. quod dicitis, xvj. diſt. P.

d ¶ Publicari) Quod factum fuit in Parlamento die. 13. Iul. anno. 1439.

Digitized by Google

a ¶ Dilectis) Eos enim debet princeps honorare, vt ſenatores, xcv. diſt. eſto, & debent ſedere ad latus eius, non ad pedes, l. iuriſperitos, & ibi Bart. ff. de excu. tutor. & excuſantur à tutela vel cura, l. fi. & ibi Bar. C. de excuſa. tuto.

Conſiliarij principis in quibus ſunt fideles.

b ¶ Fidelibus) Præſumitur fidelis, qui eligitur ad officium, l. amiciſſimos, & ibi Bar. ff. de excuſa. tuto. & debent eſſe conſiliarij principis fideles in tribus. Primò, in non offendendo, ff. de iuſtit. & iur. vt vim. de pœ. diſt. j. omnis, & ſi ſciant aliquem velle offendere principem, debent ei indicare, nam conſcij tantum tenentur, C. ad legem Iul. maieſt. l. quiſquis, in fina. Secundò, in defendendo, ff. de re mili. l. omne, §. fin. de for. fide, ca. j. & de no. fid. for. ca. j. colla. x. xxiij. quæſt. v. de forma. Bar. in extraua. ad reprimenda, vbi ponit triplicem fidelitatem. Tertiò, in conſulendo, debet enim eorum conſilium eſſe fidele, non deuium nec curuum, xj. quæſtio. iij. non licet, xiiij. quæſt. v. ſane. C. de aſſeſ. l. nemo, c. ego, c. quāto, & ibi Hoſtien. de iureiur. vbi praui conſiliarij, non conſiliarij, ſed deceptores dicuntur. Vnde ſi male conſulunt & imperite, litem ſuam faciunt, ff. de dona. arbitrio, §. dol o. de reg. iu. l. conſilij non fraudulenti, ca. nullus ex conſilio, cum ibi no. de reg. iur. in vj. ff. de va. & extraord. l. fi. cum ſi. & tenentur de dolo, & lata culpa. Specu. titu. de requi. con. §. conſiliarij, & ibi Bald. in addi. Bar. in l. j. ff. ſi men. fal. mo. dix. vide Panorm. in c. tua nos, de homi. Guil. in clem. j. de foro compe. in ver. conſiliarios. Henri. in cap. cum inter vos, de re iudica.

Rex parlamenti ſuis mandat, & aliis regni etiam & delphinatus iuſtitiariis, ac quibuſuis ſubditis, præinſerta decreta tenere, & cuſtodire, ac in ſua firmitate conſeruare, cōtrafacienteſque puniri. Probus.

Quocirca dilectis [a] & fidelibus [b] conſiliariis [c] noſtris † [d] præſens tenentibus, & qui in futurum noſtra tenebunt parlamenta [e] om-

Conſiliarij ſint ſuis ſtipendiis cōtenti.

c ¶ Conſiliariis) Qui debent eſſe viri optimi & puri vndique, contenti his quæ à fiſco dantur, quòd ſi tranſgreſſi fuerint, expellantur, & alij idonei introducantur, in auth. de manda. prin. §. præcipue, collatio. iij. & vide no. ſuprà de elect. c. j. §. facta in ver. recipere, & de anna. c. j.

† d ¶ Noſtris) Id eſt Reipublicæ decuriones in iure appellati, gloſ. in rub. de decurio. lib. x. C. & in l. pupillus decurio, de verbo. ſignifi. Roma. in conſi. 498. num. 16. & dicuntur habere dignitatem, l. primo verſi. quos decus, de præpo. lab. lib. xij. C. & poſſunt eſſe prælati, probat Corſetus in tracta. de po. leg. q. 92. ſubdens quòd etiam poſſunt eſſe præſidentes. Probus.

Parlamenti Pariſienſis numerus.

e ¶ Parlamenta) Simi. ver. in capitu. decet, de immuni. eccle. lib. vj. curia parlamenti Pariſienſis fuit inſtituta de centum conſiliariis, ſcilicet xij. Paribus Franciæ viij. magiſtris requeſtarum domus regis, & octuaginta aliis cōſiliariis, quadraginta laicis, & quadraginta clericis inter quos ſunt quatuor præſidentes laici, (*1) & hoc inſtar ſenatus Romani à Romulo inſtituti, in quo erant centum ſenatores, C. de petitio. hære.

Digitized by Google

nibúſque iuſtitiariis [a] regni & Delphinatus noſtrorũ, cæteríſque officiariis & ſubditis noſtris, & eorum cuilibet prout ad eũ pertinuerit mandamus, diſtrictius iniungentes, quatenus omnia præmiſſa & ſingula teneant, cuſtodiant, & conſeruent in ſua roboris plenaria firmitate: & in cauſis quibuſcunque occaſione præmiſſorum decætero orituris & emerſuris, ſecundũ deliberationes & concluſiones prædeſcriptas iudicent, pronuncient, & ſentẽtient: atque ab omnibus ſubditis & incolis noſtrorum regni & Delphinatus inuiolabiliter faciant in omnibus & per omnia obſeruari: prædictas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares, ac earum quamlibet in omnibus & ſingulis ſuperius expreſſatis, ab omni turbatione, violẽtia, impreſſione, moleſtatione, vexatione, damno, impedimento, & diſturbio tueantur, protegant, pariter & defendant

hæret. l. ſi. nor. ff. de Senat. in rub. C. de caduc. tollend. l. j. & vocabantur venerabilis cœtus, C. de leg. l. leges, & patres conſcri. C. de emend. Iuſti. cod. l. j. in prin. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis, in princ. no. Arch. in ca. fundamenta, de elect. lib. vj. & in necem eorum machinantes tenentur l. Iulia maieſtatis, cẽſentur enim pars corporis principis, d. l. quiſquis, & rebellantes iniuſte in his quæ ad eorum officium ſpectant, vt rebelles regni puniuntur, in extrauagan. Henri. quoniam. Et ſicut à ſententia ſenatus non appellatur, ff. à quibus appella. non licet, l. j. de minorib. l. præfecti, ſecunda quæſtio. quinta, anteriorum, nec ab arreſto (*2) parlamenti, no. Specu. titu. de appell. §. videndum, circa fi. ad hoc quod no. Bald. in procem. digeſtorum. Panorm. in rubri. de appella. Contra illud tamen ſupplicari poteſt ſiue proponi error vſq; ad xxx. annos olim, hodie vſque ad biennium, vt in ordinatione Ludoui. xj. publicata in dicta curia Anno M.cccc.lxxix. inſtar ſupplicationis porrectæ ſuperiori, l. j. C. de ſent. præfect. prætor. & dicit Ioan. Fab. in l. fi. C. de le. quod magiſtri parlamenti poſſunt facere leges (*3) ſicut ſenatus poterat, l. non ambigitur, ff. de legi.

Appellare non licet à ſententia Senatus.

Error contra arreſtũ proponatur intra triẽnium.

(*1) Numerus iſte per regem Chriſtianiſſimum Franciſcum primum, nunc regnantem, iteratis vicibus fuit auctus, de quo duæ factæ fuerunt Cameræ, quarum prima eſt viginti nouorum vulgo appellata, ſecunda verò domanij Camera. P.

(*2) De cuius auctoritate & effectu dixi in tract. diſpen. memb. 5. parte 2. nu. 112. & num. 119.

(*3) Hoc iure Gallia nunc non vtitur, ſed ſolus Chriſtianiſſimus rex facit in ſuo regno leges. Probus.

a ¶ Iuſtitiariis) Vulgare Gallicorum, de quo in cap. ex literis, de pigno. in ca. quoniam, de immu. eccle. lib. vj.

Digitized by Google

a ¶ Volumus) Hoc verbum habet vim mandati,ff.man.l.j. Io.And. in c.ab excommunicato, de reſcrip.de ſpon.ex literis.Bar.in l.poſt dotem, ff.ſolu.matri. & inducit diſpoſitionem.Bar.in l.cunctos populos,C.de ſum. trinit. quando non determinatur per actum extrinſecum ſibi,ff.de legat.j.l.ſi ita legatum, §.illi ſi volet, de hæredi. inſtit.l.iam dubitari,de lega.iij.l.Pamphilo,§.propoſitum,& legem facit clem.ij. de off.or.in cle.j.de off.vica.& ibi no. glo.in d.l.cunctos populos,& ibi Barto.& Bald. Panor.in c.fin.de dolo & contu. cum voluntas principis ratione regulata (*) habeatur pro lege,ff. de conſti. princ.l.j. inſtit.de vſucapio.§.quod autem, C.de fur. l. ancillæ, inſtitu. de iure na. §. ſed quod princ.

(*) Aliàs eſt nulla, & ſine effectu tanquam corpus ſine anima aut ſpiritus cum ratio ſit legis anima,& illius pædagoga,vt probo in tract.diſpēſatio, membro quinto.parte 3.num.67.illa enim eſt cui homo ſubiicitur, non ratio homini, quæ meritò plus attendenda eſt quam canon , quia etiam à principio nata eſt cum genere humano. Probus.

omnes & quaſcunque perſonas cuiuſuis conditionis ac ſtatus fuerint: contrafacientes aut venientes taliter puniendo, quod in poſterum cæteris cedat in exemplum: quoniam ſic fieri volumus [a] & iubemus per præſentes. In cuius rei teſtimonium [b] ſigillum [c] noſtrum [d] præſen-

b ¶ Teſtimonium) Si ſigillum apponitur ad teſtimonium: tunc non nocet ſigillanti, ſecus ſi tanquam à principali: tunc ſigillans videtur conſentire & approbare, l.Caius,ff.de pigno.actio.Bar.in l.ſicut,§.non videtur,qui mo.pig ſolu.in l.quæ dotis,ſol.ma.l.tribunus,§.ij.ff.de teſta.mili.l.ij.& ibi doct.C.de re.alie.non alie. Bal. in marga. in ver. ſigillum, in l. imperialis. de pa. Conſtant. doct. in cap. ij. de fide inſtrument.

c ¶ Sigillum) Principis ſigillum (*) eſt authenticum,C.de adulter. quamuis, de fide inſtru.cum dilectus,& ibi doct.Quæ dicantur ſigilla authentica,per Innocent.& docto.in cap.2.de inſtrum.Specu.titu.de procur.§.fin.verſi. x. Archidiac. in cap. vt circa,de elect.in vj.Ioan.Fab.inſtitu.de teſtam.§.præſenti,docto.in cap.ſignificauit de appella.

(*) De viribus ſigilli,& plumbi Papæ,vide quæ dixi in tract.penſio.parte iij.q.vj. Probus.

Sigilli appoſitio an aliquid importet.

d ¶ Noſtrum) Nihil importat (*1) ſigillum apponere: niſi ſigillans dicat ſe illud appoſuiſſe,l.ad teſtium,§.ſi quis,& ibi Bar.ff.de teſta.cap.ſignificauit,vbi moder.de appel.Inno.& doct.in d.c.ij.de fide inſtru.Bal.in marga.vbi ſuprà,& ſi ſigillo alieno fiat ſigillatio,fiat expreſſa mentio quòd ſit alienum. (*2) Bart.vbi ſuprà.Specu.de pro.§.videndum,ver.& no.doct.in d.c.ij.

(*1) Verbum eſt canoniſtarum,quod apud legiſtas dicitur annulus, ait Inno.in c. ij.de fide inſt.& poſt eum Bal.in marg.in ver.ſigillum,facit ver.Heſter.c.8.& de materia ſigilli vide per Ioan.de Firm.in tract.de epiſc.lib.iij.parte j.q.xvj. P.

Digitized by Google

(* 2) Ex quo patet verificata communis obſeruantia, qua apud noſtros habetur, quòd ſigillum alterius accommodatum, facit & operatur fidem proprij ſigilli, dummodo id deſcribatur in literis ſigillatis, aliàs non, vt hic gloſ. dicit. P.

a ¶ Duximus) Ita ſigillum poteſt alteri committi, dum tamen fideli (*) perſonæ. Bald. in l. ij. C. de rea. lie. non alie. doct. latè in cap. ij. de fide inſtru.

tibus literis duximus [a] apponendum [b]. Datum Bituris [c] ſeptima die menſis Iulij, anno [d] Domini M. cccc-xxxvij [e]. & regni noſtri xvj. Per Regem in ſuo magno conſilio, in quo dominus Delphinus [f] Viennen-

(*) Ideo Rex ipſe, ſigilli magni Cancellario ſuo cuſtodiam committit, in qua ſigilli cuſtodia, magna dicitur auctoritas, tum quia robur literarum regiarum in ſigilli appoſitione conſiſtit, dicunt Neapo. in deciſ. xxj. nu. 9. dubitatur, & deciſ. cclij. duo regij conſiliarij, vbi dicunt quòd ſigillum eſt ſubſtantiale literæ regiæ, facit l. tribunus, §. fina. de teſta. mili. Et attende quòd ea ratione ſigilli cuſtodiæ, Cancellarius ipſe habet omnes confiſcationes, & emendas prouenientes à literas regias falſificantibus, teſtatur domi. Arnulphus Ruzeus in tracta. Regaliorum, 17. priuilegio, & ante eum Ioan. Galli. quæſt. 129. & q. 156. vbi pro hoc adducit plura arreſta & rationes, quas videre licet. P.

b ¶ Apponendum) Hoc non videtur neceſſarium: quia ſigillum principis non eſt neceſſarium in approbatione legis. Bal. in l. imperialis, de pa. Conſtantiæ, niſi conſuetudo habet quòd literis principis non crederetur niſi ſigillatis: quia conſuetudo in iſtis attenditur, c. cum dilectus, de conſue. doct. in c. ij. de fide inſtru. Specu. titu. de pro. §. videndum.

c ¶ Bituris) (* 1) Arg. quod ſufficiat generalis inſcriptio ciuitatis (* 2) vel loci inſtrumento, de quo no. ſuprà titu. j. in data.

(* 1) Cuius antiquæ perſecutionis Anglorum tempore rex Franciæ ſolum Bituris vocabatur rex, vt ex chronicis Galliæ patet, Karol. 7. hanc pragmaticam promulgantis. Probus.

(* 2) Congregatio tamen iſta Gallicana fuit facta in capitulo ſanctæ Capellæ Bituricen. vt fatetur rex ipſe Karolus 7. ſuprà in procem. in §. in quaquidem. Probus.

d ¶ Anno) Supple à reſurrectione (*) Domini iuxta morem Franciæ.

(*) Idem dicit gloſ. ſuprà titu. proximo in fine, in verbo domini. P.

e ¶ M. cccc. xxxviij.) Et ita hæc pragmatica facta fuit Bituris poſt diſſolutionem concilij Baſilien. & eius tranſlationem Ferrariæ per Euge. iiij. durante tamen adhuc ipſo concilio Baſil.

f ¶ Delphinus) (* 1) Qui fuit poſtea rex Ludouicus. ſ. xj. pater Karoli viij. nunc regnantis. (* 2)

(* 1) De quo vide quæ citat gloſ. ſuprà in procem. in §. in qua quidem, in verbo Delphino, vbi dixi. Probus.

Digitized by Google

(* 2) Cui ſucceſſit Ludouicus, xij. & eo defuncto Franciſcus primus nunc regnans, labuntur pluſquam xxxj. anni, cum annus iſte 1546. ſit ſui regni. 32. annus, quo cum Anglorum Rege concordiam iniuit, & pacem, quæ in die Pentecoſtes hic Pariſiis cum populi magna congratulatione, de mandato ipſius Regis etiam hic Pariſiis exiſtentis publicata fuit. Fundamentum autem diſcordiæ videtur citari per Guil. Benedicti in repeti. cap. Raynutius, in verbo in eodem teſtamento. j. nu. 151. de teſta. Probus.

ſis, dominidux [a] Borbonij, † [b] Karolus de Andegauia, comes [c] Cenomaniæ, Petrus filius [d] ducis Britanniæ [e], necnon comites de Marchia, & Vindocinio, & de Tancaruilla, prælati, proceresque, ac alij viri Eccleſiaſtici & ſeculares quamplurimi erant.

a ¶ Dux) De ducibus fit mentio in l. ij. in fi. C. de offi. præfec. præto. aphri. l. nemo. ij. de aſſeſ. in l. raptores, de Epiſ. & cle. in l. ſiquando. de appel. x. col. conſti. feu. do. Lo. ca. j. de feu. mar. & quis diſt. dux. mar. in ca. fundamenta, §. vt ergo. de electio. in vj. & maior eſt Epiſcopus quàm dux. Specu. titu. de reſcri. præb. §. ratione autem cauſæ, immo quàm rex vel Imperator ratione ordinis Epiſcopalis, c. ſolitæ. cum ibi no. de ma. & obe.

† b ¶ Borbonij) Qui dicitur de Franciæ paribus inter laicos, vt aliquibus placet, dux vltimus, ſic non de principalibus, prout ducem Aquitanæ eſſe fatetur Guil. Benedicti in repet. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 476. de teſta. P.

Dux præcedit comitem. c ¶ Comes) Ar. ex ordine literæ quòd dux eſt maior comite. ad idem quis di. dux, mar. colla. x. in ca. fundamenta. de elect. in vj. in ca. clericis, de immuni. Eccle. e. li. in hoc tamen ſtandum eſt conſuetudini patriæ. no. Hoſtien. de pœni. & re. §. cui confitendum, ver. cui Marchio.

d ¶ Ducis) (*) Olim dicebatur comes Britanniæ, in ca. ex tenore. de fo. compe. in ca. accedens, vt li. non conteſ. & antea rex, in cap. hæc quippe. iij. q. vj.

(*) Qui prout ducatus natura dictat, de ducatu non teſtatur, probat Guil. Benedicti in repe. ca. Raynutius, in verbo in eodem teſtamento. el. i. nu. 150. de teſta. vbi idem de comite & marchione ſubdit, pro quo allegat Iaſo. in l. de quibus, col. xxij. ff. de legib.

Britannia eſt duplex. e ¶ Britanniæ) (* 1) Minoris, quæ eſt de prouincia Archiepi. Turon. ca. hæc quippe. iij. q. vj. Fuit tamen controuerſia in concilio Baſilien. quando Archiepiſcopus Tholonien. dicebat ſe eſſe metropolitanum. Sed Britannia maior inſula eſt, quæ dicitur Anglia. xxv. q. ij. in Galliarum, vbi gloſſ. & abundat diuitiis, lvj. diſtin. ſi gens. Et fuit illi nationi olim conceſſum vt contraherent in quarto gradu. (* 2) xxxv. q. iij. quod ſcripſi. Hæc Deo duce ſcripſerim, ſcholaſtici, vos exorando bene dicta approbate, imperfecta ſupplete, & errata corrigite, paratus enim ſum ab anniculo edoceri. xxiiij. quæſtio. iij. ſi habes.

(* 1) Cuius nationis filiifamilias, prout & Francigenæ, poſſunt teſtari, cum non ſunt in patrum poteſtate, dicit Baldus, in cap. j. §. ſi duo. in titu. de duobus fra. de

Digitized by Google

no. benefic. inueſti. Iſta quo ad hoc vltimum & Francigenas fuit opinio gloſ. inſti. de patria poteſta. in verbo Romanorum. Probus.

(*2) Quo indulto, & quampluribus aliis abuſa eſt illa natio Apoſtolicæ ſedis indultis, adeo quòd ab illius obedientia, & ex conſequenti ab Eccleſia vniuerſali, militante dicta, omnino receſſit, Eccleſiam ſibi particularem faciens, tunicámque Domini inconſutilem ſcindens, quod facere eſt ſchiſmaticum, ab hæreſique non diſcrepans. Oremus igitur dominum, vt gregem illum ad ouile adducat ſuum. Probus officialis & Vicarius generalis. R. D. Epiſcopi Ambian. ac. S. D. N. Papæ & S. Sedis Apo. Capellanus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google